BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XX
C
16
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PAULI CYPRÆI JC. Celeberrimi & Principum Holsatiæ Consiliarii dignissimi

Tractatus elaboratissimus

De

JURE CONNUBIORUM,

In quo non solùm omnes ferè quæstiones, quæ in hac utilissima & frequentissima materia moveri possunt, verùm etiam varii casus, qui quotidiè in judiciis Ecclesiasticis occurrunt, & à nemine hactenus tractati sunt, dilucidè explicantur ac deciduntur.

MULTIS INSUPER EXEMPLIS EX ANTIQUITATIS HISTORIA SUMMO LABORE congestis & sententiarum in diversis Germaniæ Academiis & Consistoriis pronunciatarum formulis passim illustratus.

OMNIBUS JURISCONSULTIS TUM THEORICIS tum Practicis, quin & ipsis Assessoribus apprimè utilis,

Editus ab

HIERONYMO PAULI F. CYPRÆO JC.

Cum Præfatione Nobiliss. HERMANNI VULTEII antecessoris Academiæ Marpurgensis Primarii & Inditerum & verborum locupletissimo,

Secunda priori longè auctior & correctior.

LIPSIÆ,

Sumptibus HENNINGI GROSII Junioris.

ANNO M. DC. XXII.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO ILLUSTRISSIMO AC GENEROSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOHANNI ADOLPHO, EPISCOPO LUBECENSI, Duci Slesvvigæ, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarsiæ, Comiti in Oldenburg & Delmenhorst, Domino meo clementissimo. S.

ERA est sapientia, Princeps illustrissime, Domine clementissime, certas & religioni Christianæ consentaneas de iis rebus, quæ in vita humana quodie occurrunt, habere sententias, ne falsa defendamus, neve incognita pro cognitis habeamus, iisq; temere assentiamur. Quod cum in omnibus vitæ actionibus fugiendum est, tum vero in iis, quæ de nuptiis existunt, controversiis eo diligentius cavendum, quo hæ reliquis sunt graviores & latius patent. Nam reliquæ juris partes, ut Justiniani verbis utar, neque omnibus omnino hominibus, neque rebus, neque temporibus conveniunt, quicquid vero circa nuptias studii insumitur, ad universum pene genus humanum pertinet. Et interpretes lites & causas quæ ad nuptias spectant gravissimas & arduas esse omnes uno ore fatentur, quod conjugio vinculum in hominum societate nullum est sanctius neque arctius, ut quo non ad tempus sed in perpetuum maritus & uxor inter se devinciuntur & colligantur, & quidem nodo indissolubili. Quæres facit, ut quasi de statu hominis agi videatur. Accedit quod quæ circa nuptias incidunt controversiæ, in usu quotidiano positæ, & nihil controversiis, quæ de nuptiis quotidie in disceptationem vocantur, sit frequentius. Itaque veteres legislatores in jure connubiorum recte constituendo multum operæ posuerunt, omnique studio incubuerunt, ut ex isso liberioris veneris usu cives honesta & liberali nuptiarum necessitudine devincirentur, liberisque procreandis, rectèque educandis operam darent, qui deinceps Ecclesiæ & Reipubl. gubernacula tenere possent. Et imprimis præter alios Romani jura legesque de nuptiis à Græcis acceptas amplificarunt, correxerunt, ordineque & certa methodo tradiderunt, quorum adhuc vestigia tum in veterum auctorum scriptis, tum vero in Pandectis & Codice, nec non Novellis reliqua sunt. Tandem Romani Pontifices totum illud jus sibi vendi-

vindicantes infinita ediderunt reſcripta & canones, quibus totum jus canonicum refertum eſt: Jus autem Romanum & Pontificium interpretes ſuis commentariis illuſtrarunt, & quæſtiones, quæ de nuptiis incidere poſſunt, latiſſime examinarunt. Noſtra etiam tempeſtate, reſtituta evangelii luce, Theologi, explosis veterum erroribus, de jure nuptiarum multa tradiderunt. Verum quam variæ ſint & Theologorum & JCtorum tum veterum tum recentiorum, & quam diſcrepantes ſententiæ quamq; parum in pleriſq; ſibi conſtent, aliorum hac de re ſcripta pervoluenti ſit obvium. Teſtantur viri noſtri ſeculi doctiſſimi & ego, cum aſſeſſorem per multos annos in Conſiſtorio Sleſuicenſi agerem, & aliorum hac de reſcripta perlegerem, revera ſum expertus, nondum hoc jus ſatis explicatum, nihilq; his rebus eſſe obſcurius. Quæ res faciebat, ut cum multa decidendis hiſce cauſis graviſſimis utilia adnotaſſem, multa quæ antea à nemine tractata videram, collegiſſem, (quæ tamen Conſiſtorii aſſeſſori omnino ſcitu videbantur neceſſaria, & frequenter in Conſiſtoriis occurrebant) multa quoque quotidiano uſu & experientia addidiciſſem, operæ pretium me facturum eſſe maximum exiſtimabam, ſi aliorum hac de re ſcriptis diligenter examinatis, darem operam, ut quæ ſparſim & ſine ordine ab aliis tractata eſſent, additis iis, quæ diligenter adnotaſſem & ante hac ſcripta non reperiſſem, in unum corpus cogerentur, reſque tota diſtinctius & methodice explicaretur, & exemplis ex tota antiquitatis hiſtoria ſummo labore conquiſitis, ſententiarumq; in diverſis Germaniæ Academiis & Conſiſtoriis pronunciatarum formulis illuſtraretur, ut certas quodammodo hac in re ſententias habere poſſimus. Hunc meum tractatum cum quibuſdam viris clariſſimis & doctiſſimis amicis meis communicaſſem, iique & in decidendis & in agendis cauſis matrimonialibus ſæpiſſime non ſine magna utilitate eo uſi fuiſſent, non tantum auctores mihi fuerunt, ut præſentem tractatum in lucem ederem, ſed ut id facerem frequenter precibus inſiterunt. Affirmabant namq; ſi publici fieret juris, gratiam præſertim apud Conſiſtoriorum aſſeſſores initurum me maximam, nec non publicam utilitatem valde promoturum. Ego ſane difficulter hoc ipſum mihi perſuaderi paſſus fuiſſem, cum plures hac de re exſtent conſcripti tractatus, & periculoſum præterea ſit, hoc noſtro tam erudito ſeculo aliquid in publicum emittere; niſi eorum, quorum ſuaſu & precibus editionem paravi, judicio tantum tribuerem, ut nullo modo dubitem & reliquos bonos & doctos viros hunc meum laborem probaturos: imo perſuaſum habeam, quod obconatum hunc meum bene apud bonos ſim auditurus.

Cum autem huic meo tractatui, patronus quidam, cujus nomine inſcriptus in lucem ederetur, deligendus mihi eſſet, more longa ætate à doctiſſimis ſervato, certe non occurrebat alius quam V. C. Idque pro ſingulari illa gratia & clementia, qua multis annis me complexa eſt C.V. gratioſe admiſſuram omnino confido. Fecit idem

C. V.

Digitized by Google

C. V. parens Magnus ille Adolphus in omnium ore, animis & memoria ſemper victurus, qui me ante annos quadraginta in Conſiliariorum numerum primitus cooptavit. Ejus C. cum videret me munus meum ſumma fide ac vigilantia implere, non dubitavit operæ meæ in graviſſimis legationibus ad Magnum illum Hiſpaniæ Regem Philippum & in Germaniam inferiorem, aliisq; rebus graviſſimis uti. Quæ omnia cum prompto obſequio pro virili & in deſeſſo ſtudio perficerem, indies magis magisq; magni illius Principis non tantum erga me crevit gratia & clementia ſed etiam cœptam (cum magnus ille Adolphus naturæ lege (heu) functus eſſet, & invida morte ſummo patriæ cum gemitu ſubtractus, ſummum ſui reliquiſſet deſiderium, magnumque civibus & ſubditis dolorem,) paternam clementiam continuarunt ſucceſſores C. V. fratres Illuſtri. Principes & Domini, Dominus Fridericus & Dn. Philippus inclytæ & ſanctiſſimæ memoriæ, tandemq; V. C Illuſtriſſime Princeps, ita ut per triginta & amplius annos continue conſiliarii munus apud Holſatiæ Principes obierim. Et quamvis ſeptuaginta fere annorum ætate & morbo decennali exhauſtæ vires amplius rebus graviſſimis ſuperoſſe non ſinant, nihil tamen de priſtina illa gratia, qua me ſemper proſecuta eſt V. C. quicquam deceſſiſſe V. C. honorificam meæ perſonæ ſæpiſſimæ facientis mentionem, præclarum judicium (cui gratias age ſubmiſſe) ab amicis meis ſæpiſſimè mihi relatum, maximo eſt indicio. Sane hæc omnia ſi non ita eſſent, unicum hoc ſufficeret, quod in civitate Sleſvicenſi ſubditus C. V. natus, ibidem educatus, & totum vitæ meæ tempus, præter id quod ſtudiorum gratia in pleriſq; Germaniæ & Galliæ Academiis, in Anglia item & Italia, tranſegerim: quo quid ad rem dici poſſit amplius equidem non video. Offero igitur humiliter & dedico V. C in grati animi ſignificationem & ſignum hunccce meum tractatum. Quod cum facio me ipſum & meos V. C. commendo, atque unice rogo ut qua C. V. me proſecuta eſt gratioſa clementia eadem porro proſequi ne dedignetur. Ego rurſum quod vires morbo & ætate debilitatæ opere facere negant precibus meis compenſabo, & Deum Opt. Max. ardentibus votis rogabo C. V. cum conjuge Illuſtriſſima & Illuſtrima prole longo donare ætatis excurſu & gubernatione felici ne dedignetur. Vale & ſalve Illuſtriſſime Princeps. E Sleſvico prid. Cal. Septembr. Anno 1605.

V. C.

ſubjectiſſimus

Paulus Cypræus.

MAGNIFICIS, REVERENDIS, AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS, CONSULTISSIMIS, Spectatiſsimis & Præſtantiſsimis Viris, Dominis Doctoribus, Magiſtris ac cæteris omnium facultatum illuſtris Danorum Academiæ, quæ eſt Hafniæ, Profeſſoribus dignißimis, amicis meis plurimum colendis. S.

QVoties recordor, viri Magnifici, Reverendi, Ampliſſimi, Clariſſimi, Spectatiſſimi & Præſtantiſſimi, quoties, inquam recordor, (recordor autē ſæpiſſime,) quantum meæ perſonæ tribuebant Academiæ veſtræ Profeſſores, cum me ante aliquot annos ad profeſſionem Juris primariam ſolenniter & uno ore vocare, & in locum clariſſimi viri Domini Knopperi JC. præſtantiſſimi ſufficere, exque aliis viris clariſſimis, quibus tunc temporis & Dania veſtra, & vicini Ducatus, totaq; Germania abundabat (cum quibus ego minime conferendus eram; imò longe me inferiorem illis lubens meritoq; fateor) meam perſonam deligere non dubitarunt, toties fateri cogor, ita me ejuſdem Academiæ Profeſſorib. ob præclarum iſtud de mea perſona judicium devinctum, ut nunquam illis ſatis dignas perſolvere poſſim gratias. Optavi nihilominus dari mihi occaſionem, non dico de illuſtris Academiæ Profeſſoribus hoc ipſum demerendi (ad hoc enim nimis imbecillem, tenuitatem meam agnoſcens, me profiteor) ſed animi mei gratitudinem quacunq; ſaltem ratione declarandi. Quam hactenus mihi defuiſſe uti dolui, ita hanc mihi hoc tempore oblatā negligere nullo modo debui. Quæ quidem etſi tanta, quantam optarē, non ſit, talis tamen, meo judicio, eſt, qua publice teſtatū facere poſſim, quantum illuſtris Academiæ Profeſſorib. debeam, quanti eos faciam, & quam eos eam ob cauſſam colam. Quem igitur ad vos Profeſſores mitto tractatum grati mei animi publicum argumentum, hilari vulto accipite, & me meoſq; veſtro favore & amore proſequi ne dedignemini. Habebitis rurſum me pro virili ad omnia promptum paratumq;. Valete Viri Clariſsimi. E. Sleſuico, prid. Cal. Septemb. An. 1605.

Veſtri

obſervantißimus

Paulus Cyprœus JC.

VIRTU-

VIRTUTE ET ERUDITIONE PRÆSTANTI VIRO, DN. HIERONYMO CYpræo, Jurium Candidato, apud inclytam Spiram jam agenti, amico ſuo cariſſimo: S.

Litera tua, Ornatiſſime Domine Hieronyme, reddita mihi ſunt recte, hoc gratiores, quo tu mihi es carior. Ab eo enim tempore, quo te in hac Academia Marpurgenſi primum noſſe cepi, amavi te valde, atque etiamnum amo ob ſingulares tuas virtutes & eruditionem, quarum nobis præclara, dum hic fuiſti, exhibuiſti ſpecimina. Nec me fallet, quam de te concepi, opinio. Magnus eris in Republ. magnusq; tui viſus, & quem Academiæ Germaniæ atq; Galliæ ad magna præparatũ ad auguſtiſſimum illud & incorruptiſſimum Imperii Romani ſacroſanctæ juſtitiæ tribunal, quod eſt Spiræ, miſerunt; eundẽ illud ad longe majora factum reddet patriæ Holſatiæ [illegible] Imperio. Macte igitur ſis animo, mi Hieronyme atq; ita omnino tecum ſtatue, Rempubl. Chriſtianã tuam nunc deſiderare operam. Gratulor autem plurimũ patri tuo, viro clariſſimo, Dn. Paulo Cypræo, Germaniæ Juriſconſulto excellentiſſimo, Holſatiæ Conſiliario, (cum quo ante annos novẽdecim, cum Illuſtriſſimorũ Haſſiæ Principũ in Holſatiam & Daniam eſſem legatus, amicitia contracta memoria mihi ſemper eſt jucundiſſima) quod hucusq; vixerit, & te filium talem veſtigiis ipſius inſiſtentem viderit. Ceterũ legi pagellas, quas ad me miſiſti, à patre tuo de jure connubiorum ſcriptas, eaſque legi, ut in iſtiusmodi ſcriptis ſum ſolitus, perquam diligenter & accurate. Vellem miſiſſes omnes, tametſi ex his, ut ex ungue Leonem. Animus mihi fuit jam à multis annis in duobus potiſſimum capitibus juris aliquid impenſioris operæ collocare, quorum unum eſt de hoc ipſo, connubiorum jure; alterum

de

de jurisdictione: & illud quidem, propter frequentiorem ejus usum; & quod Jurisconsultis non esset proprium, sed cum Theologis, commune: hoc verò propter sui splendorem & elegantiam. Verùm priori ista cura patrem tuum me exsolvisse video. Ita enim omnia pertractat accuratè & solide, ut quid illis addi possit equidem non videam: dictione verò tam eleganti & commoda, ut ea nihil elegantius: ordine verò tam justo, ut qui alium desideret, non intelligat modum res suo & legitimo disponendi ordine; cumprimis autem jucunda est illa, qua in auctores elegantiores excurrit, exspectatio, qua rei gravitatem mira jucunditate contemperat, ut quem semel admisit lectorem, non dimittat facilè. Quam ob caussam non dubito, quin pater tuus hoc erudidissimo, & elegãtissimo suo scripto, de Theologis & Jurisconsultis quam optimè sit meriturus, maximè verò de his quibus hoc in caussis matrimonialibus judicandi munus commissum est: ut profectò nolim, esse ullum vel Theologum, vel Jurisconsultum, qui eo careat ego profecto id in bibliotheca mea pro thesauro habebo, tu facito, ut mox, ubi excusum fuerit, habeam: nihil, crede mihi, gratius eximi aut acceptius. Video patri tuo & ingenium esse, & facultatem [illegible]entem de studiis nostris bene merendi, ut ipsi opem ætatem vegetiorem, & valetudinem meliorem, quam utramque cum noverim, hoc magis ego miror, quod id præstare potuerit. Tu vide, ut ita paternis vestigiis insistas, & te filium tanto patre dignum publicè exhibeas. Vale mi Hieronyme, & me tui esse amantissimum omnino tibi persuade. Scribebam Marpurgi Hessorum in summis meis occupationibus, calamo currente; a. d. 6. Augusti Anni Christi 1605.

Tui amantiss.

Hermannus Vultejus, JC.

PAVLI

PAVLI CY-
PRÆI JURISCONSULTI
IN TRACTATUM DE JURE CONNUBIORUM.

PRÆFATIO.

§. 1. Quæſtionem de nuptiis eſſe perdifficilem, quotidianam, de rebus arduis apud omnes gentes controverſam, & nondum ſatis explicatam: Ideoq; diligenter cognoſcendam.

§. 2. Qui auctores doctrinam de nuptiis tractarint & illuſtrarint.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Quæſtio de nuptiis difficilis eſt & perobſcura.*
2 *Conjugii laus.*
3 *Quare à* Paulo *myſterium, hoc eſt, Sacramentum appellatur matrimonium.*
4 *Quæſtiones de nuptiis frequentiſſimæ & dubiæ.*
5 *Quæſtiones de nuptiis nondum ſatis evolutæ.*
6 *Tractatus de nuptiis ad univerſum pene genus humanum pertinet.*
7 *Matrimonium ſervitutis inſtar.*
8 Apuleius *matrimonium pedicas nuptiales appellat.*
9 *Matrimonium vinculum appellatur.*
10 *Matrimonium dicitur Capiſtrum.*

11 *Conjugium dicitur gravis sarcina.*

12 *Veteres legislatores in iure connubiorum recte constituendo multum operæ posuerunt.*

13 *Quare veteres peculiaria judicia & auditoria, quæ Consistoria appellantur, instituerint ad dirimendas controversias matrimoniales.*

1 CUm multæ † in jure res controversæ explicationem lumenq; desiderant, tum perdifficilis, quod homines eruditi minimè ignorant, & perobscura est quæstio de jure Connubiorum, seu de Nuptiis: Quæ & in usu quotidiano ante oculos posita est, & cognitu maximè est necessaria. 2 Hæc enim † ad rem sanctissimam maximamq;, hoc est ad societatem conjugalem initio creati orbis à Deo Optimo Maximo institutam, & ad lites, quæ de ea existunt rectè dijudicandas pertinet. Quid enim conjugio præstabilius? quid commodius, quid utilius? quid pulchrius? ut quo Maritus & uxor in unum corpus unamq; animam coalescunt, filii nepotesq; ad posteritatem propagantur, & immortalitas quodammodò artificiosè humano generi paratur, Deo vero Ecclesia colligitur? *Novell. 140* Unde merito † & recte fons Occonomiæ Ecclesiæ & Reipublicæ seminarium, à *Divo Paulo ad Ephes. 5.* mysterium, hoc est, Sacramentum appellatur, quod typum rei maximæ & sanctissimæ, humanæ scilicet, & divinæ naturæ in Christo unionis nobis exhibet & repræsentat. 4 Quid † controversiis, quæ de Nuptiis quotidie in disceptationem vocantur, frequentius? De quibus tam variæ sunt & Theologorum & Jureconsultorum tum veterum, tum recentiorum, tamq; discrepantes sententiæ: ut magno argumento sit, nondum hanc juris partem satis evolutam esse. Eam itaq; † si quis explicandam suscipiat, & quæ ab aliis tradita sunt, diligenter examinet, operæ precium facturus esse maximum videatur. Vera enim est sapientia, certas & religioni Christianæ consentaneas, de iis rebus, quæ in vita humana quotidie occurrunt, habere sententias: ne falsa defendamus, neve incognita pro cognitis habeamus, iisq; temere assentiamur. Quod cum in omnibus vitæ actionibus fugiendum est, tum vero in iis, quæ de Nuptiis existunt, controversiis eò diligentius cavendum est, quò hæ reliquis graviores sunt & latius patent. Nam reliquæ juris partes *ut Justiniani verbis Novella 22. utar*, neque omnibus omninò hominibus, neq; rebus, neq; temporibus conveniunt,

conveniunt. Quicquid verò † circa Nuptias ſtudii inſumitur, ad uni- 6
verſum penè genus humanum pertinet. Itaq; rectè conjugium primus
humanæ ſocietatis gradus conſtituitur. Et interpretes lites & cauſas,
quæ ad Nuptias ſpectant graviſſimas & arduas eſſe omnes uno ore fa-
tentur *DD. in C. cauſam matrimonii de offic. deleg.* quod conjugio vinculum
in hominum ſocietate nullum ſit ſanctius neq; arctius: ut quo non ad
tempus, ſed in perpetuum maritus & uxor inter ſe devinciuntur &
colligantur, & quidem nodo indiſſolubili. Quæ res facit, ut quaſi de
ſtatu hominis agi videatur. Idq; doctoribus placuiſſe video. Et quod 7
matrimonium † ſervitutis inſtar ſit; cum utut jacta ſit alea, alter alte-
rum deſerere non poſſit, neq; diſcedendi facultatem, neq; corporis ſui
jus & poteſtatem habeat, *arg. l. 2. de lib. hom exhi. Divus Paulus 1. Corinth. 7.*
quod græcus verſus innuit, *νόμιζε γήμας δοῦλος εἶναι τῷ βίῳ καὶ μὴ γαμῶν*
ἀνθρωπος ἄκ ἔλεις κακά: Id eſt, *exiſtimato te ſi maritus factus fueris in omni*
vita ſervum fore: Vir ſine uxore malorum expers eſt. Hinc *Apuleius* con- 8
jugium † pedicas nuptiales appellat. Luxuria, *inquit*, puerilis pedicis
nuptialibus alliganda eſt *lib. 7. de aur. aſino*, & matrimonii effigies eſt ho-
minis qui collum jugo ſummittit & pedes compedibus vinctos habet.
Vincentius Chartarius de imaginibus Deorum fol. 133.

Item vinculum † appellatur. *Virg.* 9

Ne cui me vinclo vellem ſociare jugali.

Plutarchus δεσμὸν vocat. Conjugium eſt laſcivientis ætatis vincu-
lum firmiſſimum, *in libello de puerie inſtituendis. Achilles Statius.* Tibi ergo
uxorem dat pater? Quid commeruiſti, ut in vincula conjiciaris?

Item † capiſtrum. *Satyricus.* 10

Stulta maritali jam porrigis ora capiſtro.

Et *32. q. 7.* Gravis ſarcina † dicitur eſſe conjugium, & vinculum 11
nuptiale ſolvi non debere. Qua de cauſa veteres legislatores † in jure 12
Connubiorum rectè conſtituendo multum operæ poſuerunt. *Ariſt. in*
Polit. lib. 2. cap. 7. Plut. in Apoptheg. Laconi. Dion in orat. Auguſt. contra cœliba-
tum, omniq; ſtudio incubuerunt, ut omiſſo liberioris veneris uſu, cives
honeſta & liberali nuptiarum neceſſitudine devincirentur, liberiſq;
procreandis, rectèq; educandis operam darent; qui deinceps Eccleſiæ
& Reipub. gubernacula tenere poſſent. Fuit (*inquit Horatius in arte Poe-*
tica) hæc ſapientia quondam,

Concubitu prohibere vago, dare jura Maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno.

Et lib. 1. ſerm. ſatyr. 3.

Oppida cœperunt moliri, & ponere leges,
Neu quis fur eſſet, neu latro, nec quis adulter.

Quæ cum ita ſint, merito nobis præ cæteris ſtudio & curæ eſſe debent quæ ad nuptias pertinent, *d. Novella 22.* Atq; ea in re majores no-
13 ſtros imitabimur, qui cum experientia didiciſſent, lites & cauſas conjugales frequentes eſſe; & judicatu difficiles, peculiaria judicia, & auditoria inſtituerunt, ad eas dirimendas, quæ Conſiſtoria vulgò nominantur. Sed & apud gentes prophanas, & à Chriſtiana religione abhorrentes, etiam noſtra ætate, nulla ſunt frequentiora judicia & lites, quàm de nuptiis & repudiis. Idq; propter πολυγαμίαν, quæ apud Turcas & Perſas, aliaſq; Orientis nationes recepta eſt. Quæ tamen prius exſtinctæ ſunt, quàm conſtituantur: imo temporis momento finiuntur, *ut verbis Nicolai Clenardi, qui Africam Arabicæ linguæ diſcendæ gratia peragravit, utatur. In epiſt. ad Abbat. Tonglarenſem* Quod in gente illa barbara maxime prædicandum eſt. Atq; hinc tritum apud Mauros proverbium eſſe *idem* commemorat: Opes Chriſtiani perdunt litigando, Judæi feſtorum celebritatibus & conjugiis, Mauri celebrandis nuptiis.

§. 2. SUMMARIA.

1. *Primo omnium fundamenta hujus doctrinæ jecit Moyſes.*
2. *Apoſtoli etiam quædam de nuptiis ſcriptis ſuis intexuerunt.*
3. *Hebræi latiſſime jus connubiorum explicant.*
4. *Romani leges de nuptiis amplificarunt.*
5. *Romani Pontifices multas de nuptiis ediderunt conſtitutiones.*
6. *Jus nuptiarum nondum ſatis explicatum.*

1 DOCTRINÆ autem † hujus fundamenta, primus omnium jeciſſe poſteriſq; prodidiſſe videtur afflatu divino prædictus MOSES: qui ex Dei præſcripto nuptias certis limitibus incluſit, legibus latis quæ ubique in Pentateucho occurrunt, præcipuè verò, *Leviticí 18. 19. & 20. 21. 26. Deut 22. 27. Num. cap. 5 Exod. 22. & 24* Quibus et-
2 iam ſervator noſter quædam adjecit, Legi Moſaicæ partim derogantia, partim eam † explicantia quæ in Novo Teſtamento extant. Sed & Apoſtoli, nonnulla de nuptiis ſcriptis ſuis intexuerunt, quibus res
3 maximæ determinantur. Legis autem † Moſaicæ illuſtrandæ & amplificandæ ſtudio, Hebræi multa congeſſerunt, & in ſuas Pandectas retu-

retulerunt, quibus universum jus Connubiorum complectuntur & latissime explicant. Suntque ea de re tractatus de sponsalibus (*Massechth Chiduschin Massechth Gitin*) inscriptus. Item tractatus de Repudiis vulgo (*Massechth* & *Jevamoth*) Id est, tractatus fratriarū: quo agitur de fratre, qui ex lege Mōisis defuncti fratris uxorem ducere cogitur. Et (*Massechth Cethouuoth*) id est tractatus contractuum, quo de obligationibus mariti & uxoris & pactis dotalibus disseritur tredecim capitibus distinctus. De quibus omnibus recte licet pronunciare, quod de suis libris ad Avitum scripsit *Martialis*.

Sunt bona sunt quaedam mediocria sunt mala plura
Quae legis hic, aliter non fit, Avite, liber.

De legibus autem Moysis Græci, imprimis autem Lacedemonii & Athenienses multa etiam ad jus Connubiorum spectantia, in suam Rempublicam transtulerunt, ut suo deinceps loco demonstrabimus. Romani † vero, quorum tanta fuit in jure condendo sapientia, quanta in tot imperii opibus acquirendis, ut humanitatem, doctrinam, religionem, ita & jura, legesq; de nuptiis à Græcis acceptas amplificarunt, *Cicero pro Flacco. Justinian §. non eleganter De jure natural. gent.* correxerunt ordineq; & certa methodo tradiderunt: quorum adhuc vestigia in veterum auctorum scriptis, tum vero in Pandectis & reliquis juris civilis libris, *in codice Justiniani lib. 5. Titulis 24. Et Novella 22. Et Codice Theodosiani libro 3. Tit. 5. & undecim sequentibus*, reliqua sunt: dignissima sane ad quæ judex tanquam ad lapidem Lydium controversias de nuptiis examinet. Tandem vero † Romani Pontifices totum sibi illud jus vendicarunt infinitis editis rescriptis, & canonibus, quibus jus Canonicum refertum est; sic multa corrigens ex legibus Principum, ut ipsum tamen parum secum consentiat, ut *Erasmus* rectè sentit. Jus autem Romanum & Pontificum Interpretes suis commentariis illustrarunt, & quæstiones quæ de nuptiis incidere possunt latissime examinarunt. Nostra vero etiam tempestate, restituta Evangelii luce Theologi explosis veterum erroribus de jure nuptiarum rectius multa tradiderunt, quamvis & ipsi in plerisq; sibi parum constent: ut magno † argumento sit, nondum hoc jus satis explicatum esse, nihilq; his rebus esse obscurius. Idq; testantur viri doctissimi nostri seculi. *Erasmus scribit* ex nullo contractuum genere plus nasci turbarum quàm ex matrimonio. Et *Lutherus* proverbium hinc natum existimat; eum cui fortuna sit propitia, sponsam domum ducere: nimirum propter varietatem circumstantiarum,

ſtantiarum, quæ animum judicum in diverſa trahunt: & dubium litis eventum, & quod indies novi caſus emergant, qui nulla certa lege cõtinentur: *l. neq; leges. de legibus*, & quod tota de nuptiis diſputatio lubrica ſit. Quibus de cauſis & nos, aliorum veſtigiis inſiſtentes, totam hanc de nuptiis diſputationem duobus libris complexi ſumus: dedimuſq; operam, ut quæ ſparſim & ſine ordine tractata ſunt, in unum corpus cogerentur, reſque tota diſtinctius & Methodicè explicaretur. Prior autem liber de ſponſalibus inſtitutus eſt: Poſterior de nuptiis Idq; quod eum ordinem Jureconſultos & reliquos qui in hac re ſudarunt tenuiſſe videmus. Neq; id temerè meo judicio. Nam qui naturam ducem ſequitur, nunquam aberrabit. Ordine autem naturæ ſponſalia nuptiis antecedunt. Sunt enim principium gradus & fundamenta, quæ ad nuptias viam muniunt & patefaciunt.

CAPUT I.

§. 1. Cur ſponſalia nuptiis præmittantur, rationes explicantur.

§. 2. De ſpatio ſeu intervallo temporis à veteribus præſtituto, & hodie inter ſponſalia & nuptias obſervando.

§. 3. An ſine ſponſalibus matrimonium contrahi poſſit.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Cauſæ recenſentur, quare duobus actibus ſeu gradibus conſummatio matrimonii abſolvatur.*

2 *Prima & potiſſima cauſa.*

3 *Secunda ratio ſive cauſa.*

4 *Comuni conſtitutio, ne ſponſalia & nuptiæ uno & eodem die ſimul ad exitum perducantur.*

5 *Quidam docti viri tradiderunt, novas nuptas ſtatim à virginitate amiſſa latere & domo prodire non debere, & quare.*

6 *Tertia ratio.*

7 *Quarta ratio.*

8 *Solus convictus & cohabitatio matrimonium non conſtituunt.*

9 *Veteres tàm Hebræi quàm Græci & Romani nullas nuptias abſq; ſponſalibus ratas eſſe voluerunt.*

10. *Vox*

Digitized by Google

10 *Vox Pellex unde deducta.*
11 *Veteres ne quidem nuptias simulatas & fictas seu imaginarias sine sponsalibus probarunt: quod exemplis illustratur.*
12 *Apud Romanos sponsalia nuptias antecessisse ex veterum scriptis docetur.*
13 *Idem apud Christianos in primitiva Ecclesia observatum fuisse exemplis docetur.*
14 *Quinta ratio.*
15 *Per actus magis declaratur veritas quàm per verba.*
16 *Unde mos iste apud Christianos, ut sponsus & sponsa bis interrogentur.*
17 *Geminatio verborum & iteratio actus notat firmitatem propositi & voluntatis seu consensus.*
18 *Ubi intervenit geminatio, ibi præsumitur plena deliberatio.*
19 *Distincta unicui q; genti vocabula fuisse sponsaliorum & nuptiarum.*

Ut autem ordine nostra progrediatur disputatio, primò causas ob quas sponsalia in usum vitæ deducta sunt, examinabimus: Deinde ad definitiones, causas efficientes, effectus, & reliquas Methodi quæstiones perveniemus.

A Veteribus non temere † institutum est, ut à sponsalibus ad nuptias progressus fieret, & ut duobus hisce actibus uel gradibus consummatio matrimonii absolveretur: potissimum autem hæc † causa esse videtur: quòd cum ad conseruationem generis humani institutàm sit matrimonium, & tàm conjugum, quam eorum, quorum in potestate sunt conjuges, consensum requirat, necesse fuit actum aliquem seu contractum præmittere, quo ante conjunctionem, voluntas tàm parentum, quàm conjugum, & promissio disertis verbis exprimerentur. Cui peculiare etiam nomen propter excellentiam tribuere placuit vetustati: cum in reliquis contractibus consensus præcedēs & constituens contractum, appellatione peculiari non notetur, Taceo ad obligationem tanti momenti summa cum de liberatione & electione, quæ sit recta cum ratione, accedendum esse. Et hic si usquam aliàs, adhibendum esse illud. ἀσὺν βραδέως & κὴ πόδας ἔασιν, id est, *pedetentim*. Gemina enim est & anceps in Connubio via: quarum altera ad miseriam ducit; altera ad felicitatem. Itaque priusquam te in viam des, non minus sollicite deliberandum est, quàm Herculem fecisse scribit *Xenophon & Cicero*; duabus viis propositis, quarum altera ad virtutem duceret,

duceret, altera ad voluptatem. Quò ſpectat illud *Juvenalis Satyr.* 7.

Figendum & memori tractandum pectore, ſive
Conjugium quæras, vel ſacri in parte Senatus
Eſſe velis.

3 Deinde quod honeſtatis † ratio non patitur, ut uno & eodem momento conſenſus & concubitus concurrant & cumulentur, ideoq; gradibus diſtinctos eſſe conveniat. Atq, ea in re matrimonium à barbararum gentium conjunctione differt: ut quæ nulla præeunte deliberatione & conſenſu pecudum ferarumque ritu promiſcue in concubitus ruunt, quemadmodum homines, antequam ad humanitatem eſſent exculti, feciſſe *Lucretius* teſtatur, his verbis:

Et Venus in ſylvis jungebat corpora amantum,
Conciliabat enim vel mutua quemq, libido,
Vel violenta viri vis atq, impenſa libido,
Vel precium glandes, atque arbuta vel pira lecta.

Quod etiam de Græcis refert *Tzetzes hiſtoriarum Chiliad. 5. Cap. 17.*

Αἱ τῶν ἑλλήνων πρώτερον γυναῖκες καθ' ἕλλαδα
Οὐκ ὥσπερ νῦν ἐξεγίνοντο νομίμοις τοῖς ἀνδράσι
Δίκην κτήνων δ' ἐμίγνυντο τοῖς βουλομένοις.

Id eſt, *Græcorum olim mulieres in Græcia, non quemadmodum hodie fit viris nubebant legitimis, ſed pecudum ritu commiſcebantur, qui eas expeterent.* Et de aliis gentibus idem refertur. *Bonfinius de pudic. Conjuga. lib. 1 fol. 29. Et Alexander ab Alexand. lib. 1. cap 24.* Et Cecrops primus Athenis vagam & incertam Venerem ad unius cum una conjugium reduxit; *Athenæus lib. 13.* Unde idem *Lucretius*:

Et mulier conjuncta viro conceſſit in unum,
Caſtaque privatæ Veneris connubia lata
Cognita ſunt, prolemq, ex ſe videre creatam.

Quare rectè *Alexius Comnenus Imperator* † *conſtitutione lata conſtitutio emiſſa menſe Julio, Anno ab orbe condito 6592* cavit, ne ſponſalia & Nuptiæ res diſtinctæ, ſimul eodem die & una hora ad exitum & effectum perducantur, ſed temporis intervallo diſcernantur. Verba ita habent: Καὶ μὴ μετὰ ταῦτον συμπίπτῃ ἐν ἡμέρᾳ ἢ ὥρᾳ μιᾷ πραγμάτων διηνυσθῶν ἓν πλείονος ἀποτέλεσμα. Quæ conſtitutio decoro & honeſtate nititur, cujus inprimis in nuptiis habenda eſt ratio. Neque enim in Re-

Digitized by Google

in Republica bene constituta ferendum, ut statim post peracta sponsalia conjuges in complexum venereum ruant. Etsi in multis locis Christiani orbis id usu receptum sit. Quod etiam *Augustinus* scriptum reliquit: Institutum est, *inquit*, ut pactæ sponsæ non statim tradantur, ne vilem habeat maritus quam suspiravit sponsus delatam. Quod præceps illa celeritas incontinentiam arguit & mulieri maculam nævumque aspergit. Qua de causa *Moises* præcepit *Deut. 22.* ne Dominus captivam ducat, antequam ea triginta dies parentes luxerit, comam raserit, ungues resecarit, quo aspectus sui tanta turpitudine Domini desiderium sedet, ac lamentationis tempore amor depellatur. Non enim mente effrena ad concupiscentias est accedendum, *ut Procopius Gazæus scribit.* Triginta autem dies præscribuntur domino, quod id spatium temporis satis esse existimavit Moises, ad deliberandum an ducenda esset captiva nec ne: ne dominus libidine incitatus ejus nuptias appetere videatur. *Idque eleganter explicat Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum, & lib. 3.* Quod enim vellet lex viros uti moderate uxoribus, & propter solam liberorum susceptionem: Ex eo clarum est, quod prohibet quidem eum, qui non habet uxorem, statim cum captiva habere consuetudinem. Quod si semel desideraverit, ei cum tonsa fuerit capillos, permittere ut lugeat triginta diebus. Si autem ne sic quidem emarcescat cupiditas, tum liberis operam dare, cumque dominatur impulsio, probata sit præfinito tempore, consentanea rationi appetitio est: Quod † quod his de causis viri quidam docti tradiderunt, novas nuptas statim à viginitate amissa, latere, & domo prodire non debere, quemadmodum Elizabetham Zachariæ uxorem dilituisse scribunt. Et quod ea res Comneno occasionem præbuerit hanc legem ferendi ipse non obscure innuit. Refert enim suo tempore etiam post sponsalia, cum iis qui annum septimum duntaxat excessissent, contracta sponsos ad desponsatas accessisse, non secus, ac si conjugium consummatum esset, continuaq; consuetudine atq; libertate congressus amoris flammam accendisse. Atque hæc quidem quæ latius persecuti sumus *Vives* brevissimis verbis complexus est; qui sponsalia, *inquit*, ita instituere ne primo statim congressu conjuges jungerentur, pudicitiæ maximè videntur consuluisse: ne mulier & familiariter versaretur, & rem haberet cum eo, quem nunquam sortassis prius esset allocuta, quòd non fieret sine magna pudicitiæ & pudoris jactura, in quibus sita est haud exigua pars bonorum in civitate morum, & publicæ quie-

tis per gentes omnes. *Hactenus Vives.* Quin & alia ejusdem Comneni constitutione, quæ ad suggestionem Curopalatæ & Magni Drungarii Vigle edita est, traditur non exiguas incommoditates ad parentes redire, si uno & eodem tempore sponsalia & nuptiæ parentur, quod scilicet parentes liberis prospicere, eorumque commodis inservire cupiant, & tamen angustia temporis, quo minus id facere possint excludantur.

6. Sed & hæc movisse ratio videtur homines sapientissimos † ad inducenda sponsalia, quod in contractibus, & obligationibus magni momenti, & ubi periculum est promissio convenienter rei traditionē præcedit. Idq; quod error initio contractus admissus facilius corrigi possit, quam eo ad exitum perducto & consummato. Id si usquam alias certe in conjugio cavendum est ubi si semel male ceciderit alea non est quod arte corrigas. Est enim ex iis in quibus, ut dici solet, non est bis peccare. Cum conjux conjugi non tantùm quo ad res externas obligetur, sed se suumq; ipsius corpus alterius potestati tradat & committat, & quodammodo in servitutem perpetuam redigat. Et in rebus arduis & gravissimis cautius agendum est. *Leo Novella 109.* Hinc posterioribus seculis in morem perductum est, ut spatium aliquod intercederet inter sponsalia, & nuptias, & ut promulgatione publica in cœtu & frequentia populi facienda, ea res omnibus innotesceret, idq; trinundino (*vulgus Bannum appellat*) quo re adhuc integra dispici posset, num causa subesset, quæ nuptias impediret, ei in tempore occurreretur, potius, quàm ut consummato conjugio frustra remedium adhiberetur. *Durandus lib. 4. distinct. 2. q. 3* Itaque post trinam denunciationem non est audiendus qui nuptias disturbare conatur. Idq; Rex *Daniæ Fridericus recte constituit, anno 1582.* Quod & *Erasmo* placuisse video, qui disertis verbis tradit, veterum prudentiam, quo magis excluderet omnem captionem, præmittere solitam fuisse sponsalia. Et recte. Nam secuto concubitu, res in integrum restitui nullo pacto potest, juxta illud. Læsa pudicitia est, deperit ilia semel. Atq; eo recte accommodari possunt Poetæ versus, *Ovid Fastorum lib 3.* (quamvis de saliorum diebus festis, in quibus à nuptiis abstinendum sit loquatur.)

Nubere si qua voles, quamvis properabitis ambo,
Differ: habent parvæ commoda magna moræ.

7 Huc accedit, quod † sponsalibus omissis aut non rite factis, neuter conjugum certo scire possit, etiamsi una vivant & habitent, utrum Mariti vel uxoris, an vero concubini concubinæ & pellicis locum obtineat.

neat. Quod † ſolus convictus, conſuetudo & cohabitatio matrimonium non conſtituat, *C. i. 30. q. 5. DD. Imola & Abbas C. illud de præſumptionibus. Covarruvias 2. part. c. i. num. 5.* Itaq; *apud Virgilium* Didoni ex ſolo concubitu nuptias ſtruere volenti, recte ab Ænea occurritur, ſe nunquam animum conjugis habuiſſe, neque fidem Didoni dediſſe, *ut ex his verbis colligitur. lib. 4. Aeneidos:* 8

Nec jam furtivum Dido meditatur amorem:
Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam. Item:
Per connubia noſtra, per inceptos Hymenæos.

Cui Æneas reſpondet.

----- Nec ego hanc abſcondere furto
Speravi, ne finge fugam, nec conjugis unquam
Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni.

Itaque † veteres tam Hebræi quam Græci & Romani nullas nuptias abſque ſponſalibus ratas eſſe voluerunt. Unde *Kimhi*, Hebræorum doctiſſimus Pilleges (unde vox † pellex deducta eſt,) hoc eſt, mulierem 9 10
definit viro conjunctam abſq; ſponſalibus & ſcriptura concubitus gratia, id eſt, concubina focaria vel pellex: verba Kimhi hæc ſunt: [*Philegeſch Hie Hoamo Hamirichedes Leadom Lemiſchcouo Belo Cetuuo Vbelo Chiduſchhin.*] Quo ſpectat illud *Phocilidu monentis ne quis ſine ſponſalibus mulieri conjungatur, Μηδὲ τὶς ἀμνήστευτα βίη κούρησι μιγείη* argumento eſt, quod Cajus Caligula Imperator, Lolliam Paulinam ducturus, maritum Memnium Regulum coegit; ut ſibi eam deſponderet, ne in leges committeret, ſi eam ſibi non deſponſatam duceret, *ut refert Zonaras, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἐγγυῆσαι αὐτῷ τὴν γυναῖκα βιάσας ἵνα μὴ ἐνέχηται αὐτὴν λαβὼν ἀθέμιτον Dion. lib. 59. & Xiphilinus.* Nero civis Romanus uxorem Liviam Auguſto deſpondit patris loco. *Dion. lib. 48. fol. 236. & Xiphilinus.* Et Martiam uxorem una cum Catone marito deſpondit Hortenſio Philippus Martiæ pater. *Plutarchus in Catone Minore.* Cato animadverſo Hortenſii ſtudio, non adverſatus eſt Martiæ, tantum patris conſenſum requiri dixit. Atque is compellatus, facilem ſeſe præbuit, neque aliter quam ipſo Catone præſente, & una deſpondente, Martiam Hortenſio locavit. Imo ne nuptias quidem † ſimulatas & fictas ſeu imaginarias ſine ſponſalibus 11
probarunt. Nam cum M. Anthonius Bachum juniorem ſe nominari, & Minervæ maritus haberi vellet, Athenienſes, ne abſque ſponſalibus maritus fieret, Minervam illi deſponderunt. Atque ille conditionem

Digitized by Google

accepit, & ab eis dotis nomine, decies centena millia drachmarum exegit: *ut teſtatur Dion. lib. 48. Xiphilinus & Zonaras tom. 2. Seneca lib. 2 ſuaſoriarum.* Nam cum, *inquit*, Antonius vellet ſe liberum patrem dici, & hoc nomen ſubſcribi ſtatuis, occurrerunt venienti ei Athenienſes cum conjugibus & liberis & Διόνυσον ſalutaverunt. Benè illis ceſſerat ſi naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet, dixerunt deſpondere ipſas in matrimonium Minervam Muſam ſuam, & rogaverunt ut duceret: Et Antonius ait ducturum, ſed dotis nomine imperate ſe illis mille talenta. Tum ex Græculis quidam ait, huic quidam impune fuit, ſed Athenienſium ſponſalia mille talentum æſtimata ſunt, quę cum exigerentur complures contumelioſi libelli proponebantur; ſed & Antonius Heliogabalo Deo ſuo uxorem deſpondit:

12 *Xiphilinus fol. 616.* Apud Romanos † etiam ſponſalia frequentata & nuptias anteceſſiſſe ex veterum ſcriptis liquet. Hinc ille apud *Terentium*: Quis deſpondit? Quis dedit? Cui quando nupſit? Auctor his rebus quis eſt? Item. At illi neq; do, neq; deſpondeo. *Act. 4. Heaut. 5.* Item *in Andria.* Filiam ſibi petiit uxorem dari, placuit, Deſpondi, hic nuptiis dictus eſt dies. Item. Ego cui daturus ſum, ut deſpondeam. *Et Claudianus de ſeipſo*:

Et mihi quam ſcriptis deſponderat ante puellam,
Conjugis ipſius pronuba dextra daret.

Item: Quid jungere differt quam pepigit, Et *Cicero ad Quintum fratrem.* Ad 8. Iduum Aprilis ſponſalia craſſipedi dedi, cui convivio Quin-

13 tus deſuit. Idq; inter † Chriſtianos & in primitiva Eccleſia obſervatum fuiſſe, ſacræ literæ demonſtrant. Ejuſque rei exempla ſuppeditant innumera, ut Iſaaci & Rebeccæ, Boos & Ruthæ, Davidis & Abigaelis, Samſonis & uxoris, Tobiæ & Saræ. Mariæ & Joſephi & Auguſtini verba. Inſtitutum eſt, ut ſponſæ pactæ non ſtatim tradantur. *c. inſtitutum 27 q. 2.*

14 Ad inſtitutum † revertamur & cauſſas cur ſponſalia & nuptias temporibus & gradibus diſcernere & nominibus etiam peculiaribus, (quod in aliis contractibus ſecus habet) inter ſe diſtinguere vetuſtati placuerit, explicemus, quarum hæc non poſtrema fuiſſe videtur, quod cum cauſæ de nuptiis arduæ ſint & graviſſimæ ut dictum eſt, firmiter illas ſtabilire oporteat quo ſpectat illud *Ciceronis*; Majores noſtri firmiter matrimonia ſtabilita voluere, *quæ verba Priſcianus ex Cicerone lib. 6. de Republ. refert, hoc eſt*, ut non tantum verborum quorundam nunciatione in ſponſalibus facta matrimonium conſummatum cenſeatur, ſed ut ad cõſenſum verbis ſemel expreſſum accederet iteratio propoſiti & voluntatis,

ratis, eaque non tantum verbis iteratis, sed & rebus ipsis & factis declaratur. Nam *ut rectè Clemens Alexandrinus* germanum ac verum signum veritatis tribus completur consilio, actione & verbo *in exhortatoria ad gentes*, & per actus † magis declaratur veritas quam per verba, *ut DD. loquuntur*, cujus generis sunt, in causis de nuptiis, nuptiarum celebratio, benedictio sacerdotis, & interrogatio sponsi & sponsæ, & responsio, traditio, mancipatio in congregatione fideliũ facta, domum deductio. Idque innuere *Justinianus videtur. l. Sancimus C. de nuptiis*, conditionem nuptiarum impleri non posse nisi nuptiarum accedat festivitas, *& Aurelianus l. cum te C. de donationib.* nuptam videri mulierem, ex quo nuptiis celebratis tradita & ducta esset. Idq; disertis verbis explicat *Demosthenes in oratione in Oenotorem.* Neq; enim in tali contractu quisquam nullos testes adhibet, imò & his de causis nuptias celebramus & maximè necessarios invitamus, quod non levis res agatur. Sed vita sororum & filiarum alienæ fidei committatur, quæ ut in tuto collocetur, summa cura providemus. Et hac de causa † ego apud Christianos in morem perductum exi- 16
stimaverim, ut sponsus & sponsa, qui sibi mutuo repromiserunt conjugium, rursus in cœtu fidelium interrogentur, sponsus num sponsam uxorem velit, & sponsa num sponsum maritum velit, quo certò de utriusq; consensu constare possit, & ut consensus, qui sponsalibus intervenit ratificatus & iteratus nuptiis quoq; accedat. Nam sicut sponsalibus, ita & nuptiis filiumfamilias oportet consentire. *l. 7. & 11. sponsalia de sponsalibus*, itaque rectè *Poeta* nostri seculi.

Templa petit sponsus, sacras ut firmet ad aras
Promissam thalami numine teste fidem.

Quæ iteratio verbis & rebus facta voluntatis latentis indicium est & argumentum firmissimum & matrimonium se nuptias constituit, quo spectat regula: Nuptias non concubitus sed consensus facit. Nam tritum † est apud Jureconsultos, verborum geminationem & actus ite- 17
rationem arguere & notare firmitatem propositi & voluntatis, seu consensus *l. quinquaginta Dig. de probationib.* Et *Baldus* rectè: verba geminata seu iterata significant præcisam intentionem, & qui bis aliquid facit (ut in nuptiis ubi geminatus concurrit consensus nimirum sponsalibus & nuptiis adhibitus) non potest postea contravenire, aut aliquid contra id, quod placuit, opponere, quia ubi † intervenit geminatio, ibi 18
præsumitur plena deliberatio *in Ath. ut nulli judicium*, §. *& hoc verè jubemus*

collat. 9. Baldus in Rubrica, si quis aliquem testari prohibuerit. Qua de re plura congessit *Eberhardus in loco vi geminationis.*

19 Distincta enim † unicuiq; genti vocabula fuisse sponsaliorum & nuptiarum observare licet *Sic Deut. 20. & 22.* Moses distinguit inter mulierem quæ desponsa est, & quæ nupta seu domum deducta est, dum jubet eum domum redire, qui mulierem sibi despondit, quam nondum duxit, quod & *Machabæorum lib. 1 c. 3.* legitur. Et apud Græcos differunt μνηστεία & γάμος, *ut statim explicabitur.* Et vulgares omnes linguæ etiam voces habent diversas, ut Germani qui sponsalia Verlöbnüß Ehegelübt. Item: Braut vnd Breutigam/ sponsum & sponsam appellant: Maritum & uxorem, Ehemann vnd Eheweib. Item Gemahl/ Gemahlin.

§. 2. SUMMARIA.

1 *An apud veteres & in Ecclesia prima spatium & intervallum fuerit inter sponsa-*
2 *Apud Græcos exiguum fuit intervallum.* *(lia & nuptias.*
3 Περαύλια *quid.* 4 ἀπαύλια *quid.* 5 *Repotia quid.*
6 *Uno & eodem die sponsalia & nuptias ad exitum perductas.*
7 *Non ferendum ut nuptiæ biennium vel triennium differantur.*
8 *Procrastinationes plurimum adferunt mali.*
9 *Laudantur qui spatium temporis inter sponsalia & nuptias definierunt.*
10 *Augustus Cæsar biennium præstitult.*
11 *Genevensium statutum.*
12 *Regis Daniæ constitutio.*
13 *Frugalitas veterum qui unicum duntaxat diem cœnæ nuptiali destinarunt.*
14 *Sponsa in convivio nuptiali nihil attigit, hoc est, neque edit neque bibit.*

1 SEd hoc loco † non incommode quæritur, an apud veteres & in Ecclesia prima spatium & intervallum fuerit inter sponsalia & nuptias? Et exiguum fuisse argumento est Tobiæ historia, quæ non obscurè indicat uno & eodem die Saram Tobiæ desponsatam cubitum deductam, & in lecto collocatam, hoc est, nuptam fuisse, quamvis eam tribus noctibus non attigerit precibus pro sua & conjugis salute fundendis intentus. Idem ex historia Rebeccæ colligitur, quæ statim Isaaco nupsit, ut & Abigail Davidi. Samson eam, quam sibi desponderant parentes post dies paucos accipit. *Judic. cap. 14.* Et Maria desponsata Josepho & nondum gravida à Josepho domum gravida deducitur, idq; temporis spatium exiguum fuit. Nam apud Josephum, cum peregisset menses

quatuor

quatuor ab Angelo Gabriele lætum accepit nuncium, *ſi Nicephoro credimus qui ex Euodio hæc refert lib. 2. cap. 3* Et Angelus paulò poſt monuit Joſephum de ea ducenda *Matt. 1.* Sed & apud Græcos idem † moris fuiſſe, reperio. Nam primo die deſpondebatur virgo. Unde is προαύλια dicebatur † dies qui anteit nuptias ἡ πρὸ τῶν γάμων ἡμέρα, *ut ait Pollux* latine deſpōſalia non inepte dici poteſt. Alter dies ἀπαύλια, † in quo fiebant nuptiæ, latiñe decubationem dicere potes *ut Scaliger vertit.* Nam in ſoceri ædes tranſibat ſponſus ubi nuptiæ fiebant ita dictus, quod *ut Pollux refert lib 3. cap. 3* ἠχύρη χωρὶς τοῦ πατρὸς αὐλίζεσθαι. vel τότε ἀπαυλίζετο τῷ ἀνδρὶ ἡ γυνὴ. Dies tertius, qui eſt ſecundus nuptiarum ἡ ἡμέρα μεθυόσκοη ἐπαύλια (quamvis ἐπαύλια etiam dicebantur munera, quæ poſtridie nuptiarum à ſponſæ patre & aliis tàm ſponſo quàm ſponſæ mittebantur. *Suidas.*) latine † Repotia, quaſi nuptiarum appendix, ubi ab iteratis poculis dicebatur *Sext Pompejus & Feſtus.* Repotia poſtridiè nuptias apud novum maritum cœnatur, quia quaſi reficitur potatio. Et *Apulejus Apologia 1.* In quo ſponſi & affines de ſuo faciebant convivium, hinc *Auſonius,*

Natalis ſi forte fuit ſolennis amico
Conjugioq; dapes aut ſacra Repotia patrum.

Et *Horat. lib. 11. Satyr. 11.*

Ille Repotia natales alioſve dierum,
Feſtos albatus celebret.

Ita *apud Heliodorum lib. 10.* Hydaſpes Caricleam cognitam Theageni deſpondet, & poſtridie nuptiæ fiunt. Nuptiis autē & Repotiis H.S. mille conceſſit. *Auguſt. Gell. l. 2. c. 24.* ſed & uno † eodemq; die ſponſalia & nuptias ad exitum perductas eſſe *ex Luciano in Toxari* colligitur. Nam puella filia Menecratis viro deſponſa Zenothemidi, uno & eodem die in thalamū abducitur; *ſic enim habent verba.* Hæc illo loquente hic ſponſam adjunctam tollens abduxit in thalamum, καὶ ἀπαγαγόμενος αὐτὴν, paulò poſt prodiit. Quāvis hic verecundiæ fines egreſſus ſit Zenothemides, ideoq; in conſequentiam trahi non debeat. *Apud Heliodor. lib. 6.* Nauſicles Nauſicleam Guemoni uno & eodem die deſpondet & collocat. Ex quib. palàm fit id, quod ſuprà diximus, exiguum ſpatiū inter ſponſalia & nuptias apud veteres fuiſſe. Atq; in hunc vetuſtatis morē tanquam in ſpeculū, tàm magiſtratum quàm privatos inſpicere par eſt, ne nimia nuptiarum feſtinatione vel procraſtinatione peccetur. Quorum alterum libidinis effrenatæ, alterum verò animi erga conjugē parum propenſi indicium eſt,

est, & utrumq; honest, quæ cum in omnibus rebus tum verò in hoc fœdere tam sancto inprimis spectanda est, adversatur: idq; veterum exemplo. Neque ferendum † ut biennium vel triennium nuptiæ differantur
7 nisi gravissimæ & necessariæ causæ subsint: *quales in l. sæpè 17. de sponsalib. referuntur.* Valetudo sponsi sponsæve, mores parentū, capitalia crimina, longiores peregrinationes, &c. Idq; quod ejusmodi † procrast. nationes plurimū apportant mali. Nam Diabolus acerrimus conjugii hostis nihil non molitur ad alienandos conjugum animos & disturbandas nuptias; & ne matrimonium coalescat nihil intentatum relinquit. *Refert Apulejus* Pontianum, qui ipsi matrem suam desponderat. Pudentillā derepente animum mutatum, quod antea nimio studio festinarat pari pertinacia prohibitū esse: deniq; ne matrimonium coalesceret quidvis pati quidvis facere paratum fuisse *Apol.* . . quod experientia ita notum est, ut longiore disputatione non egeat. Itaq; † prædicanda eorū prudentia qui
9 spatium illud temporis inter nuptias & sponsalia definierunt modumq;
10 præscripserunt. Augustus Cæsar lege lata cavit, ne quæ rata essent sponsalia etiam inter impuberes nisi statim post biennium nuptiæ subsequerentur. *Zonaras Tom 2.* Idq; non obscurè innuit *Dion. lib. 56. in oratione Augustini ad cœlibes:* Ego, inquit, teneras puellas & viris immaturas ut ambiretis vobis permisi, ut cum sponsorum propediem nuptias celebraturorum nomen ferretis eo magis rem familiarem curaretis. Neq; festinare quicquam vos coegi, primū biennio, deinde triennio ad rem parandam dato. Et Genevenses † statuo sanxerunt ne post peracta sponsalia
11 nuptiæ ultra sesquimensem differantur, nisi causa legitima subsit *cap. 128.* verba sunt: *Apres une promesse de mariage faicte, que le mariage soit accomply dedans six semaines s'il n'y avoit cause vrai sonnable, por le differer plus longuement: autrement qu'on appelle les parties au Consistoire, pour leur remonstrer; s'ils n'obeissent, qu'ils soyent, renvoyez devant le Conseil, pour estre contraints d'accomplir leu mariage. Id est,* Matrimonium promissum intra spacium sex hebdomadarum consummandum, nisi causa justa absit, cur id differri oporteat. Quod nisi fiat, ad consistorium partes vocentur & admoneantur, ni pareant fore, ut ad consilium remittantur & matrimonium consummare cogantur. Sed & Rex Daniæ † Fridericus II piæ memoriæ eadem pene uno in casu sanxit, *Constitutione edita Anno 82. Cuius summa est,*
21 ut si sponsus vel sponsa post sponsalia turpiter & flagitiosè una vivant & copulationem nuptiasq; differant, eis pastor Ecclesiæ diem & tempus certum

certum præscribat intra quod sese coram Ecclesia sistant & copulentur. Quod si pastori non pareant, sacris & usu sacramentorum arceantur: si vero ne tunc quidem ad meliorem frugem sese recipiant, & resipiscant propter vitam turpem & scandalum palàm excommunicentur.

Sed & veterum frugalitas hoc loco notanda est, quod unum saltem diem convivio seu cœnæ nuptiali destinarunt & deputarunt: unde *Plautus in Curculione. act. 5. scena penultima*: 13

Tu ut hodie adveniens cœnam des sororiam.
Hic nuptialem cras dabit.

Et *Cicer. lib. 2. epist. ad Quintum Fratrem*: Eo die apud Pomponium ejus eram cœnaturus. *Apuleius lib. 6.* Nec mora cum cœna nuptialis affluens exhibetur. Et *Juvenalis Sat. 6.*

Si tibi legitimùs pactum junctumq́; tabellis
Non es amaturus: ducendi nulla videtur,
Causa nec est quare cœnam & mustacea perdas.

Et *Satyr. 5.*

Signatæ tabulæ dictum feliciter ingens.

Cœna, id est, convivarum multitudo. Sponsam item † in convivio nuptiali nihil attigisse, hoc est, neq; edisse vel bibisse, *Nicetas in vita Alexii Angeli folio 251. notavit.* 14

§. 3. SUMMARIA.

1 *An matrimonium sine sponsalibus contrahi possit.*
2 *Sola domum deductione nuptias non constitui.*

HInc ad Accursii quæstionem † propositam *l. 1. de sponsalibus*. An matrimonium sine sponsalibus contrahi possit? respondere facile est: nimirum matrimonium seu nuptias non rite contrahi: quamvis id uno casu fieri posse existimat Accursius, quando scilicet mulier in viri domum deduceretur, & ei traderetur nuptum. Quod mihi verisimile non sit, & cur sic sentiam ratio est, quod nuptiæ solo consensu contrahantur; is autem in sponsalibus exprimitur, & ad nuptialia fœdera viam munit & sternit. Hinc sequitur, sola illa domum deductione † nuptias non constitui, nisi expresse consenserint ii, quorum consensus desideratur, hoc est, vir, mulier, & qui eos in potestate habent. Qui consensus etiamsi brevissimo spacio nuptias anteverte- 1 2

rit, ſponſalia conſtituet, cui ſi acceſſerit traditio quæ fit in nuptiis, matrimonium rectè contractum dicetur, duobus nimirum gradibus, hoc eſt, ſponſalibus & nuptiis.

CAPUT II.

§. 1. Vocum quibus Hebræi, Græci & Latini ſponſalia & nuptias exponunt, Etymologica explicatio.

§. 2. Quid ſint ſponſalia.

§. 3. Definitionem Joan. Florentini de veris ſponſalibus, quæ de præſenti vocant accipiendam.

His ita ſtatutis reſtat quid ſint ſponſalia ordine propoſito videre, cum omnis, quæ cum ratione ſuſcipitur tractatio, à definitione inchoanda ſit.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Sponſalia quomodo Hebræi appellent.*
2 *Vox* Μνηστεία *quid denotet & unde deducatur.*
3 *Variæ ſponſaliorum appellationes.*
4 *Vox* Μνηστὸς *quod ſit & quid* μνηστεία *ſignificet.*
5 *Quare Maria appelletur* μνηστὴ.
6 Νύμφιος *quid ſit & quid* νύμφη.
7 Νυμφίδιος παλαμος *quid.*
8 Νυμφαῖον *quid.*
9 Γάμος *quid.*
10 *Differentia inter verbum* μνηστεύειν, νυμφεύειν, *&* γαμεῖν.
11 *Vox, Uxor, ex Hebræo deducitur.*
12 *Sponſalia, verbum unde deductum.*
13 *Verbum ſponſus unde.*
14 Vetrii Flacci *derivatio.*
15 Servii *opinio probatur.*
16 *Verbi, ſponſalia, varia ſignificatio.*

1 SPonſalia † Hebræi [*Chiduſchin*] appellant à verbo [*Chadeſch*] quod duo notat, ſanctificare & præparare, decernere & diſponere. Quæ vox etſi in Bibliis non reperiatur, tamen in Hebræorum commenta-

riis

riis frequenter occurrit: Imò in libris Thalmudicis integer est tractatus, qui [*Chiduschin*] inscribitur, ut supra monui. Itaq; à provisione & præparatione nuptiarum, quæ in sponsalibus adhibetur & fit, nomen sortita est: quamvis & à sanctitate deduci posset, quod conjugio nullum vinculum sit sanctius. Sed prior Etymologia † probabilior est, & 2
cum voce μνηστεία congruit, qua Græci sponsalia notant, deducta à verbo μνηστεύεσθαι, quod est, præparare & providere, quod posteà futurum est, & rem aliquam ad se pertrahere & transferre: *teste Hermenopulo lib. 4. tom. 1. de consensu sponsalium*: Unde † & conditiones præparatoriæ, ac spes nuptiarum, à *Panormitano* vero præambula matrimonii, à *Valerio Flacco* primordia tædæ appellantur *lib 8.* Argonaut. de Jasone, qui Medeæ fidem dederat. 3

Quamquam jura Deum sacri sibi conscia pacti
Religio, dulcisq; movent primordia tædæ.

Sunq; † distinctæ voces, μνήστωρ sponsus, qui arrham dedit nuptiarum & μνήστη sponsa. Unde & μνηστεία sponsalia. Ita Maria μνήστη appellatur † antequam à Josepho ducta esset, *Matth. 5.* Μνηστευθείσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα Νύμφιος sponsus, *quæ vox Joh. 3. extat*, & Νύμφη sponsa dicitur, quando & quandiu nuptiæ fiunt, & durat solennitas proprie *teste Eustachio in Plutum Aristophanis.* Νύμφη, *inquit*, οἱ ὀνειρευόμενοι τὴν νέον φαινομένην αὐτὴν δὲ πρώτερον θαλαμευομένην νυὶ φαίνεται. *Suidas* Νυμφίων βίον proverbium citat: vos quidem sponsi vitâ vivitis, propterea quod proci frondibus & sertis coronari solent ad dies nuptiales. Unde & *Festus* † vocẽ nuptam deducit; unde & νυμφίδιος θάλαμος sponsalis seu genialis lectus. Et νυμφαῖον domus erat amplissima Constantinopoli, quam Leo Magnus Imperator ædificavit, nomine ex eo indito, quod ibi nuptias celebrarent, qui ædes proprias non haberent *teste Zonara tom. 3. in Leone.* 4 5 6 7 8

Γάμος nuptiæ † sive matrimonium etiam post finitas nuptias; quam differentiam etiam ad amussim observavit vetus auctor *Divus Andreas Hierosolymitanus*, Mariam inducens Gabrieli Angelo respondentem, ἄπειρος συγχαίω γάμου μεμνήστευμαι ἀλλ' ἀνενύμφωμαι μνηστῆρα μόνον, ἀλλ' οὐκ ἀνδρὰ † Ἰωσὴφ δηίσαμαι Σωίοικος ὁ μνηστὸς, ἀλλ' οὐ σωόδυος, i.e. Conjugii expers sum, desponsa n. non nupta sum, sponsũ solũ at Maritũ Joseph non agnosco. Contubernalis est sponsus sed non ejusdẽ lecti socius. Unde patet hæc tria μνηστεύειν, νυμφεύειν, γαμεῖν, 9 10

quaſi gradibus quibuſdam & tempore inter ſe diſtingui. Quod etſi ad artem Grammaticam pertinet, tamen diligenter notandum eſt. Nam deinceps in explicatione rerum difficillimarum ejus diſtinctionis uſus conſpicietur: Sed & Hebræis diſtincta ſunt vocabula: nam quæ deſponſa eſt, [*Oraſah* & *Meoraſah*] appellatur *quæ voces Deuter. 22. extant,*
11 à voce [*Eras*] hoc eſt, deſpondit, deducta: unde uxoris eſt vox † in latinorum coloniam deducta, unius literæ metatheſi. Nam quod ab ungendo dictum putant, frivolum eſt. In Pandectis autem Hebræorũ & commentariis deſponſa [*Meoroſcholi*] dicitur, nuptiarum a. tempore ſponſus [*Cheſſan*] ſponſa vero [*Chalo*] à pulchritudine & ornamentis. Uxor autem [*Iheſcho*] nominatur, unde & non incommode uxoris vox deduci poteſt, ſi cui puer non arriſerit etymologia. Utraq; certe veriſimilior eſt, quam illa Varronis ab ungendo vel ungendis poſtibus deducta.

12 Sponſalia autem à ſpondendo † nomen habent. *Ulpianus.* Spondere *Verrius* dictum putat, quod ſponte ſua, in eſt, voluntate promittatur, unde ſponder, qui dicit ſua ſponte, ſpondeo. Sponſio autem non ſimplicem ſponſionem ſignificat, ſed ad ſtipulationem refertur. *l. ſponſio de verb. ſignificat.* Itaq; omnis ſtipulatio & promiſſio ſponſio appellatur,
13 *Alciat. d. l. ſponſio c. noſtrates 30. quæſt. 5.* Hinc ſponſi † & ſponſæ appellatio Nam qui uxorem ducturus erat, eam ſtipulabatur ab eo, in cujus eſſet illa poteſtate, & ſponſus dicebatur cui promiſſa erat ſponſa, *Gell. lib. 4. cap. 14.* Quibus *Ulpianus & Florentius* conſentiunt, qui ſponſalia quoq; à ſpondendo dicta ſentiunt, *ut & Feſtus*, quod veteribus ſtipulari & ſpondere moris erat. *Eſtq; hæc Alciati ſententia lib. 1. παρεργῶν cap. 2. Et Didaci*
14 *Covarruviæ.* Quamvis † *Verrius Flaccus* diligens vocum obſervator ſponſorum & ſponſarum nomen à Græco verbo tractum exiſtimat, quod σπόνδας, id eſt, fœdera interpoſitis rebus divinis facerent. Unde colligitur etiam in ſponſalibus ſacrificia adhibita fuiſſe Sed is à *Feſto Pom-*
15 *pejo* reprehenditur † & recte *Servius interpres Virgilii* à ſpondendo & fidejubendo dicta putat ſponſalia, & virum ſponſum, quod olim ut illius verbis utar, cautiones ſibi invicem emittebant, in quibus ſpondebant ſe conſentire in matrimonii jura & fidejuſſores dabant; ſed veriorem eſſe Ulpiani Florentiniani ſententiam capite ſequenti planum
6 faciemus. Sponſalia etiam † arrhas ſponſalitias ſignificant, *l. in fin. ſi nuptiæ ex reſcripta petantur l. 6. C. Theodo. de ſponſalibus & ratio T.C.* ſi rector provinciæ

provinciæ vel ad eum pertinentes sponsalia dederint: Nonnunquam etiam donationem propter nuptias *l. 2. C. de secund nuptiis*. Sponsalia etiam convivia dicta fuisse, quæ sponsalib. adhibebantur *ex Cicerone colligitur, cujus hæc sunt verba*: Crassipedi sponsalia dedi cui convivio Quintus tuus defuit: Græce προγάμεια *Pollux, Plinius lib. 9. cap. 35.* Tullian *Paulinam* quæ fuit Caii principis matrona nec serio quidem & solenni ceremoniarum apparatu, sed mediocri etiam sponsalium cœna, vidi smaragdis, margaritis operatam alterno textu fulgentibus, toto capite, spicis auribus collo, manibus digitisq;, quæ summa quadringenties H. S. colligebat Seneca sponsalia aut nuptias frequentavi.

§. 2. SUMMARIA.

1 *Definitio sponsaliorum.*
2 *Vox mentio in definitione sponsaliorum quid denotet.*
3 *Definitio alia sponsaliorum paulo latior.*
4 *Explicatio definitionis.*

SPonsalia definit † *Nicolaus Papa* futurarum nuptiarum promissionem. Jureconsultus verò *Florentinus* mentionem & repromissionem futurarum nuptiarum. Quidam pro mentio mutua legunt, sed male. Nam JC. Florentinus ad veterum morem respexit, qui stipulationibus interpositis sponsalia contrahebant, *ut l. 2. dicitur*: cujus duæ sunt partes, mentio & repromissio quas ambas in hac definitione ponit Florentinus. Itaque mentio † in hac definitione idem valet, quod interrogatio & repromissio seu promissio, responsio. Nam quoties promissionis mentio fit, ibi intelligendum interrogationem præcessisse: Quo spectant verba Plauti, Crede ædepol ubi mentionem ego fecero de filia, Mihi ut despondeat, derideri se à me rebitur: Nam qui poscit, mentionem facere dicitur, qui respondet repromittere. Quod à *Jano Guilielmo* bene observatum est *in quæstionibus Plautinis*. Allusit autem Florentinus ad uxorem Græcum μνησεία, quæ promissionis mentionem notat, *ut scribit, Hermonopolus lib. 4. 1.1.* Sed & apud latinos auctores mentio pro appellatione & sermone accipitur, & meminisse loqui est, ut & verbum memorare quod inde deductum est. *Apuleius VII. Milesiorum.* Recens nupta gratias mihi summas apud suos parentes ac maritum mihi meminisse non destitit &c. Et repromittere est stipulanti promittere vel spondere. *Unde Cicero*: Non me Hercule istud tibi re-

promittere ausus sim: quamvis aliter restipulari & repromittere accipiantur in faciendâ sponsione. *Sigonius lib. 1. de Judicio cap. 21.* Et ita accipiendam hanc definitionem Graci interpretes ostendunt qui illam contraxerunt, & sponsalia breviter futurarū nuptiarum promissionē
3 definierunt, *ut Hermenopol. & alii. μνήμη καὶ ἐπαγγελία τῶν μελλόντων γαμῶν ἐκ τῶν νόμων.* Paulo autem † latius ita describi posse videntur, ut sint stipulationes vel pactiones de nuptiis contrahendis viri & mulieris, qui jure conjungi possunt, eorumq;, quorum in potestate sunt, consensu atq; auctoritate rite factæ.

Dixi † stipulationes, quia moris fuit veteribus sibi uxores futu-
4 ras stipulari & spondere: quod is contractus esset omniū firmissimus & negotiis maximis, quale hoc est, adhiberetur, *ut ex Seneca lib. 3. de beneficiis colligitur.* Utinam, *inquit*, nulla stipulatio emptorem venditori obligaret, neq; pacta conventaq;, impressis signis custodirentur fides: illa potius servaret & æquum colens animus. Item: Ille non est interrogatione contentus nisi reum sua manu tenuit. Dixi pactionibus, quod hodie nullo consensu constituantur, & pacta potius quam contractus sint *l. sufficit de sponsalibus.* Et quod hodie stipulatio necessaria non sit. *Accursius l. 1. de sponsalibus.* Dixi de nuptiis contrahendis, quod sponsalia cuiuscunq; sint generis, & quacunq; oratione concepta, nuptias futuras, in quibus uxor trahitur & ducitur, respiciant. Nam & contrahentium animus & intentio ad futuras nuptias directa est. Dixi, qui lege conjungi possint, quia sponsalia inter eos solum contrahuntur inter quos nuptiæ consistunt *l. 4. de sponsalibus.* Dixi, viri & mulieris consensu: nam cum conjuges in unum corpus coalescere, & unam perpetuo inter se ætatem exigere debeant, maxime convenit id utriusq; voluntate & consentientibus animis fieri potius quam odio aut metu, unde *Hormisda Papa* rescripsit Regi Arragonum, quorum unum est corpus, unus debet esse animus. *Ovidius*:

Qui duo corporibus, mentibus unus erant:

Nam quid aliud est unam carnem fieri, quàm summi viri & mulieris animorum & corporum conjunctione. Præcipua conjugii pars est animorum coniunctio. Deinde, quod jus nostrum sine facto nostro nobis auferri non debeat. Sed vir & mulier liberam sui corporis habent potestatem, saltemq; ad facultatem generandi & procreationem liberorum, quæ ad conservationem speciei spectat. Hæc enim nullius servituti est obnoxia ut aliæ operæ, ideoq; eam nec parentes liberis,

nec

Digitized by Google

nec domini servis possunt adimere. Cum autem per matrimonium transeat jus & potestas corporis unius conjugis, sibi jus quodammodo sui adimentis corporis, & in alterum transferentis, conveniens est, id utriusq; liberrimo consensu fieri. Itaq; recte *Bonaventura 29. q. 2.* Potestas corporis transfertur per animi consensum qui corpori præest Et *Durandus lib. 4. distinct. 27. q. 1.* Dixi, eorum, quorum in potestate sunt; quod parentum auctoritas jussus & approbatio requiratur ad legitimas nuptias, ut suo loco deinceps explicabitur. Dixi, rite, quod clam sponsalia non debeant contrahi, sed corrogatis & adhibitis testibus qui fidem judici facere possunt.

§. 3. SUMMARIA.

1 *An* Florentini *definitio de sponsalibus de præsenti accipienda sit,*
2 *Sponsalia quibuscunq; verbis concepta in futurum respiciunt.*
3 *Sponsalia etiam, de præsenti nuptias futuras respiciunt.*
4 Hostiensis *opinio.*
5 *Refutantur qui hanc definitionem ad sponsalia de futuro restringunt.*

SEd † an Florentini definitio de sponsalibus de præsenti accipienda sit, quæritur? Ego de veris sponsalibus, hoc est, quibus matrimonium promittitur, eam accipiendam existimo; & cur sic sentiam ratio est, quod veteres filias suas despondentes, & conjuges sibi mutuo conjugium repromittentes verbis temporis præsentis matrimonii promissionem continentibus usi sint, quod nos capite sequenti planum faciemus. Et quamvis futurarum nuptiarum fiat mentio & promissio, tamen non minus vera sunt sponsalia. Nam † sponsalia quacunque oratione aut verbis concepta sui natura in futurum respiciunt, nuptias scilicet in quibus uxor ducitur. Nuptiæ enim sponsalia spacio temporis quodam subsequuntur & posteriores sunt; neq; uno momento fiunt nec fieri debent, sed duobus actibus tractatibus seu conventionibus: quo spectant versus *Claudiani*:

Quid jungere differt
Quam pepigit
Et mihi quam scripto desponderat ante puellam
Conjugis ipsius pronuba dextra daret.

Idq; diserte cavit *Comnenus*, vetuitq; ne simul & semel uno eodemque tempore effectum sortiantur, ut paulò ante explicavimus. Quod & canones sanciunt, dum trinundina denunciatione nuptias fieri

fieri volunt, etiamsi sponsalia de præsenti præcesserint. Huc facit *Canon. nostrates 30. quæst. 15. cujus verba sunt*; sponsalia fœdera sunt futurarum nuptiarū promissiones, nuptialia fœdera in conspectu Ecclesiæ à sponso & sponsa contrahūtur. *Arnobius* etiā appellat coniugalia fœdera *lib. 1. adversus gentes. Valerius Flaccus fœdus jugale.* Unde efficitur sponsalia † etiam de præsenti nuptias futuras respicere. *Hostiensis* hanc definitionem † de utriusq; sponsalibus accipiendam sentit, hoc est, quæ de futuro sunt & de præsenti, cui ego non reclamo. Quod autem † quidam hanc definitionem ad sponsalia de futuro restringunt, frivolum est. Quasi vero veterum sponsalia omnia fuerint de futuro: & tamen ipsis commentum placet: sed hunc scrupulum sequens caput nobis eximet.

CAPUT III.

§. 1. De causa efficiente sponsalium, hoc est consensu.

§. 2. Quæ personæ consenserint & sponsalia constituerint, hoc est, suis verbis desponderint.

§. 3. Qui desponderint Græcis κυρίους dictos esse.

§. 4. Quis ordo inter κυρίους seu actores despondentes servatus.

§. 5. Formulæ & verba recensentur, quibus veteres Ethnici & populus Dei, inter desponendum usi sunt.

§. 6. Non tantum stipulationibus sed pactis nudis sponsalia apud veteres constituta esse & recte constitui posse.

§. 7. Κυρίους seu parentes etiam filias suas ultro non petentibus obtulisse.

§. 8. Promissionem à parentibus ultrò factam non obligare, neq; efficacem esse, nisi accepta sit.

§. 9. An is qui ultrò promisit se filiam daturum ex ea promissione teneatur, si is, cui promissio facta est, statim non consenserit & promittens immutatus, filiam dare nolit, quod promissionis factæ eum pœniteat.

§. 1. Sum-

§. 1. SUMMARIA.

1 *Consensus solus sponsalia constituit.*
2 *Consensus requiritur expressus.*
3 *Verba clara & perspicua requiruntur.*

EXplicata definitione nunc ad reliquas Methodi quæstiones accedemus, & primum, quæ causa sponsalia costituat videbimus. Consensus † itaque solus sponsalia constituit. Nam arrha, annulus & juramentum, & si quæ alia accesserint, majoris certitudinis causa adhibentur. Consensus autem † is requiritur, qui non in mente aut cogitatione aut animo tantum versetur, sed verbis, expressus & declaratus. Verba † etiam clara & perspicua sint non obscura non ambigua aut flexiloqua, aut ab ipsis contrahentibus non intellecta. Consensum autem non tantum viri & mulieris, sed eorum, quorum in potestate sunt, requirimus. Dixi verbis expressum consensum requiri, quod is deprehendi non possit, nisi verba interveniant aut aliquid, quod verborum vice fungatur, ut literæ, scriptura vel signa. Neque enim cogitata & mentis sensus reconditus sufficit, & sponsalia constituit. 1 2 3

§. 2. SUMMARIA.

1 *Qui mulierem cupiebat vir eam à patre, avo vel fratre petebat olim.*
2 *Vir & mulier, hoc est, partes ipsæ nunquam fere inter sese stipulati sunt.*
3 *Nunquam puellæ quæ in parentum essent potestate suis verbis viris repromisisse, & sese addixisse, ex veterum. scriptis demonstratur.*
4 *Rationes subjiciuntur, cur id ita à veteribus observatum.*
5 *Prima ratio.*
6 *Altera ratio.*
7 *Tertia ratio.*
8 *Veteres Romani ne privatam quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt.*
9 *Mulieres in tutorum potestate fuerunt semper.*
10 *Idem apud Græcos observatum fuit.*
11 *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum essent manu, tradebant veteres, ut ipsi in privato in eos animadverterent.*
12 *Qui filiam seu puellam stipulanti promittebat despondere dicebatur olim.*
13 *Despondere verbum quid denotet.*
14 *Viri pater filio uxorem stipulans despondere etiam dicitur.*

eſt, & utrumq; honeſt ,quæ cum in omnibus rebus tum verò in hoc fœdere tam ſancto inprimis ſpectanda eſt, adverſatur: idq; veterum exemplo. Neque ferendum † ut biennium vel triennium nuptiæ differan-
7 tur niſi gravißimæ & neceſſariæ cauſæ ſubſint: *quales in l ſapè 17. de ſponſalib. referuntur.* Valetudo ſponſi ſponſæve, mores parentũ, capitalia crimina,longiores peregrinationes,&c. Idq; quod ejuſmodi † procraſtinationes plurimũ apportant mali. Nam Diabolus acerrimus conjugii hoſtis nihil non molitur ad alienandos conjugum animos & diſturbandas
8 nuptias;& ne matrimonium coaleſcat nihil intentatum relinquit. *Refert Apulejus* Pontianum, qui ipſi matrem ſuam deſponderat. Pudentillã derepente animum mutatum,quod antea nimio ſtudio feſtinarat pari pertinacia prohibitũ eſſe:deniq; ne matrimonium coaleſceret quidvis pati quidvis facere paratum fuiſſe *Apol.* . . quod experientia ita notum eſt,ut
9 longiore diſputatione non egeat.Itaq;†prædicanda eorũ prudentia qui ſpatium illud temporis inter nuptias & ſponſalia definierunt modumq;
10 præſcripſerunt. Auguſtus Cæſar lege lata cavit,ne qua rata eſſent ſponſalia etiam inter impuberes niſi ſtatim poſt biennium nuptiæ ſubſequerentur. *Zonaras Tom 2.* Idq; non obſcurè innuit *Dion. lib. 56. in oratione auguſtini ad cœlibes:* Ego, inquit, teneras puellas & viris immaturas ut ambiretis vobis permiſi,ut cum ſponſorum propediem nuptias celebraturorum nomen ferretis eo magis rem familiarem curaretis. Neq; feſtinare quicquam vos coegi, primũ biennio, deinde triennio ad rem paran-
11 dam dato. Et Genevenſes † ſtatuo ſanxerunt ne poſt peracta ſponſalia nuptiæ ultra ſeſquimenſem differantur,niſi cauſa legitima ſubſit *cap.128.* verba ſunt: *A pres une promeſſe demariage faicte,que le mariage ſoit accomply dedans ſix ſemainos s'il n'y avoit cauſe rat ſonnabile, por le differer plus longuement: autrement qu'on appelle les parties au Conſiſtoire, pour leur remonſtrer; s'ils n' obeiſſent, qu'ils ſoyent, renvojez devantle Conſeil, pour eſtre contraints d' accomplir leu mariage. Id eſt,* Matrimonium promiſſum intra ſpacium ſex hebdomadarum conſummandum,niſi cauſa juſta abſit,cur id differri oporteat. Quod niſi fiat, ad conſiſtorium partes vocentur & admoneantur, ni pareant fore, ut ad conſilium remittantur & matrimonium conſum-
21 mare cogantur. Sed & Rex Daniæ † Fridericus II piæ memoriæ eadem pene uno in caſu ſanxit, *Conſtitutione edita Anno 82. Cujus ſumma eſt,* ut ſi ſponſus vel ſponſa poſt ſponſalia turpiter & flagitioſè una vivant & copulationem nuptiaſq; differant,eis paſtor Eccleſiæ diem & tempus certum

certum præscribat intra quod sese coram Ecclesia sistant & copulentur. Quod si pastori non pareant, sacris & usu sacramentorum arceantur: si vero ne tunc quidem ad meliorem frugem sese recipiant, & resipiscant propter vitam turpem & scandalum palàm excommunicentur.

Sed & veterum frugalitas hoc loco notanda est, quod unum saltem diem convivio seu cœnæ nuptiali destinarunt & deputarunt; unde *Plautus in Curculione. act. 5. scena penultima:* 13

Tu ut hodie adveniens cœnam des sororiam.
Hic nuptialem cras dabit.

Et *Cicer. lib. 2. epist. ad Quintum Fratrem:* Eo die apud Pomponium ejus eram cœnaturus. *Apuleius lib. 6.* Nec mora cum cœna nuptialis affluens exhibetur. Et *Juvenalis Sat. 6.*

Si tibi legitimũ pactum junctumq́, tabellis
Non es amaturus: ducendi nulla videtur.
Causa nec est quare cœnam & mustacea perdas.

Et *Satyr. 5.*

Signatæ tabulæ dictum feliciter ingens.

Cœna, id est, convivarum multitudo. Sponsam item † in convivio nuptiali nihil attigisse, hoc est, neq; edisse vel bibisse, *Nicetas in vita Alexii Angeli folio 251. notavit.* 14

§. 3. SUMMARIA.

1 *An matrimonium sine sponsalibus contrahi possit.*
2 *Sola domum deductione nuptias non constituit.*

HInc ad Accursii quæstionem † propositam *l. 1. de sponsalibus.* An matrimonium sine sponsalibus contrahi possit? respondere facile est: nimirum matrimonium seu nuptias non rite contrahi: quamvis id uno casu fieri posse existimat Accursius, quando scilicet mulier in viri domum deduceretur, & ei traderetur nuptum. Quod mihi verisimile non sit, & cur sic sentiam ratio est, quod nuptiæ solo consensu contrahantur; is autem in sponsalibus exprimitur, & ad nuptialia fœdera viam munit & sternit. Hinc sequitur, sola illa domum deductione † nuptias non constitui, nisi expresse consenserint ii, quorum consensus desideratur, hoc est, vir, mulier, & qui eos in potestate habent. Qui consensus etiamsi brevissimo spacio nuptias anteverte- 1 2

rit, ſponſalia conſtituet, cui ſi acceſſerit traditio quæ fit in nuptiis, matrimonium rectè contractum dicetur, duobus nimirum gradibus, hoc eſt, ſponſalibus & nuptiis.

CAPUT II.

§. 1. Vocum quibus Hebræi, Græci & Latini ſponſalia & nuptias exponunt, Etymologica explicatio.

§. 2. Quid ſint ſponſalia.

§. 3. Definitionem Joan. Florentini de veris ſponſalibus, quæ de præſenti vocant accipiendam.

His ita ſtatutis reſtat quid ſint ſponſalia ordine propoſito videre, cum omnis, quæ cum ratione ſuſcipitur tractatio, à definitione inchoanda ſit.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Sponſalia quomodo Hebræi appellent.*
2 *Vox* Μνηστεία *quid denotet & unde deducatur.*
3 *Variæ ſponſaliorum appellationes.*
4 *Vox* Μνηστὸς *quod ſit & quid* μνηστεία *ſignificet.*
5 *Quare Maria appelletur* μνηστὴ.
6 Νύμφιος *quid ſit & quid* νύμφη.
7 Νυμφίδιος θάλαμος *quid.*
8 Νυμφῶον *quid.*
9 Γάμος *quid.*
10 *Differentia inter verbum* μνηστεύειν, νυμφεύειν, *&* γαμεῖν.
11 *Vox, Uxor, ex Hebræo deducitur.*
12 *Sponſalia, verbum unde deductum.*
13 *Verbum ſponſus unde.*
14 Verrii Flacci *derivatio.*
15 Servii *opinio probatur.*
16 *Verbi, ſponſalia, varia ſignificatio.*

1 SPonſalia † Hebræi [*Chiduſchin*] appellant à verbo [*Chadeſch*] quod duo notat, ſanctificare & præparare, decernere & diſponere. Quæ vox etſi in Bibliis non reperiatur, tamen in Hebræorum commenta-

riis

rijs frequenter occurrit: Imò in libris Thalmudicis integer est tractatus, qui [*Chidushin*] inscribitur, ut supra monui. Itaq; à provisione & præparatione nuptiarum, quæ in sponsalibus adhibetur & fit, nomen sortita est: quamvis & à sanctitate deduci posset, quod conjugio nullum vinculum sit sanctius. Sed prior Etymologia † probabilior est, & cum voce μνηστεία congruit, qua Græci sponsalia notant, deducta à verbo μνηστεύεσθαι, quod est, præparare & providere, quod postea futurum est, & rem aliquam ad se pertrahere & transferre: *teste Hermenopulo lib. 4. tom. 1. de consensu sponsalium*: Unde † & conditiones præparatoriæ, ac spes nuptiarum, à *Panormitano* vero præambula matrimonii, à *Valerio Flacco* primordia tædæ appellantur *lib 8.* Argonaut. de Jasone, qui Medeæ fidem dederat. 2 3

Quanquam jura Deum sacri sibi conscia pacti
Religio, dulcisq; movent primordia tædæ.

Sunt † distinctæ voces, μνήστωρ sponsus, qui arrham dedit nuptiarum & μνήστη sponsa. Unde & μνηστεία sponsalia. Ita Maria μνήστη appellatur † antequam à Josepho ducta esset, *Matth. 5.* Μνηστευθείσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα Νύμφιος sponsus, *quæ vox Joh. 3. extat*, & Νύμφη sponsa dicitur, quando & quandiu nuptiæ fiunt, & durat solennitas proprie *teste Eustachio in Plutum Aristophanis.* Νύμφη, *inquit.* οἱ ὀνειροκρίται τριττὸν νέον φαινομένην αὐτὴν γὰρ πρώτην μὲν νύμφην φαίνεται. *Suidas* Νυμφίων βίον proverbium citat: vos quidem sponsi vitâ vivitis, propterea quod proci frondibus & sertis coronari solent ad dies nuptiales. Unde & *Festus* † vocè nuptam deducit; unde & νυμφίδιος θάλαμος sponsalis seu genialis lectus. Et νυμφαῖον domus erat amplissima Constantinopoli, quam Leo Magnus Imperator ædificavit, nomine ex eo indito, quod ibi nuptias celebrarent, qui ædes proprias non haberent *teste Zonara tom. 3. in Leone.* 4 5 6 7 8

Γάμος nuptiæ † sive matrimonium etiam post finitas nuptias; quam differentiam etiam ad amussim observavit vetus auctor *Divus Andreas Hierosolymitanus*, Mariam inducens Gabrieli Angelo respondentem, ἄπειρος τυγχάνω γάμου μεμνηστευμαι ἀλλ' ἀνενύμφωμαι μνηστὴ μόνον, ἀλλ' οὐκ ἀνδρὸς † Ἰωσὴφ ὀπάσαμαι Σωίοις ὁ μνηστὴρ, ἀλλ' ὁ σωίος, i.e. Conjugii expers sum, desponsa n. non nupta sum; sponsū solū at Maritū Ioseph non agnosco. Contubernalis est sponsus sed non ejusdē lecti socius. Unde patet hæc tria μνηστεία, νυμφεία, γαμῶν, 9 10

quasi gradibus quibusdam & tempore inter se distingui. Quod etsi ad artem Grammaticam pertinet, tamen diligenter notandum est. Nam deinceps in explicatione rerum difficillimarum ejus distinctionis usus conspicietur: Sed & Hebræis distincta sunt vocabula: nam quæ desponsa est, [*Oraſah & Meoraſah*] appellatur *quæ voces Deuter. 22. extant*, à voce [*Eras*] hoc est, despondit, deducta: unde uxoris est vox † in latinorum coloniam deducta, unius literæ metathesi. Nam quod ab ungendo dictum putant, frivolum est. In Pandectis autem Hebræorū & commentariis desponsa [*Meoroſcholi*] dicitur, nuptiarum a. tempore sponsus [*Cheſſan*] sponsa vero [*Chalo*] à pulchritudine & ornamentis. Uxor autem [*Ihſcho*] nominatur, unde & nòn incommode uxoris vox deduci potest, si cui puer non arriserit etymologia. Utraq; certe verisimilior est, quam illa Varronis ab ungendo vel ungendis postibus deducta.

11

Sponsalia autem à spondendo † nomen habent. *Ulpianus*. Spondere
12 *Verrius* dictum putat, quod sponte sua, in est, voluntate promittatur, unde spondet, qui dicit sua sponte, spondeo. Sponsio autem non simplicem sponsionem significat, sed ad stipulationem refertur. *l. ſponſio de verb. ſignificat* Itaq; omnis stipulatio & promissio sponsio appellatur,
13 *Alciat. d. l. ſponſio c. noſtrates 30. quæſt. 5.* Hinc sponsi † & sponsæ appellatio Nam qui uxorem ducturus erat, eam stipulabatur ab eo, in cujus esset illa potestate, & sponsus dicebatur cui promissa erat sponsa, *Gell. lib. 4. cap. 14.* Quibus *Ulpianus & Florentius* consentiunt, qui sponsalia quoq; à spondendo dicta sentiunt, *ut & Feſtus*, quod veteribus stipulari & spondere moris erat. *Eſtq; hæc Alciati ſententia lib. 1. παρεργῶν cap. 2. Et Didaci*
14 *Covarruviæ*. Quamvis † *Verrius Flaccus* diligens vocum observator sponsorum & sponsarum nomen à Græco verbo tractum existimat, quod *σπένδας*, id est, fœdera interpositis rebus divinis facerent. Unde colligitur etiam in sponsalibus sacrificia adhibita fuisse Sed is à *Feſto Pom-*
15 *pejo* reprehenditur † & recte *Servius interpres Virgilii* à spondendo & fidejubendo dicta putat sponsalia, & virum sponsum, quod olim ut illius verbis utar, cautiones sibi invicem emittebant, in quibus spondebant se consentire in matrimonii jura & fidejussores dabant; sed veriorem esse Ulpiani Florentiniani sententiam capite sequenti planum
6 faciemus. Sponsalia etiam † arrhas sponsalitias significant, *l. in fin. ſi nuptiæ ex reſcriptæ petantur l. 6. C. Theodo. de ſponſalibus & ratio T. C.* si rector provinciæ

provinciæ vel ad eum pertinentes sponsalia dederint: Nonnunquam etiam donationem propter nuptias *l. 2. C. de secund nuptiis*. Sponsalia etiam convivia dicta fuisse, quæ sponsalib. adhibebantur *ex Cicerone colligitur, cujus hæc sunt verba*: Crassipedi sponsalia dedi cui convivio Quintus tuus defuit: Græce προγάμεια *Pollux*, *Plinius lib. 9. cap. 35*. Tuliam Paulinam quæ fuit Caii principis matrona nec serio quidem & solenni ceremoniarum apparatu, sed mediocri etiam sponsalium cœna, vidi smaragdis, margaritis opertam alterno textu fulgentibus, toto capite, spicis auribus collo, manibus digitisq; quæ summa quadringenties H. S. colligebat Seneca sponsalia aut nuptias frequentavi.

§. 2. SUMMARIA.

1 *Definitio sponsaliorum.*
2 *Vox mentio in definitione sponsaliorum quid denotet.*
3 *Definitio alia sponsaliorum paulo latior.*
4 *Explicatio definitionis.*

SPonsalia definit † *Nicolaus Papa* futurarum nuptiarum promissionem. Jureconsultus verò *Florentinus* mentionem & repromissionem futurarum nuptiarum. Quidam pro mentio mutua legunt, sed male. Nam JC. Florentinus ad veterum morem respexit, qui stipulationibus interpositis sponsalia contrahebant, *ut l. 2 dicitur*: cujus duæ sunt partes, mentio & repromissio quas ambas in hac definitione ponit Florentinus. Itaque mentio † in hac definitione idem valet, quod interrogatio & repromissio seu promissio, responsio. Nam quoties promissionis mentio fit, ibi intelligendum interrogationem præcessisse: Quo spectant verba Plauti, Crede ædepol ubi mentionem ego fecero de filia, Mihi ut despondeat, derideri se à me rebitur: Nam qui poscit, mentionem facere dicitur, qui respondet repromittere. Quod à *Jano Guilielmo* bene observatum est *in quæstionibus Plautinis*. Allusit autem Florentinus ad uxorem Græcum μνηστεία, quæ promissionis mentionem notat, *ut scribit, Hermonopolus lib. 4. 1.1*. Sed & apud latinos auctores mentio pro appellatione & sermone accipitur, & meminisse loqui est, ut & verbum memorare quod inde deductum est. *Apuleius VII. Milesiorum*. Recens nupta gratias mihi summas apud suos parentes ac maritum mihi meminisse non destitit &c. Et repromittere est stipulanti promittere vel spondere. *Unde Cicero*: Non me Hercule istud tibi re-

1

2

promittere ausus sim: quamvis aliter restipulari & repromittere accipiantur in facienda sponsione. *Sigonius lib. 1. de Judic. cap. 21.* Et ita accipiendam hanc definitionem Graci interpretes ostendunt qui illam contraxerunt, & sponsalia breviter futurarū nuptiarum promissionē
3 definierunt, *ut Hermenopol. & alii. μνήμη καὶ ἐπαγγελία τῶν μελλόντων γαμῶν ἐκ τῶν νόμων.* Paulo autem † latius ita describi posse videntur, ut sint stipulationes vel pactiones de nuptiis contrahendis viri & mulieris, qui jure conjungi possunt, eorumq;, quorum in potestate sunt, consensu atq; auctoritate rite factæ.

Dixi † stipulationes, quia moris fuit veteribus sibi uxores futu-
4 ras stipulari & spondere: quod is contractus esset omniū firmissimus & negotiis maximis, quale hoc est, adhiberetur, *ut ex Seneca lib. 3. de beneficiis colligitur.* Utinam, *inquit*, nulla stipulatio emptorem venditori obligaret, neq; pacta conventaq; impressis signis custodirentur fides illa potius servaret & æquum colens animus. Item: Ille non est interrogatione contentus nisi reum sua manu tenuit. Dixi pactionibus, quod hodie nullo consensu constituantur, & pacta potius quam contractus sint *l. sufficit de sponsalibus.* Et quod hodie stipulatio necessaria non sit. *Accursius l. 1. de sponsalibus.* Dixi de nuptiis contrahendis, quod sponsalia cuiuscunq; sint generis, & quacunq; oratione concepta, nuptias futuras, in quibus uxor trahitur & ducitur, respiciant. Nam & contrahentium animus & intentio ad futuras nuptias directa est. Dixi, qui lege conjungi possint, quia sponsalia inter eos solum contrahuntur inter quos nuptiæ consistunt *l. 4. de sponsalibus.* Dixi, viri & mulieris consensu: nam cum conjuges in unum corpus coalescere, & unam perpetuo inter se ætatem exigere debeant, maxime convenit id utriusq; voluntate & consentientibus animis fieri potius quam odio aut metu, unde *Hormisda Papa* rescripsit Regi Arragonum, quorum unum est corpus, unus debet esse animus. *Ovidius*:

Qui duo corporibus, mentibus unus erant:

Nam quid aliud est unam carnem fieri, quàm summi viri & mulieris animorum & corporum conjunctione. Præcipua conjugii pars est animorum coniunctio. Deinde, quod jus nostrum sine facto nostro nobis auferri non debeat. Sed vir & mulier liberam sui corporis habent potestatem, saltemq; ad facultatem generandi & procreationem liberorum, quæ ad conservationem speciei spectat. Hæc enim nullius servituti est obnoxia ut aliæ operæ, ideoq; eam nec parentes liberis,

nec

Digitized by Google

nec domini servis possunt adimere. Cum autem per matrimonium transeat jus & potestas corporis unius conjugis, sibi jus quodammodo sui adimentis corporis, & in alterum transferentis, conveniens est, id utriusq; liberrimo consensu fieri. Itaq; recte *Bonaventura 29. q. 2.* Potestas corporis transfertur per animi consensum qui corpori præest Et *Durandus lib. 4. distinct. 27. q. 1.* Dixi, eorum, quorum in potestate sunt; quod parentum auctoritas jussus & approbatio requiratur ad legitimas nuptias, ut suo loco deinceps explicabitur. Dixi, rite, quod clam sponsalia non debeant contrahi, sed corrogatis & adhibitis testibus qui fidem judici facere possunt.

§. 3. SUMMARIA.

1 *An* Florentini *definitio de sponsalibus de præsenti accipienda sit.*
2 *Sponsalia quibuscunq; verbis concepta in futurum respiciunt.*
3 *Sponsalia etiam, de præsenti nuptias futuras respiciunt.*
4 Hostiensis *opinio.*
5 *Refutantur qui hanc definitionem ad sponsalia de futuro restringunt.*

SEd † an Florentini definitio de sponsalibus de præsenti accipienda sit, quæritur? Ego de veris sponsalibus, hoc est, quibus matrimonium promittitur, eam accipiendam existimo; & cur sic sentiam ratio est, quod veteres filias suas despondentes, & conjuges sibi mutuo conjugium repromittentes verbis temporis præsentis matrimonii promissionem continentibus usi sint, quod nos capite sequenti planum faciemus. Et quamvis futurarum nuptiarum fiat mentio & promissio, tamen non minus vera sunt sponsalia. Nam † sponsalia quacunque oratione aut verbis concepta sui natura in futurum respiciunt, nuptias scilicet in quibus uxor ducitur. Nuptiæ enim sponsalia spacio temporis quodam subsequuntur & posteriores sunt; neq; uno momento fiunt nec fieri debent, sed duobus actibus tractatibus seu conventionibus: quo spectant versus *Claudiani*:

Quid jungere differt
Quam pepigit
Et mihi quam scriptis desponderat ante puellam
Conjugis ipsius pronuba dextra daret.

Idq; diserte cavit *Comnenus*, vetuitq; ne simul & semel uno eodemque tempore effectum sortiantur, ut paulò ante explicavimus. Quod & canones sanciunt, dum trinundina denunciatione nuptias fieri

fieri volunt, etiamsi sponsalia de præsenti præcesserint. Huc facit *Canon. nostrates 30. quæst. 15. cujus verba sunt*; sponsalia fœdera sunt futurarum nuptiarū promissiones, nuptialia fœdera in conspectu Ecclesiæ à sponso & sponsa contrahūtur. *Arnobius* etiā appellat coniugalia fœdera *lib. 1. adversus gentes. Valerius Flaccus fœdus jugale.* Unde efficitur sponsalia † etiam de præsenti nuptias futuras respicere. *Hostiensis* hanc definitionem † de utriusq; sponsalibus accipiendam sentit, hoc est, quæ de futuro sunt & de præsenti, cui ego non reclamo. Quod autem † quidam hanc definitionem ad sponsalia de futuro restringunt, frivolum est. Quasi vero veterum sponsalia omnia fuerint de futuro: & tamen ipsis commentum placet: sed hunc scrupulum sequens caput nobis eximet.

CAPUT III.

§. 1. De causa efficiente sponsalium, hoc est consensu.

§. 2. Quæ personæ consenserint & sponsalia constituerint, hoc est, suis verbis desponderint.

§. 3. Qui desponderint Græcis κυρίους dictos esse.

§. 4. Quis ordo inter κυρίους seu actores despondentes servatus.

§. 5. Formulæ & verba recensentur, quibus veteres Ethnici & populus Dei, inter desponsandum usi sunt.

§. 6. Non tantum stipulationibus sed pactis nudis sponsalia apud veteres constituta esse & recte constitui posse.

§. 7. Κυρίους seu parentes etiam filias suas ultro non petentibus obtulisse.

§. 8. Promissionem à parentibus ultrò factam non obligare, neq; efficacem esse, nisi accepta sit.

§. 9. An is qui ultrò promisit se filiam daturum ex ea promissione teneatur, si is, cui promissio facta est, statim non consenserit & promittens immutatus, filiam dare nolit, quod promissionis factæ eum pœniteat.

§. 1. Sum-

Digitized by Google

§. 1. SUMMARIA.

1 *Consensus solus sponsalia constituit.*
2 *Consensus requiritur expressus.*
3 *Verba clara & perspicua requiruntur.*

EXplicata definitione nunc ad reliquas Methodi quæstiones accedemus, & primum, quæ causa sponsalia costituat videbimus. Consensus † itaque solus sponsalia constituit. Nam arrha, annulus & juramentum, & si quæ alia accesserint, majoris certitudinis causa adhibentur. Consensus autem † is requiritur, qui non in mente aut cogitatione aut animo tantum versetur, sed verbis, expressus & declaratus. Verba † etiam clara & perspicua sint non obscura non ambigua aut flexiloqua, aut ab ipsis contrahentibus non intellecta. Consensum autem non tantum viri & mulieris, sed eorum, quorum in potestate sunt, requirimus. Dixi verbis expressum consensum requiri, quod is deprehendi non possit, nisi verba interveniant aut aliquid, quod verborum vice fungatur, ut literæ, scriptura vel signa. Neque enim cogitata & mentis sensus reconditus sufficit, & sponsalia constituit. 1 2 3

§. 2. SUMMARIA.

1 *Qui mulierem cuplebat vir eam à patre, avo vel fratre petebat olim.*
2 *Vir & mulier, hoc est, partes ipsæ nunquam fere inter sese stipulati sunt.*
3 *Nunquam puellæ quæ in parentum essent potestate suis verbis viris repromisisse, & sese addixisse, ex veterum. scriptis demonstratur.*
4 *Rationes subjiciuntur, cur id ita à veteribus observatum.*
5 *Prima ratio.*
6 *Altera ratio.*
7 *Tertia ratio.*
8 *Veteres Romani ne privatam quidem rem agere fœminas sine auctore voluerunt.*
9 *Mulieres in tutorum potestate fuerunt semper.*
10 *Idem apud Græcos observatum fuit.*
11 *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum essent manu, tradebant veteres, ut ipsi in privato in eos animadverterent.*
12 *Qui filiam seu puellam stipulanti promittebat despondere dicebatur olim.*
13 *Despondere verbum quid denotet.*
14 *Viri pater filio uxorem stipulans despondere etiam dicitur.*

15 *Despondere quid proprie dicatur.*

16 *Qui suis verbis despondebant mulieres viris Græcis κυρίοις dicebantur. Latinis auctores, tutores.*

QUa ratione vero is consensus, & per quos, & quibus verbis, olim adhibitus & expressus sit, imprimis videndum est, quod hinc maximæ sæpe controversiæ existant. Itaque, ut antiquissima quæque consectemur, & à primis usque temporibus sponsaliorum originem repetamus, sciendum est, virum † qui mulierem in uxorem cuperet, eam à patre, avo vel fratre petiisse, & stipulatum esse, mulieris vero seu puellæ patrem avum vel fratrem eam despondisse, hoc est, viro promisisse. Vir autem & mulier, hoc est, partes † ipsæ nunquam fere inter sese stipulati sunt, aut sibi mutuo repromiserunt. Et hunc morem à veteribus & quidem illis, qui sapientiæ & doctrinæ laude claruerunt, servatum deprehendo. Neque in sacris literis aut prophanis ullum vestigium aut exemplũ extat, aut apparet unde colligi possit in sponsalibus constituendis mulierem viro repromisisse, vel puellas, quæ in potestate essent parentum, suis verbis viris repromisisse, & sese addixisse, etiamsi de eorum consensu tacito vel expresso sponsalia contraherentur. Argumento sunt omnia veterum scripta, tùm verò imprimis id à Reverendo viro, D. M. Luthero bene notatum est & disertis verbis tradit jurisprudentia Hebræorum, [*Heihsch mechadesch bhito eischie nahroh*] Id est, *pater filiam despondet minorennem, hoc est, nondum annos 20. natam.* Item [*Chiduschin dibrch huo cbihu velo hie*] id est, *sponsalia patrem non filiam constituere*, omnium constans est opinio. Imò puellam inter despondendum arrham accipere loqui autem non debere sentiunt Hebræi. *Quadet infra capite 11.*

4 Eius rei nos † aliquot rationes subiiciemus. Prima † est, quod ve-
5 recundia quæ omnium virtutum custos est, puellas in parentum & virorum cætu pro loqui, & sua oratione de se quicquam promittere, prohibeat. Cum hæc virtus puellas maxime deceat, ideoque peculiari epithedo ornetur, & à multis virginalis verecundia, ab Ambrosio vero dos virginalis appelletur. Unde & apud *Euripidem* Hermio, cum eam sibi in uxorem peteret Orestes, patris est, inquit, mea tractare sponsalia non meum. Et *Baldus* notat natura insitum esse mulieribus propter verecundiam tacere, præsertim cum de earum nuptiis agitur, quod & *Homerus lib. 6. Odyss. de Nausica* Alcinoi Phæacum regis filia verba fa-

Digitized by Google

ba faciens expressit Αἴ δε τὸ γὸ ϝαλεϱὸν γαμὸν ἐξονομῆναι. Verecundabatur novas nuptias nominare. Quod & *Virgilius* imitatus est *Aeneid.* 12. ubi Latinum & Amatam conjuges introducit, loquentes cum Turno: Laviniæ filiæ, quæ turno locanda erat, lachrimas tantum tribuit & ruborem non verba: Eo ipso innuens, virginem non debere interloqui, ubi pater & mater de ea collocanda vel despondenda deliberant. *Et Euripides in Iphigenia in Aulide de puellis loquens.* Omnibus, inquit, insitum est puellis ut erubescant, amicos novos si aspiciant, vel si nuptiarum fit mentio. Apud Ovidium Cydippe ita loquitur.

Nomine conjugii dicto confusa rubore,
Sensi me toto erubuisse genu

Item:

Quale coloratum Tithoni conjuge cœlum
Subrubet aut sponso visa puella novo

Itaq; *Glossa in Cod. penultimo de sponsalibus*: Multæ, *inquit*, puellæ propter verecundiam annuunt potius quam loquuntur (inter despondendũ) maxime præsentibus parentibus, ne videantur ambire sponsum, quod virginibus indecorum est Quippe silentio castitas & prudentia suavissime condiuntur. *Elegantissime Plutarchus*: Fœminis silendum: Debet enim loqui vel ad virum vel per virum nec si per alienam linguam more tibicinis loquatur molestè ferre in legibus connubialibus. Apud Heliodorum Cariclea de nuptiis interrogata modestè respondet: magis, inquit, decebat meum fratrem Theagenem pro me loqui, quam mecum viros verba facere.

Fœminas autem tacere inter viros convenit. Quippe silentium decus affert mulieribus, *teste Sophocle* Et nocet sæpe esse locutum: præsertim cum de nuptiis agitur idque Icasiæ virginis exemplo. Nam cum uxorem ducturus esset Theophilus Imperator Constantinopolitanus multas puellas accersi jussit, inter quas fuit Icasia virgo erudita & nobili prognata genere. Dum igitur Imperator obombulans pomum manu gestaret, quod ei quæ placuisset in conjugii pignus daret, ad Icasiam venisset, eius pulchritudinem miratus; A muliere, inquit, mala emanarunt ἐκ γυναικὸς ἐρρύη τὰ Φαῦλα. Illa respondit, ἀλλὰ καὶ ἀφ' γυναικὸς πηγάζει τὰ κρείττω, id est, à muliere scaturiunt meliora. Illic virginis oratione commotus & attonitus, quasi inverecunda, malum aureum Theodore Paphlagoniæ

dedit eamq; duxît. Icasia repulsam passa cœnobium ædificavit, in quo capillo abscisso permansit ad vitæ finem. Itaq; illa fœmina maxime est laudanda, cui, cum ad viros verba erant facienda, rubor toto ore suffunditur, turbabitur animus, & verba non suppetent. Et in hanc sententiam etiam quædam congessit *Tiraquellus l. 9. connubiali. num. 152. & sequentibus.*

6 Altera † ratio hæc esse videtur, quod cum liberi sint in potestate parentum, ipsi de se nihil promittere, multò minus alterius sese potestati subjicere, & de patria potestate exiri possint, *l. velle de Regulis juris.* His consentanea tradunt Hebræi nimirum, quod cum filia in sponsalibus sese patris potestate liberet & exuat; ideò pater adhibeatur & loquatur in sponsalibus contrahendis, ut cui illa sit subjecta. In repudiis autem perinde esse, sive pater sive ipsa adhibeatur, cum illa in potestatem patris rursus recidat & ingrediatur, ideoq; hic patri nihil decedat. *Capite secundo de sponsalibus.*

7 Sed & propter † sexus fragilitatem, & ne fucus illis fiat more veterum receptum fuit, ne filiæ aut liberi, qui in potestate sunt, seipsas desponderent, aut promitterent conjugium. Quis enim non videt illum sexum, tanquam vasculum infirmius; *ut ait Divus Petrus*, præsertim eà ætate dolis & fraudibus expositum esse: Idq; *Theocritus Idyllio 17.* colloquio Daphnidis & puellæ indicare voluit.

8 Itaq; veteres Romani ne † privatâ quidem rem agere fœminas
9 sine auctore voluerunt *ut testatur Cicero.* Imò propter † infirmitatem consilii in tutorum potestate esse voluerunt, *Cicero pro Murana.* Et sine tutorum auctoritate non poterat mulier in manum convenire. *Cicero pro Flacco* Neque debebatur quod sine tutore auctore debebat mulier, non magis quam quod pupillus sine auctoritate tutoris spospondisset
10 *pro Cecinna.* Quod & apud † Græcos observatum fuisse tradit *Harpocration* disertis verbis ex lege tutores curatoresq; mulieribus dari solitos, sine quorum arbitrio nihil illis agere licuerit scribens. Imò hic honor solis vestalibus tributus fuit à Numa, ut sine tutore omnia agere possent; *Plutarchus in Numa.* Quo spectat illa Catonis oratio *apud Livium.* Date frenos impotenti naturæ & indomito animali, & sperate ipsas licentiæ modum facturas nisi vos faciatis. Imò mulieres damnatas †
11 cognatis, aut in quorũ essent manu tradebant, ut ipsi in privato in eos animadverterent. Si verò nemo erat idóneus supplicii exactor in

publico

publico animadvertebatur. Et hæc ita sese habere auctoritatibus ex rota vetustate collectis planum faciemus: & imprimis Platonis *cujus verba subjicimus ex lib. 6. de legibus.* Ἐγγύᾶ δ' εἶναι κυρίαν πατρὸς μὲν πρώτου, δευτέραν πάππου. τρίτᾶ δὲ ἀδελφῶν ὁμοπατρίων. ἐὰν δὲ μηδὲν εἰς ἢ τὰ τῶν τοῦ πρὸς μητρὸς μὴ τῆδε εἶναι κυρίαν ὥσαύτως: ἐὰν δὲ ἄρα τύχη τις ἀήθης συμφαίνη τῆς ἐγγυήσεως ἀεὶ κυρίους εἶναι μὴ τῶν ἐπιτρόπων. *Id est, Desponsatio patri firmissima esto, deinde avi. Tertia fratrum consanguineorum, si illorum nemo supersles sit, tunc ex parte matris dissponsatio rata sit: Sin verò insolita quædam orbitas contigerit cognati proximi κύριοι sint una enim tutoribus*: quem locum neq; *Ficinus*, neq; *Serranus intellexit*. Eodem spectant quæ *Gellius tradit*, qui Servii Sulpitii verba de veterum sponsalibus refert: *Sponsalia*, inquit, *in ea parte Italiæ quæ Latium appellabatur, hoc more ac jure solita fieri scripsit Servius Sulpitius in libro quem scripsit de totidem. Qui uxorem ducturus erat, ab eo unde ducenda erat, stipulabatur, eam in matrimonium ductum iri Qui daturus erat, item spondebat, ut contractus stipulationum & sponsionum dicebatur sponsalia. Tum quæ promissa erat, ipsa sponsa appellabatur, qui sponderat ducturum sponsus &c. Accius. Ego, ut essem affinis tibi, non, ut te extinguerem, tuam petii gnatam.* Idem quoq; in Ecclesia primitiva observatum fuisse testis est locupletissimus *Philo in libro* περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων, *id est, de legibus specialibus*, cujus verba aureis literis notanda subjicimus; Ἀλλ' εἴπερ ἄρα τῇ ψυχῇ πέπονθας πρὸς τὴν παῖδα οἰκεῖον ἴδῃ πρὸς τοὺς γονεῖς αὐτῆς εἰ ζώντας τύχοιεν εἰδὲ μὴ πρὸς ἀδελφὸς ἢ ἐπιτρόπους ἢ ἄλλους κυρίους κ) ἀποτύμωσας τὸ σαυτοῦ πάθος ὡς χρὴ τὸν ἐλεύθερον αὖτῳ πρὸς γάμου κ) παρεκάλεσ μὴ ἀνάξιος λογισθῇς αἰσχύνης ὃ δὴ ἔοικε ἅπασι μὲν τοῖς ἀτιμελήτοις τῆς παιδὸς ὡς ἐναλιωθῆναι πρὸς λιπαρέστερος δεῆσῃ κ) μᾶλλόν σε ἐπείσαν ἐξετάσας αἰδοίοις καὶ μὴ καταψεύσμενον ἢ ἐπὶ πόλαιον ἄλλως τὸ πάθος ἀλλὰ ἐπιληθεύον κ) παντελῶς ἐνδεμυθον. *Si bene affectus es erga virginem, accede parentes ejus, si forte vivant, sin minus fratres, aut tutores, aut quoscunq; quorum in potestate est, & amore patefacto, pete illius conjugium, & ne te ut indignum fastidiant. Nemo enim ex puellæ curatoribus tam erit difficilis, ut instantiores preces rejiciat.* Qui autem † filiam seu puellam stipulanti promittebat, despondere dicebatur, 12
sive is pater esset, sive frater, vel alius, *ut ex Varrone aliisq; probatis auctoribus liquet*. Sic enim ille, cui desponsa erat sponsus, quo die sponsum erat sponsalis, sponsū, qui desponderat filiam, despondisse dicebatur, quod de sponte ejus, id est, voluntate exierat. Et paulò post Si de-

In manu esse parentum, fratrum, virorum. Et *l. 3. de sponsalibus.* Nuptias me solo auctore contrahi posse. Item *Ovidius*:

Me tibi Tyndareus vita gravis auctor & annis
Tradidit.

Item *l. 3. de auctorit. tut.* Auctorem esse est, dicere se id probare, quod agitur, & hi dare dicuntur. Unde illud *Terentii*: Quis dedit? cui quando nupsit? auctor his rebus quis est? Item: Filiam in incertas nuptias ut darem. Item: Atq; ego illi neq; do, neq; despondeo, *4. Hec. 5.* Ego cui daturus non sim, ut despondeam *4. Plt. Syracid. cap. 7.* ἐκδὸς θυγατέρα, *Homer. lib. 13.* Anchises Hippodomiam dederat filiam in matrimonium primogeniam Alcathoo, quæ parentibus quidem cordi erat, ut filia, sed ex hoc magis, quod forma, quod ingenio, quod opibus domesticis æquales antecelleret. Et *Ovidius* de filia.

Hanc ego cum vellem genero dare tempora tadis.

Livius. Rex Asiæ Antiochus filiam suam in matrimonium mihi dat. Et Livius maritus Liviæ quasi pater, non maritus esset Liviam Augusto Cæsari uxorem dedit; *Xiphilinus.* Item, tradere dicuntur, *c. non aliter 30. q. 2. & c. non omnis 32. q. 2.* aliter legitimum non sit matrimonium nisi à parentibus tradatur; & *Ovidius*:

Me tibi Tyndareus tradidit.

Et *Tacitus lib. 4.* Tyberius Neptem Agrippinam cum coram Cn. Domitio tradidisset,

§. 3. SUMMARIUM.

Κύριος quis dicatur.

Κύριον autem eum dici, cui onus despondendi incumbat, ex *Isocrate* colligitur, qui in encomio Helenæ refert Theseum sibi Helenam uxorem expetiviſse à κυρίοις & cum illi eā dare non vellent, rapuisse. Verba *Isocratis* hæ sunt: ἐπειδὴ παρὰ τῶν κυρίων ἔχοι τις αὐτὴν λαβεῖν, *id est, cum dominorum (hoc est, eorum, in quorum erat potestate) Helenam accipere non posset, Tyndarei regno-spreto, Castoris & Pollucis viribus eam rapuit.* Eadem à *Luciano* referuntur *in Charidemo*, qui pro voce κυρίων πατέρα habet. A patre quidem, ipsius Helenam accipere desperavit, ut qui eam nubere nollet cum ad ætatem justam non perveniſſet *Plato lib. 6. de legib.* τὰς ἐγγύτατα γένους, ἀεὶ κυρίους εἶναι μὴ τῶν ἐπιτρόπων, *id est, cognati proximi tutores sint cum curatoribus.*

Philo: ἵνα πρὸς τὰς γονεῖς αὐτῆς ἐαυζῶντας τύχωσιν εἰ δὲ μὴ πρὸς ἀδελφὸς

ἀδελφὸς ἢ ἐπίτροπος ἢ ἄλλος κυρίος, Accedent parentes si vivant sin minus fratres aut tutores vel alias κυρίος, id est, auctores. Verba supra recitavimus. Huc facit illud *Basilii in epistola ad Amphilochum*, quæ sine iis, qui habent potestatem matrimonia fiunt sunt fornicationes: Nec ergo vivente patre nec domino, ii, qui conveniunt sunt ab accusatione liberi, donec κυρίοι, hoc est, in quorum sunt potestate conjugio annuerint. Et *lib. 49.* Dion scribit Augustum jure singulari Liviæ uxori & Octaviæ sorori concessisse τὰ σφέτερα ἀνὲυ κυρίου τινὸς διοικεῖν, ut eis liceret sine tutore res suas gerere. Demosthenes, ὅταν μὴ ἐπιτρέψῃ τὸν κύριον εἶναι. Qua de re latius §. *sequenti Philo.* In tali enim controversia quando de caelitate corporis quæritur non imminet periculum soli filiæ sed etiam ejus curatoribus, *lib. de legib. specialibus.*

§. 4. SUMMARIA.

1 *Puella desponsebatur à κυρίοις, qui sanguine proximi erant.*
2 *Lex Athenienſium omnib. omnino mulieribus proſpexit, ne qua cauſari poſſet ſe tutore deſtitutam ſeipſam viro deſponderi cogi.*
3 *Regis Daniæ Woldemari ſtatutum refertur & explicatur.*
4 *Apud Athenienſes mater in filiorum puberum erat poteſtate.*
5 *Apud Athenienſes matres viduas à filiis puberibus deſponſatas fuiſſe, exemplis confirmatur.*
6 *Plebs, collegium vel civitas deſponsebat pupillas.*
7 *Rectius de mulierum ſponſalibus ſtatuerunt Athenienſes, & hos ſecuti Reges Daniquam Juris Canonici interpretes.*
8 *Vetuſtas nobis ſemper adoranda eſt.*
9 *Inter parentes & cognatos ordo ſervatus eſt gradusq; prærogativa in deſponendis liberis.*
10 *Avus in deſponsenda nepte patri præferri late defenditur.*
11 *Summa eſt affectio avi in nepotes & neptes paterno major.*
12 *Proverbium: Es iſt nichts liebers dann Kindes Kind explicatur.*
13 *Apud veteres Græcos obſervatum ut avus in deſponsenda nepte patri præferretur multis exemplis docetur.*
14 *An patris etiam conſenſus requiratur in nuptiis nepotis & neptis? late diſcutitur.*
15 *Jure Athenienſium patrem in filia deſponsenda avo prælatum fuiſſe exemplis docetur.*
16 *Conciliatio legis Romanæ cum Athenienſium & explicatio illarum.*
17 *Fratrum etiam auctoritas non exigua fuit in deſponsendis ſororibus.*

18. *Etiam*

d by Google

18 *Etiam filias spurias, seu ex concubina natas patres desponderunt & collocarunt quod exemplis docetur.*

19 *Meretrices, etiam quæ se omnibus pervulgarent, filias licet vulgo conceptas suis verbis desponderent.* (*stratur.*

20 *In Græcia olim maritos moribundos uxores suas desponsisse ex historiis demon-*

PEtebatur autem † & desponsebatur puella à κυρίοις, & quidem ab illis qui sanguine proximi erant, & supremum inter ascendentes locum obtinebant, quales sunt, Pater, avus, frater, agnati, & illis non extantibus. Patronus, seu tutor cujus fidei & clientelæ mulier sese commisisset, *ut ex Demosthenis 2. in Stephanum oratione colligitur*, ubi cum omnes has personas enumerasset, tandem subjungit, ὅτῳ ὁ τόνῳ ὁ νόμῳ ὃς ἐποίησε κυρίους ἀκηκόατε ὅτι δὲ ἐδεῖς ἦν τούτων τῇ μητρὶ οἱ ἀντίδικοι μοὶ μεμαρτυρηκάσω, *id est*, Hæc lex quos (dominos) id est, tutores esse velit audivistis. Horum vero neminem matri auctorem fuisse, ipsi adversariis testantur. Illorum autem minus fuisse mulieres desponsere, ex eadem oratione colligitur. Nam antequam eos recenset, quibus id incumbit, *inquit*, σκέφασθαι τόνῳ καὶ τὰς νόμους παρ' ὧν κελεύσους, τὰς ἐγγυὰς ποιεῖσθαι. *id est*, Considerate à quibus mulieres desponsari leges jubeant; & postea subjungit verba legis. ἢν δὲ ἐγγυήσῃ ἄπαι δικαιοὺς δάμαρτα εἶναι ἢ παιτὴρ ἢ ἄδελφὸς ὁμοπάτωρ ἢ πάππου ὁ πρὸς πατρὸς ἐκ ταυτῆς εἶναι παίδας γνησίους. Ἐαὶ δὲ μηδὲς ἦ τούτων ἐαὶ μὴ ἄπαιλπρὸς τις ἢ τὸ κύριον ἔλειν ἐαὶ δὲ μὴ ἢ ὁ τῶν αἰ ἐπιτρέψη τῶν κύριον εἶναι. *Id est*, quācunq; legitime desponsarit uxorem vel pater, vel frater Germanus, vel avus paternus, ex ea liberi legitimi sunto: quod si nemo horum exstabit, siquidem puella sit patrimonii hæres, qui tutor est, eam sibi habeat. Sin verò non fuerit is, cui se mulier commiserit tutor esto. Atque hic obiter notandum, quod apud Athenienses puella ἄπαιλπρος, id est, fratris expers patrimonii hæres non nubebat, nisi & ex eadem tribu & cognatione, id ab Hebræis petitum esse, apud quos idem observatum fuit, *ut ex Numero cap. ult. colligitur.* Et *in oratione pro Phormione* testatur idem Demosthenes, quod si secus quis uxorem nactus esset, datam à nemine, liberos hæredes non fuisse. Sed & hoc animadversione † dignum est, quod lex Athenienſium omnibus omnino mulieribus, hoc est, sive virgines, sive viduæ, sive pupillæ, sive in parentum potestate, sive in viris essent, prospexerit, ne qua causari posset, se tutore destitutam seipsam viro desponderi cogi. Nam & secundum veterum Græcorum institutа mulieribus

ſine tutorum & curatorum conſenſu & arbitrio, nihil agere licuit, *ut ſupra ex Harpocratione annotavimus.* Itaq; in morem perduxerunt, ut qui tutorem vel cognatum haberet, neminem aliquem ſibi deligeret, in cujus illa eſſet clientela ſeu poteſtate, hoc eſt, κύριον, qui tam ſuo conſilio regeret, *ut ex verbis paulo ante enumeratis colligitur*: cujus etiam munus erat, mulierem ſuis ipſius verbis deſpondere & viro (ut ita loquar) addicere. Quod à Græcis acceptum † VValdemarus Daniæ Rex in ſuas leges, quæ
3 adhuc in Sleſuicenſi ducatu obtinent, referri juſſit, quemadmodum ex iis, *quæ lib. 1. cap. 33. referunt* liquet, quorum ſumma eſt. Uxorem ducturus tam à patre vel filio majore natu vel fratre petat: ſin horum nullus extet, à cognatis proximis. Quod ſi cognatum habeat neminem, ad quos tutela pertinet, mulier alicui ſeſe committito qui eam deſpondeat. *Hactenus verba legis.* Abſurdum autem & præter decorum videri poſſet matrē
4 viduam à filio deſponderi, niſi id inſtitutis & morib. † Athenienſium defenderetur, apud quos etiam mater in filiorum puberum erat poteſtate, quod eleganter *Demoſthenes oratione in Stepharum* expreſſit his verbis: καὶ ἐὰν ἐξ ἐπικλήρου τις γένηται καὶ ἅμα ἡ βροῦ ἐπιδέπτες κρατῶν τῶν χρημάτων τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μήτρι. Οὐκοῦν ὁ μὲν νόμος κελεύει τὺς παῖδας ἡβήσαντας κυρίους τῆς μήτρος εἶναι, τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρὶ. *Quæ latine ita habent*: Quod ſi quis ex muliere patrimonii hærede fuerit natus ſimul atq; pubuerit ad biennium pecunias teneat, & victum matri demetiatur. Proinde lex jubet filios puberes tutores eſſe matris, &
5 victum matri demetiri. Unde ſequitur etiam † apud Athenienſes, matres viduas à filiis puberibus deſponſatas fuiſſe. Idque vi vocabuli κύριος intelligitur. Et *Homeri* auctoritate confirmatur apud quem Telemachus ita loquitur *lib. 2. Odyſſ.* Juſta funeri patris, ſiquidem patrem extinctum accepero, curabo, ſimulq; matrem viro nuptui tradam. Ita & Pontianus matrem viduam deſpondit *Apulejo: ut ex verbis Apuleii Apolog. 2. colligitur.* Quo facilius, *inquit*, Pontiani facilitatem Pudentillæ ſolitudinem circūveniret infit generum ſuum objurgare, quod matrem ſuam mihi deſpōderat, ſuadet quamprimum ex tanto periculo dum licet pedem referat. Quod etiam in adoptivis liberis obſervatum fuit. *Iſocrates in Aegineta* narrat Traſylochum amico cuidam à ſe adoptato ſororem deſpondiſſe, eiq; ſuas facultates dediſſe. Et hac ratione eum, qui adoptatus eſſet uxoris Traſylochi filium factum & ejus matris curatorem τῆς μητρὸς τὸν ἐπιμελησόμενον κατέστησε, loquitur de Rufino ſocero Pontiani. Hermias

Eunu-

Eunuchus Aristoteli familiari suo filiam adoptivam in matrimonium collocavit, *ut scribit Suidas.* Quid † quod & plebs collegium vel civitas desponderat pupillas. Refert Plutarchus Aristidis filias è Prytaneo spō- 6
sis traditas, civitatemq; publice sponsalia constituisse, & dotis nomine utriq; tria drachmarum millia decreviſſe. Filias autem, quod indotatæ essent diu maritos non inveniſſe: *in Aristide.* Et Athenienses Minervam Antonio desponderunt, *quæ de re paulò ante.* Ex quibus efficitur † multo 7
rectius de mulierum sponsalibus statuisse Athenienses, & qui hos secuti sunt Reges Danos, quam juris canonici interpretes: qui tamen in jure Connubiorum constituendo, omnium hominum primi esse volunt; nec sunt tamen. Sed quæ à nobis supra posita sunt exemplis ex vetustate petitis declaranda sunt. Vetustas enim † nobis semper (si sapimus) adoranda est; *Verba Furii apud Macrobium lib. 3. cap. 14.* Demosthenes scribit patrem 8
suum moribundum sororem suam Demophoonti cognato desponsiſſe, & dotis nomine duo talenta legasse: Et Pelops florida ætate Hippodamiam à patre petit: *Pyndarus.* Achilles Priami filiam sibi petit uxorem, cum hac pollicitatione, si daretur, se cum suis Mirmidonibus domum rediturum. Hecuba respondet, sibi eam conditionem placere, si Priamo placeat; *Dares de bello Trojano.* Et hinc desponsandi morem vetustiſſimū etiam adhuc temporibus Alexii Comneni usitatum fuisse ex constitutione colligere licet. Domine, *inquit*, mi sancte, cum quidam nuptiarum repromissiones filiorum suorum nomine contraxissent; sed & filiis suis parentes desponsebant uxores & testatur *Terentius in verbis supra enumeratis*; Placuit, desponsi. Ita Antonius filiam regis Armeniæ filio suo desponsit in uxorem *Dion. lib. 49.* Item *in Hecyra.* Desponsit ei gnatam, hujus vicini proximi: Et Capitolinus filio suo Bruti præsentis filiam junxit, nuptiis celebratis, exemplo privatorum. Et *apud Plautum in Trinumno, verba subjecimus. Et Gen. 24. & Exod. 21.* Si pater filio desponderit uxorem Sic Hemor filii sui nomine agit cū patre puellæ vitiatæ, ut eam filio collocet. *Gen. 31.* Inter parentes † autem & agnatos ordinem servatum gradus- 9
que prærogativam observare licet: ut primum parentes, & quidē ii, qui inter ascendentes supremū locū obtinerent, jus desponsandi haberent. Deinde agnati & iis deficiētibus tutores: Nā avus in desponsēda nepte patri † præfertur, idq; jure civili est consentaneū. *Paulus.* Neptis si nubat, 10
voluntas & auctoritas avi sufficit. *c. 16. de ritu nuptiarū. Idem lib 3. Si nepotem eodem T. & l. 9. si nepos eodem. & l. ult. & desponsil.* In verbis autem avum vel

proavum si prò nepote vel nepte arrhas susceperint, in duplum tantum modo convenit teneri *Harmenopolus lib. 4. T. 4. & T. 2. de arrhis sponsalitiis lib. 4. Idem jure Canonico traditur c. 1. 32. q. 4 c. neptis 31. q. 2. Vide Paponem lib. 32. arresto 4 fol. 483. qui refert à Senatu Parisiensi ita judicatum*, filiam ab avo etiam patre invito recte desponderi posse. Avi magis auctoritatem in conjunctione nepotis, quam patris, cujus nullo modo liberum est arbitrium, cum ipse sit in potestate avi requiri secundum Glossæ intellectum. Idq; optima ratione constitutum est, quod etsi nullus † affectus paternum 11 vincat, *ut ait* JC. tamen experientia teste summa est affectio & στοργὴ avi in nepotes & neptes paterno major. Quo spectant verba JC. *l. 69. non solum in verb. Attamen summæ affectionis vitæ intuitu nuptiæ concedendæ sunt.* Hinc tritum illud apud Germanos † proverbium. Es ist nichts liebers/denn 12 Kindes Kind. Deinde propter ætatis & gradus prærogativam cui multū tribuendum est. Postremo cum parentes honorandi sint, & eorum voluntati & consiliis obtemperandum: sequitur etiam filium in filia elocanda patris sui consilium & jussum exequi debere. Nam si patre inconsulto vel spreto vel etiam reclamante, filius filiam suam elocaverit patri suo neq; obtemperasse neq; morem gessisse dici potest, ut qui contra patris sui voluntatem filiam nuptum dederit & patri adversatus sit, hoc est, avi jus in nepte collocanda neglexerit. Quod sine peccato & patris sui contumelia fieri non potest. Itaque adversus filium ex lege Platonis recte aget pater cujus hæc summa est: Si quis minus quam decet parentes colat, nec plus eos quam filios, nepotesq; & seipsum diligat, & filiis suis in omnibus obsequatur, qui ita negligitur, per se vel per alium, ad tres Nomophilacas, & ad totidem de connubiorum procuratoribus rem deferat & querelam. Qui re perpensa in liberos qui injuriam intulerunt animadvertant, *Dialog. 9. de legibus.* Ex quibus efficitur, si patri vult obsequi filius (debet autem obsequi) oportere eum de consilio patris filiam elocare. Nam patri non paret filius, si in filia collocanda, suum magis arbitrium quam patris jussum sequitur, ut qui seipsum plus, quam patrem diligat. Ita consobrini trigemini, cum de ineundo certamine à Romanis & Albanis decretum factum esset, responderunt; se nihil absq; parentū consilio in ea re statuere posse, his verbis. Si liberi, & in nostra potestate essemus Tulle, statim te certiorem faceremus quid existimemus de ineūdo cum consobrinis certamine. Nunc quoniam superest pater, sine quo nobis nil dicere, aut facere promittimus, rogamq, ut paulisper exspectes

respon-

reſponſum de patris conſilio. *Dionyſ. lib. 3.* Et id veteres etiam Græcos 13
ſecutos eſſe oſtendunt elegantiſſimi verſus Ovidii *in epiſtolis Heroidum:*

Me tibi Tyndareus vita gravis auctor & annis
Tradidit, arbitrium Neptis habebat avus
At pater Æacidæ promiſerat inſcius acti:
Plus quoque qui prior eſt ordine poſcit avus. Item:
Quid facis Æacida non ſum ſine vindice, dixi,
Hæc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella ſuo.

Verba ſunt Hermiones (quæ filia fuit Menelai & Helenæ) quam avus maternus Tyndarus Trojam profecturus, Oreſti, Menelaus autem pater hujus rei ignarus Pyrrho Neoptolemo Achillis filio deſpondit in expeditione Trojana: cui etiam poſtquam matrem interemiſſet Oreſtes collocata fuit. Sed Oreſtes eum poſtea interemit, idq; impulſu Hermiones, qui propter conſuetudinē cum Andromacha Pyrrhum odiſſet. Itaq; Hermione Oreſtis matrimonio juncta in amore ejo perſeveravit. *Dictis Pauſanias lib. 1. Virgil. Higynus.* Dyctis refert ſe adfuiſſe. Neopotolemo, qua tempeſtate Hermionem Menalai in matrimonium ſuſceperat *lib. 6.* Huc pertinet Epithalamium quo Pyrrhus ab Auſonio celebratur.

Orbe tegor medio major virtute paterna
Quod puer, & Regis Pyrrhus opima tuli.
Impius ante aras quem fraude peremit Oreſtes,
Quid mirum caſa jam genitrice furens.

Refert Pauſanias *in fano* Nemeſis ſua ætate extitiſſe ſpecies Agamemnonis Menelai & Pyrrhi, cui primum Hermione deſponſa fuit à Phidia expreſſas. Oreſtem verò ob cædem matris præteritum eſſe, quem tamen Hermione nunquam deſeruit, cum filium etiam ei peperiſſet, *lib. 5.* Sed alia exempla ſuppeditant hiſtoriæ: Mariam ne deſpondetur ab Hyrcano avo Herodi Regi Judæorum, Joſephus, Egeſippus, Zonaras: Et Tyberius neptem Agrippinā Germanico ortam cum coram Cn. Domitio tradidiſſet in urbe celebrari nuptias juſſit. In Domitio ſuper vetuſtate generis, propinquum Cæſarib. ſanguinē delegerat. Nam is aviam Octaviam & per eum Auguſtum avunculum præferebat. *Tacitus lib. 4.* Et Auguſtus Juliam & Agrippam neptes collocavit, nuptum Juliam Paulo Cenſoris filio Agrippinam ſororis ſuæ nepoti. Et Tacitus de Tyberio Cæſare diu quæſito, quos neptib. ſuis maritos deſtinaret Tyberius Cæſar, poſtquam inſtabat virginum ætas, L. Caſſium M. Venetium legit.

Huic Druſillam Venicio Juliam conjungit *lib. 5.* Et Imperator Michael Paphlagonius neptem ſuam deſpondit Pancratio Abaſgiæ Principi: *Zonaras tom. 3.* Imo avus adoptivi filii filiam, h.e. neptem deſpondebat. Ita Hadrianus Imperator L. Ceronii commodi quem ipſe adoptaverat (ut teſtatur Capitolinus in Hadriano) mortui filiam deſpondit M. Antonio Philoſopho annos quindecim nato, quæ tamē ſponſalia diſſoluta fuere, quod impar ætati eſſet, *Capitolinus in vita M. Antonii Philoſophi. fol. 216.* Sed
14 an patris etiam conſenſus requiratur in nuptiis nepotis & neptis quæritur? Et ſcribit J. C. Paulus nepoti uxorem ducenti patrem conſentire debere. Neptis verò ſi nubat auctoritatem Avi ſufficere. Rationem hanc afferunt Interpretes, cur nepos de utriuſq; conſenſu uxorem ducere debeat, quod is avo mortuo, una cum liberis, in patris poteſtatem recidat, ideoq; interſit patris, quales liberos & ex qua uxore filius ſuſcipiat, & in ejus familiam & poteſtatem inducat. Nam qui ex nepote naſcuntur, avi patriſq; gentem ſequuntur. Itaq; meritò ejus deſideratur voluntas. At in nepte aliud eſt, ut quæ in aliam tranſit familiam, & non patri ſed marito, ejuſq; parentib. liberos procreat, qui non videntur tam ad avum & patrem ſuum pertinere. Ideoque non tam patris interſit, ut priore caſu. Atq; hæ quidem rationes, ex mero jure civili petitæ, acutæ quidem ſunt, & ſubtiles, aliæ verò ſupra enumeratæ, ex fontibus naturæ deductæ, ad
15 communem ſenſum & intelligentiam magis accōmodatæ. Jure tamen Athenienſium patrem in filia deſpondenda avo prælatum fuiſſe ex illis, quæ ſupra attulimus locis, & ex Demoſthene *in oratione adverſus Leocharem* colligi poſſe videtur. Verba ita habent: ἢν ἀνεγγύηση πατὴρ ἢ ἀδελφὸς ἢ πάππος ἐκ ταύτης εἶπαι παῖδας γνησίους. Id eſt, quam deſponderit pater aut frater, vel avus, ex ea liberi legitimi ſunto. *Idem tradit Plato lib. 6 de legibus,* Sponſalia patris firmiſſima ſint, deinde avi, tertia fratrum germanorum, ſin nullus iſtorum exiſtat, tunc ex parte matris deſponſatio fiat. Quod ſi inſolita ſit orbitas propinquiores agnati atque gentiles
19 una cum tutorib. deſpondeant. Ego tamen† legem Athenienſium à Romana diſſentire non puto. Et quamvis pater & frater ordine verborum avo præferantur tamen hanc non fuiſſe ſententiam exiſtimo, ut ſi avus extet, ei præferri debeat pater, & quod abſurdius eſt frater, ſed ita demum, ſi avus nullus exiſtat (idq; in hoc exiguo vitæ curriculo, quod nobis natura circumſcripſit, ut plurimum accidit) ut tum pater & deinde frater deſpondeat, ut legislator ad ea, quæ ὅτι τὰ πλεῖστα accidunt, reſpexiſſe,

ſpexiſſe, & perſonas enumeraſſe, non autem gradus prærogativā indicaſſe videatur Et hanc noſtram ſententiā confirmant ſupra enumerati verſus Ovidii, qui de Græcis hominibus loquuntur nimirum de Tyndareo, Hermione, Oreſte, Pyrrho, Menelao, ſed tamen penes alios in re dubia judicium eſto, & ita judicaſſe Senatum Pariſienſem *refert Papo lib. 22. Arreſto 4. fol. 483. Si un ayeul paternel marie la fille de ſon filx, patre invito, il n'y a aucun rapt: car la volonte de l'ayeul doit en ce dominer, contra patrem: mis ſi l'ayeul eſt maternel, ores qu'il face denation de tous ſes biens, & ſoit aduantage grand à la fille, ce neantmonins, ſi le pere reluctte ou n'y conſent, il y ha rapt. Ainſi fut juge par arreſt de Paris donne es grans jours de Moulins le 15. Octob. 1534. contre Voyer ayeulla Porte Chaſtellam & autres ayans autoriſſe par leur aſſiſtence & decret tel mariage.* Fratrum etiam auctoritatem † non exiguam fuiſſe, in de- 17
ſpondendis ſororibus ex Livii verbis colligitur. De iis, quos Demetrius miſerat in Baſternas, adduxerant, *inquit*, inde nobiles juvenes & Regii quoſdam generis quorum unus ſororē ſuam in matrimoniū Philippi filio pollicebatur. Seuthen Perdiccas clām ſibi cōciliaverat, pollicitus ſororem ſe illi cum pecuniæ daturū. *Et paulò poſt.* Et Perdiccas ſororē Strotonicem (uti ſpoſponderat) Seuthæ in matrimonium dedit. Græce *τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν δίδωσι Σεύθῃ ὥσπερ ὑπέσχετο. Thucidides lib. 2.* Idē *ex Plauto conſtat in Trinū.* Ubi pater filii nomine ſtipulatur à fratre ſororē, verba infrà ſubjiciemus Itē Marcello marito, Octaviæ Cæſaris ſororis; mortuo, poſtularunt pacis & fœderis auctores, ut frater eam Antonio nuptū collocaret & traderet. Quod & factum eſt. Eaq; deſponſa dictum feliciter, conſequentib. fauſtis acclamationibus, quæ per totum diem noctemq; continuatæ ſunt. Et ita pax coaluit inter Cæſarem & Antonium. *Appianus lib. 5. de bellis civilibus Zonaras. Tom. 2.* ἡ δ' Ὀκταβία καίσαρος ἦν ἀδελφὴ ἡ μετὰ θάνατον τῆς φιλίας, τῷ Ἀντωνίῳ συνῴκει ὥσπερ τὸ ἀδελφῷ. Ita & Libo Octavio Cæſari ſororem Scriboniam deſpōdit & locavit. *Verba Appiani hæc ſunt:* Cæſar Octavius, quamvis aliquot virginum ei offerretur conditio, Mœcenati ſcripſit, ut eum Scribonia ſorore Libonis (erat autem Libo ſocer Pompeii) de nuptiis ageret, ut per hanc occaſionem poſſet pacem cum Pompejo facere. Qua de re cum certior factus eſſet Libo frater, neceſſariis ſuis mandavit, ut eam ſine mora Cæſari collocarent; *Appianus de bellis civit. lib. 5.* Sororem Elpinicem Cimon Colliæ nuptum dedit. Plutarchus in Cimone. Cato fratris filias, quas ſecum habebat, Pompejo Magno eas in matrimonium petentī dare recuſavit,

etſi

non sunt, etiamsi ad summum dignitatis gradum quis pervenerit; *quæ de re infra cap. 6. latius.*

Sed & hoc animadversione dignum est in Græcia olim † maritos moribundos, uxores suas despondisse, ejusque rei vestigia apud Græcos ubiq; extant. Demosthenis pater uxorem suam Cleobulam Aphobo despondit, & in dotem ei dedit 80. minas. Aphobus dotē accepit, sed uxorem ducere noluit. Qua de causa etiam Demosthenes actionem contra eum instituit ut videre licet ex oratione in Aphobum. Pasio item Atheniensis moriturus Phormioni servo in testamento libertatem dedit, & tutorem simul filio Pasidi constituit, uxorem insuper suam vivens cum dote despondit. Mortuo Pasione, Phormio heram duxit & filii tutelam suscepit. Testamenti formula apud *Demosthenem extat oratione in Stephanum* his verbis: καὶ ἡ διάθεσις πασίων ἀγαθὴ δίδωμι τῷ ἐμαυτοῦ υἱῶνα ἀρχίππῳ Φορμίωνι καὶ προῖκα ἐπιδίδωμι ἀρχίππῃ τάλαντον μὴ τὸ ἐκπεπαρὸν τοῦ τάλαντον ἀπὸ αὐτόθεν συνοικίαν ἑκατὸν μνῶν: ἱεροφαίνας καὶ τὰ χρυσία καὶ] ἄλλα ὅσα ἔξειν αὐτῇ ἔνδον ἅπαντα ταῦτα ἀρχίππῃ δίδωμι. Id est uxorem meam Archippam do Phormioni: & dotem Archippæ addo & peparato. Item talentum ex eodem loco, ædes centum minarum, ancillas & aurum & cætera quædam habeo, ea universa Archippæ largior. Socrates item mensarius, qui ad aliquod tempus illi inservisset uxorem despondit ut ex oratione pro Phormione colligitur. Item Siclā, quæ argentaream factitarat, uxorem dedit Trimodemo. Neq; id Athenis, sed in tota Græcia usitatum fuisse, idem Demosthenes ostendit, dum refert in Ægina Hermodonum servo suo uxorem dedisse. Seleucus etiā filio Antigono uxorem Stratonicen despondit. Nam cum filius Stratonicen novercam deperiret, & præ amore decumberet, Medicus Erasistratus, qui id comperisset, ea de re patrem monuit. Pater Seleucus veritus, ne quid filio humanitus contingeret, filio & uxori persuasit, ut matrimonio sese conjungi paterentur. Ubi autem persuasisset, exercitu in concionem convocato. Sunt mihi, inquit, charissimi & hoc imperio digni, Antigonus filius & uxor Stratonice, ambo florenti ætate, & qui si conjunguntur prolem brevi daturi videntur ad stabiliendum regnum. Hos itaq; ego jungo connubio, in vestra præsentia, & volo, ut imperent mediterraneis gentibus. Nec vos Persarum aliarumve gentium mores magis spectare jubeo, quam unam legem communem omnibus semper æquū esse quod] Rege nobis præscribitur. His dictis exercitus acclamavit, Seleucus uxorem & filium ita admonitus, junxit matrimonio, & re-

gno præfecit, ut refert Plutarchus in Demetrio & Appianus de bellis Syriacis, & Suidas. Etsi autem hoc factum Seleucus excusare conatus est, hoc prætextu, quod Principi liceret, quicquid liberet, tamen nemini obscurum est, hic adulterium eum incestu cumulatum esse; ideoque nullo pacto defendi posse, imo maximè peccasse Seleucum & contra legem divinam naturæ & aliarum gentium, qui his nuptiis auctor fuerit. Apud *Herodotum* similis fere est historia de Cambyse: Nam cum sororem suam uxorem ducere statuisset, consiliarios consuluit, num id liceret; qui responderunt, se nullam reperire legem quæ permittat conjugium inter fratrem & sororem; sed se aliam reperisse legem, qua Regi Persarum facere liceat, quicquid libeat. Et apud Plutarchum de Paysati, quæ filio Artoxerxi persuasit, ut filiam Atossam in matrimonium duceret, legibus Græcorum insuper habitis. Quippe Regem Persis divinitus legis loco, censoremq; honestorum, & turpium esse constitutum in Artoxerxe. Sed & *Homerus* profecturus in bellum, idem fecisse legitur, ut hi versus ostendunt. Postquam natum pubescentem videris, nube cui volueris, tuam relinquens domum. *Odysseæ lib. 18. fol. 137.*

§. 5. SUMMARIA.

1 *Formulæ verborum desumptæ ex Plauto.*
2 *Testimonia comœdiarum cur tam sæpe citet auctor rationem reddit.*
3 *Formulæ apud Græcos usitatæ.*
4 *Apud Græcos moris fuit ut fratres suis verbis viris sorores desponderent.*
5 *Adducuntur formulæ & exempla ex sacris literis.*
6 *Formulæ ex Judæorum commentariis desumptæ.*
7 *Apud Turcas hodie hic mos durat, ut à parentibus uxor petatur & ematur.*

HActenus de personis, à quibus mulieres desponsabantur satis; nunc videndum quibus formulis sponsalia constituta sint ab iis, qui liberos vel sorores desponderent. Formulas appello solennium verborum conceptiones, quibus hac in re veteres uti consueverunt, quarum apud bonos auctores multa sunt vestigia, & apud *Plautum* † valde illustria, quibus sibi stipulati sunt uxores futuras, ut ait JC. Et primum *in Pœnulo*, ubi pater filiam desponsat viro stipulanti:

Agor. *Audi tu Patrue, dico ne dictum neges.*
Tuam mihi maiorem filiam desponderis?
P. *Pactam rem habeto*, Agor. *spondesne igitur?*
P. *Spondeo.* Agor. *Mi patrue salve, nam nunc es plane meus.*

In Trinummo, item † Lysiteles à Charmide patre stipulatur filiam.

Lysit. *Spondén' ergo tuam gnatam uxorem mihi?* Charin.

Charin. *Spondeo & mille auri Philippum dotis.*
Lysit. *Isthac lege filiam tuam sponden' mihi uxorem dari.*
Charin. *Spondeo.* Lysit. *Et ego spondeo idem hoc.*

In Aulularia petit Megadorus Euclionis filiam à patre his verbis:

Quæ res bene vortat, mihiq; tibiq; filiæq; tuæ,
Filiam tuam mihi uxorem posco, promitte hoc fore.
Quam ad probos propinquitate proxime te adjunxeris.
Tam optimum est, tu conditionem hanc accipe, ausculta mihi,
Atq; eam desponde mihi. Eucl. *At nihil est dotis quod dem.*
Mega. *Dummodo morata recte veniat dotata est satis*
Eucl. *Eo dico ne thesaurum mereperisse censeas:*
Megad. *Non me doceas, desponde* E. *fiat* Et paulò post.
Quid nunc etiam mihi despondes filiam E. *illis legibus*
Cum illa dote, quam dixi tibi M. *spondes ergo* E. *spondeo.*
M. *Dii bene vortant* E. *ita dixi faxint, facito hoc, memineris*
Convenisse, ne quid dotis ad te mea afferret filia.

Post Euclio eam illi dat his verbis. Tuam hanc esse Aulam volo & filiam meam simul præsente Megadoro, & sorore ejus Eunomia. *Lysit.* Et habetur & refertur gratia, ut meritus es socer exoptate mi Euclio.

In Trinumno pater filii nomine petit, & stipulatur à fratre sororem, & despondet eam frater, cujus etiam supra mentionem fecimus.

Sine dote posco tuam
Sororem filio, quæ res bene vortat, habes pactum? taces.
Stas. *Proh Dii immortales, conditionem ejusmodi,* Ph. *qui fabulare*
Dii bene vortant, spondeo. Stas. *Hic ubi nihil usus erat dicto, spondeo*
Dicebat, nunc his cum opus est, non quit dicere. Et paulò post.
Nunc tuam sororem filio meo posco
Quæ res bene vortat. Quid nunc etiam non vis. Les. *quid*
Istud quando ita vis, Dii bene vortant, spondeo.

In Curculione Phædromus ducturus uxorem, eam petit à fratre, frater miles desponder.

Phœd. *His paucis volo rem tecum agere* Mil. *Quid id est.*
Phœd. *Mihi ut hanc despondeas*
Curcul. *Quid cessas miles hanc huic uxorem dare*
Mil. *Si hæc vult.* Planes. *Mi frater cupio.* Mil. *Spondeo.*
Curcul. *Et ego idem hoc unum spondeo,* Mil. *Lepide facis.*

Testimonia † Comœdiarum & Tragœdiarum eo libentius cito,

quod in illis veluti in speculo omnis vita & actiones Priscorum repræsententur. Recte Plutarchus, qui Poesin scribit esse simulachrum vitæ & morum. Eadem quoq; fuit † sponsaliorum apud Græcos ratio verborūq; conceptio, quamvis solennitas illa stipulationum, qua Romani usi sunt adhibita non sit. Qualis est promissio Cyaxaris filiam suam Cyro despōdentis *apud Xenophontem libr. 8. de institutione Cyri, & Zonaras tom. 1. fol. 120.* Δίδωμι σοὶ ὦ Κύρε καὶ αὐτὴν ταύτην γυναῖκα θυγατέρα ἔσυν ἐμήν, ὑπὲρ δίδωμι δ' αὐτῇ ἐγὼ καὶ Φερεκὴν μηδίαν πᾶσαν, ἅδε γὰρ ἔστι μοι ἄρρην παῖς γνήσιος. Hanc, *inquit*, Cyre filiam meam uxorem tibi do, & universam Mediam in dotem do, quando quidē mihi legitimus filius masculus nullus est. Quam promissionē Cyrus acceptat, ut ex ejus responsione liquet, τὸ μὲν γάμῳ ὦ λυαξάρη ἐπαινῶ καὶ τοῦ παῖδα, καὶ τἀδῶρα, βούλομαι δέσθαι γνώμῃ τοῦ πατρὸς τε καὶ τῆς μητρὸς ὑμᾶς αὐτοῦ, Genus, mi Cyaxares laudo puellamq, & munera eamq; de sententia patris & matris ducere volo; vel ut habent verba *apud Xenophontem*, βούλομαι δέσθαι τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ, καὶ τῇ τᾶ μητρὸς ταῦτα σοι συναινέσαι, id est. In his annuere tibi de patris ac matris sententia volo. Et hæc promissio filia præsente facta est, ut quæ Cyrum inter despondendum corollis redimeret. Et *apud Demosthenem* Pasio extremam agens animam, uxorem suam Archippam Phormioni servo despondet. Do uxorem meam Archippam Phormioni, & dotem addo talentum, oratione in Stephanū. Et Seleucus uxorem Stratonicen Antiocho his verbis despondet. Hos ego matrimonio jungo in vestra præsentia, & volo ut mediterraneis gentibus imperent, ut supra notavimus. Et *apud Herodotum lib. 6. Clistenes* filiam suam despondet Megacli his verbis: Megacli Alcmonis filio meam filiam Agaristiam despondeo, more Atheniensium. Annuente conditionem Megacle, nuptiæ apud Clistenem celebratæ sunt. Et Menander Comicus; Ad seminandos liberos, inquit, tibi meam trado filiam. *Clemens Alexand. lib 2. Stromat. citat.* Ita *apud Lucianum* Arsacomas Mazæam Leucanoris filiam in uxorem petit: Da mihi, inquit, Rex filiam tuam Mazæam uxorem; sed Rex nihil respondit. Item Lonchatis aliam ejus filiam peteptis sub conditione, si caput inimici ejus Arsacomæ attulisset. Si mihi, inquit, sponsponderis filiam tuam alteram Barcetin, brevi tibi ejus caput apportabo, ἀποίσω ἔφη ὁ βασιλεύς. Spondeo, inquit Rex. *Et lib. 4. apud Heliodorum.* Nam Sicles filiam Nausicleam despondet Gnenomi, Ego tibi, inquit, in matrimonium do filiam meam, una cum dote, quantam maximam dare possum. Respondet Gnemo. Egò tam, quam offers conditionē

acci-

accipio animo libentissimo. Et statim Nausicles filiam manu prehensam in matrimonium illi tradidit, familiæq; præcepit, ut Hymenæum cantarent. Et apud *Heliod. lib.* 10. Elegantissima sponsaliorū, vel copulationis potius conceptio extat, ubi pater Hydaspes filiam Caricleam agnitā despondet Theageni: quandoquidē, inquit, ita Diis visum est, eorum voluntati adversari non convenit. Itaq; eos testes facio, quī hæc ita prædestinarunt, vos quoq; signis & argumentis exteriorib. satis declaratis vestram voluntatem duorum voluntati consentaneam esse. Itaq; ego hos juvenes conjungo, ut matrimonio legitimo copulati sint, iisq; una vivendi & cōmorandi potestatem facio, vi & potestate legitimorū sponsaliorum, liberorum procreandorum causa: In cujus rei testimonium & certitudinē ad sacra facienda accedamus. Quamvis rectiūs ad copulationem, quæ fit in nuptiis hanc formulam referri posse existimaverim, propterea quod illis expressè una vivendi potestatem facit: quod in nuptiis fieri solet. Nam ante nuptias sponso una cū sponsa vivere seu consuescere non licet, ut supra tradidimus. Interim *ex l. 1.* colligēre licet Caricleam clàm fidem dedisse Theageni, quod est contra bonos mores. Hactenus de parentibus. Sed & apud Græcos moris fuit, ut fratres suis verbis viris sorores despōderent, unde Demosthenes ἐγγύα τὴν ὁ πατὴρ τὴν μητέρα ὥσπερ καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, id est, Pater meus matrē meam ab ipsius fratre stipulatur. Et apud Euripidē Eteocles congressurus cum Polynice sororem Antigonē despondit Hermoni Creontis filio; utinam mihi contingat fratrem habere oppositū, qui venit eversurus meam patriam. Et nuptias Antigonæ sororis meæ, & filii tui Hamonis si ego fortuna frustratus fuero, tibi ista curæ necesse est esse, sponsionemq; firmam de qua ante cōvenit, nunc facio in exitu meo & frater matris meæ, nutrias tàm digne & mea & tua causa. In Electra Castor & Pollux Orestem monent, ut sororem Electram Pyladi det in matrimonium, quam ipse despondet his verbis. 4

Pylades abiturus vale, & habe
Tibi desponsum corpus Electræ.

Et in Oreste Apollo hortatur Orestem, ut sororem, quām promisit, det Pyladæ: Sororis conjugium, cui promisisti, da; sequens eos vita felix manet. Quo spectant verba Orestis, quæ in Iphigenia extant alloquentis Pyladem;

Si tu fueris servatus & liberos ex sorore mea
Consequeris, quam tradidi tibi uxorem
Manebit nomen meum. Et paulò post.

Nē deseras unquam sororem meam
Deserens affinitatem, & domum paternam.

Cui respondet Pylades.

Sororis tuæ conjugium
Nunquam deseram, qui te mortuum
Magis, quam vivum habebo amicum.

Ac si quis existimat prophanas saltem gentes hunc despondendi & promittendi morem optimū & institutum sanctissimū tenuisse, is longe fallitur. Nam† & populus Dei, in elocatione liberorum eandem rationē secutus est ut supra ex Philone demonstravimus, & in sacris literis, qui uxorem expetunt, eam à parentib. postulant; nec fit stipulatio de voluntate liberorum; tametsi verisimile est, nihil aliud liberos voluisse quam quod parentib. placeret, utq; magno argumento sit, reliquas gentes hæc ab eo accepisse, imprimis Athenienses, quarū leges maxima ex parte cū Mosaicis cōgruunt. Ejus rei vestigia & exempla multa suppeditant sacræ literæ. Bathuel pater una cum Labane fratre Rebeccam Abrahami internuncio petenti & pacisceti despondet his verbis. *Gen. 24.* Herus me misit, ut filio ejus, cognati ipsius filiam Rebeccam uxorem expetam. Itaq; si illum hoc beneficio afficere vultis, facite ut sciam; sin minus, aliam ut ei conditionē quæram. Respondent Laban & Bathuel. Hæc res, quoniam à Deo orta est, tibi adversari non possumus. Ecce, Rebecca coram te est, accipe eam & abi, sitq; uxor filii herilis. Hebraice. [*Kach velech vathie ischo leben adonecho.*] De quibus sponsalib. ita scribit Zonaras τῷ Ισαὰκ ἢ περὶ τεσσαρακόντα ἐτῶν γεγονότι μνηστεύεται ὁ παὶς Ρεβέκκαν ἐκ μεσοποταμίας, &c i. e. Patri Isaaco 30. plus minus annos nato despondet Rebeccam ex Mesopotamia. Et hic obiter notandū Abrahamum internuncio suo mandasse, ut de nuptiis Bathuelem conveniat, non Rebeccam. Itaq; servus mandatū Bathueli exponit, & ab eo petit Rebeccā. Rebeccæ verò ea de re verbum nullum facit, etiamsi cum ea colloquendi & de nuptiis agendi ad fontem sese occasio offerret. Et Jacob jussu patris affinem Labanem deligit, nam & pater illi familiā designavit, unde volebat accipi uxorem. Jacob puellam convenit sed de matrimonio cum eo clàm non agit; Imò cum patre Labane conjugiū Rachelis septem annorū servitio pacisci tur. Unde planū fit, quod suprà posuimus, etiam in Ecclesia prima patrē filiam despondisse. Item patrē filiis suis despondisse uxores & quidem suis verbis. Nec minus illustre exemplū exhibet Tobiæ historia *c. 7.* Tobias ducturus Saram eam à patre petit. Cibum, inquit, non sumā, nisi

promit-

promittas filiam Saram mihi dare in uxorẽ. Respondet Raguel. Accipe, siquidem consanguinei estis. Et Saram filiam apprehensam Tobiæ tradidit his verbis. Hanc secundum Moisis legem habeto, & ad patrem tuum deducito. Et in libris Machabæorũ *lib. 1. c. 10.* Alexander Ptolomæi filiam in uxorẽ petit à patre, Ptolomæus per literas illam desponde: quemadmodũ ex verbis, quæ infrà c. 8. subjicimꝰ colligere licet. Quid: quod diva virgo à parentib. Josepho despõsa fuit, si quid veteris Poetæ Juvenci, quem camẽ laudat Divus Hieron. valet auctoritas cujus hi sunt versus.

Hæc desponsa suo per tempora certa propinquo
Abdita virgineis caste pubescere tectis:
Et servare diem, jussis permissa parentum.

Quamvis *Nicephorus* refert, eam à Sacerdotibus Josepho traditam esse *lib. 2. c. 3.* Vita, *inquit*, Mariæ seu ætas sunt anni quinquaginta novem, siquidem trima cum esset in templum est præsentata, & ibi in sanctis undecim annos traduxit. Deinde Sacerdotum manibus Josepho ad custodiam tradita est, apud quem cum menses peregisset quatuor ab angelo Gabriele lætum illum accepit nuncium. Peperit autem mundi ipsius lucem annum agens decimum quintum: vigesima quinta die decembris. Deinde annos peregit triginta tres, quos etiam filius ejus in terris exegit. Post crucis autem supplicium in domo Johannis annos implevit undecim, ut ætatis ejus anni simul collecti sint quinquaginta novem *Hæc ex Evodio collegit Nicephorus*: quantum autem iis tribuendum sit penes lectorem judicium esto. Rectius meo judicio Erasmus qui à parentibus desponsam Mariam tradit his verbis. Quod autem unquam conjugium fuit felicius, quam sacratissimæ virginis & Josephi? Id verò num coit clancularijs congressibus? Nequaquam. Quid enim audis ex Matthæo? Cum desponsata esset. Et juxta Lucam audis, angelum missum ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Josephi, de domo David: à quibus desponsatam? nimirum à parentibus, qui teneræ virgini sponsum ex tribu legitima juxta legis præscriptum delegerant. Sed ad institutum revertamur, & id, quod cepimus persequamur: ad cujus confirmationem multum facere videtur, quod Theologi uno ore tradunt: Deum Adamo Evam desponsisse & tradidisse: & eo ipso significare voluisse, uxorem è manu patris petendam esse. *Procopius Gazæus*, Deus formosissimam mulierem instar pronubi ad virum deduxit *Genes. 1.* Et hujus moris † quædam vestigia adhuc in Judæorum 6
commentarijs reliqua sunt, qui *cap. 1.* de sponsalibus tribus modis

acquiri

acquiri mulierē ſcribunt, nimirū arrha, ſcripula & concubitu. In tractatu de præceptis affirmatur, verba autē conſenſum exprimentia, ita concipi ſolere, & intervenire inter patrē puellæ & ſponſum tanquā contrahentes, [*Bithcho mechudeſchos*] *i. e.* filia tua mihi deſpōſa eſt. Item [*Bitcho li leinthu*] *i. e.* Filia tua uxor mihi eſt Et hunc morē in Eccleſia Dei manſiſſe, & retentū & obſervatū eſſe etiam temporib. Euariſti Pontificis, qui vixit temporib. Domitiani & Normæ Trojani Ann. Chriſti 103. demonſtrant verba capitis *Aliter 30. q. 5.* aureis literis exaranda. Aliter legitimū non ſit cōjugiū, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationē habere vidētur, (Græcè κύριοι. & ſupra copioſe explicavimus) & à quib. cuſtoditur uxor petatur, & à parentib & propinquiorib. ſponſetur: quæ verba ſumpta ſunt ex epiſtola Euariſti ad omnes Epiſcopos Africanos, *& extant Tom 1. Conciliorum. fol. 66.* Eadem pene traduntur, *in c. noſtrates, & c. qualis eadem diſtinctio.* Qualis debeat uxor, quæ habenda eſt ſecundum legem, virgo caſta, deſpōſata in virginitate, dotata legitimè, & à parentib. tradita, & à Paranymphis accipienda. Et ita ſecundū legē & evangeliū publicis nuptiis in conjugiū liquide accipienda. Idem colligitur *ex c. 3. de ſponſalib.* ubi facti ſpecies eſt, de quodā cive Papiēſi qui juravit ſe filiā daturū adoleſcēti in uxorē, *ex c. ſicut ex literis c. ult. de ſponſal. impub.* de eo qui filiā ſuam nobili deſpondit *& c. non omnis 32. q. & c. 1 de matrim. cōtra interd. Eccleſ. contracto*, de fratre, qui cuidā ſororem ſuam deſpondit, ea præſente & cōſentiente. Quo ſpectant verba concilii Urbanenſis. Conjugia legitima ſunt veluti cum uxor à parentib. traditur, & à ſponſo dotatur, & à
7 Sacerdote benedicitur. Sed & apud Turcas hodie † hic mos durat, ut à parētib. uxor petatur & ematur, *ut Poſtellus & alii tradiderūt.* Et hactenus de ſponſalib. quę interpoſitis ſtipulationib. factę ſunt earūq; formulis ſatis.

§. 6. SUMMARIA.

1 *Sponſalia etiam nudo conſenſu nulla ſtipulatione interveniente conſtitui ſolent.*
2 *Inter ſperatam, dictam, pactam & ſponſam quid interſit explicatur.*
3 *Dictio, manus, poteſtatem ſignificat Hebræis, Græcis & Latinis.*

SEd & ſponſalia nudo conſenſu ſeu pactionibus, h. e. nuda
1 ſtipulatione interveniente † conſtitui ſolent. *Ulpianus l. 4. de ſponſalibus* Unde *Arnobius lib. 1.* adverſus gentes, uxores an Dii habent, atque in conjugalia fœdera conditionibus veniunt ante quæſitis Habent ſperatas, habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas. Unde ſponſas pactas nominat *Virgilius 10. Æneid.*

Gremiis

Gremiis adducere pactas,

Ubi id notat *Servius. Ovidius:*

Quodq́; magis memini, quæ tibi pacta fui.

Et apud *Claudianum* Honorius introducitur, ita loquens.

Hæc etiam queritur secum, quonam usq; verendus
Cunctatur mea vota Socer, quid jungere differt,
Quam pepigit, castasq́; preces implere recusat.

Et *Catullus in Epithalamio.*

Quod pepigere viri, pepigerunt ante parentes.

Valerius Flaccus lib. 6. Argonaut.

Pacta quod Albano conjunx Medea Tiranno.

Idem:

Aut fratris quærens aut pacti conjugis arma.

Et *lib. 8.* Medeæ mater Jasonem fugientem prosequitur

Quam genui Albano fuit hæc promissa Tyranno
Non tibi, nil tecum miseri pepigere parentes.

Et *lib. 8.* de Jasone qui Medeam abduxerat.

At primum socios ausus sua pacta docere
Promissamq́; fidem thalami fœdusq́; jugale.

Vellejus Paterculus. Orestes Pyrrhum, quod pactæ ejus Menelai atq; Helenæ filiæ Hermiones nuptias occupaverat, Delphis interfecit. Et *Juvencus lib. 1.* de Josepho.

Protinus ille
Hæc Præcepta sequens servat sponsalia pacta

Aurelius Prudentius de Augusto ducente Liviam gravidam.

Jam sponsus saliente utero nubentis amicos
Advocat, haud sterilem certus fore jam sibi pactam.

Nonius. Inter † speratam, dictam, pactam & sponsam hoc interest, quod virgo priusquam petatur, sperata dicatur: Plautus in Amphitruo: 2

Amphitruo uxorem salutat, latus speratam suam.

Dehinc promissa vel pacta vel sponsa dici potest. *Virg. Aeneid. lib. 2.*

Cui peteret conjunx quondam tua dicta relinquor?

Et alio loco:

Gremiis adducere pactas.

Titi Divortio. Cui exacta ætate sponsa sit desponsa, promissa

pacta vel ſponſa dici poteſt. Sed & hic verba requiruntur, quibus conſenſus & promiſſio exprimatur: etſi illa ſolennitas interrogationis & reſponſionis non adhibeatur. *Accurſ. l. ſufficit de ſponſalibus.* Quæ & ipſa à parentibus prolata eſſe ex veterum ſcriptis colligitur. Ita Menelaus apud Euripidem filiam ſuam Oreſti deſpondet nuda promiſſione:

Oreſtes tibi ego deſpondeo filiam
Phœbo dicente; itaq; tu qui bonis prognatus generoſam
Ducis, ſis beatus, & ego qui eam tibi do.

Et hanc apud Græcos formulam fuiſſe uſitatiſsimam, oſtendunt exempla, quæ paulo ante ex Xenophonte, Euripide, Demoſthene, Heliodoro, & aliis in medium adduximus. Quamvis & Romanis nō ignota fuit. Nam & apud *Terentium* Chryſis deſpondet filiam Glycerium absq; ſtipulatione dum ait: Te iſti virum do, amicum, tutorem, patrem &c. Hanc mihi in manum dat, accepi acceptam ſervabo. Quo in loco *Donatus* notat, nuptias legitimas per manuum conjunctionem firmari. Et hanc in manum dationem apud veteres uſitatam & pervulgatam fuiſſe, ex iis, quæ ſupra retulimus conſtat. Ita Rebecca in manum datur internuncio Abrahami. Ita Raguel Saram filiam Tobiæ tradidit, & Chryſis Glycerium Pamphilo. Majoris autem firmitatis cauſa hæc adhibita videtur eſſe ſolennitas, quod qui ita filiam deſponderet, non tantùm verbis conſenſum exprimere, ſed & rebus ipſis & factis, & quaſi ſigno exteriore incurrente in oculos voluntatem ſuam declarare videatur, & ut teſtes qui interfuerunt teſtari & affirmare poſſint, ſponſalibus ſeſe interfuiſſe eaq; non tantùm auribus hauſiſſe ſed & vidiſſe, filiamq; à patre traditam & ex ejus manu petitam eſſe. Nam cum filiæ ſint in manu id eſt, poteſtate parentum, recte ejus manu traduntur & liberantur. *Livius lib. 3.* Id juris eſſe in eam, quæ in patris manu ſit. Item mulieres damnatas cognatis aut in quarum manu eſſent, tradebant *lib. 9. de bello Macedon.* Nam dictio † manus poteſtatem ſignificat Hebræis, Græcis & Latinis *Geneſ. 24. Exod. 2. Num. 12.* Xenop. εἰς χεῖρα τῶν ἐχθρῶν ἐλθεῖν. Et Feſtus Pompejus de marito fœminam ducente & accipiente Mancipare, inquit, in verbo emancipatus, quaſi manu accipere.

Sed apud Statium Adraſtus filias ſuas Ægregiam, Argiam, nec formæ laude ſecundam Deiphilen tumida jam virginitate locavit Polynici & Tydeo ſine ulla ſtipulationis ſolennitate. *Sed*

Digitized by Google

Sed mihi nec Sparta genitos nec ab Elide missos
Jungere fas generos: nobis hic sanguis & aulæ
Cura meæ longo promittitur ordine fati.
Dii benè quod tales stirpemq́ animosq́ dedistis,
Ut responsa juvent hic duræ tempore noctis.
Partus honos, hæc illa venit post tempore merces.

Quam promissionem acceptarunt Polynices & Tydeus his verbis.

Anne aliquis soceros accedere tales.
Abnuat? exulibus quanquam, patriaq́ fugatis?
Nondum læta Venus: tamen omnis corde resedit
Tristitia, afflixiq́ animo cessere dolores.
Nec minus hæc læti trahimus solatia, quam si
Præcipiti convulsa noto prospectat amicam
Puppis humum, juvat ingressos felicia regni
Omina, quod superest fati, vitæq́ laborum
Fortuna transire tuæ: nec plura morati
Consurgunt dictis, impensius aggerat omne
Promissum Inachius pater, auxilioq́ futurum
Et patriis spondet reduces inducere regnis.

Hic est ille Adrastus, cui ad Thebas magnæ calamitates acciderunt: qui Oedipi filium generum suum in regnum suum restituere conatus, maximas Græcorum copias amisit, omnesq; belli duces vidit interemptos, ipse per dedecus servatus. Isocrates in Panathenaico. Et Tyberius Imperator cum sibi ex hac vita migrandum esse videret, de consilio Sophiæ Augustæ Mauritium Cappadocem sibi successorem designavit, filiamq; suam regiis exornatam insigniis ei despondit hac oratione. Sit tibi imperium meum una cum hac puella concessum. Utere ea felix, memor semper, ut æquitate & justitia delecteris: & ubi hæc absolvisset, animam exhalavit. *VVarnefrid. lib. 3. c. 1. Nicephorus lib. 18. cap. 6. qui orationem à Tyberio habitam recenset de surrogatione Mauritii & filii vocatione.*

§. 7. SUMMARIA.

1 *Veteres parentes filias suas viris non petentibus ultro detulerunt.*
2 *Sed & ex pluribus unam sæpe obtulerunt filiam parentes.*

1 QVid? quod apud veteres parentes filias suas viris non petentibus † ultro detulerunt: neq; se præter decorum facere existimaverunt. Saul Davidi filiam offert, 1. *Regum. cap. 18.* Apud Homerum Alcinous filiam suam Nausicaam Ulyssi defert, & nuptum dare promittit. *lib. 7. Odyss. fol. 51.* Apud Terentium Chremes gnatam suam ultrò Pamphilo dare promittit, Megacles misso caduceatore Pisistratum invitat ad ducendam filiam, ille conditionem accipit. Deinceps consilium initur de illo restituendo *Herod. lib. 1.* Latinus filiam suam Laviniam Æneæ defert *lib. 7 Aeneid. Vos contra Regi mea nunc mandata referte, Est mihi nata viro gentis qua jungere nostræ.* Et Juno Æolo Nymphan offert his verbis *1. Aeneid.*

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ,
Quarum quæ forma pulcherrima Dejopejam.
Connubio jungam stabili propriamq; dicabo.

Darius Rex duobus prœliis superatus, veritus ne prorsus regno exueretur, misit legatos, qui Alexandro Magno regni partem usq; ad montem Taurum & nuptias filiæ cum decies centenis millibus talentorum offerrent, *Valerius Maximus lib 6. & Zonaras tom. 1.* Priamus Hectoris filii interfecti cadaver repetens Achillis genua complexus orat, ut Polyxenam filiam suscipiat, sibique habeat: Achilles respondet, se de ea re cum illis alio loco & tempore acturum esse. *Dictys Cretensis lib. 4* Et Philippus Francorum Rex filiam Constantiam obtulit Boemundo Constantiæ Principi cum ex Asia advenisset; quam & ille duxit & in Asiam traduxit Anno 1101. *Blondus Decad 2. lib. 4. inclina Romæ.* Et Saul Davidi filiam in matrimonium daturum pollicetur, dummodo se fortem & strenuum præbeat. 1. *Reg. c. 18.* Sed & † ex pluribus unam sæpe obtulerunt filiam parentes. Rex Agamemnon promittit Achilli filiarum unam, quæ ipsi cordi esset in matrimonium dare, decimamq; omnis regni partem ac talenta quinq;, & petit ne oblatas nuptias aspernaretur. *Dictys lib. 4.* Et Syphax Numidiæ Rex Massiniſſam in suas partes pertrahere cupiens, ē tribus filiabus unam pollicebatur quam ipse delegisset.

2

§. 8. SUMMARIA.

1 *Promissio ultro facta debet acceptari ab altera parte, alias non valet.*
2 *In sponsalibus taciturnitas non sufficit nec sola præsentia.*

In his

IN his enumeratis ſpeciebus & exemplis nulla præceſſit interrogatio: Imo parentes à nuda † promiſſione inchoarunt, ſponſalia & 1
nuptias promiſerunt. Quæ tamen ut ultra citroq; obligatoriæ ſint, oportet promiſſionem ab eo, cui facta eſt acceptari. Quia non debet contractus ex voluntate alterius contrahentis pendere, ſed utriusq; conſenſus deſideratur, qui niſi acceſſerit, nihil agitur *l. ſub hac conditione ſi volam. de action. & obligat. l. ſtipulatio non valet. de verb. obligat. l. à Titio 108. §. final. ff. eod. l. certiſſimus in fine eodem in non dentis & ibi Bald. & alii de contrahen. empt.* Nulla enim promiſſio ſubſiſtere poteſt, quæ ex voluntate promittentis ſtatum capit. Ita ſponſalia & nuptiæ conſenſu utriusq; contrahentium fiunt & conſtituuntur *l. 11. de ſponſalibus.* Iſq; verbis exprimi debet vel ſignis. Nam in ſponſalibus † taciturnitas 2
non ſufficit nec ſola præſentia *c. ſi inter, extra de ſponſalibus & matri. Abbas & alii.* Qua de re ſuo loco infrà latius. Ita Polynices & Tydeus promiſſionem Adraſti ſibi factam acceptarunt, in eamq; expreſſis verbis conſenſerunt. Quo ſpectant verba. *Nec plura morati conſurgunt dicta.* Ita & Pylades in Oreſtis promiſſionem conſenſit, reſponſione expreſſa, & ad rem, de qua agebatur accommodata: nimirum. Sororis tuæ conjugium nunquam deſeram, &c. quæ verba ſuprà enumeravimus. Et Pamphilus promiſſionem Chryſidis accipit in eamq; conſentit, ut oſtendunt verba: Accepi, acceptamq; ſervabo; ut & Cyrus Ciaxaris promiſſionem. Ego, inquit, in hac conſentio. *βέλομαι δὲ ταῦτα σοὶ συναίνεσαι.* Et apud Heliodorum Gnemon Nauſiclipromittenti filiam aſſentitur. Ego, inquit, eam, quam offers conditionem accipio animo libentiſſimo. Atq; ex eo tempore ſponſalia recte contracta, & utramq; partem obligare manifeſtum eſt.

§. 9. SUMMARIA.

1 *Quæſtio proponitur, ſi pater alicui filiam offerat, & vir continuo non adſentiatur, nihilominus teneatur ex ea promiſſione poſt temporis intervallum pater ad dandam filiam.*

2 *Species facti ponitur.*

3 *Deciſio quæſtionis.*

4 *Conſenſus in ſponſalibus & aliis omnibus contractibus qui conſenſu perficiuntur, non debet eſſe interruptus ſed uno & eodem tempore ſeu inſtanti adhiberi.*

5 *Aliud est dicendum, si pater aut pars quæ promisit nuptias, consensum non revocet, sed in proposito permaneat, & eo durante is cui promissio facta est assentiatur.*

6 *In dubio non præsumitur is qui promisit perseverare in sententia eadem post intervallum.*

7 *Voluntas immutata præsumitur.*

8 *Quare hæc ita late persecutus sit auctor, rationem reddit.*

1 SEd & hoc loco apposite quæritur, an, si † pater alicui filiam offerat & se daturum promittat, & vir continuo non adsentiatur: nihilominus ex ea promissione post temporis intervallum pater obligetur ad dandam filiam, etiamsi promissionis factæ eum
2 pœniteat? Species † facti suprà à nobis de Priamo recitata huc pertinet. Nam is Hectoris filii corpus repetens, Polyxenam filiam Achilli dare nuptum promittit. Achilles respondit, se de ea re alio loco & tempore acturum esse. Sed Priamus mutato consilio nihil ad Achillem referri jussit; Itaq; indignatus Achilles filios Priami Lycaonem & Troilum jugulandos curavit. Paulo post Priamus occasionem nactus, mittit Ideum ad Achillem cum mandatis veluti confirmatorem eorum quæ Priamus pollicitus esset, de danda Polyxena. Ibiq; sub specie nuptiarum contrahendarum Deiphobus & Alexander Achillem nil metuentem interemerunt. *Dictys lib. 4.*

3 Ego † in proposita quæstione Priamum non teneri existimaverim; cum Achilles promissionem non acceperit, sed de ea re alio loco & tempore acturum se responderit. Nam consensus non debet esse interruptus, sed uno eodemq; tempore, seu instanti adhiberi, quem simultaneum appellant Doctores, quod in continenti, & simul
4 ab utraq; parte præstetur. Et hic consensus † in sponsalibus & matrimoniis, & omnib. aliis contractibus, qui consensu perficiuntur, requiritur. *gloss. Dd. in l. consensu. de actionibus & obligationibus. glos. l 1. de contrah. emptio.* In contractibus, qui jure gentium perficiuntur simul consensum præstandum esse. Itaq; oportet virum & mulierem seu patrem despondentem & sponsum futurum inter se consentire & pacisci: antequam ad alios actus divertant, alioqui sponsalia nulla erunt. *Bonagin. c. si inter. de sponsalibus Abbas c. delectus de sponsali. Alex. consil. 154.* Idq; in sponsalibus constituendis à veteribus observatum, formulæ, quas suprà adduximus, satis arguunt. Neq; is, qui promissioni

Digitized by Google

sioni factæ non assenserit, causari potest, sibi fidem datam non servari: cum sit ἀυθαίρετον κακὸν, sibiq; ipsi imputare debeat, quod res ad exitum perducta non sit, cum nuptias oblatas aspernatus esse videatur, qui statim eam non acceperit conditionem: quamvis tutum non sit, oblata temere acceptare. Et apud Platonem Socrates disputat. Postremo si ex ea promissione etiam pars post intervallum teneretur, tum esset utiq; in arbitrio ejus, cui promissio facta est, deliberandi spatium pro libitu sumere, & patrem filiamq; ludibrio habere & naso suspendere, dubitantem an eam velit, annon: & filiam innuptam sedere & exspectare, quoad is deliberandi spatium absoluisset, iniquum est. Itaq; ut his incommoditatibus occurratur, consultius erit, ut statim ad interrogationem vir vel mulier respondeat, aut si interceserit intervallum, verba sponsaliorum rejicerentur, quæ & Erasmo placuisse video. Aliud dicendum si † pater aut pars, quod promisit nuptias, consensum non revocet, sed in proposito permaneat & perseveret, & eo durante is cui promissio facta est assentiatur: Nam tum novus consensus præstitus esse intelligitur: & ex eo tempore, qui diu ante promisit, consensisse saltem videtur, quo alter consensum expresit. *Dd. & Antonius de Butrio in c. inter, in versic. quæro primo. Extra de sponsalibus.* Qui ajunt, continuationem consensus simultaneum consensum efficere. Latius hæc examinat *Didacus secundæ partis cap. 4. num. 7. Goden. consilio 1. num. 9.* Et sufficere scribunt si consentiant successive alter hodie, alter perendie, ita tamen, ut qui hodie consensit in eadem sententia perendie maneat & perseveret. Et in dubio † non præsumitur is qui promisit, in ea sententia perseverare post intervallum. *Bart. l. nuptiæ, de regul. juris. Bonavent. 4. sententia distinct. 30. q 1.* Ideoq; id demonstrare & probare oportet, imo voluntas immutata præsumitur. *Claudius Sessellus L. 1. §. qui præsens. de verborum obligationibus. Et de ea re extat, inter consilia Germanorum XLII, consilium Antonii Quettæ Cardinalis.*

5

6

Atq; hæc omnia latissime † persecuti sumus ex ipsius antiquitatis monumentis repetita origine: Et ut digito quasi demonstraremus quam veteres rationem in sponsalibus constituendis secuti sint, & quibus verbis & à quibus ea inita sint. Et quod inprimis notatu dignũ est, eas formulas verbis præsentis temporis conceptas esse, ad ex-

8

ad explodendam eorem ſententiam, qui veterum ſponſalia de futuro fuiſſe exiſtimant. Quam rationem ineundi matrimonii, ſi retinuiſſent majores noſtri, & adhuc Reſpublicæ benè conſtitutæ ſibi ad imitandum proponerent, minus foret diſputationum & litium. Interim tamen pleræq; gentes adhuc ejus quædam veſtigia retinuerunt, nimirum ut ſponſus eam, quam ducturus eſt, à patre, avo vel fratre petat & hi eam deſpondeant. Sed poſterior ætas pejor avis hunc deſpondendi morem pietati & rationi maximè conſentaneum paulatim abolevit: & in ejus locum alium ſurrogavit, quo pietas erga parentes læſa, & feneſtra ad inobedientiam aperta fuit. Sed quid
5 non longa valebit permutare dies. Sic omnia fatis in pejus ruere & retro ſublapſa referri. Quæ nos in caput ſequens rejicimus.

CAPUT IV.

§. 1. De ſponſalibus, quæ partes ſuis verbis & mutua repromiſſione conſtituunt.

§. 2. Ea ſponſalia apud veteres frequentata non fuiſſe, neq; uſurpata niſi ab iis qui clam nuptias contraherent.

§. 3. Duplicia ſponſalia à Canoniſtis conſtitui, nimirum de præſenti, & de futuro.

§. 4. Diſtinctio ſponſalium de præſenti & futuro in dubium revocatur.

§. 5. Verba, Accipio te in meum, non eſſe latina. Verba Accipio te uxorem eſſe ambigua.

§. 6. Verbum Accipio non convenire ſponſalibus, ſed copulationi & nuptiis, in quibus mulier mancipatur, traditur & accipitur.

§. 7. Verbum Accipiam recte ſponſalibus tribui.

§. 8. In linguis vulgaribus ut Italica, Gallica & Anglica has

has voces & formulas usitatas esse & usurpari posse: at in lingua Germanica non posse deprehendi discrimen inter hæc verba Accipio & Accipiam.

§. 9. Cur apud veteres non fuerit distinctio sponsalium de præsenti & de futuro.

§. 10. Sponsalia unius esse generis, & verbis præsentis temporis, vel æquivalentibus constituenda esse.

§. 11. Veterum sponsalia non fuisse de futuro: contra omnium receptam sententiam.

§. 12. Formularum seu verborum, quæ matrimonii promissionem continent, enumeratio.

§. 13. De verbis flexiloquis & ambiguis promissionibus, earumq; exemplis.

§. 14. Verba quib. sponsalia concepta sunt, diligenter ponderanda esse.

§. 15. An audiendus sit, qui dicit se conjugium verbis non mente promisisse?

§. 16. Quid si dicat quis, se non seriò locutum esse: qui verbis conjugium promisit?

§. 17. Incerta promissio non constituit sponsalia.

§. 18. Quæstio, si quis contra protestationem factam promittat conjugium & accedat concubitus?

§. 19. Si quis alternative promittat aut conjugium aut centum dare.

§. 20. Viduas per se & suis verbis contraxisse sponsalia: Interim de consensu parentum nuptias contrahere debere, & nisi fecerint, graviter culpandas esse.

§. 21. Viduarum nuptias tacite fieri debere, hoc est, sine pompa & solennibus.

§. 22. Utrùm ad constituenda sponsalia verba requirantur?

§. 23. Sponsaliorum consensum arrha, dextera, osculo, nutu, aliisq; signis ab alterutro contrahentium exprimi posse.

§. 24. Verbis rectius sponsalia constitui & matrimonium promitti.

§. 25. De sponsalib. incertis, hoc est, in quibus certa persona non promittitur.

§. 26. Quæstio, si quis tribus promittat matrimonium?

§. 27. Quæstio, si puellæ omnes consenserint in eum, qui tribus simul promisit matrimonium.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Altera ratio contrahendi sponsalia qua vir mulieri & mulier viro promittit.*

2 *Quomodo hæc ratio à priori differat.*

3 *Potest & hoc casu desponsatio vel per stipulationem, vel etiam nudâ promissione.*

1 ALtera itaque † contrahendi sponsalia ratio & conceptio seu formula hæc est, qua vir mulieri, & mulier viro repromittit, hoc est, mutuis verbis alter alteri fidem dat, & conjugium
2 promittit: Quæ à priori † differt, quod ibi promissio à parentibus, consanguineis & tutoribus & eorum verbis fiat, accedente partium consensu vel tacito vel expresso: hic verò ab ipsis partibus fiat accedente parentum & tutorum consensu vel eo omisso. Potest autem †
3 etiam desponsatio hoc casu fieri vel per stipulationem. Veluti, si vir ita mulierem interroget. Vis mihi nubere? vel: maritum me accipis? Et illa respondeat; Nubam, nubo, vel te maritum, vel in meum accipio. Vel etiam nuda tantùm promissione & his verbis: Accipiã vel accipio te in meum. Quæ verba consuetæ appellat Gregorius Nonus *in c. penult. de sponsalibus*, qui vixit anno Christi 1227. superioribus autem seculis, quæ Gregorium antecesserunt ea usurpata non reperio. Quod latius expendendum est.

§. 2. SUM-

§. 2. SUMMARIA.

1 *Veteres in sponsalibus constituendis primas partes parentibus fratribus, hoc est, κυρίοις, dederunt.*

2 *Convenientius est & decentius, si Parentes filias suas viris despondeant, quàm si ipsæ sese alterius potestati subjiciant.*

3 *Maximè erubescunt puellæ, cum de earum nuptiis & sponsalibus agitur.*

4 *Neque in sacris neq; prophanis literis ullum extat vestigium, quo demonstrari possit, liberos qui in potestate essent parentum, suis verbis sponsalia pepigisse.*

5 *Notantur Interpp. Juris Canonici.*

6 *Unde factum, quod paulatim vetus illa despondendi ratio, naturæ & honestati consentanea, in desuetudinem abierit.*

SUperiore capite demonstratum est, quid † in nuptiis 1
spectarint veteres, & quod in sponsalibus constituendis primas partes parentibus, fratribus, hoc est, *κυρίοις*, dederint. Secundas autem, ut ita dicam, egerint personæ, quæ desponderentur. Idq; quod in nuptiis parentum jussus præcedere, & auctoritas excellere debeat. Secundarum vero partium; hoc est, liberorum & pupillorum sit summisse & reverenter agere, & ad alterius nutum sese componere: ut in Comœdiis, ubi actores secundarum partium summisse omnia agunt, *ut inquit Porphyrio. Et Cicero in Verrina.* Ut in auctoribus Græcis fieri videmus: Sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partiũ, quum posset aliquando clarius dicere, quàm ipse primarum multum summittere, ut ille princeps, quam maximè excellat. Idq; ab iis populis, qui sapientiæ laude claruerunt sanctissime observatum esse suprà ostensum est. Noluit enim sapiens antiquitas id liberis tribuere, quod parentum est. Quis enim rectius & decentius, & meliore jure mulierem despondeat, quam is, qui eam in sua manu habet & potestate? ut taceam eam, quæ alterius juri subjecta est, non posse quicquam de se polliceri aut promittere. Quod si dignitatis decori 2
& honestatis ratio habenda est in nuptiis contrahendis (debet autem haberi) quis non videt, convenientius & decentius esse, si parentes filias suas viris despondeant, & suis verbis mancipent, quàm si ipsæ sua oratione inverecunde sese alterius potestati subjiciant? Nam † silentium decus affert mulieribus. Et quod maximè ve- 3
recundentur & erubescant puellæ, cum de earum nuptiis &

ſponſalibus agitur, & propter verecundiam annuant potius, quàm loquantur, ut notat interpres *c. penult. de ſponſalib. Qua de re ſupra cap 3. latius.* Quare † neque in literis ſacris, neq; prophanis ullum extat veſtigium, quo demonſtrari poſſit, liberos qui in poteſtate eſſent parentum ſibi mutuo repromiſiſſe, aut ſuis verbis ſponſalia pepigiſſe. Itaq; recte Lutherus, Wir leſen kein Exempel / daß ſich zwey Kinder miteinander verlobet hetten. Apud bonos quidem auctores ubiq; occurrunt exempla & facta eorum, qui ſibi repromiſerunt, etiamſi eſſent in poteſtate parentum. Sed ea ſponſalia clam parentibus & contra legum præſcripta inita ſunt ab illis, qui rei illicitæ operam dederunt, & meretricios amores, ut Comici verbis utar, nuptias conglutinarunt. Qualia ſunt Daphnidis & puellæ apud *Theocritum, Idillio 27.* quæ parentibus inſciis, Daphnidi promittenti conjugium copiam ſui fecit; Item Medeæ & Jaſonis, & aliorum de quibus ſtatim ſubjiciemus. Quæ etiam veteres tanquam bonis moribus adverſa & ſuſpicionis plena perſtrinxerunt, ut ex Epigrammate de Smyrna colligitur, *quod apud Suetonium Tranquillum in libro de illuſtribus Grammaticis, extat*:

Uni Craſitio ſe credere Smyrna probavit,
Deſinite indocti conjugio hanc petere.
Soli Craſitio ſe dixit nubere velle,
Intima cui ſoli nota ſua extiterint.

Et merito, quod ea re parentum auctoritas & reverentia labefactari, & verecundia quæ puellas decet violari videretur. Itaq; ineptiſſima & impia eſt oratio Acontii *apud Ovidium de Cydippe.*

Hæc mihi ſe pepigit, pater hanc tibi primus ab illa,
Sed propior certo quam pater ipſa tibi eſt.

Sed veriſſime ſcripſit *Lucretius*:

Deniq; ut in fabrica ſi prava eſt regula prima,
Normaq; ſi fallax rectis regionibus exit,
Et libella aliqua ſi ex parte claudicat hilum,
Omnia mendoſe fieri, atq; obſtipa neceſſum eſt:
Prava, cubantia, prona, ſupina atq; abſona tecta,
Jam ruere ut quædam videantur velle, ruantq;
Prodita judiciis fallacibus, omnia primis.
Sic igitur ratio tibi rerum prava neceſſe eſt
Falſaq; ſit, falſis quæcunq; à ſenſibus orta eſt.

Nam

Nam † cum semel interpretes quidam juris canonici male feriati, mentes hominum pernicioſiſſima illa opinione faſcinaſſent, contra Pontificum ſanctiſſimas conſtitutiones, conſenſum parentum non requiri ad nuptias, neceſſe fuit incommoda conſequi conſimilia. Atq; hinc factum † exiſtimo, quod paulatim vetus illa deſpondendi ratio, quæ & naturæ & honeſtati eſt conſentanea, in deſuetudinem abierit, & in ejus locum altera hæc ſucceſſerit. Eoq; tandem ventum eſt, ut parentibus ſpretis liberi ſeſe clam viris manciparent ſuis verbis, quæ poſtea anſam diſputandi præbuerunt, An præſentis eſſent temporis, an vero futuri: quibus omnium interpretum libri referti ſunt. Ubi ſi vetus deſpondendi ratio retenta fuiſſet magna ex parte illæ contentiones ſeu logomachiæ quæ naſcuntur ex verbis præſentibus & futuris, ex matrimonio rato & conſummato tollerentur. Interim tamen juris Canonici interpretes hanc ineundorum ſponſaliorum rationem maximè probarunt, cujus in omni antiquitate nullum extat veſtigium, neq; apud Græcos, neq; apud Latinos, multo minus apud Hebræos. Et quia viri & mulieres ſibi mutuo repromittentium verbis contrahuntur, ideo verborum imprimis rationem habendam eſſe monent, num ea ſint præſentis temporis an futuri, quod amborum longe diverſi ſunt effectus. 5 6

§. 3. Summaria.

1 *Sponſalia de futuro, quæ vocentur.*
2 *Sponſalia de præſenti.*
3 *Primus inventor diſtinctionis ſponſalium de præſenti & de futuro.*

EAmq; ob cauſam † diſtinctione adhibita conventiones ſeu contractus, quæ verbis futuri temporis concipiuntur, ſponſalia de futuro vocant. Veluti ſi ita ſponſus loquatur: Accipiam te in meum, vel promitto quod te ducam in uxorem. Sponſalia vero de † præſenti promiſiones vocant per verba præſentis temporis expreſſas, veluti, accipio te in meam, accipio te in meum. Quam diſtinctionem primus † invexiſſe ante annos plus minus 400. videtur Alexander, qui vixit anno Chriſti 1160. *ut colligitur ex cap. licet. de ſponſa duorum.* Ubi ſtatuit, per verba de præſenti matrimonium conſtitui, uſq; adeo, ne ſi mulier ita deſponſa alteri nupſerit corporum conjunctione interveniente, nihilominus ad deſponſum redire debeat, licet aliter 1 2 3

ejus prædeceſſores judicaverint. Quem ſecuti ſunt Urbanus III. qui vixit anno Chriſti 1186. *cap. ult. de conjugio leproſo, & c. de conſang & affinitate.* Et Innocentius III. qui degit anno 1200. *in c. 22. ſicut ex literis. de ſponſalib.* & Gregorius IX. qui anno 1227. vixit, *cap. penul. de ſponſalibus*, expreſſe diſtinguentes inter verba de præſenti & de futuro, nimirum; Ego te in meam accipio, & ego te accipio in meum.

§. 4. SUMMARIA.

1 *Argumenta quibus diſtinctio ſponſaliorum in præſenti & de futuro rejicitur & impugnatur.*

2 *Secundum argumentum.*

3 *Aliud argumentum.*

ET hæc quamvis ita à Pontificibus tradita & omnium penè interpretum conſenſu recepta ſunt, tamen multis non probantur: qui hanc à verborum formulis petitam deſtinctionem rejiciendam prorſus exiſtimant, hiſce ut videtur argumentis moti, quod
1 ejus † diſtinctionis veſtigium nullum apud veteres extat, qui tamen jus ſponſaliorum diligentiſſime tractarunt, & quod juris tantum canonici, & novum ſit inventum. Deinde quod † veterum ſponſalia
2 verbis præſentis temporis accepta fuerint, & quod vera ſponſalia vix aliter concipi poſſint, quemadmodum ex formulis ſuprà à nobis enumeratis liquidò conſtat, quales ſunt: Spondeo tibi filiam, Do tibi filiam, Græce ἐγγυάω καὶ δίδωμι, quæ de præſenti eſſe nemo inficias ire poterit: Imo ad copulationem pertinere videntur. Sed & quoties † partes ipſæ, hoc eſt, vir & mulier ſibi repromitterent, verbis de præſenti fidem dediſſe, bonorum auctorum teſtimoniis planum facere poſſumus. Apud Hebræos, ut de illis primum loquamur,
3 vir ſibi deſponſens uxorem, arrha, ſcriptura vel concubitu interveniente, his verbis utitur; Ecce tu mihi deſponſa ſeu conſecrata es. [*Hinnè att mehodaſcht li.*] Et ne quis exiſtimet ea ſponſalia vera vel de præſenti non eſſe, addunt Hebræi, eam quæ ita deſponſa ſit pro uxore haberi & toti mundo prohibitam eſſe, id eſt, quam nemo mortalis ducere vel attingere audeat. Idq; etiam nō tantum vi verborum, ſed & aliorum adminiculorum, hoc eſt, arrhæ, ſcripturæ & concubitus intelligitur. Apud Græcos idem obtinuiſſe dubium non eſt, quamvis à κυρίοις ſponſalia omnia contracta eſſe mihi veriſimile ſit.

se fit. Quò spectant verba Demosthenis. Quod si quis uxorem à nemine datam nactus esset, liberos neq; pro legitimis habitos, neq; hæredes extitisse. Latinos verò seu Romanos idem secutos, argumento sunt formulæ, quæ ubiq; obujæ sunt, quales sunt: Vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero. Et qua utebantur, quando matrimonium per coemptionem fiebat. Nam in coemendo sese invicem interrogabant; Vir ita. An sibi mulier matersamilias esse vellet? Illa respondebat velle. Item, mulier interrogabat; an vir patersamilias sibi esse vellet? ille respondebat, velle. *Boetius lib. 2. Topic.* Ita quoties vir & mulier sibi nuptias repromiserunt, alter alterum interrogavit. Num uxor esse vellet vel nubere, & respondit mulier velle. Idq; ex illis versibus colligitur, quos supra recensuimus de Smyrna.

Soli Crasitio dixit se nubere velle.

Et apud *Plautum* mulier à fratre milite interrogatà; num uxor esse velit, respondit, cupio. Quò spectant verba *Terentii*. Hanc se cupere uxorem. Item hæc verba usitata fuisse: Promitto conjugium, ex Valerio Flacco & aliis colligitur.

Promissaq; serva
Usq; ad Thessalicos saltem connubia portus.

Idem:

Promissos socios ubi nunc Hymenæus in annos.

Item, Tu meus es vel eris.

Te fore dum nostrum vivet uterq; meum. *De quibus infra latius.* Quæ singula constituunt sponsalia, quibus matrimonium promittit vir & mulier: qua in re veterum simplicitas notanda & prædicanda est, qui verbis planissimis, ad rem de qua agitur accommodatis, & minime ambiguis in contrahendo usi sunt; qualia sunt, do, despondeo, promitto, volo, cupio, quæ adhuc in multis locis retinentur: imo & in Ecclesia, quando sponsus & sponsa copulantur usitata sunt. Nam vir interrogatur; vis hanc habere uxorem; vis hunc habere in maritum? Respondetur, Volo. Quæ multo planiora vulgo notiora & evidentiora sunt; quàm illa, accipio & accipiam.

§. 5. SUMMARIA.

Locutiones hæ, accipio vel recipio te in meum, latina non sunt.

Sed

SEd & ea ratione hæc sponsalium de futuro & præsenti distinctio claudicare videtur, quod hæ locutiones, Accipio vel recipio te in meum, latinæ non sint, sed ex barbarie Gothica irrepsisse in latinum sermonem videantur. Et quamvis Gregorii tempore usitata fuerint, tamen in ipsis lapsæ jam latinitatis ruinis, & ut ita loquar, parietinis nata esse nemo, vel literis mediocriter imbutus, non videt. Nam superioribus seculis, qui ita locutus sit, reperio neminem. Quid? quod hæ locutiones, Accipio te in uxorem, & ego te in maritum obscuræ sint & ambiguæ, & nihil certi statuere videntur. Itaq; ambiguitatis vitandæ causa satius esset addere duo Pronomina Meum & Meam. Nam & pater uxorem accipit filio. Et hic scrupulus etiam major erit, si vir ita loquatur; Accipio te in meã, & illa respondeat. Et ego te in meum. Nam subaudiri potest amicum vel amicam. Verbum infiniti modi multam adfert dubitationem, ut Erasmi verbis utar,

§. 6. SUMMARIA.

1 *Verbum* accipio *non convenit sponsalibus.*
2 Accipere *latinis quid.*
3 *Uxorem accipere quid significet.*
4 *Aliud est despondere, aliud ducere vel accipere.*
5 *Accepisse uxorem quis dicatur.*
6 *Veteri Jure Romanorum possessione & usu unius anni milierem usucapiebat maritus.*
7 *Quomodo mulier de Jure divino sit in potestate viri, & quomodo vir eam possideat.*
8 *Verbum*, Accepit, *traditionem arguit.*
9 *Sacræ literæ distinguunt inter despondere & accipere.*
10 *Aliud est contrahere sponsalia aliud accipere.*
11 προλαμβάνω *est vox Hebræa.*
12 *Hebræi in copulandis nuptiis duo instrumenta conficiunt.*
13 *Rejicitur formula copulationis usitatæ, Tu N. fateris, quod accepisti & jam nunc accipias in uxorem. N. &c.*

SEd demus hanc latinitatem ferri posse: tamen ab eo, qui matrimonium promittit & sponsalia etiam † de præsenti contrahit,

1

hit, non recte, proprie, & ad rem, de qua agitur, accommodate dicitur: Accipio vel recipiam te in meam, nisi mulierem acceptam & traditam ad se recipiat, sibi habeat & possideat, quod *Festus Pompejus* mancipare dixit, de marito accipiente uxorem loquens: In verbo emancipatus quasi manu accepit. *Gell. lib. 18. c. 6.* Matremfamilias appellatam esse eam solam, quæ in mariti manu, mancipioq; aut in ejus, in cujus maritus manu mancipioq; esset: idque vi vocabuli intelligitur. Est enim † Latinis accipere, hoc est, rem traditam 2
accipere, tollere & possidere. Unde recte *IC l. 71. de verb. signif.* capere est plus quàm accipere; in accipiendo plus factum, quàm jus versatur. Ita uxorem accipere idem est, quod ducere. Et ut ducere non † 3
dicitur, qui uxorem sibi saltem despondet: ita nec accipere dici potest, nisi cui sponsa tradita mancipata sit & possessa. Idq; ex Ulpiani responso colligitur, *l. cum hic status, §. ult. de donat. inter virum & uxorem.* Si quis eam, quam sibi copulare prohibetur desponsavit & duxit, quasi ab indignis ablata fisco vindicantur. Ubi † observandum est, 4
quod expresse distinguit inter desponsare & ducere vel accipere: unde colligitur aliud esse desponsare, aliud ducere vel accipere. *Plautus in Casina.* Quando Casinam ego mecum rus abduxero, Ruri inambulo usq; in præfectura mea. Quod & deducere dicitur: Cum nova nupta ad maritum domum deducitur. Tibullus, *Ut juveni primum virgo dedacta marito.* Itaq; interpres *Syrus. Matth. 1.* vocabulum, παραλαμβάνειν duplici verbo reddidit, nimirum [*nesoh*] id est accepit. Et [*Dibar*] id est duxit seu minavit, ut paulo post explicabimus: suntq; correlativa: tradere & accipere. Id autem fit in nuptiis, ubi mulier traditur & accipitur: vel in concubinatu. Ita apud *Terentium* Glycerium à Chrysside in manum tradita accipitur à Pamphilo, servatur & possidetur. Nam ipse & eo tempore eam recepit, uxoris loco habuit, possedit & nunquam à se segregavit: imo post fidem datam vitiavit. Ita accepisse uxorem dicitur, qui † traditam & acceptam tenet, 5
habet & possidet. *Argumento est l. 6. de ritu nupt.* Eum, qui absentem accepit uxorem, quæ ei per amicos domum deducta est: deinde à cœna domum iturus in reditu juxta Tyberim periisset, tanquam maritum lugendum esse: nimirum; quod uxorem accepisset traditam, etiamsi in ejus complexum nunquam venisset. Idem colligitur *ex l. penult. de donat. inter virum & uxor.* die nuptiarum priusquam ad vi-

rum transiret virgo, & priusquam aqua & igni acciperetur. *Varro.* aqua & igni mariti uxores accipiebant, *lib. 12.* Huc faciunt verba, *Gell. lib. 4. c. 4.* Judex causam, cur uxor data vel accepta non esset, examinabat, & quanti interfuerat eam uxorem accipi aut dari litem æstimabat. Et *Taciti, lib. 12.* Sedecim annos natus Nero Octaviam Cæsaris filiam in matrimonium accepit. *Juven. Satyr. 6.*

Accipit uxorem de qua Cytharœdus Echion.
Aut Taphyrus fiat pater, Ambrosiusq; Choraules.

Et *Livii de Syphace.* Cum Carthaginensem matronam domum accepit, illis nuptialibus facibus domum conflagrasse suam. Item. Quo die captam Reginam vidisset, eodem matrimonio junctam acciperet. Et apud Penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret. Et *Paris apud Ovidium.*

Prima mihi tu pacta toris falsusq; juventam
Tu primum accepta est conjuge noster amor.

6 Distinguit inter Pacisci & accipere. Uxorem autem possideri ex † eo convincitur, quod veteri jure Romanorum possessione & usu unius anni eam usucaperet maritus. *Gell & Boetius.* Idq; bonorum auctorum testimoniis confirmatur. Atq; eo spectat illud Pamphili apud *Terentium* de uxore, ut possedi nihil mutat Chremes, hoc est, ut jam habui eam quemadmodum Donatus interpretatur *Act. 5. scen. 4.* Recte Græci. Habet vir mulierem, habetur & vir à muliere. *Suidas in verbo ἔχει.* Huc facit & illud *Homeri Odyss. lib. 24.* Ὄλβιε Λαέρταο πάι πολυμηχαν ὀδυσσῦ ἦ ἄρα σῳ μεγάλη ἀρετῃ ἐκτήσω ἄκοιτιν. O beate Ulysse quàm magna cum virtute uxorem possedisti. Et illud *Apuleii lib. 6. De aur. asin.* Puellam elegit & virginitate privavit, teneat, possideat, amplexus Psychen. *Et Apologia 2.* Age verò si avaritiæ causa mulierem concupissem, quid mihi utilius ad possidendam domum ejus, quàm simultatem inter matrem & filios serere? alienare ab ejus animo liberorum charitatem, quo liberius & arctius desolatam mulierem solus possiderem? Et Helena cum Paris eam expeteret se possideri scribit his verbis, *quæ apud Ovidium extant in epist. Heroid.*

Ad possessa veni præreptaq; gaudia ferus,
Spes tua lenta fuit, quod petit alter habet.

Et hæc legi divinæ sunt consentanea. Nam Deus auctor matrimonii

monii expreſſe ſtatuit, ut uxor ſit in dominio & poſſeſſione viri: his verbis: ſub viri poteſtate eris & † ipſe dominabitur tibi. In quibus 7
verbis illud eſt animadvertendum, quod non ſolum marito jus & dominium traditur in uxorem, ſed uſus quoq; poſſeſſionis: idq; recte monet *Vives lib. 2.* de Chriſtiana fœmina iiſdem pene verbis. *Et paulo poſt*; Annon is cuncta poſſidet, quæ ſunt fœminæ, qui fœminam ipſam poſſidet, quiq; eſt ejus dominus. Poſſeſſio autem eſt jus utendi re corporea pro domino: vel ut Theophilus definit. Poſſeſſio eſt animo dominātis poſſidere & quidem corporaliter. Tale jus maritus in uxorem habet; nimirum uſum conjugii. Sponſus autem non habet antequam ſponſam traditam acceperit vel duxerit. Et fortaſſis hæc fuit Gregorii Noni ſententia, ut qui verbo Accipio uteretur mulierem accipiendo & in ſua ducendo, is revera matrimonium perfectum contraxiſſe videretur. Idq; veritati eſt conſentaneum. At in ſponſalibus ubi ſponſa aliquando toto anno non accipitur, hoc eſt, non ducitur, non recte loquitur vir inter deſpondendum; Accipio te in meum, ut qui mulieris non habeat uſum, neq; poſſeſſionē; multo minus dominium. Imo ſibiipſi non conſtat, cum aliud agat aliud loquatur Nam dicit ſe accipere, hoc eſt, ducere vel mancipare, quam non accipit neq; dncit, ſed verbis tantùm, cogitatione & imaginatione, & quam fortaſſis longo poſt tempore, vel quod ſæpe fit, nunquam eſt accepturus. Vir abeo tantulam moram impetrare potui, dū prius ipſe uxorem duceret: tunc deinde ut nos conjungeremur; *Apulejus Apolog. 2.* Et hic accipio idem valet, quod accipiam, ſed ea ſignificatione vox accipere de mobilibus & corporeis apud Latinos non uſurpatur. Et ſi conditionem accipere, vel id quod offertur eo ſenſu propemodum dicimus, hoc eſt, probare, conſentire. Sed & de communi † Dd. ſententia verbum Accepit traditionem arguit. Et notatur § *item Lapilli. de rerum diviſione.* Ita & verbum recepit. Et ne quis exiſtimet, hæc ſaltem † Ethnicorum inſtitutis convenire, ſacræ etiam literæ expreſſe deſtinguunt inter deſpondere & accipere. Item inter mulierem acceptam & deſponſam *Deut. 20.* Qui uxorem ſibi deſponſam, quam non accepit, revertatur domum, ne alius quiſpiā eam accipiat. Itaq; aliud eſt † cōtrahere ſponſalia, aliud accipere, id eſt, ducere. Et ubiq; uxor accipi dicitur vel accepta eſſe, quę tradita & poſſeſſa eſt. *Gen. 36.* Eſau acceperat uxores de filiabus Caſaan, h. e. deduxerat, 8 9 10

ut ii qui latine loqui volunt, verterunt. *Et Samuel. 2. cap. 12.* Verba Nathanis. Uxorem accepisti tibi, uxorem, id est, duxisti, tulisti, Nam verbum [*Lokach*] quod ubiq; occurrit, tollere auferre valet. Et *Genes. 24.* Accipies, *inquit* Abraham, filio uxorem, id est, adduces adferes. Nam & eo sensu hæc verba accepit internuncius Abrahami: idq: ex his verbis colligitur. Quid si noluerit venire mecum? Item Loth locutus est ad generos suos, qui acceperant filias suas, id est, ut Vatablus reddit, qui abduxerant sibi filias suas, ut eas in uxores acciperent, *Genes 19.* Quamvis sit Benoni, *Item Genes. 25.* Isaac erat quadragenarius quando accepit Rebeccam in uxorem. *Item Genes. 30. vers. 15.* An parum est quod accepisti, id est, abstulisti maritum meum, insuper Mandragoras filii mei accipies? Item, mulierem prophanam & meretricem non accipient, *Levit. 21. Et Esther 2.* Accepta est Esther, id est, ducta ad domum Pharaonis; & aliis locis multis, quæ hic congerere nostri non est instituti. Ita & Diva virgo Josepho desponsa uxor nominatur, sed accepta non dicitur, antequam eam accepisset, & sibi adjunxisset. Quo spectant verba: Ne timeas παραλαμβάειν, id est, accipere Mariam, etsi vulgò adjungere reddant, quod ea vox magis Latina
11 sit, sed tamen † παραλαμβάνειν est vox Hebræa [*Lokach.*] vel [*Nescho*] utraq; tollere, accipere notat: Cui respondet Syriaca [*Nessab*] quæ idem valet, id est, accepit, abstulit. Itaq; hæc verba: ne metuas accipere Mariam conjugem tuam, Syriaco sermone reddita sunt his verbis [*Lo thidohal limssar la miriam anthotech.*] Item Joseph fecit, quemadmodum angelus Domini jusserat, καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Et accepit conjugem suam. Syriace [*Vodabro leintheh*] hoc est, duxit uxorem suam. Nam vox [*Debar*] propria significatione idem valet, quod duxit seu minavit, qua voce veteres usi sunt. *Festus.* Agasones equos agentes, id est, benè minantes. *Esai. 1.* Leo & oves simul erunt & parvus puer minabit eos. Inde [*medaber*] dux ductor, quamvis & accipere significet, quod nemo ducere possit, nisi acceperit. Et hæc nostra sententia legibus & institutis Hebræorum confirmatur, qui in copulandis nuptiis duo instrumenta conficiunt, nimirum [*Schtahr arrusin*] hoc est, schedam sponsionis & sponsaliorum, & [*Schtahr nichuin schau*] hoc est, instrumentum acceptionis, quod eo momento, quo uxor copulatur, & sub chuppa marito traditur &

tur & accipitur, ſcribi ſolet, in ſignum & teſtimonium, eam tum primum acceptam eſſe. *Qua de re plura cap. 11.* Et tum maritus [*Noſchui*] dicitur, quaſi dicas acceptus, *ut Elias Levita notat in Thisbite.* Ex quibus efficitur, verbum Accipio ad traditionem, acceptionem ſeu deductionem pertinere: itaq; recte Lutherus. Ich nim/ iſt mehr die wirckliche vnd perſönliche Vberantwortung / vnd gehöret zu dem öffentlichen Verlöbnis vnd Verſamlung. Itaq; haud ſcio, & proprie & latine loquendo, num defendi poſſit formula copulationis, qua in Eccleſiis quibusdam utuntur. Tu N. fateris hic coram Deo & ſancta ejus Eccleſia, quod accepiſti & etiamnum accipias in uxorem N. quam hic præſentem aſpicis.

§. 7. SUMMARIA.

1 *Verbo Accipiam in ſponſalibus contrahendis rectius utimur,*
2 *In ſacris literis vir uxorem accipere dicitur, non uxor virum.*

REctius tamen, & ad rem appoſite † loquitur qui in ſponſalibus contrahendis verbo Accipiam utitur, reſpiciens nuptias, in quibus uxor ducitur & accipitur. Et ut hoc obiter ex Jurisprudentia † Hebræorum notemus: in ſacris literis vir uxorem accipere dicitur, non uxor virum. Rationem ejus rei adferunt Hebræi *cap. 1. tractat. de ſponſalib.* his verbis. Idq; de ſententia Rabbi Salomonis [*micoamro thoro cih zikach ihſch ihſcho velo cotab cihi tohlokach ihſcho leihch mipra ſedarco ſchell ihſch lechaſer ahl ihſcho vten darcho ſchel ihſcho lechaſer ahl ihſch moſol Leadom ſcheobdoh lou abedoh mi choſer ahl mi baal abedo mchaſer ahl abedoto achod*] ſupplet Rabbi Salomon [*mizolotou.*] Id eſt: Cur in lege Moiſis vir accipere uxorem dicitur, & contra mulier non dicitur accipere virum? Quod viri ſit, mulierem expetere & quærere, at contra mulieris non ſit, virum quærere, idq; ad exemplum ejus, qui aliquam rem perdiderit. Nam quis illam quærit? Dominus utiq;, qui eam rem amiſit. Supplet interpres, nimirum unam ex coſtis ſuis *Juvenalis*:

Qualiacunq; voles Judæi ſomnia vendunt.

Itaq; quæ ſit horum verborum Accipio & Accipiam vis, & quantum illis tribuendum ſit, aliis latius diſcutiendum relinquo.

§. 8. SUMMARIA.

1 *Galli & Itali utuntur verbis Accipiam & Accipio in ſponſalibus contrahendis.*
2 *Etiam Angli.*
3 *Germani non utuntur his verbis.*
4 *Uſus Germanicæ linguæ non fert hanc phraſin.*
5 *Verba* volo te habere *quomodo accipiantur.*
6 *Refutatur* Klingius.
7 Sarcerius *notatur.*

1 HÆc tamen verba Galli † & Itali tanquam maximè ſolennia & propria in ſuam coloniam tranſtulerunt, & in contrahendis ſponſalibus retinuerunt & anxie obſervarunt, veluti: Voipiacce accetar me per voſtro marito. Reſpon. Meſſen ſi che vi accetto. *Id eſt*, placet ne tibi me in maritum accipere? Domine ita, accipio. *Conſil. matrim. Italor.* Galli, ie vous prens pour mari, ie vous prens pour ma femme. Ut & † Angli, qui eandem rationem ſequuntur, *ut Polydorus teſtatur*, & nos quibus Anglia quadriennium hoſpitium præbuit, *nimirum 1559. 60 61. 62. 63.* ejus rei teſtes ſumus. Et quidem in linguis vulgaribus hæc ſatis commode dicuntur, cum uſu vulgi & conſuetudine inveterata nitantur, quæ vim legis habet. Linguæ enim magiſter eſt populus. Nam cui lingua diſcenda eſt, à multitudine eam diſcat oportet: *ut recte apud Platonem diſputat Socrates in Alcibiade.* Et loquendi uſus maximus Tyrannus eſt. Ideoq; quin his verbis recte ſponſalia contrahantur, dubium non eſt. Ger-
3 mani † tantum abeſt, ut his verbis tanquam Emphaticis & uſitatis inhæreant, vel nunquam inhæſerint, ut in dubium etiam revocent & controvertant ii, qui linguæ Germanicæ maximum uſum habuerunt, eamq; inſigniter locupletarunt & auxerunt (omnium recte judicantium judicio) an in idiomate Teutonico illud, de quo ſuprà diximus, diſcrimen, inter ſpolalia de præſenti & futuro deprehendi poſſet, quemadmodum recte Lutherus diſputat. Nam qui conjugium promittit his verbis. Ich wil dich haben/ de præſenti contrahit. Nam hæc verba, volo te habere, præſentis ſunt temporis non futuri, ut & illa. Ich wil dich nehmen/ Ich wil dich zum Weibe haben/ Du ſolt mein ſeyn. (quamvis hæc pro verbis de futuro habuerint.) Et uſus Germa-

nicæ

nicæ † linguæ non fert hanc phrasin neq; probat: Ich werde dich nehmen. Ut nec illam. Ich nehme dich zu meinem Weibe oder/ Ich nehme dich zu meinem Ehemanne. Et accipio te, heist eigentlich auff Deutsch/ Ich wil dich nehmen/oder haben. Et de præsenti intelligitur, & quod his verbis consensum præstet & voluntatem suam declaret. Et Dd. hæc verba † volo te habere, etsi ambigua esse videantur, in favorem matrimonii pro præsentibus accipienda *tradunt Panorm. c. quemad. de jurejurando. c. ex parte. de sponsalibus. Mauserus. T. de nuptiis institutio.* Fateturq; ingenue Lutherus, qui Germanicæ linguæ censor fuit gravissimus, se non videre neq; intelligere, quo pacto vir & mulier idiomate Germanico, sponsalia de futuro inter se contrahere possint. Nam quibuscunq; verbis concipiantur, semper ea præsens tempus respicere. Et quamvis † Melchior Klingius contra sentit, & hanc differentiam in lingua Germanica deprehendi posse existimat, tamen longe fallitur. Neq; (pace ipsius dixerim) nisi consutis Solœcismis id planum facere poterit. Quales Sarcerius † commentus est *in lib. de causis matrimonialibus*: Ich sage ein/ ich werde dich nehmen zu einem ehelichen Weibe. Ridicula sane & à proprietate sermonis Teutonici aliena locutio. Itaq; idem Sarcerius sibi ipsi contrarius, *fol. 258.* cum Luthero sentit, & vix fieri posse fatetur, ut quis Germanice sponsalia, per verba de futuro contrahat. Verba enim Accipere, & interpretari oportet, prout ea vulgus accipit & intelligit. *Eberhardus late in loco ab opinione vulgi.* Et hæc latius persecuti sumus, quod hanc distinctionem sponsalium rejiciant & improbent Lutherus, Philippus & Erasmus, probent autem Beza & Chytræus, & vulgus ICtorum: & ut de re controversa aliis latius cogitandi ansam præberemus, eoq; magis, quod quotidiana sit, & cognitu necessaria. Necessaria autem ignorare turpe sit, sicut ait Plato. *Quamvis.*

Non nostrum inter nos tantas componere lites.

4 5 6 7

§. 9. Summaria.

1 *In toto Jure civili distinctionis sponsaliorum in de præsenti & de futuro nullum vestigium & cur.*

2 *Quibus verbis olim in despondendo usi sunt.*

3 *Veterum laudatur prudentia, qui verborum proprietatem retinuerunt.*

4 Que-

4 *Quædam promißiones verbis futuri temporis concepta, ſponſalia de præſenti conſtituunt ſecundum Dd. quosdam.*

1 SEd & mirum † alicui videri poſſit, in toto jure civili, quod tamen perfectam *ἐυνομίαν* continet, ejus diſtinctionis, ne minimum quidem veſtigium extare; quem ſcrupulum facile ſibi quis eximet, qui veterum ſponſalia, eorumq; in iis conſtituendis prudentiam conſideravit. Nam ut ſuprà copioſe tradidimus, mulieres nupturæ deſpondebantur ab iis, in quorum eſſent poteſtate, hoc eſt, à *κυρίοις*. Ipſæ vero fidem viris non dabant, vel repromittebant etſi eorum conſenſus tacitus vel expreſſus accederet. Ita Raguel filiam ſuam deſpondit Tobiæ, Laban & Bathuel Rebeccam. Apud *Plautum* miles Phædromus ſororem ſuam, Cyaxaras filiam ſuam Cyro: Idq; verbis de præſenti, quæ nos *cap. 3.* ſupra enumeravimus. Neque enim aliter verba concipi poterant. Nam ſi verbis futuri temporis quis uſus eſſet: verbi gratia. Spondebo aut deſpondebo tibi filiam, non recte ſponſalia facta dici poſſent, quod his verbis ſponſalia promittantur contractum iri, non autem contrahantur. Aliud autem eſt promittere aliud facere. Aliud ſeſe obligare & contractum abſolvere, aliud promittere obligationem futuram. Et qui ſe facturum promittit, nondum facit. Unde qui verbo futuri temporis utitur, ſatis innuit, ſe hoc tempore ſeu inſtanti quod promiſit facere nolle, ſed rem differre. Veluti cum Raguel Angelo hortanti ut filiam ſuam Tobiæ det, promittit ſe eam deſponſurum: Ne dubites, inquit, quin eam illi ſim deſponſurus; nondum deſpondiſſe aut ſponſalia contraxiſſe dicitur, ſed tunc demum, cum promiſſio de præſenti ſubſecuta eſt. Filiam meam, ut par eſt, accipe, tibi habe, quia conſanguinei eſtis. Sed & quoties vir & mulier ſibi invicem promitterent,
2 etiam verbis præſentis temporis & minime ambiguis uſos eſſe ſuprà oſtendimus, qualia ſunt; volo, cupio, Tu mihi ſponſa es, vir tuus ſum, vel etiam verbis futuri temporis, quæ ad traditionem, quæ fit in nuptiis, ſpectant: qualia ſunt: ducam acipiam, tu mihi jungeris, Ita *apud Apollonium lib. 3.* Jaſon Medeæ nuptias promittit:

Ἠμὲν ἔγωγ' ἤλεκτρα θαλάμοις ἐνικυρήσασα
Πορσυνέειν ἀδ' ἄμμε δαμεῖσά τε Φιλότητι
Ἄλλο πάρ' ἢ θανάτοιο μεμορμένον ἀμφικαλύψαι.

Id eſt, ſi verbum verbo reddatur,

Noſtrum

Noſtrum lectum in thalamis legitimis
Decorabit, neq; nos ſeparabit amor
Alius, priuſquam mors nos dividens occuparit.

Rotmarus ita reddidit:

At tu legitimo thalamis jungere puella
Fœdere caſta meis, nec nos niſi frigida vitam
Quæ rapit hæc eadem noſtros mors rumpet amores.

Et cum inſtaret Medea, ut promiſſa, quæ clam dediſſet, coram Argonautis palam faceret, & ſponſalia contraheret, ille hac oratione ei matrimonium promiſit.

Δαιμονίη ζεὺς αὐτὸς ὀλύμπιος ὅρκιος ἔστω
Ἥρη τε ζυγίη διὸς εὐνέτις ἡμῖν ἐμοῖσιν
Κυθερείη σὲ δόμοισιν ἐνιζήσασθαι ἄκοιτιν
Εὖτ' ἂν ἐς Ἑλλάδα γαῖαν ἱκώμεθα νοστήσαντες

Verbum verbo redditum ita habet.

Jupiter ipſe cœleſtis teſtis ſit
Et Juno Cynxia Jovis conjux, revera me in meis
Virginem ædibus te ducturum uxorem:
Feliciter ſi quando in terram Græcorum reverſi venerimus.

Valentinus Rotmarus his verſibus expreſſit.

Eſto cœleſtis mihi Juppiter Horcie teſtis,
Tuq; Jovis conjux cui ſacra jugalia curæ,
Victor Jolciacas ſi quando revertar ad urbes,
Tu mihi ſub tectis uxor jungere paternis.
Legitime ô virgo.
Dixerat & dextræ dextram conjungit amicam.

Idq; quod ea promiſſione nullam firmiorem, qua fidem firmare poſſet, exiſtimaret. Ideoq; juratus promiſit, quæ verba nihil aliud volunt, quàm quod vulgo dicitur. Accipiam te. Neq; aliter quis promittere poteſt, ſi verbo Accipio, duco vel ſimili, quod ad traditionem ſpectat, utatur, niſi cum ratione inſanire velit: Itaq; recte Lutherus. Es iſt ein lächerlich Boß / daß verba de futuro, wie ſie es nennen Accipiam te, nicht binden ſollen. Idem dicendum, ſi pater futuri temporis verbo utatur, deſpondens filiam. Dabo tibi filiam, ſo wird dadurch eine gegenwertige Zuſage eines gegenwertigen Gemüthes verſtanden, *ut Lutherus loquitur Tom. 3. fol. 435.* Nam hoc verbum traditionem 3

respicit; itaq; merito veterum prædicanda prudentia, qui verborum proprietatem retinuerunt & magis contrahentium mentem, quàm verba spectanda existimaverunt. Ideoq; hanc distinctionem, tanquam supervacaneam non usurparunt, nec invexerunt. Interim tamen etiam interpretes, quasdam promissiones verbis futuri temporis conceptas sponsalia de præsenti constituere fatentur: veluti si vir ita loquitur. Tenebo te pro uxore, tenebo te pro marito. Idq; quod executionem matrimonii respiciant *Dd. c. ex parte & c. si inter. de sponsalibus, Panorm. ibidem.* Nam qui ad executionem sese obligat, de præsenti contrahere videtur.

§. 10. SUMMARIA.

1 *Auctoris opinio in hac re.*
2 *Romani unico verbo,* spondeo, *in constituendis sponsalibus usi sunt.*
3 *Omnia sponsalia penè verbis præsentis temporis concipiuntur.*
4 *Nullus distinctionis de præsente & futuro apud eos quibus Germanica lingua vernacula est, usus.*

1 ITaq; ut rem in pauca conferamus, & certum quid statuamus; Ego † sic sentio. Sponsalia, quibus matrimonium promittitur, unius esse generis, sive parentes liberos desponderint, sive partes ipsæ, hoc est, vir & mulier sibi mutuò repromittant. Eaq; verbis puris simplicissimis & præsentis temporis constituenda & concipienda esse. Itaq; recte statuerunt Genevenses. Il farit farela promesse pure & simple & par porales de présent. *Id est,* promissio facienda est pure & simpliciter & verbis de præsenti. Quod & Lutherus sentit. Nach gewöhnlicher weise muß eine öffentliche Verlöbnis per verba de præsenti geschehen, vitandæ ambiguitatis causa. Itaque Romani † unico verbo spondeo, in constituendis sponsalibus usi sunt, tanquam omnium firmissimo & minime ambiguo. Græce ἐγγυάομαι. Interim tamen, si quis verbis futuri temporis utatur inter despondendum, quæ ad executionem matrimonii spectent, ea non minus valere, quàm si de præsenti essent, sponsaliorumq; vim obtinere existimo, modò vi orationis intelligi possit & ex iis colligi, contrahentes ineundi matrimonii animum habuisse, hoc est, si ipsis verbis promissio matrimonii insit. Et hic magis mentem quàm verba spectanda in favorem matrimonii, ut vulgo dicitur. *De quibus suo loco.*

Digitized by Google

loco infra latius. Idq; hactenus apud Germanos obſervatum eſſe, ex iis, quæ ſuprà diximus conſtat. Nam omnia † ſponſalia penè verbis præſentis temporis concipiuntur, qualia ſunt, Ich verſpreche oder verlobe euch meine Tochter / id eſt, filiam meam tibi deſpondeo: Ich gebe euch meine Tochter / id eſt, filiam meam do tibi, vel ut communiter fieri ſolent ſponſalia. Ich wil euch meine Tochter zum ehelichen Weibe geben. Ex quibus efficitur, nullum diſtinctionis † de præſenti & futuro apud eos, quibus Germanica lingua vernacula eſt, uſum eſſe, quod omnia ſponſalia per verba de præſenti contrahantur. Quorum veſtigiis ſi recentior ætas inſtitiſſet, minus diſputationum foret de verbis præſentis temporis & futuri, quibus omnium interpretum libri referti ſunt.

§. II. SUMMARIA.

1 *Defenditur, more veterum ſponſalia non fuiſſe de futuro.*
2 *Removentur objecta.*
3 *Annis ſeptingentis nulla apud Romanos acciderunt divortia.*

UNde nec illis aſſentiri poſſum † qui veterum ſponſalia de futuro fuiſſe exiſtimant quod plerosq; ſecutos video. De ſponſalibus impuberum *ut Philippus Melanthon ſentit*, id recte dici fateor, de aliis verò nego. Neq; id longa diſputatione eget, cum ex formulis à nobis ſuprà enumeratis id nemini ſit obſcurum, ut quæ verbis in præſens tempus directis conceptæ ſint, confirmatæ manuum conjunctione, parentum auctoritate. Nec ad rem † facit, quod ſponſalibus ante nuptias renunciare licuerit. *l. 1. C. de ſponſalibus.* Nam ut moribus Romanorum & Iudæorum divortia permiſſa fuerunt, ita & repudia: illis nuptiæ, his ſponſalia diſſoluebantur. Neq; enim aliter renunciare ſponſalibus licuit, *ut infrà late dicitur, ubi de affectibus agemus.* Unde I. C. In poteſtate manente filia, pater ſponſo nuncium remittere poteſt, & ſponſalia diſſolvere. Et apud *Terentium Phormio.* Cum ego repudium alteri remiſerim, quæ dotis tantum afferebat, hoc eſt, jure & legitime renunciarim ſponſalia. Hinc tamen colligi non poteſt, non fuiſſe veras nuptias aut ſponſalia. Quid? quod † annis ſeptingentis nulla apud Romanos acciderunt divortia. Et primus Sp. Carbilius uxorem repudiaſſe dicitur, coactus jurare à Cenſoribus, liberorum quærendorum cauſa ſe uxorem

1

2

3

dimittere: erat enim ſterilis. Qui tamen ob hoc factum in perpetuũ exoſus fuit populo. *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2.* Sed nec illud obſtat, quod ne pœna quidem deberetur impoſita ei, qui promiſſionem violaſſet *ex l. Titia. de verbor. obligationibus.* Nam neq; hodie pœna debetur adjecta ſponſalibus de præſenti, cum ſub pœna contrahi non poſſint: idq; ob eas quas infra recitabimus rationes.

§. 12. SUMMARIA.

1 *Formulæ verborum quibus vir & mulier ſibi repromittentes utuntur.*
2 *In ſponſalibus verba imprimis perpendenda & ponderanda, quibus contrahentes uſi ſunt.*
3 *Enumerantur variæ formulæ quibus matrimonium pactum intelligitur.*
4 *Infinitivus conjunctus cum verbo volo, actum de præſenti conſtituit.*
5 *Quid verba,* volo te habere, *importent.*
6 *Verba,* Ego vir tuus ſum, *an matrimonium pactum conſtituant.*
7 *Verba* Promitto tibi quod abhinc impoſterum tu ſis uxor mea.
8 *Verba quibus Hebræi utuntur.*
9 *Verbo* promittendi *recte ſponſalia contrahuntur.*
10 *Verba,* promitto quod te accipiam in uxorem, *quid importent.*
11 *Si quis juras mulieri ſe eam legitimam uxorem habiturum, legitima erit uxor.*
12 *Aliæ formulæ.*
13 *Aliæ rurſus formulæ.*
14 *Rurſus aliæ.*
15 *Verba,* Ich ſorge/ vns müge niemand ſcheiden denn Gott / *quid importent.*
16 *Verborum,* Non habeo aliam niſi te, *effectus.*
17 *Alia promiſſionis ſpecies.*
18 *Verborum,* Tu mihi ſola places, *effectus.*
19 *Verba,* ſi volo nubere marito, volo nubere tibi, *neq; ſponſalia neq; matrimonium conſtituunt.*
20 *An hæc verba,* volo tecum contrahere matrimonium, *conſenſum præſentem inducant.*
21 *Verba,* promitto tibi conjugium, *quid importent.*
22 *Veteres hæc verba ſpondeo, promitto, rebus maximi momenti adhibebant.*

23 Ver-

Digitized by Google

23 *Verba*, promitto te ducere in uxorem, *quid valeant.*

24 *Verba*, Wir ſeyn ein Leib/vnd zwo Seelen, *matrimonium pactum conſtituunt.*

25 *Verba*, Tu mihi gener ego tibi ſocer ero, *matrimonium pactum conſtituunt.*

26 *Verba*, mitto tibi annulum in ſignum, quod te volo uxorem habere, *præſentem promiſſionem inducunt.*

27 *Verba*, Filiam meam tibi do, filia mea tua eſt, *promiſſionem matrimonii continent.*

28 *Quid verba* Filiam meam tibi deſpondebo, vel volo te deſponſare.

29 *Verba*, Deſpondebo te ſi te benè geſſeris, *non continent promiſſionem matrimonii.*

30 *Quæritur ſi vir ita ſtipuletur à patre puellæ*, Nuptias filiæ tuæ Calend. Julii mihi promittis? Promitto. *an ſponſalia contracta ſint.*

SEd quoniam † hanc ſemel diſputationem ingreſſi ſumus, & ſingula quæ ad ſponſalia pertinent perſequi decrevimus, ordo poſtulat ut formulas verborum, quibus vir & mulier ſibi repromittentes utuntur examinemus, & quæ conjugii promiſſionem contineant vel non contineant diligenter explicemus. Quod ea res cognitu maximè ſit neceſſaria: Nam in conſiſtoriis hodie nullæ ſunt lites frequentiores, quàm quod puellæ vitiatæ, fidem ſibi datam affirmant ab iis, qui illis vitium intulerunt; illi verò etſi fecerint, negant. Et ſæpe fit, ut homines libidinoſi puellarum pudicitiæ inſidiantes, quò facilius eis potiantur, ſimulant ſe de conjugio fidem dare. Interim verbis tam ambiguis & obſcuris utuntur, ut Judex vix ſtatuere poſſit, an fidem dederint vel non dederint. Quæ nos ordine, ut illa apud bonos auctores & interpretes noſtros reperiuntur, recenſere decrevimus. Nam in † ſponſalibus verba imprimis perpendenda & ponderanda ſunt, quibus contrahentes uſi ſunt. Sunt autem hæc, quibus † conjugium ſeu matrimonium pactum intelligitur, vel ſponſalia de præſenti, ut interpretum verbis utar. Accipio te in meum, Accipio te in meam, quæ illi ut ſolennia & eximia aliis præferenda cenſent *c. penult. de ſponſalibus*, de quibus ſuprà, quid ſtatuamus, dictum eſt. His ego adjicio hæc verba: Accipiam te con-

1

2

3

tra omnem ſententiam. Nam hæc ſponſalibus maximè congruunt & traditionem ſeu executionem matrimonii quæ, in nuptiis fit, ſpectant. Et verba executiva matrimoni etiamſi tempus futurum contineant, de præſenti ſponſalia conſtituunt *cap. ex parte 9 de ſponſalibus.* Et ita ſentit LUTHERUS his verbis. Es iſt ein lächerlich Boß/als ſolten verba de futuro, Accipiam te, Ich wil dich haben/nicht binden, quid aliud eſt, promitto me te habiturum pro uxore; vel Promitto me te accepturum in uxorem, vel, accipiam in uxorem, niſi quis nodum in ſcirpo quærat, & cavillationibus & λογομαχίαις delectetur. Et his verbis reſpondent Germanica, Ich wil dich nehmen *hoc eſt*, Accipio vel accipiam te, ut Lutherus reddidit. Nam ad utrumq; referri poteſt. Item hæc verba, Ich nehme dich. Nam & hæc conjugium pactum conſtituunt. *Henningus Goden conſilio matrimo. 1. num 4.* contrà autem ſentit & ſibi ipſi eſt contrarius *conſ. 2 matrimon. fol num. 6.*

Idem dicendum ſi viro dicente, Accipio te in meam uxorem, mulier reſpondeat, placet, *Covarr. 2. part. c. 4.* Item hæc verba, volo te habere, vel volo te habere in uxorem, & ego te in virum, *ut Eraſmus ſentit.* Nam Infinitivus ſequens verbum volo, reſpicit finem actus. Et uxorem quis habere non poteſt, niſi præcedant nuptiæ ſeu matrimonium. Juxta Regulam. Qui vult conſequens vult & antecedens, *Goden. conſilio matrimon. 5. num. 3. Et Beuſt. tractatu de nuptiis fol. 25.* Vel *ut Bartolus*, infinitivus conjunctus cum verbo Volo, 4 actum de præſenti conſtituit. *Bartolus l. ſervi electione. de legat. 1. & l. cunctos populos, De ſumma Trinitate & fide Catholica.*

Item habere in conjugem executionem actus denotat & matrimonium conſtituit *c. ex literis, de ſponſalib. ubi Dd.* Quibus reſpondent Germanica. Ich wil dich haben. Lutherus, dieſe deutſche wort/ Ich wil dich haben/ können jhr lateiniſch nicht anders deuten/ denn alſo/ volo te habere, vel volo te accipere, wenn jhr es gleich von wort zu wort verdolmetſchet. Nu iſt je das wort volo, das iſt/ich wil/ ein wort der gegenwertigen zeit/wie wir auch alſo reden. *Huc uſq; verba Lutheri.*

Idem tradit *Mauſerus t. de nuptiis*, daß gemeiniglich in den öffentlichen Verlöbniſſen dieſe wort/ volo te habere in uxorem ergehen. Idq; imprimis locum habet, ſi quis roganti; vis hanc uxorem? reſpondeat volo: ut matrimonium promiſſum cenſeatur, cùm vix alia ratione

tione firmius possit contrahi matrimonium quàm stipulatione, *quod & Erasmus notavit* Nam quamvis hæc verba tractum temporis in se habeant, tamen inducunt executionem matrimonii, & per consequens effectum de præsenti; & quod ejusmodi verba inseri debeant nuptialibus instrumentis *tradit Panormit. c. ex liter. ex. de sponsalib.* Item volo esse tua uxor. At hæc verba volo te ducere vel accipere de futuro esse sponsalia statuunt *consil. matrim. 5. c. n. 8.* Item volo te † habere, teste scriptura mea manu exarata. Nam & hæc ma- 5
trimonium constituunt, *consilio Garman. 17.* Item verba quibus contrahentes utuntur, communiter observata hæc sunt, *ut ait Lutherus*, Ego sum tuus, tu es mea. Du solt mein seyn. Quanquam acutuli quidam existimant, non satis esse dicere accipio te vel accipiam, vel id genus alia verba. Malim tamen ego judicare & spectare mentem, quam tunc uterq; contrahentium habuit, &c. Et recte. Nam hæc verba sunt generalia & non tantùm ad conjugium sed & ad alia referri possunt. Et ideò si de conjugio vel sponsalibus non facta est mentio seu tractatio præcesserit, eo sensu accipi non possunt. Nam & sæpe quis per jocum ita loquitur. Quamvis si de nuptiis agitur & quis seriò hac oratione utatur. Tu meus es: Ego tuus sum vel ero. Quicquid eris mea semper eris. *Ovidius.* Du solt mein seyn. *D. Beust. fol. 23* vera sponsalia contracta existimaverim. Qua de re extat consilium *Reisacheri 7. matrim.* Et huc spectant verba *Thesei ad Ariad.*

Cum mihi dicebas per ego ipsa pericula juro,
Te fore dum nostrum vivet uterq; meam.

Eodem refero & hæc verba:

Per tibi tot juro testes pompamq; Deorum,
Te dominam nobis tempus in omne fore.

Sed & hæc † verba. Ego vir tuus sum. Ego uxor tua sum, 6
matrimonium pactum constituunt, quibus verbis Jason abiturus Hippolitæ fidem dat.

Abstrahor Hypsipile, si dant modo fata recursum,
Vir tuus hinc abeo, vir tibi semper ero.
Ovidius de arte amandi.

Cui

Cui Deus, en adſum tibi cura fidelior, inquit,
Pone metum Bachi Gnoſias uxor eris.

Item promitto † tibi quod abhinc imposterum tu sis
7 uxor mea. Item providebo tibi tanquam uxor, matrimoniũ conſtituunt: ſiquidem mulier ſimilia referat. Quibus conſentanea ſunt & illa ſponſaliorum verba, quibus Hebræi inter deſponden-
8 dum utuntur, quæ ſuprà enumeravimus, † nimirum; en tu mihi deſponſata es, verba ſunt viri mulierem, arrha tradita, ſibi deſponden-tis, quæ in eorum Pandectis extant. Nam & hæc matrimonii promiſſionem continent. Verba apund Hebræos ita habent. [*Venothen Loh ceſſef ou ſchoue ceſſef Veomar hare ath mechudeſches li,*] *id eſt*, Argentum illi dat, vel æquivalens, & inquit, Ecce tu mihi deſponſa es, Item verbo promittendi recte ſponſalia contrahuntur de præ-
9 ſenti, Promitto quod te habebo, vel habebo pro legitima conjuge. Quæ verba, quia notant executionem actus conſummati matrimonium conſtituunt, licet verba ſint futuri temporis, *ut notant Dd. de t. ex parte, de ſponſalib. Et Eraſmus.* Quia pro uxore aut marito ha-
10 beri nemo poteſt niſi nuptiis præcedentib. At hæc verba promitto, quod te accipiam in uxorem, vel accipere in uxorem, vel promitto me ducturum te, de futuro eſſe dicunt, his rationibus ducti, quod aliud ſit accipere aliud velle accipere. Nam qui dicit ſe velle accipere, idcirco tamen non accipit. Ego etſi Dd. auctoritati multum tribuam, ut par eſt, tamen his aſſentiri non poſſum. Idque, quod in contrahendo matrimonio rectius dicatur velle accipere, vel accipiam quàm accipio. Quod qui ſe accipere vel accepturum promittit, matrimonium & nuptias, in quibus uxor ducitur promittat & proprie loquatur. At ille qui accipio dicit, improprie loquitur: imo ſibiipſi adverſatur. Nam dicit accipio, quod non accipit; idque ei rectius objicitur, quàm alteri, qui dicit Accipiam. Deinde ſuo jugulantur gladio. Nam ſi verba ad executionem matrimonii ſpectantia, etiamſi futuri ſint temporis, matrimonium conſtituunt, certe hæc verba, promitto te accipere, vel te accepturum, vel quod te accipiam, conſtituunt matrimonium. Nulla enim verba neque in ſacris literis, neque prophanis extant, quæ magis & ſignificantius executionem matrimonii

monii notent, & designent & exprimant, quàm accipiam te, vel ducam te, vel nubam tibi. Quis enim nisi plane stupidus non videt eum, qui his verbis promittit: Promitto quod te accipiam in uxorem, significantius & firmius promittere, quàm qui ita promittit, promitto quod te habebo in uxorem, vel quod te habebo pro legitima uxore. Nam accipere verbum est proprium & magis rem exprimit quàm habere. Etsi utrumque latine dicitur, Nam habere vel tenere quis non potest uxorem nisi accipiat, vel nisi somniet, imaginetur aut fingat se tenere, vel habere quod non tenet, juxta versiculum:

Credo, quod qui amant ipsi sibi somnia fingunt.

Interim tamen illis commentum placet.. Et ne quis id temere dici existimet, hanc causam adferunt, quod in his verbis, promitto tibi quod te habebo pro legitim à uxore, subaudiatur ex hoc momento vel tempore. Quanquam & aliud subaudiri poterat, *ut rectè monet Erasmus*, videlicet aliquando aut brevi, ut his λογομαχίαις parum tribuendum sit. Item si quis † jurat mulieri se eam legitimam 12
uxorem habiturum, legitima erit uxor, *cap. si quis 30. q. 5.* Nam hæc verba, etsi futuri sunt temporis, tamen præsens tempus respiciunt, *ut notat Gloss. in verbo habiturum, id est, habitam me retenturum.* At si quis dicat, se aliquam accepturum in uxorem conjugium, non esse, quasi verò qui accepturum dicit non idem promittat, quod qui acceptam vel habitam se retenturum dicit. Apinæ tricæque sunt ob quas ne manum quidem quis verterit. Sed & † idem valent hæ 12
promissiones, etiamsi promittendi verbum non accesserit, Habebo te in uxorem, juro quod te habebo in uxorem, *Didacus.* Item, Placet mihi te habere in uxorem. *Panormit. c. ex literis. de sponsalibus.*

Idem tradunt † valere verbum Tenere, Tenebo te pro 13
marito. Tenebo te pro uxore, *c. ex parte. extra de sponsal.* Item, retinere, Placet mihi te retinere pro uxore. Item: promitto, quod te retinebo perpetuò mecum, *Ang. in sum.* vel retinebo te perpetuò mecum, *gl. cap. 1. 30. q 5. consil. German. 36.* Item, promitto me tibi fidem servaturum sicut uxori. Item,

nunquam te deseram seu relinquam. Ich wil dich nimmermehr verlassen. *D. Beust. fol. 25.* Verba Orestis alloquentis Pyladem apud Euripidem in Iphigenia. Non deseras unquam sororem meam. Cui respondet Pylades, Sororis tuæ conjugium nunquam deseram. Et apud Theocritum Daphnis jurat, se post concubitum non relicturum puellam. *Verba hæc sunt. Jura igitur ne post concubitum invitam relinquens abeas. Daph. Non per ipsum Panа, si modo nie sequi voles.* Quamvis Felix Malleolus matrimonii promissionem non inducere existimat ista verba. Ita & Medea petit à Jasone ut promittat se eam nunquam deserturum.

Me procul à regnis alio sub sole paternis
Destitues nunquam, nec defensoribus orbam.

Item, quoad vivam, non te deseram. Sola mors nos separabit, *Kling. fol. 6.* Quæ tamen verba tanquam emphatica & conjugii indissolubilis promissionem inducentia & significantia *Terentius* recenset.

Per omnes tibi adjuro Deos nunquam me eam deserturum,
Non si capiundos mihi sciam inimicos omnes homines.
Hanc mihi expetivi, contigit, conveniunt mores.
Valeant, qui inter nos dissidium volunt:
Hanc nisi mors mihi adimet nemo.

Verba sunt Pamphili jurantis & promittentis, se nunquam deserturum Glycerium, sed eam pro uxore retenturum, quam & postea
14 duxit. Item † non te deseram neque pro meliore, neq; pro deteriore. Quibus verbis quidam existimant ratum esse conjugium, alii dubitant, *ut Erasmus notat*; sed verius est matrimonium promissum censeri. Item, nemo nos separabit nisi mors. *Beusth. fol. 25.* Germanice, Es sol vns niemand scheiden denn der Todt, *Schneidewinus.* Ita Laodamia Protesilaum nunquam se deserturum promittit.

Per reditum, corpusq; tuum, mea numina, juro,
Perq; pares animi conjugiiq; faces,
Me tibi venturum comitem quocunq; vocaris,
Sive quod heu timeo sive superstes eris.

Aliud dicendum † de his verbis. Ich sorge vns müge niemand
15 scheiden denn Gott/ quæ dubitandi sunt & nihil probant, *consil. fol. 37.*

num. 45.

num. 45. Ita & conjugium Jasón Medeæ promittit, apud Apollonium his verbis, *quæ supra recensuimus lib. 3. Argonauticorum.*

ἦμέ τεσσυ ἦ λέχος Ἰαλάμοις ἔνι κυρηδίοισι
τοῦσσανέες δὲ ἄμμε Δέκεμνέει Φιλότητι
ἀλλο πάρος Ἰανατὸν τεμεμορμένον ἀμφικαλύψει.
At tu legitimo thalamis jungere puella
Fœdere casta meis: nec nos nisi frigida vitam
Quæ rapit, hæc eadem nostros mors rumpet amores.

Sed & hæc promittendi formula † veluti firmissima & idonea 16
ad matrimonium constituendum & apud veteres fuit, & hodie est usitata: Non habebo aliam nisi te. *Ita Lesbia Catullo fidem dedit se ei nupturam.*

Nulli se dicit mulier mea nubere velle,
Quàm mihi: non si se Jupiter ipse petat.
Item:
Dicebas quondam solum te nosse Catullum,
Lesbia, nec præ me velle tenere Jovem.

Et illa, qua Jason Medeæ conjugium promittit in epistolis Heroidum.

Quod si fortè virum non dedignare Pelasgum,
Efficiet meritis tempus in omne tuum.
Spiritus ante meus tenues evanescet in auras
Quam thalamo nisi tu nupta sit ulla meo.

Item Phædria Hippolito.

Si mihi concedat Iuno, fratremq; virumq;
Hippolytum videor præpositura Iovi.

Talis est illa apud Terentium. Act. 4. Scen. 4.

Et etiam nunc
Si vult Demipho dare, quantum ab hac accipio,
Quæ sponsa est mihi, nullam mihi malim, quàm hanc uxorem dari.
Item:
Nec quem præferres ita res tibi magna videbar,
Quemve tuum malles esse vel alter erat.

Verba Ovidii ad uxorem Tristi: lib. 4. Eleg 3. Alia promissionis † 17
species apud *Achillem Statium*; ubi Clitiphon & Melito sibi invicem repromittunt conjugium in templo Isidis. *Itaque*, inquit, *Menelao & Clinia me comitantibus, juravimus, ego quidem perquam*

ſanctè me illam amaturum; illa verò me ſibi conjugem aſcituram rerumque omnium ſuarum dominam habituram. Quæ quidem inter nos firmata ſunt, ut non ante promiſſa fierent, quam Epheſum appliciſſemus. lib. 5. Sed inter Dd. controvertitur, an his verbis matrimonium pactum cenſeatur, an verò ſponſalia tantum de futuro. Et recepta eſt ſententia ceu communis, *ut tradit Præpoſ. c. ex parte. de ſponſalibus. Villalobos in tractatu communium opinionum. & Zoares his verbis matrimonium conſtitui,* & rectè mea quidem ſententia. Nam qui promittit: Non habeo aliam uxorem niſi te, idem facit, quod qui ita loquitur, volo te uxorem & nullam aliam. Dictio enim, niſi ſi ſequatur negationem præcedentem, negativam diſpoſitionem transformat in affirmativam, *l. actione C. de tranſactionibus & ibi Bart.* Deinde, qui hac oratione utitur, ſatis declarat ſe à re uxoria non abhorrere. Quid enim ſibi vult iſta promiſſio, ſi non conſtituit maritus fieri? Hoc utique eſſet ludibrio mulierem habere, quod in re tanti momenti minimè ſerendum eſt. Idque veteres, quibus latina lingua vernacula fuit, ſecutos, oſtendunt verba à nobis ſupra adducta; quorum plus apud me valet auctoritas, quàm recentiorum Doctorum hac de re altercationes & λογομαχίαι, quibus ſi quis capiatur *Antonium de Butrio cap. ex parte. de ſponſalibus. & Speculatorem Tit. de ſponſalibus legat. & Didacum Covarruviam cap. 4. partis ſecundæ §. 1. de ſponſalibus,* qui his verbis; Non habebo aliam uxorem niſi te, neque matrimonium, neque ſponſalia contracta exiſtimat, ſed malè. Communis autem ſententia, tunc imprimis locum habebit, ſi de matrimonio tractabatur inter partes antequam promiſſio ſequeretur his verbis. Nullam volo niſi te. *Decius in l. tranſactione. cap. de tranſactione.* Nam ſi quis jocandi, & applaudendi animo effuſo ſermone hæc verba proferat, aliud dicendum eſt: & hanc ſententiam communis uſus loquendi confirmat. De Italia id refertur *conſil. 52.* his verbis, Io te prometto di non hauer altra moglier che ti. Cui ſimilis eſt illa; Non te mutabo pro meliore vel pejore uxore. *Præpoſ. capit. ex pacto. numero 8. Angelus in ſumma.*

18 Idem exiſtimo dicendum de verbis, Tu mihi ſola places, ſiquidem de conjugio aut ſponſalibus agebatur. Ovidius:

Elige cui dicas tu mihi ſola places.

19 Sed hæc verba, ſi volo † nubere marito, volo nubere tibi,

tibi, neque ſponſalia, neque matrimonium conſtituunt: quia his verbis nullus conſenſus declaratur, quod tamen in contrahendis ſponſalibus requiritur. Deinde non debet contractus ex alterutrius contrahentium voluntate pendere, ſed utriuſq; conſenſum concurrere oportet. *l. ſub hac conditione ſi volam. de action. & obligat. qua de re ſupra cap 3. latius.* Idque verum eſſe cenſent, etiamſi acceſſerit concubitus: *conſ. 14. Germanico.* ubi & hæc verba diſputantur: Si aliquam ducere volo, Kunigundam ducere volo. *& conſilio. 5. Germanorum num. 2.*

Quæritur an hæc † verba, volo tecum contrahere matrimonium, conſenſum præſentem inducant? Et ego eorum ſententiam ſequendam exiſtimaverim, qui his verbis matrimonium conſtitui cenſent, *ut Cardinalis in c. ex literis. de ſponſalib.* Nam & hæc verba executionem reſpiciunt, hoc eſt, conſummationem matrimonii, quæ fit in nuptiis. Et qui ad executionem ſeſe obligat, præſertim conjugalem, conſenſum declarat. *Panor. c. ex parte. de ſponſalibus.* Imo his verbis nihil fingi poteſt ſignificantius & evidentius. Et imprimis ſi deliberatè, & ad interrogationem alterius prolata fuerint. *Bartol. in l. gerit. de acqui hæredita.* & quando cœptum eſt tractari de matrimonio contrahendo, *ut rectè tradit Covarruvias cap. 4. part. 2. num. 4.* Quamvis contrà ſentiant multi. *Eraſmus:* verba ſunt, *inquit*, futuri temporis nec contrahunt matrimonium niſi ſucceſſerit uſus conjugii. *Vide Vivium lib. 2. commu. opin.* Idem ego ſtatuendum † cenſeo de his verbis. Promitto tibi conjugium, quæ & apud veteres frequentata fuiſſe, ex bonorum auctorum ſcriptis deprehendere licet. *Apud Valerium Flaccum, Medea Iaſonem ita alloquitur.*

Promiſſaque ſerva
Vſque ad Theſſalicos ſaltem connubia portus.
Item
Iura, fides ubi nunc, promiſſaque dextera dextræ?
Promiſſus ſocios ubi nunc Hymenæus in annos?
Et apud Valerium Flaccum lib. 10. de Iaſone
Perpetuos ſplendet thalamos & fœdera lecti.
Et lib. 8.
Quam genui Albano fuit hæc promiſſa Tyranno,

Non tibi.

Et Ovidius,

Si tibi conjugium volui promittere noſtrum.

Et apud Euripidem in Oreſte Apollo hortatur ut ſororem collocet Pyladæ: Sororis connubium cui promiſiſti da. Et Oreſtes promittit ſe ducturum Hermionem his verbis.

Ecce dimitto Hermionem à nece
Et promitto conjugium ſi dederit pater.

Nam hæc verba promitto conjugium, tempus præſens & actum de præſenti arguunt. Omnis enim promiſſio cenſetur pura & ab eo tempore initium ſumere, quo fit, *l. eum, qui Calend. de verb. obligationib.* Deinde promiſſionis verbum ad ſtipulationem refertur. Nam quoties promiſſionis mentio fit, ibi intelligendum, interrogationem præceſſiſſe §. *ſi ita ſcriptum. de inutilib. ſtipulationibus.*

22 Adde † quod veteres hæc verba Spondeo, Promitto, rebus maximi momenti & ſtipulationibus, hoc eſt, contractui omnium firmiſſimo adhibebant, quod iis in ſermone Latino nihil eſſet ſignificantius, *Plautus in Bachidib.* Roga hunc tu, tu promitte huic. N. Promitto. §. *in hac re. de verb. obligatio. Inſtitutionib.* Et ſponſionis nomine ſæpe venit ſtipulatio *l. ſponſio. de verb. ſignific.* Unde & ſponſalia dicta ſunt, quod per ſtipulationem contraherentur *l. 1. de ſponſalibus, Gellius lib. 4 c. 4.* Ergo & his verbis conjugium pactum conſtituimus. Nam & inter hæc verba, promitto tibi conjugium. Et promitto quod te habebo in uxorem, planè nihil intereſt, niſi quis nodum in ſcirpo quærat. Quibus ego hanc promiſſionem æquipollere exiſtimo, pro-
23 mitto † te ducere in uxorem. Quamvis Panor. ea ſponſalia de futuro eſſe ſentiat. *c. veniens. de ſponſalibus.*

24 Hæc † verba, Wir ſeyn ein Leib vnd zwo Seelen / matrimonium pactum conſtituunt, ſi ab utraque parte promiſſio acceptetur, & verba hinc inde interveniant. Idque ví horum verborum intelligitur, quæ ad matrimonium & ad virum & uxorem tantum referri
25 poſſunt: qui ſunt duo in carne una: Item, tu † mihi gener, ego tibi ſocer ero, prolata ab eo, qui filiam daturus eſt, ad petitionem ejus, qui ducturus eſt, matrimonium pactum conſtituunt. *Ita in libris Machabæorum lib. 1. cap. 10.* Alexander ſcribit ad Ptolomæum. Ego tibi gener ero; Reſpondet Ptolomæus; Ego te mihi generum volo ut petiiſti. *Item Ovid. in Heroid.*

Quem

Quem fore curasti, sit gener ille mihi.

Item verba, quibus Sabinas milites pepigerunt.

Quod matri pater est, hoc tibi semper ero.

Ovid. lib. 1. de arte amand. Item † mitto tibi annulum in si- 26
gnum vel symbolum quod te volo uxorem habere, præsentem promissionem inducunt, *Zas. consil 10. matrimoniali & 12.* siquidem in eam promissionem conjux uterque consensit. Item hæc † promissio à patre facta, filiam meam tibi do. Filia mea tua 27
est. Ich gebe euch meine Tochter/ sie ist nun ewere promissionem matrimonii continent. *Abbas c si inter. in fine. de sponsalibus. consilio matrimo. Germa.* 33. Et hæc apud veteres despondendi formula usitata fuit, *ut supra ex Demosthene & Xenophonte demonstravimus.* At si quis hac oratione utatur, filiam † meam tibi despondebo, neque sponsalia 28
neque matrimonium promissum existimaverim. Item hæc verba, volo te desponsare, sponsalia non constituunt, sed promissionem tantum de sponsalibus contrahendis continent, quæ rectius sponsalia de futuro quis nominaverit, quàm alia pleraque, quibus Dd. eam appellationem tribuunt. Ejusdem farinæ sunt † & hæc verba, De- 29
spondebo te, si te bene gesseris aut habebis. Nam neque hæc promissionem matrimonii continent, ne accedente quidem concubitu: *consil. 54 matrim* Nam *ut supra annotavimus*, aliud est sese obligare, aliud promittere obligationem futuram. Verbi gratia. Qui promittit se venditurum fundum, nondum vendidit, sed tantum venditurum promisit, ideoque ex ea promissione tantum tenetur, non actione venditi. Ita qui dixit, despondebo tibi filiam, vel te mihi despondebo, nondum sponsalia contraxisse dicitur, sed saltem promisit se velle contrahere sponsalia.

Quæ si quis sponsalia de futuro nominare velit, per me licet. Quamvis revera sponsalia non sint, sed promissiones seu pactum tantum de contractu futuro. Ideoque si quis mutato consilio filiam despondere nolit, quam se desponsurum promisit, ratione sponsaliorum non convenietur, sed ex promisso duntaxat. Quæritur, si vir ita † stipuletur à patre puellæ. Nuptias filiæ tuæ Calend. Julii 30
mihi promittis? Promitto: an sponsalia contracta sint. Et con-

tracta-

tracta existimo. Idque vi verborum intelligitur, ut quæ ad executionem matrimonii spectant. Nam qui vult consequens etiam vult antecedens, & qui ad executionem sese obligat, categorice promittere videtur. His ego & ea verba annumeranda censeo, quibus veteres in matrimonio quod per coemptionem fiebat, utebantur. Nam vir mulierem interrogabat, an materfamilias esse vellet? Illa respondebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir sibi paterfamilias esse vellet? Ille respondebat, velle. Et vocabantur hæ nuptiæ per coemtionem, & erat mulier materfamilias viro loco filiæ. *Boetius lib. 2. Topicorum.* Et verisimile est in ipsis nuptiis hanc coemptionem peragi solitam fuisse, Quod & *Servius lib. 4. Aene.* annotavit in versu:

Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Quod ait, emat, *inquit*, illud ad antiquum nuptiarum ritum pertinet, quo se maritus & uxor invicem emebant, sicut habemus in jure, &c. Itaq; si inter despondendum vir & mulier hodie his verbis uterentur, dubium non est, quin vera sponsalia contracta sint. Nam hæc verba & alia id genus, etsi expressam conjugii mentionem nullam faciunt, tamen promissionem conjugii continent.

§. 13. SUMMARIA.

1 *De verbis ambiguis & flexiloquis, quæ tamen promissionem matrimonii continent.*

2 *Si promissionem verbis ambiguis factam sequatur concubitus, pro matrimonio præsumendum est.*

3 *Quidam fidem dedit his verbis.* Ego te non deseram, quoad terra hos tegat oculos? *quæritur an teneatur.*

4 *Promissio facta his verbis:* Non te deseram, quamdiu hanc terram pedibus calcavero, *an obliget.*

5 *Error nominis stipulationem non vitiat.*

6 *Aliud exemplum ambiguæ promissionis.*

7 *Aliud exemplum.*

8 *Alia exempla ex historiis petita.*

9 *Alia exempla quæ recentiori ætate acciderunt.*

10 *Quæritur, si mulier viro concubitum petenti negat, nisi de conjugio fidem dare*

Digitized by Google

dare velit, & vir tacens eam comprimit, an contracta sponsalia esse censeantur?

11 *Quid dicendum, si viro sollicitanti mulier dicat*: Nolle se illi sui copiam facere, nisi eam uxorem velit, *& ille respondeat*, velle.

ET hactenus de verbis matrimonium constituentibus, quæ obscuritatem nullam habent. Nunc restat, † ut de illis agamus, quæ ambigua & flexiloqua esse videntur, & tamen matrimonii promissionem continent, maximè si promissionem sequatur concubitus. Nam tum propter complexum verba, quæ alioquí ambigua videntur, in favorem matrimonii accipienda, & interpretatio contra eum facienda, qui legem potuit dicere apertius. Quo facit lex *l. veteribus, C. pactis.* veteribus rectè placuit, conventionem obscuram vel ambiguam ei nocere, qui planius contrahere potuisset. 1

Itaque † si quis promiserit puellæ conjugium verbis ineptis, & talibus, quæ per se non sufficerent ad matrimonium contrahendum, & subsequatur promissionem illam incongruentem concubitus, pro matrimonio præsumendum est. *cap. per tuas. de condition. appos. Hostiensis 1. de matrimon. §. qualiter contrahatur, versiculo Effuge.* Nam promissionis ambiguæ interpretatio contra eum facienda est, à quo profertur. Idque in nuptiis locum habet. Itaque si vir oratione ambigua & flexiloqua utatur ea intentione, ut muliere potiri possit, eamque comprimat, pro matrimonio interpretatio fit, & qui ea abusus est, illam ducere cogendus est. *Thom. 4. distinct. 28. Articul. 2. Hadrianus in tractatu de matrimon. quæst. 2. versiculo, dico igitur. Didacus 2. parte cap. 2. num. 4. Panormitan. & alii in cap. tua nos, & cap. ex literis, de sponsalibus.* Et verba prolata ab homine eo sensu semper accipienda sunt, quem usus communis approbat, *cap. ex literis. de sponsalibus, & l. Labeo de supell. legata. Baldus in lege de legitimis hæredibus. scribit* sermonem lingua vulgari enunciatum, juxta vulgarem sensum intelligendum, *Didacus cap. 4. part. 2. 1. numero 1.* Nam ut nummi ita & vocabula usu valent. Et loquendi usus maximus Tyrannus est. Itaque rectè ille *apud Gellium lib. 12.* Consuetudo, cum omnium rerum Domina, tum maximè verborum est; *& Horatius*: 2

Quæ nunc sunt in honore vocabula si volet usus,
Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi.

Exemplis res fiet clarior. Quidam † ad mulierem ſeſe applicans, ei fidem dedit his verbis. 3 Ego te non deſeram, quoad terra hos tegat ſeu cooperiat oculos. Negat ſe ex ea promiſſione teneri: Et quo elabendi facultas ſit, oculos terra admota tegit; quæritur an promiſſioni ſatisfecerit? Minimè: Nam hæc verba ſecundum uſum communem loquendi de morte naturali intelliguntur & idem valent: Quoad vixero vel donec moriar.

Ejuſdem fallaciæ † eſt illud. 4 Non te deſeram, quamdiu hanc terram pedibus calcavero, & calceos terra impleverit, quam ubi paulò poſt egeſſerit, dicit ſe ampliùs non teneri. Nec multum huic diſſimile eſt, *quod in c. 6 de ſponſalib. refertur.* Quidam mulierem ad concubitum ſollicitavit, & quo ea potiri poſſet fidem dedit his verbis; Joannes te deſponſat, ficto nomine, ut qui Joannes non vocaretur. Ille expleta libidine cum de promiſſione admoneretur, excipit ſe de nuptiis, aut matrimonio non cogitaſſe: atque hac ratione evadere conatur. Reſpondet Pontifex pro matrimonio forte præſumendū, niſi quod ille non habuit propoſitum illam ducendi. Itaque ex ea facti ſpecie conjugium colligi non poſſe, cum ſubſtantia conjugalis & forma deſit, quoniam ex altera parte nihil præter dolum adfuit & deſuit conſenſus qui nuptias conſtituit. Ego verò rem ad amuſſim ponderans, non video, cur in hac facti ſpecie aliud quàm in præcedentibus ſtatuendum ſit. Itaque ſentio, his verbis ſponſalia contracta & matrimonium pactum intelligi. Nam cum in ambiguis & obſcuris in favorem matrimonii pronunciandum ſit, quid obſtat, quo minùs & in propoſita quæſtione idem jus ſervetur? Concurrunt enim omnia quæ ad ſubſtantiam matrimonii requiruntur, utpote conſenſus, qui his verbis expreſſus eſt. Joannes te deſponſat, quibus ex communi uſu loquendi conjugii promiſſio ineſt. Verba autem juxta communem intelligentiam accipienda ſunt, *cap. ex literis 6. de ſponſalibus.* Et quamvis verba concepta ſint in tertiam perſonam, tamen certum eſt, mulierem non de alio promittente ſenſiſſe aut ſtipulatam eſſe, quàm de eo, qui hæc verba protulit, & ſe Joannem falſo nominavit: iisque adductam & permotam ſe ſtuprandam dediſſe, ſpe de matrimonio concepta, & per conſequens in eum tanquam ſponſum conſenſiſſe. Is quoque de ſeipſo

Digitized

ſeipſo reſpondiſſe & promiſiſſe cenſebitur, etiamſi quaſi de tertio quodam locutus eſſe videatur, ſibique imputet qui Joannis nomen falſo ſumſerit, cum legem dicere potuerit apertius. *Juxta d. l. veteribus*, ut taceam uſu quoque receptum, ut in tertia perſona de ſe quis loquatur. Uſum autem optimus eſt locutionū & ſermonis interpres.

Adde quod error † nominis ſtipulationem non vitiat, ubi de 5
corpore conſtat, *l. 9. §. ſi in nomine. de contra. emptio.* Nec ad rem facit, quod eam ille ut habent verba Pontificis, ducere non propoſuerit, cum ei id affirmanti fides adhibenda non ſit. Nemo enim præſumitur id dixiſſe quod animo non agitaverit aut ſenſerit, *l. Labeo. de ſuppell. lega.* Et ſibi imputet, qui aliud mente, aliud lingua agitaverit, *l. generaliter C de non numerat. pecun.* Cum fraus & dolus nemini patrocinari debeant. Ideoque nec hæc ſimulatio & fictio reo prodeſſe debeant, *juxta l. 83. inter ſtipulantem §. ſi Stichum, ff. de verb obligat.* Si Stichum ſtipulatus de alio ſentiam, tum de alio nihil actum erit. Sed hic magis eſt, ut hic petitus videatur de quo actor ſenſit. Nam ſtipulatio ex utriuſque conſenſu valet: Judicium autem etiam in invitum redditur. Et ideò actori potius credendum eſt, alioqui ſemper negabit reus ſe conſenſiſſe *l. 34. de contrah. empt.* Et æquitas ipſa ſuadet magis mentem & animum ſtipulantis quàm promittentis ſpectandum: Idque imprimis in ſpecie propoſita; ubi promiſſor dolum adhibuit & technas, quibus fucum puellæ fecit, idque ingenue fatetur, *l. ſi mihi & Titio §. ſi ſtipulatus ff. de contract. emptio.* Quo caſu ex eo, quod actor intellexit, ſtatuitur. Atque his rationibus moti interpretes Juris Canonici caput illud in hanc ſummam redegerunt. Si alter contrahentium verbis ambiguis utitur, ea intentione, ut mulierem decipiat & poſtea eam cognoſcat, pro matrimonio judicatur in foro judiciali, ſecus in pœnitentiali. Quia in foro judiciali judicatur ſecundum allegata & probata. In foro pœnitentiali ſecundùm veritatem & conſcientiam. *Bonaventura q. 2. lib. 4. diſtinctione 27.* Eodem ſpectat † illud, *quod Eberhardus in Topicis refert.* 6
Cùm quidam virginem ad ſtuprum ſollicitaret, & ea potiri non poſſet, niſi fide de conjugio data hac promiſſione uſus eſt. Faciam tibi tantùm honoris, quantum infero dedecoris, ſi mihi obſecuta fueris. Virgo his verbis mota ei ſui copiam fecit, quod exiſtimaret ſibi fidem de conjugio dari. Re patefacta & ad judices

delata, judicatum fuit adolescentem ex ea promissione teneri & obligatum esse ad eam ducendam, quam ea ratione ad concubitum pellexisset, quod ea verba ex communi intelligentia & usu, qui verborum optimus est interpres, promissionem de conjugio continerent, & quod honor alia ratione virgini restitui, nec infamia aboleri possit nisi eam ducat, qui vitiavit. Et quod copula respondeat ad omne quare, *ut loquuntur DD. in cap. tua nos. de sponsalibus.* Ita Barbatius disputat & statuendum censet de his verbis à muliere prolatis, quam ad concubitum quis pellexit. Non cognosces me nisi salvo honore meo, secundùm honestatem. Nam si vir id sibi placere, vel in eam rem se consentire, respondeat, & subsequatur concubitus, matrimonium pactum censeri, quod mulierem honore ejus salvo nemo attingere possit, nisi subsecuto matrimonio maculam eluat & abstergat.

7 Aliud hujus rei † exemplum *apud Aelianum extat lib. 10.* de Laide meretrice. Ea Eubaten Cyrenensem deperire cepit, & ejus nuptias expetivit; Eubates, qui sibi ab ea timeret, fidem dedit se eam ducturum, si ei adversus decertantes adversarios in quibusdam opem tulisset. Interim tamen eam non attigit: sponsalia hac lege inita fuerunt, ut post ludos certaminaq; equestria finita, ea rata essent. Cum Eubates victoriam reportasset, ne conventis non stetisse & Laidem ludificatus esse videretur, pictam Laidis imaginem secum Cyrenem detulit, se Laidem ducere, inquiens, & hac ratione promissioni satisfacere. Qua de causa uxor ei domum reverso insignem statuam Cyrenæ ponendam curavit, in præmium servatæ pudicitiæ. *Idem refert Clem. Alexandrin. lib. 3. Stromatum.* Interim nemo non videt, consuetudine usitata loquendi, aliud esse mulierem vivam domum ducere, aliud mulierem pictam domum ducere, & ludibrio habitam esse Laidem voce æquivoca ducere. Aliud.

8 Huni † seu Avares cum Foriulanum oppidum obsiderent, Rex Cacanus muros obequitabat, ut qua parte urbs facilius expugnari possit exploraret; Quem Romulda Gisulfi Foriulani Ducis uxor de muris conspicata, quod flavo crispoq; capillo esset, ejus amore capta per internuncium clam ei significare jussit, se ei civitatem tradituram, si fidem de conjugio dedisset. Rex Barbarus quò urbe potiretur se eam ducturum pollicitus est. Illa sine mora portas arcis Foriulanæ

lanæ aperiri, & hostem intromitti curavit. Rex Cacanus urbe capta ne promissis non stetisse videretur, Romuldam unam noctem secum in lecto quasi in matrimonio habuit. Postridie eam Avaribus ad lasitudinem stuprandam concessit.

Postremò ad palum affigi jussit cum hac exprobatione: En maritum te dignum *VVarnefrid, lib. 4 cap. 37. Blondus lib. 9 Decad. 1. ab inclinatione Imperii. Robertus Gaguinus & Bonfinius.* Ita Pudentilla uxor Apulei tabulas nuptiales fecit cum Sicinio Claro. Verum enimverò vanis fruſtrationibus nuptias eludit, eo ad dum puerorum avus fato concessit, relictis filiis ejus hæredibus. Nam puerorum avus invitam eam conciliare studebat filio suo Claro, eoque procos cæteros absterrebat; & præterea minabatur, si extraneo nupsisset, nihil se filiis ejus ex paternis eorum bonis testamento relicturum. *Apulejus Apolog. 2.* Ejusdem farinæ est & illud, *quod ab Ovidio epist. 19. Heroid. de Acontio & Cydippe refertur*, quod nimirum Acontius ad sacra Dianæ profectus, amore visæ Cydippæ puellæ nobilis exarsit, sed cum illam ob generis imparitatem non auderet in suum amorem sollicitare, novam commentus fraudem, in pulcherrimo pomo scripsit duos hosce versus:

Juro tibi sane per mystica sacra Dianæ
Me tibi venturam comitem sponsamq; futuram.

Atque illud ad pedes puellæ projecit, quæ fraudis insçia cum imprudens legeret, visa est se uxorem Acontio paciscì. Nam quæ ante Deos in templo Deliæ Dianæ dicerentur, rata esse debere lex erat. Cum autem paulò post pater hujusce rei insçius illam alii desponderet, subita febre correpta est, ut ex epistola patet, qua Acontius conatur persuadere hunc morbum â Diana immissum esse, eò, quod non impleverit quæ Dea præsente promiserit Sed dolus & fraus nemini patrocinari debent. Sed & recentior † ætas ejus rei nobis suppeditat exempla maximè illustria de iis, qui verbis obscuris fidem dederunt, & eo prætextu sese extricare conati sunt. De Beatrice Ungariæ Regina, fœmina omnium ejus ætatis præstantissima, *ut ex Dialogis Bonfinii de castitate conjugali colligere licet*, quæ Matthiæ Regi nupta fuit, narrant ii, qui res Ungaricas tractant, eam viduam Uladislai Regis, qui Matthiæ successit, nuptias expetivisse, quò in pristina dignitate maneret. Rex autem ab eo conjugio abhorrebat, & 9

quod ætate provectior & quod sterilis illa esset. Quæ res & patres deterrebat & Boemos imprimis, apud quos lege cautum est ne Rex viduam ducat: Interim tamen apertè ei refragari non audebant, quod vererentur, ne mulier rebus desperatis ad Maximilianum confugiens bellorum incendia suscitaret. Vladislaus habito conventu Proceres in consilium adhibet: quibus post habitam deliberationem visum est, Rege ejus rei auctore simulanda sponsalia, & Beatrici spem de nuptiis faciendam, fovendamq; esse, quo faciliùs ejus insidiæ declinarentur. Quæ sententia cum placuisset, sponsalia his verbis, paucis adhibitis testibus inita fuere; ut diceret Rex, spondere se Reginam ex antistitum Procerumque voluntate ducturum, cum verò instaret Regina & nuptias urgeret, Rex eam bono animo esse & tantisper exspectare jubet, dum rebus pacatis rei uxoriæ vacare posset. Itaque Procerum habito conventu Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo Strigenii, cum Petrus Metropolita de sponsalibus ritè celebrandis retulisset, ei ab omnibus reclamatum est, ob sterilitatem Reginæ, qua nihil regno accidere posset incommodius.

Dimisso conventu, cum Regina explorare non posset, quid de sponsalibus actum esset, id quod res erat se delusam rata, à patre Ferdinando Rege Neapolitano petiit, ut per legatum Vladislai animum tentare vellet. Qui filiæ obsecutus, Andrea Caraffa misso, hoc responsi à Rege tulit, se Ferdinando Regi suam de Beatricis conjugio sententiam per legatum expositurum. Cujus rei causa postea Antonium Nitrienſem ad Alexandrum Pontificem Maximum & Regem Ferdinandum misit. Qui utrique exposuit, Regem Beatricem sororis loco habiturum, sed contra leges Boemorum & voluntatem Procerum nequaquam se eam ducturum. Pontifex ubi hæc accepisset, legatum Ursinum ad Vladislaum misit, qui nuptias hasce conciliaret & conficeret. Is rem aggressus, cum animum regis reluctantem & Procerum voluntates aversas cognovisset, commonendum potius quàm cogendum Regem statuit, quod & in mandatis habebat, atque ille re infecta discessit. Paulò post Rex Vladislaus, ne diutius Reginam vana spe lactaret, in frequenti nobilium conventu significari jussit, se semper à Beatricis nuptiis abhorruisse, & propter ætatem provectam, & sterilitatem. Interim tamen

men se verba ei dedisse osque obleviſse, neque id posse inficiari, quod moliri multa videretur ad statum regni convellendum, quæ ipse dissimulare coactus fuerit; id que se tum de consilio patrum fecisse, tum eo jure tueri posse, quod de illa quidem promissa magna præstiterit. Regni hæc dicenti, ab universa nobilitate responsum est. Placere omninò ut virginem duceret; atque ita ex singulis ordinibus bini Oratores delecti sunt, qui Beatricem monerent, aliam sibi ut conditionem quæreret. Itaque Rex illam Pontificis venia aperte recusavit, & filiam Annam principis cujusdam de Gandale duxit, quæ nixu Ludovici Regis extincta est. *Bonifinius Decad. 3. libro 2. 3. 5. Et Sambucus & alii.*

Hic † consequenter quæritur, si mulier viro concubitum petenti negat, nisi de conjugio fidem dare velit, & vir tacens eam comprimat, an contracta sponsalia esse censeantur? Et dicendum est nulla contracta videri. Nam consensus, non concubitus nuptias facit; & utriusque consensus requiritur. *Alexand. cap. ex parte in 4. columna. De sponsalibus. Idem sentiunt Joannes de Lignano Cæsar Calderinus Cardinal.* Hic autem non intervenit mutuus consensus, cum de viri consensu non appareat, Et non esse vel non apparere de jure paria sunt. Itaque copula subsequens matrimonium constituere non potest, *ut notant Dd. in cap. is qui fidem, cap. si inter virum. De sponsalibus, facit textus in gloss. in cap. illud de præsumptionibus*, ubi omnium consentientes sunt sensus: copulam nullos effectus habere, nisi de consensu constet. Aliud dicendum si † viro sollicitanti mulier dicat: Nolle se illi sui copiam facere, nisi eam uxorem velit, & ille respondeat, velle. Nam tùm rectè conjugium contractum dicemus, propter utriusque consensum. De quo verbis ad conjugium accommodatis expresso constare oportet. Et nisi de verbis ipsis promissionem conjugii continentibus constet, sponsalia vel matrimonium probatum non dicitur *c. tuæ c. cum apud. de sponsalib. consil. 68. ma. Idlo.*

10

11

§14. SUMMARIA.

1 *Verba in sponsalibus diligenter ponderanda.*
2 *Verba potius in matrimonii favorem accipiuntur quàm in ejus odium.*
3 *Verba ambigua si sunt, pro matrimonio interpretatio facienda.*

4 *Judi-*

4 *Judicis arbitrio multum hac in re tribuitur.*

5 *Usus & consuetudo ejus regionis imprimis spectanda, in qua partes domicilium habent.*

§. 13. SUMMARIA.

1 VErba autem † in sponsalibus diligenter ponderanda, & inspicienda sunt; quæ si ejusmodi sunt, ut vel consuetudine loquendi, vel proprietate insita matrimonii promissionem contineant, in matrimonii favorem (maximè quando † concubitus accessit) accipiantur potius quàm in ejus odium. Sin verò ambigua † sint verba, & tàm ad præsens quàm futurum tempus accommodari possint, pro matrimonio intrepretatio facienda est. Exempla formularum à nobis supra enumerata sunt, *c. licet 2. de testibus. cap. fin. de rejudic.* Nam in actibus qui à mera voluntate dependent, loquentis verba prolata pro præsentibus accipiuntur. *Panor. c. quemadmod. de jurejurand.* & tritum est illud apud interpretes Juris canonici: in causis de nuptiis magis utriusque consensum & ardorem propensæ voluntatis ad matrimonium considerari, quàm ambiguitatem verborum, *c. ex literis la. 1. c. tua & ibi gloss. de sponsalibus.* Qua in re † multum judicis arbitrio tribuendum erit, qui ex circumstantiis personarum & rerum proprietate & usu sermonis æstimabit, quid verisimiliter inter partes actum sit, *c solitæ de majorita. & obœdient. Abbas consi. 78.* Usus autem & consuetudo † ejus regionis spectanda, in qua partes domicilium habent. Nam ut nummi ita vocabula usu valent. Et voluntatis alicujus conjecturam facimus & præsumimus ex consuetudine ejus loci in quo quis habitat, *l. labeo ait. de suppellecti. legata l si servus plurium. §. final. De legat. 1 l. semper & stipulationibus De regul. juris.* Nam ita loqui & loquentes, id voluisse præsumuntur, quod eorum vicini eisdem in locis commorantes velle consueverunt.

1 2 3 4 5

§. 15. SUMMARIA.

1 *An audiendus qui dicit, se conjugium non mente sed verbis promisisse.*

2 *Nemo existimandus est id dixisse quod mente non cogitavit.*

3 *Mentiuntur qui aliud dicunt aliud sentiunt.*

4 *Verba secundùm juris dispositionem accipienda.*

5 *Si quis uxorem ducat hac animo, ut ductam mox relinquat, is revera contraxit matrimonium.*

6 *Qui dotis aut libidinis causa promittit conjugium aut contrahit, non ducturus nisi his causis moveretur, revera contraxit matrimonium.*

SEd quid si † conjugium verbis expressis & minimè dubiis quis promiserit, & tamen sancte affirmet, se de nuptiis contrahendis non cogitasse, neq; eo animo verba conjugii promissionem continentia protulisse *Verbi gratia.* Qui virginem vitiavit & promisit, se ei tantum honoris restituturum, quantum intulit infamiæ, affirmat se de honore conjugali non sensisse, sed quod eam in honore habere & colere vellet: quod & extra matrimonium peri potest, an ei credendum sit, an verò pro matrimonio pronunciandum, & ut scholasticorum verbis utar, sufficiat vocalis consensus absque mentali? Respondeo, Si verbis prolatis ea insit promissio, quæ ad conjugium pertinet, pro matrimonio pronunciandum esse. Nam *ut Lombardi verbis utar.* Si vir & mulier verbis explicant, quod tamen corde non sentiunt, & absit dolus & metus, obligatio illa verborum, quibus sibi repromittunt, matrimonium constituit. Neque enim verisimile est, qui verbis fidem dedit, id animo non cogitasse. *l. Labeo de suppellectili legata.* Non arbitror, *inquit*, quenquam dicere, quod non sentiret, ut maximè nomine usus sit, quod id appellari solet. Nam vocis ministerio utimur. Cæterum nemo † existimandus est, id dixisse quod mente non cogitaverit. Cùm voces sint signa animorum inter præsentes, literæ inter absentes. Et voluntas hominis verbis exprimitur; sicut facies hominis speculo repræsentatur. *Bald consil. 102.* Et in ore & mente unum & idem præsumitur. *Bald. consil. 472.* Vives. Vox est instrumentum homini datum ad declarandam voluntatem & mentem per labia. *Bald. In c. ex transmissa de restit. spol.* Et interiora per exteriora præsumuntur, & Hypocrisis est viro bono indigna, aliud loqui, aliud sentire, quam maximopere detestata est vetustas. *Iliad. 1.* Unus autem Agamemnon longè secus & sensit & dixit. Item qui bene loquuntur, male verò pectore sentiunt. *lib. 18. fol. 156. Odyss.* de Procis loquitur. Achilles ait se odisse eum, ut mortem, qui aliud in lingua promptum, aliud clausum in pectore habet, *ut Salustius latine ex Homero loquitur Iliad. lib. 9.* Versus ita Hessus interpretatus est:

Odi etenim ceu claustra Erebi quicunque loquuntur
Ore aliud, tacito q; aliud sub pectore condunt.

1

2

Phocylides:

μηδ' ἕτερον κεύθης κραδίη νόον ἀλλ' ἀγαρεύων.

Ne aliam occultes mente sententiam & aliud loquaris. Literæ sacræ, qui aliud sentiunt, aliud loquuntur corde, & corde loqui, hoc est, duplici corde loqui disertè dicunt, *ut Psal. 12. v. 2.* Ficte blandiuntur in corde & corde loquuntur, quos etiam ut Deus tollat &
3 perdat David orat. Et hi † mentiri dicuntur. Nam mentiri est contra mentem ire, *ut Nigidius Figulus definivit.* Et qui aliter loquitur quàm sentit, revera mentitur. Quò spectant verba *l. generaliter, C. de non numerata pecunia.* Nimis indignum videtur, quod quisque voce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio valet testimonio infirmare. Et extremæ est impudentiæ id, quod semel verbis quis promiserit, revocare. Cujus exemplum *Plautus in Curculione* exhibet, quem ita loquentem introducit.

Quod promisi lingua eadem nunc nego:
Dicundi, non rem perdundi hæc gratia nata est mihi.

Itaque audiendus non est, qui verbis conjugium promisit, & tamen aliud sensisse & animo agitasse affirmat: sibique imputet, qui lingua sibiipsi *αὐτοκάρετον κακὸν* accersierit. Et hæc imprimis locum habent, quando accessit concubitus, & is, qui ea verba protulit, sui defendendi & elabendi animo excipit, se vim eorum non intelle-
4 xisse. Nam verba † secundùm juris dispositionem accipienda sunt, nec excusat contrahentes juris ignorantia, *c. tuæ. in verbis non credens esse matrimonium. de sponsalibus, & ibi notant Dd. & cap. ex literis. eod. t.* Ex
5 † quibus etiam efficitur, si quis uxorem ducat hoc animo ut ductam mox relinquat, eum revera contraxisse matrimonium; propter quod verbis, rebus ipsis & factis animum declaravit & consensit. Item si sciens ducat sterilem, non ducturus si sciret parituram. Item qui
6 † dotis aut libidinis causa promittit conjugium, aut contrahit non ducturus, nisi his causis moveretur. Nam sufficit consensus generalis, qui solus matrimonium constituit, etiamsi is qui promittit aut ducit, matrimonii verum scopum non spectet, hoc est, cum uxore habitare non decreverit, vel consuescere, liberos procreare, sed eam vel relinquere vel prostituere velit.

§. 16. Sum-

§15. SUMMARIA.

1 *Si quis dicat se joco non seriò promisisse matrimonium.*
2 *Species facti.*
3 *Alia facti species.*
4 *Ubicunq; † vertitur animæ periculum, juramentum reo deferri potest, etiamsi actor nihil probaverit.*
5 *Alia facti species.*
6 *Auctoris opinio.*

QVæritur, si quis † verbis conjugii promissionem con- 1
tinentibus, usus sit, & dicat se joco non seriò locutum esse; ut
sæpè jocari homines solent, an ei credendum sit? Et hic verba ex-
pendenda esse existimaverim, & ex iis colligendum, utrum rem se-
riam contrahentes egerint, an verò inter seſe jocati sint. Exempli
gratia.

Duo ita † sibi repromiserunt conjugium ea lege & conditione 2
ut si alterutrum pœnituisset, unum solverent solidum; quem pigno-
ris & arrhæ loco illi, qui aderant tradiderunt. Res ipsa ostendit,
hæc joco prolata & facta fuisse, & neutrum obligare *l. obligationum* §.
final. De action. & obligation. Nec sufficit sola figura verborum, sine
consensu naturali, *l. non figura. de action. & obligation. Bald. consil. 27. 1.
volum consil. matrimon. 54.*

Consimilis est † facti species *in consilio matrimoniali 7. Germano-* 3
rum de Joanne & Barbara; qui à cœna chartis ludentes, inter se jocati
sunt, quis alterum lucraretur. Et inter ludendum Joannes Barba-
ram cum quater vicisset & lucratus esset, his verbis usus est. Barbara
ego te chartis lucratus sum: tu mea es. Barbara respondit ita
esse: & hæc verba non joco sed seriò prolata esse nemini obscurum
est. *Hostiens. in summa T. de matrimonio.* §. *qualiter contrahatur.* Interim
tamen juramento se purgare coactus fuit Joannes, quod hæc verba
joco protulisset, non animo promittendi conjugium, cui standum
est, & rectè. Nam ubicunque † vertitur animæ periculum, jura- 4
mentum reo deferri potest, etiamsi actor nihil probaverit. *Abbas
cap. continebatur. De sponsi. impub.* Sed & *consilio* 34. Species † facti est si- 5
milis, de quodam ⏑, qui inter pocula puellam ita allocutus est, vi-
trum manu tenentem ⏑. Cedo mihi vitrum, ut illud ebibam ⏑.

nam adveſperaſcit & mihi domum properandum eſt. Et quod puella ei vitrum tradiderit, his verbis. Si vitrum unà cum vino acceperis, me quoque habeas oportet. Et quod tertius quidam his auditis manibus complosis dixerit: eſt matrimonium. Puella fatetur ſibi hæc verba excidiſſe, ſed joco, ut fieri ſolet in ſympoſiis, ſed neque ſeriam rem egiſſe, neque de conjugio cogitaſſe, idque vi verborum intelligitur. Interim tamen puellæ juramentum deferendum, ſe verba illa non ea intentione & animo protuliſſe, quod promitteret conjugium, neque aliàs in virum ut maritum conſenſiſſe. Et juramento præſtito à petitione actoris abſolvendam, conſuluit *Ruckerus*. Et rectè meo judicio. Et ita ſtatuerunt ii qui tractatum [*Ruſchin*] congeſſerunt. Id tamen ita demum † ego verum exiſtimaverim, ſi præter verba nihil intervenerit inter virum & mulierem, qui ſe jocatos dicunt; ſin verò verba ad rem conferantur, hoc eſt, concubitus ad jocationem acceſſerit, rem ſeriam contrahentes egiſſe res ipſa oſtendit. Neque aliud præſumendum eſt. 6

Itaque hoc caſu pro matrimonio pronunciandum eſt, Et ita in Conſiſtorio noſtro in cauſa cujuſdam pronunciatum memini, qui viduæ vitiatæ fidem dederat, ſe nunquam eam deſerturum, ſe fruſtum panis cum eo participaturum, & tamen joco hæc ſe verba effudiſſe dictitabat.

§. 17. SUMMARIUM.

1: *Incerta promiſſio & generalis non conſtituit ſponſalia.*

SEd & incerta promiſſio & generalis neq; ſponſalia, neq; matrimonium conſtituit, veluti: Omnia quæ Titio promiſi volo ſervare *l. ſi ſic 1. reſponſo ff. de legat 1. & ibi notant DD.* niſi probantur ea quæ promiſit.

§. 18. SUMMARIA.

1: *Si quis contra proteſtationem factam promittat conjugium, & accedat concubitus.*

2: *Proteſtatio actui contrario nulla eſt.*

Quæri-

QVæritur ſi † quis coram teſtibus proteſtetur, ſe id, 1
quod facturus eſt conjugii contrahendi cauſa non facere. Poſtea fidem dedit puellæ & ſecutus eſt concubitus, an ex ea promiſſione tenebitur? Et dubium non eſt eum teneri, non obſtante proteſtatione, quæ fraudulenter facta eſt. Dolus autem & fraus nemini patrocinari debent. Deinde proteſtatio † actui contraria, ideoque 2
pro nihilo habenda. *notant Dd. c. cum M. Ex. De conſtitution.* Nam voluntatem mutare potuit, & mutaſſe & à proteſtatione receſſiſſe præſumitur. Quæ veterum interpretum ſententia fuit, *ut Alberici.*

§. 19. SUMMARIUM.

Proponitur alia quæſtio. Si quis alternative promittat aut matrimonium aut centum.

QVid ſi mulieri vir promittat & fidem det his verbis, Ego te uxorem habere volo aut centum aureos dotis nomine dare volo, & ſequatur concubitus: an ad matrimonium vir obligatus ſit? Vetus interpres Guilielmus ſentit, eum cogi non poſſe; quod in alternativis electio ſit debitoris. Ergo liberabitur debitor ſolutione centum aureorum.

§. 20. SUMMARIA.

1 *Viduæ apud Hebræos Græcos & Romanos ſponſalia per ſe ſuisq; verbis contraxerunt.*
2 *Iduare Hetruſca lingua quid ſit.*
3 *Vidua unde dicta.*
4 *Viduæ conſilium propinquorum non prorſus aſpernatæ ſunt.*
5 *Rectius faciunt viduæ ſi de parentum & tutorum conſilio nuptias contraxerint.*
6 *Genevenſium lex.*
7 *Viduæ nuptiæ reliquerunt domum mariti prioris.*
8 *Viduæ etſi ſui juris ſunt & per ſe nuptias contrahere poſſunt, tamen de conſilio propinquorum id plurimum fecerunt.*
9 *Leges veterum Saxonum & Burgundionum.*
10 *Viduæ quæ inconſultis parentibus nubunt, reprehenſione dignæ & maximè culpandæ.*

ET hactenus de verbis, quibus partes sibi mutuò matrimonium seu sponsalia repromittere solent. Idque apud veteres saltem ab iis factum & frequentatum fuisse supra diximus, qui meretricios amores nuptiis conglutinabant, hoc est, clandestina sponsalia contrahebant, parentibus aut tutoribus nullis adhibitis. Interim tamen in eam rem incumbenti, & veterum monumenta evolventi mihi occurrit, quod & fatendum est.

1 Viduas apud Hebræos † Græcos & Romanos sponsalia per se
2 suisque verbis contraxisse. Et obiter hoc notemus, Iduare † Hetru-
3 sca lingua dividere est. Unde vidua quasi † valde Idua, id est, valdè divisa, aut vidua, id est, à viro divisa, *Macrob lib. 1, Saturna. c. 15.* Ejusque rei apud eos quos reliquos habemus auctores vestigia sunt evidentissima & tàm multa, ut inficias ire nemo queat. Abigail vidua Nabalis Davidi suis verbis fidem dedit. Nam cum ad eam Davidis internuncii venissent, retulissentq; se ea de causa missos ut eam Davidi uxorem expetant, illa statim surrexisse, & in conjugium consensisse scribitur. Quò spectant verba, quæ illic referuntur. Ecce sit ancilla famula tua, ut lavet pedes servorum Domini mei; quasi dicat, se illius conjugio indignam, *ut Zonaras explicat.* Et non tantùm verbis, sed rebus ipsis & facto voluntatem suam declaravit. Quippe statim in viam se dedit, & asino vecta comitantibus quinque pedissequis, Davidis nuncios subsecuta est, illique nupsit. Et Rutha Machalonis vidua cum Booz consanguineo proximo per se sponsalia contrahit, *ut cap. 4. Ruth. videre licet.* Et Uriæ vidua Davidi nubit: neque legitur id eam de consensu parentum fecisse. Fortassis quod sui juris sint viduæ, ut ex lege Mosis *Numero cap. 30.* colligitur, quæ ita habet; uxor non potest vovere sine mariti consensu, vidua autem potest. Quo referunt illud Pauli. Nubat vidua cui vult, & tamen in domino, quod in jus Canonicum relatum est. *30. q. 2. c. 1. nubat, id est,* quem sibi aptum putaverit, illi nubat, *ut Gregorius explicat.* In Domino, id est, sine suspicione turpitudinis, & viro suæ religionis nubat. *& c. hoc sanctum 32. q 2.* Illis inquit nubant quos propria voluntate voluerint habere maritos, *c. viduas 1. 27. q. 1. cap. mulier. 32. q. 2.* De virgine loquens, totam patri auctoritatem defert neque dicit, cui vult nubat. Sed si nupserit virgo non peccat, quasi nuptias virgini permittat; sponsum autem deligere non permittat.

Quod

Quod viduæ conceſſum eſt & licet. Quo ſpectant verba Æmiliani *apud Apulejum apolog. 1.* Cur mulier libera tibi nupſit poſt annos tredecim viduitatis? Cui reſpondet Apulejus. Quaſi magis mirandum ſit, quod tot annis non nupſerit? & paulò poſt. At enim major natu juvenem non eſt aſpernata. Apulejus reſpondet. Igitur hoc ipſum argumentum eſt, nihil opus Magia fuiſſe, ut nubere vellet mulier vidua cælibi, major juniori. Deinde quod viduæ prævectioris ætatis, & maturioris conſilii ſint, & virorum conſortio antea aſſuetæ; Ideoque ſibi ſuisque rebus rectiùs conſulere poſſint & meliùs quàm virgines, *ut ait Gregorius c. viduæ 1. 27. q. 1.* Argumento eſt, quod Lucianus in Pſeudologiſta narrat, quendam viduæ Cyzice nuptias expetiviſſe, & repulſam tuliſſe, quod illa ejus vitam, mores & conditionem perſpectam haberet & reſpondiſſet: Nequaquam eum virum accepero, qui ipſe quoque viro indiget. Ideoque & de jure codicis viduæ poſt 25. annum etiam patre reluctante maritum eligere poſſunt, *l. 18. viduæ C. de nuptiis Harmenepol. lib. 4. T. 7. & l. 5. Cod. de ſponſalibus*, non obſcura extant indicia, viduas per ſe arrhas accepiſſe, quod ſponſaliorum argumentum eſt maximùm. Sed & ea libertate, ne dicam licentia uſas eſſe viduas apud Romanos veteres hiſtoriæ teſtes ſunt. *Refert Lucanus lib. 2.* Martiam uxorem Catonis quæ ab eo diverterat, & Hortenſio nupſerat, eo mortuo ad Catonem rediiſſe, & cum eo de nuptiis renovandis egiſſe; ita enim eam loquentem introducit ille.

Dum ſanguis inerat, dum vis materna, peregi
Juſſa Cato, & geminos excepi fœta maritos.
Viſceribus laſſis, partuq; exhauſta revertor,
Jam nulli tradenda viro. da fœdera priſci
Illibata tori, da tantum nomen inane
Connubii. liceat tumulo ſcripſiſſe, Catonis
Martia, ne dubium longo quæratur in ævo,
Mutarim primas expulſa, an tradita tædas.

Et paulò poſt:

Hæ flexêre virum voces, & tempora quanquam
Sint aliena toris, jam fato in bella vocante
Fœdera ſola tamen, vanaq; carentia pompa
Jura placent, ſacriq; Deos admittere teſtes.

Interim

Interim tamen interventu fratris Bruti Martiam reductam à Catone eique junctam fuisse idem Lucanus indicat.

Junguntur taciti contentique auspice Bruto,

4 ne † quis viduas consilium propinquorum prorsus aspernatas esse existimet. Sed neque Hortensio vivo ad Catonem redire, neque de nuptiis per se agere potuisset, nisi eorum accessisset consensus, quorum in nuptiis intervenire debet *l. nuptiæ 18. de ritu nuptiarum, l. 7. C. de nuptiis.* Nuptiæ inter easdem personas, nisi consentientibus parentibus renovatæ, justæ non habentur. Et de his nuptiis ita loquitur *Appianus lib. 2. de civilibus bellis.*

Cato Martiam virginem cum dixisset, sibi charissimam & communium liberorum matrem Hortensio amico concessit, liberorum & fœcundæ mulieris cupido, quibus hactenus caruerat. Quam ex illo quoque matrem factam domum recepit velut usurariam. Plutarchus *in vita Catonis*, viduam & valdè pecuniosam fuisse refert, cum eam reciperet. Nam Hortensius moriens eam hæredem instituerat: quod etiam Cæsar exprobravit, avaritiam exagitans & conjugii commercio quæstum paratum. Ita & Theoxena vidua multis petentibus aspernata est nuptias. Sed postea sororis mortuæ marito nupsit. *Livius lib. 10. de bello Macedonic.* Et Penelope *apud Homerum* se ei nupturam pollicetur, qui Ulyssis arcum tendere possit. *Odyss. lib. 19. 21.* his verbis. Quicunque facilimè hunc arcum manibus tendet & per easdem secures jaculabitur, hujus ego sequar connubium hanc relinquens domum. Et de ea loquitur *Telemachus lib. 16.* Matri meæ duplex in animo sententia voluitur, vel ut ibi apud me maneat vel domum curet, & lectum viri famamque populi verens vel ut eam secutus, quem viderit Archeorum optimum: cum matrimonium cupientem ac plura tribuentem. *Idem repetis lib. 9. Odyss.* Agrippina vidua Domitii Gallum ad matrimonium invitavit *teste Suetonio. Et Apulejus apolo. 2.* Nam si probè memini quod ad Pudentillam attinet objecere. Una res est, quod nunquam voluisse eam nubere post priorem maritum, sed meis carminibus coactam dixere. Huc spectat oratio Tyberii ad Sejanum; petentis nuptias Liviæ post interemptum maritum, posse Liviam statuere nubendum post Drusum an in iisdem penatibus tolerandum haberet. Esse illi matrem & aviam propriora consilia. Quod & posterior

ætas secuta est. Nam & Carolus Magnus Irenes nuptias ambivit, quibus illa per se consensit, quamvis Aetius Eunuchus nuptias illas disturbarit, *ut refert Zonaras*. Et Eudoxia vidua ab Imperatore Michaele petita consensit. *Zonaras*. Regina Theodelinda vidua Authari Regis Longobardorum Agilulfum Ducem Taurinacum sibi maritum, & genti Regē elegit, & sponsalia per se ita constituit. Vinum fundi jussit, cumq; prior ipsa bibisset, reliquum Agilulfo bibendum propinavit. Is accepto poculo Reginæ manus est deosculatus. Non manus, inquit Regina, sed os deosculandum esse, eumq; erigens ad osculum admisit, & de matrimonio & regno cum eo pacta est. *VVarnefr. lib. 3. c. 33*. Et Pudentilla vidua fidem dedit Sicinio Claro & tabulas nuptiales fecit, *Apulejus apolo. 2*. de qua ita *Apulejus*: Pudentilla eo scrupulo liberata cum à principib. viris in matrimonium peteretur, decrevit sibi diutius in viduitate non esse permanendum Quippe ut solitudinis tædium perpeti posset, tamen ægritudinem corporis ferre non poterat. Mulier sancte pudica tot annis viduitatis, sine culpa, sine fabula assuetudine conjugii torpens, & diutino situ viscerum saucia vitiatis intimis uteri, sæpe ad extremum vitæ discrimen doloribus obortis exanimabatur. Medici cum obstetricibus consentiebant penuria matrimonii morbum quæsitum malum indies augeri, ægritudinem ingravescere: dum ætatis aliquid supersit nuptiis valetudinem medicandum, *Et paulo post*. Scripsisti ne Æmiliane hæc quæ lecta sunt? Nubere Pudentillam velle, sed quem eligat nescio. Item, quoniam juvenem talem, qualem dicis elegit, coactam fuisse ais: cæterum semper nuptias aspernatam. Item satis puto ex istis cuivis liquere posse, Pudentillam non meis carminib. ab obstinata viduitate compulsam: sed olim sua sponte à nubendo non alienam, me fortasse præ cæteris maluisse. Quæ electio tam gravis fœminæ, num mihi crimini potius quàm honori danda sit non reperio. Non nihil tamen miror quod Æmilianus & Rufinus id judicium mulieris ægre ferant: cum ii, qui Pudentillam in matrimonium petiverunt, æquo animo patiantur me sibi prælatum. Item persuaserat idem Pontianus matri suæ ut me omnib. aliis mallet. *Apolog. 2*. Qui maritum tuum, quem elegeras quem ut ipsi objiciebat efflictim amabat capitis accusavit. Mortuo Marchione Italorum Bonifacio, Dux Godefridus ejus conjugem Beatricem viduam inconsulto Imperatore duxit, quæ Mar-

cham, cæterasq; possessiones ei in dotem attulit. Ea res male Imperatorem habuit. Verebatur enim ne hac ratione Italorum animos à se alienaret, & sibi devinciret. Quod cum renunciatum esse Godefrido, ille Imperatorii Juliam ingredienti occurrit & se purgavit. Beatrix quoq; dissimulato metu obviam Imperatori processit & impetrata loquendi copia, nihil se egisse, inquit, præterquam quod jure gentium agere sibi licuisset; destituta se priori marito desolatæ domui patronum parasse, & ingenuam ingenuo sine fuco nefariæ cujusdam machinationis nupsisse: nec æqui nec boni Imperatorem memorem esse, si sibi pace ejus non liceret, quod in Imperio Romano fœminis nobilibus semper licuisset. Imperator Godefridi excusationem excepit, eumq; absolvit. Beatricem tamen quasi per deditionem acceptam secum abduxit, & hoc illi objecit, quod se inconsulto hostibus publicis Italiam objeciisset. *Schasnaburgensis lib.* 2.

§ Quæ quamvis ita se habeant † tamen rectius fecerint viduæ, si de parentum & tutorum consilio nuptias contraxerint *c. honorantur* 32. *q.* 2. Ubi exemplo Hermiones id confirmatur, quæ maritum relinquere & alii nubere volebat, & tamen totam hanc rem ad parentes defert. *Et ibi subjicit textus.* Id servate virgines, sed etiam si qua mulier, amisso marito in laqueum infirmitatis vereatur incidere, si vult nubere, nubat tantum in Domino, ita ut electionem mariti parentibus deferat. Nec appetentiæ æstimetur auctor, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vindicet. Expetita magis debet videri à viro, quàm ipsa virum expetiuisse. Verecundiam præmittat antequam nubat,

6 quo ipsum conjugium prius commendet modestia. Idq; expresse † *Genevensium* legibus cautum est, *cap.* 105. *Que ceux ouelles qui auront este diſia mariez combien qu' ils ayent leurs peres encor vivans ſoyent neantmoins en liberte de ſe pouuoir remarier moyennant qu' ils ayent luage aſſauoir de vingt ans pour le le filz. Et dix huict pour la fille ceſt adire qu' ils ſoyent ſortiz de la maiſon deleurs peres ou qu' ilz ayent tenu meſnage au part Combien qu' il ſera touſiones plus honeſte qu' ils ſe laiſſent hennerner parle conſeil de leurs peres entelz affaires principalmant.* Idq; suadet Minerva *apud Homerum lib.* 1. *Odyſſ.* Mater autem si animus est ei nubere rursus in patris sui domum redeat: ille namq; conjugium & dotem, aliaq; multa ut par est erga filiam pater parabit. Item: Matrem suam domum patris jubeat discedere. Ille & nuptias & dotem, & demum quæcunq; patrem erga

charam

charam filiam decet facile ordinabit *lib. 2. Odyſſ. Item Odyſſ. 15.* Jam enim mater & fratres ejus jubent ut Eurimacho nubat. Huc facit & illud *Ovidii*:

Me pater Icarius viduo diſcedere lecto
Cogit, & immenſas increpat uſq; moras.
Increpet uſq; licet, tua ſim, tua dicar oportet,
Penelope conjunx ſemper Ulyſſi ero.
Ille tamen pietate mea precibuſq; pudicis
Frangitur, & vires temperat ipſe ſuas.

Nam & æquitas poſtulat, ne res tanti momenti peragatur, niſi quorum periculum vertitur conſenſus accedat. Neq; enim, quod maritum amiſerint, idcirco etiam patrem amiſerunt. Neq; quod legibus viri ſolutæ ſunt, idcirco & parentum quoq; Imo non minus eis debent nunc viduæ quàm cum eſſent virgines. *Vives.* Sed quibusdam id ab auctoribus ſuis conceditur, ut ſibi pro arbitrio maritum deligant. Hæ viros quærant ejusmodi, quibus congruum ſit viduas copulari: nempe mediam ætatem prætergreſſam: nempe ſobrium, ſeverum, reverendum, magno uſu rerum cordatum, qui totam domum prudentia ſua in officio contineat. Et hic obiter † notandum, viduas nupturas reliquiſſe domum mariti prioris, *idq; ex hiſ liquet & colligitur ex lib. 19. Homeri Odyſſ.* Filius autem meus puer erat, nubere me non permiſit domum mariti relinquentem: nunc ubi grandior factus eſt & ad pubertatem pervenit, me contra rogat ut domo exeam iratus ob rem, quam Achæi edendo abſumunt: & paulo poſt. Egò ejus connubium ſequar, qui arcum tendere poteſt, hanc relinquens domum, quàm primam bonamq; ſatis habui. *Eadem referuntur lib. 21.* Ita Martia auctore Bruto fratre à Catone reducta eſt, *ut paulo ante è Lucano demonſtravimus.* Et *apud Apulejum* Pudentilla vidua nuptura filium adultum in conſilium adhibet: quò ſpectant verba *Apulei Apolog. 2.* Cæterum ipſa ea de re Pontiano filio ſuo Romam ſcripſit, etiam cauſas conſilii ſui plenè allegavit. Dixit illa omnia de valetudine; nihil præterea eſſe, cur amplius deberet obdurare. Hæreditatem avitam longa viduitate cum deſpectu ſalutis ſuæ quæſiſſe: eandem ſumma induſtria auxiſſe. Jam Deûm voluntate ipſum uxori fratrem ejus virili togæ idoneos eſſe. Tandem aliquando

se quoq; paterentur solitudini suæ, ei ægritudini subvenire. Cæterum de pietate sua & supremo judicio nihil metuerent. Qualis vidua eis fuerit, talem nuptam futuram. Quin & Pontianus nuptias inter Apuleium & matrem suam Pudentillam conciliat, ut ex illis verbis colligitur. Aperit sibi consilium esse, si ego non nolim matrem suam cui plurimi inhient mecum conjungere: quoniam mihi soli, ait, rerum omnium confidere sese & credere ut id onus recipiam: quoniam non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur, & paulo post. Persuaserat idem Pontianus matri suæ, ut me omnibus aliis mallet: & quam primum perficere incredibili studio avebat. Et Agrippina de ineundo conjugio Cæsarem in consilium adhibuit, *ut refert Tacitus lib. 4. his verbis.* Agrippina pervicax iræ & morbis corporis implicita, cum viseret eam Cæsar, profusis diu ac per silentium lacrymis mox invidiam ac preces orditur, subveniret solitudini, daret maritum, habilem adhuc inventam sibi, neque aliud probis quàm ex matrimonio solatium esse, & civitate Germanici conjugem, ac liberos ejus suscipere dignaretur. Sed Cæsar non ignarus, quantum è Republica peteretur, ne tamen offensiones aut metus manifestus foret, sine responso quanquam instantem reliquit. Simile de Præjecta Biglantiæ Justiniani Imperatoris sororis filia narrat Procopius. Nam vidua ea Artabanem præfectum Lybiæ sibi maritum expetebat, non tàm amore ducta, quàm ut se gratam & memorem declararet erga Artabanem, qui eadem prioris mariti Ariobinthi vindicasset, seq; à servitute Gontharis liberasset, qui eam invitam uxorem expetebat. Imperator verò Justinianus illi Præjectam jungere voluit, neq; potuit, ut qui aliam haberet conjugem sibi à primæva ætate junctam, quam ille domo ejecerat. Quæ quamdiu res Artabani succederent & obscura esset, domi ociosè sedebat, & sortem suam ut poterat, tolerabat. At cum rebus benè gestis inclarescceret, illa de repudio quæstum venit Constantinopolim, & cur eam ad se reciperet, Justinianum orabat. Tum Imperatrix Theodora cui innatum erat infelicibus & miseris fœminis succurrere, Artabanem etiam invitum, ut cum uxore habitaret, statuit. Præjectam verò Joanni cuidam viro consulari nuptum collocavit. Quamvis mortua Imperatrice Artabanes conjugem rursus, quam invitus reduxerat, à se segregavit & repudiavit. *Procopius lib. 3. de bello Gothico.* Quæ omnia

omnia hic † cumulavimus, ut planum (quod nobis propositum fuit) faceremus, viduas etsi sui juris sint & per se nuptias contrahere possint, tamen de consilio propinquorum id plurimum seciſſe. Idq; † legibus veterum Saxonum & Burgundionum cautum fuit. *Saxonum T. 6.* Qui viduam ducere velit, offerat tutori precium emptionis, consentientibus ad hoc propinquis. Et expresse statuit *Plato lib. 11. de legib.* Si vidua junior esse videatur, quàm ut sine viro vivere possit, propinqui ejus cum mulieribus connubiorum curatricibus consilio habito, quod sibi illisq; videbitur, exequatur. Idq; apud Græcos observatum esse suprà ostendimus *c. 3. §. 4.* Et legibus Danicis constitutum est *cap. 3. nomoca. Danici lib. 1.* Imo viduas, quæ † inconsultis parentib. nubunt, reprehensione dignas & maximè culpandas Theologi censent, *Beza fol. 78.* quod id reverentiæ, quæ parentibus debetur, & modestiæ, quæ maximè viduas exornat, repugnet. 8 9 10

§. 11. SUMMARIA.

1 *Apud Romanos viduarum nuptiæ sine pompa & solennibus fiebant.*
2 *Viduarum nuptiæ feriis seu diebus festis fiebant.*
3 *Ratio quare diebus festis virgines non nupserint, viduæ autem contra.*
4 *Viduæ non gestarunt aureos annulos.*
5 *Viduarum nuptiæ silentio ac penè clanculum transigentur sine strepitu ac choreis.*
6 *Vidua si matrimonium alicui promiserit, pater verò alteri, rata erit promissio à vidua facta.*

QVa de causa apud Romanos † etiam viduarum nuptiæ tacite, id est, sine pompa, solennibusq; fiebant, *ut ostendunt verba ex Luciano suprà allegata.* Junguntur tacite. Item. *Fœdera sola tamen vanaq; carentia pompa. Jura placent, sacrisq; Deos admittere testes.* Huc facit etiam, quod *Optatius Afer lib. 6* scripsit. Inveniſtis igitur hujusmodi virgines, quæ jam spiritualiter nupserant, quasi secundas coegiſtis ad nuptias, ut crines iterum solverent, imperaſtis. Hoc nec mulieres patiuntur qui carnaliter nubunt, ex quibus si alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis festivitas. Non in altum tollitur, non populi frequentia procuratur. Huc facit illud. *Ovidii:* 1

Nec viduæ tædis eadem nec virginis apta
Tempora, quæ nupſit non diuturna fuit.

Et quidem feriis † ſeu diebus feſtis fiebant nuptiæ, quò pauciores haberent ſpectantes viduæ, omniáq; absq; ſolennitate & pompa peragerentur. *Quod & Plutarchus in αἰτίοις teſtatur:* ὅτι τοῖς μὲν παρθένοις καλὸν μὴ ὀλίγων τοῖς δὲ χήραις αἰσχρὸν πολλῶν ὄντων γαμεῖσθαι. *Id eſt*, quod virginibus decori ſit, non paucis præſentibus, viduis dedecori ſit multis præſentibus nupſiſſe. Nam populus feriis publica feſtivitate occupatus, viduarum nuptias inſuper habebat. At virginibus adeſſe oportebat, quod ea res illis honori eſſet. Itaq; cives aliis rebus deſtineri, æquum non erat. Alii id † ideo factum exiſtimant, quod diebus feſtis vim fieri piaculare eſt *Macrobius lib. 1. c 15.* hoc eſt, piaculum eſt. Ideo illis diebus virgines non nupſiſſe, ne iis vis inferri videretur; viduis autem nulla vis inferretur. *Verrius vetus auctor, ut refert Varro*, dicere ſolitus fuit, quia feriis tergere veteres foſſas liceret, novas facere jus non eſſet. Ideo magis viduis quàm virginibus, idoneas eſſe ferias ad nubendum. Sed ea ratio, *ut Lactantii verbis utar*, non in philoſophi cerebro, ſed meretricis ſinu excogitata eſt. Prior ratio *ex Plutarcho*, à nobis adducta, veritati & honeſtati eſt conſentanea. Sed & eandem † ob cauſam ob modeſtiam ſcilicet, viduæ annulos aureos non geſtarunt. Nam annuli geſtatio matrimonii indicium quaſi oſtentatio eſt: idb; ex Jure Canonico colligi poſſe videtur *c. illud de præſumtio. ubi & id Dd. notant.* Recte *Vives.* Quod ſi velut coacta ad alteram conditionem pertrahitur vidua, par eſt ut nuptias occultet, quarum eſt ipſi deſiderium turpe: ne id oſtentet populo, in quo culpam metuit. Itaq; † ſecundæ nuptiæ ſilentio, ac penè clanculum tranſigentur ſine ſtrepitu ac choreis: & conjuges acquieſcentes conſanguineorum affiniumq; conſcientia alienos devitabunt, ut conjunctos prius audiant, matrimonio quàm conjungi. Nemo in fœdo ſuo morbo medicinam ſibi adhiberi poſcit publice: Nemo niſi forte inſanit, aſſecutum ſe prædicat, quod expetiſſe virubera bit: Ex his † efficitur, ſi vidua matrimonium alicui promiſerit, pater vero alteri, rata erit promiſſio à vidua facta, ut quæ ſui juris ſit, & per ſe ſponſalia contrahere poſſit.

§. 22. SUM-

§. 22. SUMMARIA.

1 *An ad constituenda sponsalia verba omnino requirantur, an verò sufficiant signa consensum exprimentia.*
2 *Inrepudiis etiam requiruntur verba.*
3 *Mutus & surdus sine verbis matrimonium inire possunt.*
4 *Matrimonium duabus rebus constat, substantiæ & forma.*

RESTAT hoc loco † inquirere an ad constituenda sponsalia verba omninò requirantur, an verò signa sufficiant consensum exprimentia? Ut hic distinguendum arbitror inter ea sponsalia, quæ συγγενῶν, hoc est, parentes & alii liberorum nomine meunt; & quæ partes per se constituunt. Priori casu sponsalia sine verbis constitui non posse ex eo constat, quod stipulationibus fiant, quæ verborum solennitatem requirunt. Idq; apud veteres servatum esse suprà abunde demonstratum est. Idq; innuunt verba *Acontii apud Ovidium*: 1

Dictatiq; ab ea feci sponsalia verbis,
Consultoq; fui juris amore vafer.

Idem dicendum, quando nuda tantùm promissione constituuntur. Itaq; recte *Accursius*. Sufficit, *inquit*, nudus consensus à stipulatione, non à verbis. Nam & in repudiis, † hoc est, dissoluendis sponsalibus 2
oportebat intervenire renunciationem, quæ absq; verbis fieri non poterat vel dictis, vel scriptis. Quæ *Cajus l. 2 §. 1. de divort. & repudiis* recenset: veluti conditione tua non utar, Et quibus unaquæq; res modis constituitur, iisdem dissolvitur. Idq; *Innocentius* velle videtur *cap. tua 25. de sponsalibus*. Necessaria esse verba, quantum ad Ecclesiam, consensum exprimentia de præsenti: Quod intellige de his, qui loqui possunt. Nam mutus & surdus † sine verbis matrimonium inire 3
possunt, *late Tiraquellus gloss 7 n 17 in verbo expresso* Ubi verò partes per se constituunt sponsalia, & hic verba, quibus voluntatem declarent requiri existimo: saltem ab iis qui fari possunt, ita ut sufficiat alterum interrogare vel promittere, alterum signis vel nutu consentire. *Faber §. 1. de patria potest. Jas l. si stipulater §. in lucrando de verb oblig* Nam matrimonii duabus † reb. constat, substantia & forma: substātia in cōsensu: forma in verbis consistit *c. tuæ, c. tuæ de sponsalib.* & de signis judicii 4
faciendū secundū verba, quæ præcesserunt. Idq; recte dici existimo.

Nam

Nam si solus consensus absq; verbis sponsalia aut matrimonium constitueret, inde efficeretur, inter adolescentem & puellam sibi occurrentes, & conjugium solo animo expetentes, matrimonium constitui, etiamsi neuter verbum prolocutus est. Quod absurdum est.

§. 23. SUMMARIA.

1 *Verba necessaria sunt ad contrahenda sponsalia.*
2 *Recte sponsalia inita censentur, si vir mulierem ita alloquatur, si me maritum vis, dexteram porrige vel cedo, & illa porrigat.*
3 *Dextra fidei tessera & testis est.*
4 *In rebus maximi momenti dextra dari solita est.*
5 *In sponsalibus etiam oscula intervenerunt.*
6 *Matrimonium contractum censetur, si partes hac oratione utantur, osculemur nos mutuo in symbolum matrimonii.*
7 *Matrimonium contractum censetur, si hac oratione utantur partes, si me maritum vis præbe osculum.*
8 *Aliis etiam signis promissionem matrimonii expressserunt partes, de quibus late.*
9 *Apud plerasq; gentes adhuc usitatum, ut alter alteri propinet in signum sponsaliorum contractorum.*
10 *Apud Massilienses mos fuit inter pocula generum eligere.*
11 *Signa quibus Græci usi sunt referuntur.*
12 *Boetorum mos.*
13 *Nutu etiam consensum solent exprimere virgines.*
14 *Nutus pro voluntatis demonstratione est.*
15 *Nutu negocia magni momenti possunt expediri.*
16 *Sponsa ad interrogationem Sacerdotis solummodo annuens, consensisse censetur.*

1 ERgò verba necessaria † sunt, & ut alteruter contrahentium loquatur. Veluti si vir promittat conjugium: & ea de causa arrhas tradat, easq; puella tacens recipiat, conjugium initum præsumitur. Exemplum ex Pandectis Hebræorum attulimus suprà. *Hinne att mekodaschet li: tu mihi sponsa es Panormitanus cap. tuæ. de*
2 *sponsalib.* Idem dicendum si † ita vir mulierem alloquatur, si me maritum vis, dextram porrige vel cedo: & illa porrigat, rectè sponsalia inita

inita censentur. Ita *apud Euripidem* Clitemnestra Achillis dextram petit in symbolum sponsaliorum.

Dextram manui meæ
Adjunge felix principium desponsationis.

Et *paulo post*. Maximè fas est, quia duces filiam suam. Quod dextera † fidei tessera & testis est, qua securi reddimur de re promissa, eamq; porrigimus cum quid data fide pollicemur. *Varro* scribit omnem antiquorum honorem dexterarum constitisse virtute. In dextera Numa Pompilius sacratam esse fidem voluit, sacrumq; fidei instituit *Cicero*. Dexteræ quæ fidei testes esse solebant perfidia & scelere sunt violatæ. & *Virgilius*. 5

Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus
Dat juveni, atq; animum præsenti pignore firmat.

Et in rebus † maximi momenti, hoc est, tutelis, pactionibus, stipulationibus, transactionibus, sponsalibus, dexteras datas esse, tota antiquitatis historia testis est. De tutela apud Sophoclem extat, ubi Oedipus Theseo Regi committit filias hac oratione. 4

O charum caput
Da manum antiquæ fidei testem filiabus meis,
Et vos filiæ huic date ac promittite:
Quod volens has non sis deserturus, sed facturus
Amanter, quæ illis utilia fore cognoveris.
Ille verò ut vir generosus commiseratione motus
Promisit hospiti, juratus se facturum esse.

De stipulationibus *ex Seneca* colligitur. Ille non est interrogatione contentus, nisi reum sua manu tenuit: verba suprà recensuimus. Popilius legatus Antiocho manum præbere noluit, nisi promitteret se imperata facturum. *Valerius Maximus lib. 6.* Et omnibus stantibus, qui aderant, dederant dexteras, fidemq; dedere, mittere verè, & finire odium. *Livius lib. 10. de bello Macedonico.* Et in sponsalibus frequentatum fuisse, ut dexteras futuri conjuges darent, ostendunt versus *Ovidii in epistolis Heroidum.*

Jura, fides ubi nunc promissaq; dextera dextræ?
Quiq; erat in falso plurimus ore Deus?
Promissus socios ubi nunc Hymeneus in annos,
Qui mihi conjugii sponsor & obses erat?

Neq; apud prophanas tantùm gentes sed & in Ecclesia prima, *ut ex Tertulliano colligitur.* Verba ita habent *libro de virginibus velandis*: quia & corpore & spiritu masculo junctæ sunt. *Et cap. 5.* Apud Ethnicos etiam velatæ virgines ad virum ducuntur, si autem ad desponsationem velantur, quia & corpore & spiritu masculo junctæ sunt per osculum & dexteras &c. Item, & desponsatæ quidem habent exemplum Rebeccæ, quæ cum ad sponsum adhuc ignotum perduceretur, simul ipsum esse cognovit, quem de longinquo perspexerat, non sustinuit dexteræ colluctationem, nec osculi congressionem, nec salutationis communicationem, sed confessa quod senserat, *id est*, spiritu nuptam, negavit virginem velata. *Aristophanes* Osculare me ac porrige dexteram. Fidei ergò in pactis & conventis dexteras porrigere
5 solebant. *Suidas.* Ex quibus verbis colligitur, in sponsalibus † etiam oscula interveniisse, quæ & ipsa nuptias tacite arguant, & consensum exprimant contrahentium. Idq; & juri civili est consentaneum *l. si à sponso Cod. de donationibus ante nuptias*: ubi cavit Constantinus. Sponsam res à sponso donatas lucrari pro parte dimidia, si osculum intervenerit: aliàs irritam esse donationem; *& Harmenopol. lib. 4. titul. 3. T. de osculo sponsorum*: qui hanc legem iisdem penè verbis in suam Epitomen redegit. Similem legem etiam tulit Caroli V. Imperatoris mater, nimirum, ut propter osculum sponsa lucretur dimidiam partem rerum, quas ei sponsus dederat, quando osculum post sponsalia datum est, *ut notat Covarruvias 1. partis cap. 4. num. 24. de sponsalibus & matrimonio*: Quod etiam apud alias gentes observatum fuit, ut apud Longobardos, idq; ostendit, quod de Theodelinda Regina *ex VVarnefrido* paulò antè scripsimus. Hinc tradidit † *Alberinus de Rosate*, si par-
6 tes hac oratione utantur: osculemur nos mutuò in symbolum matrimonii, promissionem de conjugio post oscula data factam. Vel
7 si ita vir loquatur: Si me maritum † vis, præbe osculum: & illa det osculum, matrimonium contractum censeri, licet illa verbum nullum prolocuta sit, *c. 1. de matri. contra. interdict. Eccles. contracto. Angelus in summa. num. 4. cap. final. 27. quæst. 2. & notatur in cap. tua. de sponsalibus. Erasmus in institutione Christiani matrimonii.* Quid enim interest, voluntatem suam declaret alteruter contrahentium verbis, an verò rebus ipsis & factis? *l. scire leges, §. ff. de legibus.* Et in Italia adhuc id servari *ex consilio sexagesimo matrimoniali* colligitur: & de Anglia te-

statur

ſtatur *Polydorus lib. de inventoribus.* Sed & aliis ſignis † promiſſionem conjugii ſeu ſponſalia expreſſerunt veteres. Imperator in ſignum 8
conjugii malum aureum Theodoræ virgini tradidit: *hiſtoriam ex Zonara ſuprà recitavimus.* Apud *Lucianum* Zenothemus Menecratii propinat in ſymbolum affinitatis his verbis. Accipe ô Menecrates à genero affinitatis poculum. Nam egò hodie ducturus ſum filiam tuam. Quod & ille accepit, & tacite in eam rem conſenſiſſe præſumitur. Quod & adhuc † apud pleraſq; gentes uſitatum eſt, ut alter alteri 9
propinet in ſignum ſponſaliorum contractorum. Et in Gallia id obſervatum fuiſſe oſtendunt leges Genevenſes, *ut habent verba cap. 122. En tendant ſeulement le verre pour boire l'vn à l'autre.* Sed ſatius eſt, ſobrie & pie Deo invocato, ad rem tanti momenti fœdusq; ſanctiſſimum
accedere, quàm à poculis initium facere. Quamvis & † apud Maſſi- 10
lienſes mos fuerit inter pocula generum eligere. Nam virgo inbebatur à patre ei aquam porrigere, quem virum affectaret. *Author Juſtinus lib. 43 & Ariſtoteles in Republica Maſſilienſium. Tiraquellus de ll. connubialibus.* Sed & apud Græcos Galathæ ex eodem poculo potare ſoliti fuerunt, quum inter ſe contraherent ſponſalia *Scaliger lib. 3. cap. 101. Poetices.* Reliqui autem † Græci, ut Macedones, Thraces, Triballi, 11
Pæones hunc morem ſervarunt, ut ſponſus & ſponſa panis diviſi gladio fruſtum ſeu particulam guſtarent, hac re procul dubio ſignificare volentes: Omnia inter virum & uxorem debere eſſe communia, & quidem fruſtum panis, hoc eſt, rem minutiſſimam.

Beotis † & Locris mos fuit, ut ſponſalia ante rata non eſſent, 12
quàm in ara Euclíæ virgini dicata ſponſus & ſponſa libaſſent. *Alexander ab Alexandro.* Sed & nuta conſenſum ut plurimum exprimere virgines ſolitas ſupra ex Jure Canonico annotavimus, *ex gloſſ. cap. pe-* 13
nult. de ſponſalibus, aliisq; auctoribus. Quo ſpectat illud *Statii:*

Dulcia cum domina dexter connubia vultus
Annuit.

Nam & † nutus pro voluntatis demonſtratione eſt, & alia ne- 14
gocia magni momenti ſolo nutu expediri poſſunt: ita & † nutu quis 15
legatum relinquere poteſt. *l. nutu. de legat. 2.* & fideicommiſſa *l. & in epiſtola C. de fideicommiſſis.* Et debitorum delegationes nutu fieri poſſunt, *L. 17. de legare. de legationibus.* Itaq; & apud *Plautum*, miles vetat, ne amica alicui nutet his verbis.

Neq; illa ulli homini nutet aut nicter.

Item:

Neq; ego nuto neq; nicto tibi.

Quod nutus meretricis noctem promittere censeatur. Item *Plautus in milite.*

Oculis mihi signum dedit, ut se appellarem.

Et *Lucianus in lib. calumniæ non credendum.* Quid si auditorem Zelotypum norit annuit; inquiunt ille uxori tuæ inter epulas & defixis in eam oculis alto suspiria pectore duxit. *Item.* Atq; admonebam ego hominem eorum, quæ faciebat, &c. Nam & homines, *ut ait Cassiodorus*, possunt sine oris effatu velle suum declarare *lib. 4. variarum.* Quo spectat illud Ovidii:

Multa supercilio, multa loquare notis.

Item:

Multa supercilio vidi vibrante locutas,
Nutibus in nostris pars bona vocis erat.

Qua de re apud *Ælianum* memorabilis extat historia de Tyranno Tryzo, qui cum sibi metueret, quo insidias caveret, lege lata cavit, ne quis cum alio privatim, neq; publice loqueretur. Sed cives eam legem eludebant. Nam oculorum & manuum gestibus, item supercilio vultusq; hilaritate & tristitia animi sensus exprimebant. Quæ res etiam Tyranno suspecta fuit, metuenti ea re sibi exitium parari. Itaq; & illud etiam interdixit. Proinde quidam civis Tyrannidis impatiens in forum descendit, ibiq; diu stans, multum lacrymatus est. Quem multitudo circumstetit, & unà lacrymari cœpit. Quod cum ad Tyrannum allatum esset, pedes unà cum satellitibus statim in forum properavit, non solum ut linguam & nutus prohiberet, sed ut oculis datam libertatem eriperet. At cives eum venientem exceperunt; & impetu in satellitibus facto, Tyrannum interemerunt. Itaq; si † sponsa interrogata à sacerdote, num Titium maritum velit, solummodo annuat, consensisse censenda est. *Hostiens. c. penult. de sponsalibus. Manserus. fol. 30.* Ita & apud Græcos manuum porrectio χειροτονία suffragii indicium fuit. *Sigonius late de Republ. Atheniensium lib. 2.* Et apud Romanos, quotiescunq; milites Imperatori eos alloquenti consentirent, hastas suprà scuta quatiebant *Livius lib. 8. Decade 3. Lazius lib. 4. commentario. cap. 7.* Unde recte dicimus, solo nutu posse contrahi sponsalia, & matrimonium promitti. §. 24. Sum-

§. 24. SUMMARIA.

1 *Rectius in contractu adhibentur verba consensum declarantia, quàm signa.*
2 *Ex verbis quæ præcesserunt de nutu aliisq; signis judicium fit & interpretatio.*
3 *Sine verbis sponsalia vix constitui possunt.*
4 *Matrimonium vel sponsalia non constituuntur si vir & mulier in conjugium tacite consentiant, illum autem consensum verbis aut signis non exprimant.*

SEd ut eò, unde digressi sumus redeamus: etsi nutu aliisque id genus signis, ut osculo, consensus † exprimatur, tamen rectius in hoc contractu adhibentur verba consensum declarantia, quàm signa, quæ â certitudine absunt & sæpe cavillationibus & rixis ansam præbent. Et ut de nutu dicamus, eodem capitis motu alicui minitamur, quo assentimur: Eodem annuimus puero roganti ludendi veniam, quo mendico negamus stipem: *ut ille inquit.* 1

Itaq; † mihi hic probatur, quod quibusdam, *ut Erasmo*, placuisse video, ut ex verbis, quæ præcesserunt, de nutu aliisq; signis judicium fiat, & interpretatio: Si verba jocosa præcesserint, pro joco signa habebuntur: si verba matrimonii promissionem continentia seriò prolata sint, matrimonium promissum censeri, & eò referentur nutus & signa: Itaq; recte *Innocentius*: Necessaria esse verba quoad Ecclesiam consensum exprimentia. Idq; â veteribus observatum fuisse, ex iis, quas suprà adduximus formulis planum est, & in Rebuspublicis benè constitutis pro lege observandum esse, ratio dictat. *ut Genevensi cap. 123. Il la faut faire pure & simple & par paroles de present.* Sed occurritur nobis, verba non requiri ad matrimonium, quod nutus fari non possit, & tamen matrimonium contrahit *c. 24. cum apud. de sponsalib.* Nam quod verbis non potest, signis demonstrare potest & dotem accipit *l. 71. mutus, de jure dotium* & hæreditatem adire potest *l. 2. mutus de bono. possess. l. 65. servo §. si pupillo Ad SC. Trebellia.* Muti, *inquit*, si auditus capaces sunt, vel interrogati nutu respondere possunt, & significare velle se suo periculo hæreditatem adire; quomodo absentes per nuncium, &c. Sed his respondere facile est, quod leges, de his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, hoc est, ut plurimum accidunt, ferantur. Nam quæ rarò accidunt, non curant legislatores. Inter homines 2

autem, qui mutus existat, ne millesimus quidem reperitur Muti enim & surdi non magis secundum naturam homines eduntur, qu ìm prodigiosa corpora & monstris insignia. Sed hi pauci admodum sunt ut dixi. Itaq; nemo non videt, non recte argumentum â prodigiis & monstris, ad homines sensibus omnibus præditos duci. Et absurdum est, ad sanos homines porrigere ea subsidia & remedia, quæ vitiosis & monstrosis propter sensuum defectum commiseratione quadam conceduntur, nimirum ut mutus & surdus nutu & signis sponsalia contrahere possint, cum id ut diximus, commiseratione quadam legislatores his personis indulserint. Ideoq; in consequentiam trahi non debeat. Cur enim ii, qui loqui possunt, in re tam magni momenti tacent? Certe excusationem nullam adferre possunt, Mutis autem ignoscendum est. Multò minus obstat, quod per literas recte sponsalia contrahantur, ut infra late explicabitur. Nam literæ sunt voces scriptæ seu mutæ, quæ tamen legentibus loquuntur & ab iis intelligi possunt. Unde & *Gellius* libros scriptos mutos magistros appellat Et supra dixi voces esse signa animorum inter præsentes, literas inter absentes .Ergò ita statuamus † sine verbis vix sponsalia constitui
3 posse, multo minus matrimonium. Eaq; requiri omnino ab his, qui fari possunt, vel saltem ab alterutro contrahentium. Quamvis contra sentiunt pleriq; interpretes, *Vivius & Villalobus in tractatu communium opinionum, Zasius cons. 10. matrim. & Covarruvias Epitomes cap. 2. part. 4. num. 1.* Et his † quoq; efficitur, neq; sponsalia neq; matrimonium
4 constitui, si vir & mulier in conjugium tacitè consentiant, neq; verbis, neq; signis exprimant. *Lombard. distinct. 27, &c, licet de sponsa duorum, Eberhard. consilio matrimon.*

§. 25. SUMMARIA.

1 *Sponsalia incerta quæ dicantur ab auctore.*
2 *Si pater unam ex filiabus in genere dare promisit, unam dare tenetur.*
3 *Limitatio prædictorum.*
4 *Si juratus pater promisit dare unam ex filiabus?*
5 *Quid si pater prommittat unam ex filiabus viro, eique electionem concedat?*

Et ha-

ET hactenus de sponsalibus certis, hoc est, in quibus certa aliqua despondetur persona: nunc de sponsalibus incertis videndum. Incerta † voco, quando pater unam ex filiabus in genere 1
dare promittit, eamq; non nominat. Et siquidem ille, cui † promisit 2
pater, eam acceptaverit & consenserit, unam dare tenetur pater. Interim tamen in ejus erit arbitrio quam dare velit *Instit. de actio* §. *praeterea*. Et si unam pater obtulerit, & eam accipere recusaverit, non tenetur amplius pater *l. stipulatus sum. de verb. obligationib. Angel. in summa & Hostiensis*. Et si omnes moriantur, & una superstes sit, illam dare tenetur *l. si empt.* §. *emptio. de contrab. empt.* Id autem ita † accipiendum 3
est, siquidem puella nubere voluerit, & in eam promissionem consenserit. Quia per eam promissionem pater saltem obligatur ad id, quod facere potest *gl. in c. ex literis, & c. sicut. de sponsalib.* Licet de jure civili, is qui alienum factum promittit, non obligetur, nisi se curaturum promiserit, §. *si quis de inutilibus stipulationibus*. Sed † si juratus 4
etiam pater promisit dare unam ex filiabus, debet eam, quam potest praestare diligentiam, non aliter, ac si se in specie obligasset. *c. ad nostram, de jurejur. & l. cum pater* §. *filius matrem. de legat. 2.* Aliud dicendum si † pater promittat unam ex filiabus viro, eiq; electionem 5
concedat. Veluti Agamemnon promittit Achilli unam filiarum, quae cordi ipsi esset, decimamq; regni partem. *Dyctis Cretensis lib. 2.* Internuncii fuerunt Ulysses, Ajax & Diomedes. *Homerus 9. Iliadum*, tres fuisse filias refert, Chrysotonin, Laodicen & Iphionassam. *Verba sunt haec*, Si gener esse voluerit, à me filii loco coletur, data sibi potestate optandi quam velit uxorem è tribus filiabus, cum dote tanta, quantam nemo pater unquam filiae dedit. Et Syphax Numidiae Rex Masinissae, quem à se stare cupiebat, unam ex tribus filiabus se daturum promittebat, quam ipse delegisset. *Appianus de bellis Punicis*. Et hic optionem viro datam, vi verborum intelligitur. Ideoq; in ejus erit potestate eam quae placuerit eligere. Neq; unam offerendo pater liberabitur.

§. 24. SUMMARIA.

1 *Si quis tribus matrimonium promittat, an valeat promissio.*
2 *Lacedemoniorum institutum.*

Huc

1 HUc pertinet & illa quæstio, si † quis tribus matrimonium promittat, hoc est, se ex tribus unam ducturum? Et dicimus, nulla esse sponsalia, nisi una illarum in eam promissionem consenserit, eamq; acceperit, *c. ex sponsalib. lib. 6. Angelus in summa.* vel nisi aliquam ex eis compresserit post promissionem: ejus enim maritus censendus est, eamq; ducere cogetur. *Hostiens. & Abbas in c. ex literis 2. de sponsalib. Covaruvias 1. parte cap. 4. num. 17.* ea sponsalia incerta nominat eamq; communem esse opinionem scribit. Atq; ab his non multum discrepat Lacedæmoniorum † institutum, quod ejusmodi fuit:
2 ut adolescentes ingenui decem vel plures cum totidem puellis in ædibus obscuris conclusi, virginem quam quisq; nactus esset accipere & quidem etiam indotatam domum ducere cogebatur. Quam autem quisquis nactus erat, ineq; recusare, neq; mutare licitum fuit. Itaq; Ephori (judices hi erant apud Lacedæmonios primi) Lysandrum mulctarunt quod eam, quæ illi obtigisset, repudiasset ut pulchriorem haberet. *Athenæus lib. 3. & ex eo Scaliger Poetices lib. 3. cap. 101.* Quæ quidem consuetudo rationi est consentanea. Nam si quis eo animo se includi patitur, ut unam ex multis puellis (quæ & ipsæ ea intentione concluduntur) quam sors obtulerit, ducere velit, meritò eam, quæ obtigerit retinere & ducere debet Similis extat apud *Herodotum lib. 1.* Lex Babyloniorum conjugalis de virginibus, quæ vendi solitæ fuerunt.

§. 27. SUMMARIA.

1 *Quid si omnes puellæ consenserint & ei nubere velint, qui promisit se ex tribus aut pluribus unam ducturum.*

2 *Promissio incerta & in genere facta non constituit sponsalia aut matrimonium.*

1 SEd quid † si omnes puellæ consenserint & ei nubere velint, qui promisit se ex tribus aut pluribus unam ducturum? Respondendum: in viri esse optione, quam velit, nisi unam ex iis compresserit. Nam eam retinere cogendus est, quod rebus ipsis & factis consenserit, *c. dilecte. c. nostrum. de appellat. & ibi Hostiens. Angelus in summa num. 22. in verbo matrimonium.* Id autem tum demum verum esse censent, si eam compresserit, antequam aliud matrimonium contraheret.

haret. Nam si post eam promissionem alii fidem dederit; promissio generalis evanescit, neq; matrimonium constituit. Idq; † quod promissio incerta, & in genere facta non constituat sponsalia aut matrimonium, nisi ambo ita carnaliter convenissent, eaq; intentione ut matrimonium consummare vellent. a

CAPUT V.

§. 1. Nuptias seu matrimonium in multis à sponsalibus differre, & *primum* ratione temporis.

§. 2. Geminatum consensum requiri ad verum & perfectum matrimonium.

§. 3. Initium conjugii vel matrimonii ex eo tempore veteres statuerunt, ex quo sponsa mancipata accepta & possessa esset, vel ex quo nuptiis contractis conjuges in mutuam cohabitationem consensissent & unà vivere cæpissent. Ex eo etiam tempore virum maritum, mulierem uxorem dictam. Ante verò sponsum & sponsam.

§. 4. Apud omnes gentes semper diem dictum fuisse nuptiis festivitate & convivio celebrem: quod matrimonia firmiter stabilire, & non tantùm verbis, sed rebus ipsis & factis declarare oporteat.

§. 5. Apud veteres domum deductione opus fuisse ut ratum esset matrimonium, & quibus ritibus illa peracta sit.

§. 6. Posteriores Imperatores absq; benedictione matrimonium nullum ratum esse voluisse.

§. 7. Ad perfectionem matrimonii non requiri concubitum.

§. 8. Theologos etiam sponsalia à nuptiis, sponsos à maritis, & sponsas ab uxoribus distinguere.

§. 9. Refutantur argumenta eorum, qui consensu solo in sponsalibus expresso, hoc est, absq; traditione, acceptione, possessione & benedictione verum & consummatum matrimonium constitui existimant.

§. 10. *Secunda* differentia explicatur, quod uxor χάειν marito debeat: sponsa non debeat.

§. 11. *Tertia* differentia, quod uxor ad individuam vitæ consuetudinem teneatur: sponsa non.

§. 12. *Quarta* differentia, quod uxor sit in dominio & potestate viri, sponsa non sit.

§. 13. *Quinta*, quod uxor possideatur à marito, sponsa non possideatur.

§. 14. *Sexta*: quod uxori incumbat administratio rei familiaris, sponsæ minime.

§. 15. *Septima*: uxorem mutare domicilium, sponsam non mutare.

§. 16. Alia differentia ex Jurisprudentia Hebræorum.

§. 17. *Octava*: uxorem cogi sequi peregrinantem maritum, sponsam non teneri.

§. 18. Sponsalia esse fundamentum matrimonii, non matrimonium.

§. 19. Patrem posse dissoluere sponsalia filiæ, non matrimonium.

§. 20. Uxoris esse maritum lugere, at sponsam sponsum non lugere.

§. 21. Alteri desponsam, alteri nuptam infamem esse.

§. 22. Ma-

§. 22. Matrimonium esse conjunctionem maris & fœminæ: sponsalia tantùm promissiones de futura conjunctione.

§. 23. Sponsalia esse spem matrimonii, vel nuptias speratas.

§. 24. Gravius puniri eum, qui incestas nuptias contrahit, quàm qui sponsalia contrahit.

§. 25. Sponsalibus publicam honestatem, nuptiis affinitatem contrahi.

§. 26. Sponsam vitam monasticam eligere posse: uxorem non posse.

§. 27. Sponsalia inter absentes contrahi posse: matrimonium non posse.

§. 28. Sponsalia & nuptias ratione ætatis differre.

§. 29. Furore dissolui sponsalia non matrimonium.

§. 30. Sponsas habitu & vestitu à nuptis distingui.

§. 31. Sponsalia sub conditione contrahi posse, nuptias non posse.

§. 32. Sponsalia & nuptias apud omnes gentes nominibus & appellationibus peculiaribus distinctas esse.

§. 34. Inter sponsalia & nuptias esse κοινωνὰς, hoc est, in plerisq; convenire.

§. 35. An statutum de lucranda hæreditate marito, vel uxori competens, ad sponsum & sponsam porrigatur & extendatur.

§. 36. Matrimonium benedictione & traditione perficitur, in sponsalibus traditio non fit, sed promissio tantùm.

§. 37. Quibus rebus matrimonium vel conjugalis contractus à reliquis obligationibus differat.

Sed priusquam ad alia progrediamur, operæpecium est hoc loco despicere, quibus rebus sponsalia à nuptiis differant, & in quibus cõveniant. Nam nisi id recte explicetur, in summo errore necesse est judices, atq; in maximarum rerum ignoratione versari. Duos à veteribus actus, tractatus, conventiones seu gradus in matrimonio constitutos diximus, quibus conjugii consummatio fieret. Eosq; gradus non tantùm in Ecclesia, sed & apud Ethnicos observatos. Et unicuiq; actui peculiare nomen tributum esse, primo sponsaliorum, posteriori autem nuptiarum seu matrimonii. Qua in re à reliquis contractus hic conjugalis differt, sed & ipsum argumento est, multum inter sponsalia & nuptias interesse. Quid enim sibi volunt appellationes unius conventionis diversæ & distinctæ, si res ipsæ inter se distinctæ & diversę non sint?

§. 1. Summaria.

1 *Sponsalia & matrimonium differunt ratione temporis.*
2 *Aliud est nuptias contrahere, aliud ad nuptias contrahendas sese obligare.*
3 *Aliud promittere aliud facere.*
4 *Regula, Consensus nuptias facit non concubitus, explicatur.*
5 *Sponsalitius consensus & nuptialis fine differunt.*

1 PRimò itaq; † inter sese differunt sponsalia & matrimonium ratione temporis, quod sponsalia sunt repromissiones futurarum nuptiarum, quibuscunq; ea verbis concipiantur. Matrimonium autem consensus constituit, nuptiis præsentibus adhibitus, qui consensus cohabitationis, & individuam vitæ consuetudinem retinendi appellatur. *Justinian. Novell. 18. & 22.* τὸν γάμον ἡ τῶν συνοικούντων ἀμοιβαία διάθεσις ποιεῖ: Nuptias mutua cohabitantium affectio constituit. *Augustinus de conjugio Josephi & Mariæ c. Beata Maria 27. quæst.* 2. Consensus cohabitandi & individuam consuetudinem retinendi, eos conjuges fecit. Quo facit illud Jureconsulti. Aliud est nuptias † contrahere: aliud ad nuptias contrahendas sese obligare *l. si pœnam*

2 *de verb.*

de verb. obligationib. Nam consensus in sponsalibus est pactionis de futuro conjugio: in nuptiis verò de præsenti. Itaq; recte dicitur: Sponsalia esse promissiones de accipienda uxore. Conjugiũ verò seu nuptias, quibus uxor accipitur, & verba ad rem conferuntur, h. e. promissio prius facta, verbis, rebus ipsis & factis ratificatur. Longe enim aliud † est promittere quàm facere. Ita longe differunt nuptiæ promissæ, à nuptiis consummatis & factis. Itaq; etsi quis verbò accipio utatur sibi despondens mulierem, sponsalia tantùm contraxisse dicitur, nisi statim mulierem accipiat, & traditã possideat. Sed hic occurritur nobis & quidem communi calculo Interpretũ recepta sententia, quod sponsalia de præsenti matrimonium constituant, & sub dictione matrimonii contineantur, & eandem cum nuptiis vim habeant; juxta Regulam lippis & tonsoribus notam: Consensus † facit nuptias, non concubitus. Quæ regula Ulpiani è jure civili in jus Canonicum relata. Unde colligunt, solam promissionem verbis præsentibus de matrimonio factã, matrimoniũ ipso momento constituere, etiamsi mulier biennio aut triennio nõ tradatur viro aut cohabitet: Sed his respondere facile est. Regulam Ulpiani intelligendam esse non de promissione, quæ fit in sponsalibus, ubi nuptias futuras quis promittit, sed de consensu conjugali, h.e. mariti promittentis & consentientis nuptiis præsentibus, accipientisq; in uxorem copulatam & traditam, & ex eo tempore possidentis. Quò spectant verba Mariæ *apud Andream Hierosolymitanũ quæ suprà enumeravimus* ἄπαρ & τυγχάνω γάμου Conjugii expers sum. Desponsa enim non nupta sum. Sponsum solum ac maritum Josephum non agnosco. Itaq; & distincta sunt vocabula ἀνηρ & γαμετη. Sed & fine differunt † sponsalitius consensus, & nuptialis vel matrimonialis. Quamvis enim nudo consensu tùm sponsalia quàm matrimonium contrahitur, tamen diversum finẽ spectant contrahentes, & diversa animi intentione consentiunt. Nam qui sponsalia contrahit, non hoc agit, ut statim maritus fieri & matrimoniũ consummare velit, sed ut sponsus fiat, hoc est, sponsalia constituat, quæ postea intervallo temporis matrimonium vel nuptiæ sequantur. At qui matrimonio vel nuptiis consentit, eo ipso momento maritus fieri vult, & eo animo & destinatione consentit ut fit matrimonium. Itaq; recte dici existimo, in sponsalib. intervenire cõsensum, ea intentione, & ad hunc finem, nõ ut statim nuptiæ constituantur.

tuatur sed sponsalia & ut sint sponsalia. In matrimonio interponi cōsensum ea intentione & proposito, ut matrimonium statim sit. Idq; quod ut diximus in sponsalibus & nuptiis interponatur consensus, sed ad diversum finem & diversa animi destinatione. Unde efficitur alium esse sponsalem consensum alium maritalem. Vel ut Jureconsultus loquitur, aliam affectionem sponsalitiam aliam maritalem. Eamq; in hac quæstione de nuptiis distinctionem attendendam. Ideo recte J.C. consensus cohabitandi & individuam vitæ consuetudinem retinendi facit conjugium. Quod & ex Augustino suprà notavimus. Item non coitus marrimonium facit, sed maritalis affectio *l. 32. cum hic. §. si mulier. de ritu nuptiarum. & l. donatio. de donationib. l. si cui de condition. & demonstr.* Item γάμων διάθεσις ἀμοιβαία ποιεῖ. *Novell. 22.* id est, Matrimonium mutua constituit affectio simul ac semel coiit matrimonium, hoc est, nuda conjugalis affectio. Et *Novella 117.* matrimonium dicitur contrahi μόνῃ διαθέσει, Item ψυλῇ διαθέσει, hoc est, sola & nuda affectione.

Consensus autem promittentis futuras nuptias matrimonium non facit. Ideoq; omnes promissiones sive de præsenti sive de futuro sint, quæ ante nuptias fiunt, matrimonium proprie loquendo nunquā constituunt, ut quæ solummodò futuras nuptias respiciunt, etiamsi saltem exiguo temporis spatio nuptias antecedant.

§. 2. SUMMARIA.

1 *An diversus sit consensus sponsaliorum nimirum & nuptiarum.*
2 *Apud Hebræos etiam geminatus consensus requiritur.*
3 *Consensus in nuptiis geminatur.*
4 *Solis verbis in sponsalibus expressu matrimonium non constituitur.*
5 *Conditio nubendi quando impleta.*

1 ERgò, inquiet aliquis, † geminatum & diversum consensum constituis, sponsaliorum nimirum & nuptiarum? Ita res est fateor, & quos ea in re sequor, *Julianum & Paulum* Jureconsultos & *Nicolaum Pontificem* auctores habeo, qui consensum nuptiarum à sponsaliorum consensu distinguunt. Item inter sponsalia fœdera & nuptialia fœdera Julianus *l. 11. de sponsalibus.* Sponsalia, *inquit*, sicut nuptiæ consensu contrahentium fiunt, & ideo sicut nuptiis ita sponsalibus filiamfamilias consentire. *Paulus l. 7. eod. T.* In sponsalibus, inquit, consensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideratur.

Nico-

Nicolaus Pontifex C.thone noſtrates 30. q. 2. &c. cum ſocietas. Idem ex Juriſprudentia Hebræorum colligitur, qui tradunt duo inſtrumenta in contractu conjugali conficienda eſſe, ſponſalium ſcilicet & acceptionis, hoc eſt, quando ſponſa traditur & accipitur. Quò ſpectant verba [*Ein chothin ſchetabr aeruſſin veniſchnin ello medaath ſchuehem.*] *Id eſt, non ſcribunt ſchedam ſponſalium & acceptionis, niſi de utriuſq; conjugũ voluntate. Qua de re ſuprà* Quæ ſatis † arguunt, etiam apud Hebræos geminatum conſenſum requiri, ſponſalium nimirum & acceptionis. Eoq; ſpectant verba Philonis: Sponſalia non minus quàm nuptiæ valent, quando in ſolenni amicorum conventu ſponſi & ſponſæ nomina inſcribuntur tabulis. Loquitur de [*Schtabr aeruſſin*] 2

Et ne quis putet † hæc in deſuetudinem abiiſſe, adhuc apud omnes totius Chriſtianitatis gentes obtinet, ut primum puella deſponſata conſentiat: deinde nuptiis ſubſecutis coram tota Eccleſia copulanda rurſus geminet, ratificet conſenſum prius in ſponſalibus expreſſum. Quæ geminatio firmitatem propoſiti & voluntatis arguit. *Eberhard. in loco à vi geminatio.* & conſenſum vel fœdus maritale conſtituit. Quò ſpectat illud *Arnobii.* Uxores Dii habent, atq; in conjugalia fœdera veniunt conditionibus ante quæſitis. Uſu farre coemptione genialis lectuli ſacramenta conducunt. [Habent ſperatas, habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas. Et *Tertullianus* diſtinguit inter fœdus ſponſale & nuptiale *lib. de Idolatria.* Neq; annulus (in ſponſalibus adhibitus) neq; conjunctio maritalis de alicujus Idoli honore deſcendit. Item conjugalia copulatis conſortia, non futura eſſe credentes caſta, & officioſi fœderis in maritos? *lib. 2.* Ex 3

quibus efficitur, ſolis verbis in † ſponſalibus expreſſis matrimonium non conſtitui, ſed conſenſu rebus ipſis & factis ſubſequentibus expreſſo, hoc eſt, traditione & copulatione, quæ fit in nuptiis acceptione voluntaria & cohabitatione ſubſecuta. Quæ facti ſunt. Unde recte *Bonaventura* de conſenſu ſponſalium loquens. Conſenſus eſt, *inquit*, cauſa matrimonii, ſed non tota. Item, conſenſus de nuptiis eſt cauſa, ut fiat matrimonium, non ut ſit, *diſtinctione 28 lib. 4 ſententiarum.* Quod autem Regula *Ulpiani*, conſenſus facit nuptias, de conſenſu qui in nuptiis interponitur intelligenda ſit, *Ulpianus* ejus auctor teſtis eſt locupletiſſimus & interpres, *in l. cum fuerit. de conditio. & demonſtrat.* Conditionem nubendi † tunc impletam eſſe, cum uxor ducta fuerit, 5

quam-

quamvis nondum in cubiculum mariti pervenerit. Idem tradit *Harmenopol. lib. 3. T. 4. in scholio.* Aliud autem est verbis promittere conjugium, quibuscunq; tandem id verbis fiat, aliud uxorem ducere, hoc est, uxorem sua voluntate copulatam & traditam & consentientem accipere, abducere & possidere. Quod facti est, & fit in nuptiis, ubi in unam domum conveniunt, & ind viduam vitæ consuetudinem inchoant, quod promissione non fit, sed consensu promissionem implente, & verba ad rem conferente: qui conjugalis consensus dicitur. Itaq; Græci hanc regulam his verbis expresserunt. Consensus conjugalis facit matrimonium. *Harmenop. lib. 3 T. 4.* Item nuptias non illud constituit, quod vir cum muliere consuetudinem habet, sed quod inter eos, qui congressuri sunt, de connubio convenerit, &c. quod fit in nuptiis. Confirmatur hæc nostra interpretatio *canone sufficiat 27. q. 2.* cujus summa est: sufficere solum secundùm leges consensum: qui solus si fortè in nuptiis defuerit, cætera etiam cum coitu celebrata frustrantur. Verba, in nuptiis, quæ apud Magistrum sententiarum extant, arguunt eum de consensu ducentis uxorem (quod in nuptiis fit) loqui, & non de eo, qui nuptias futuras promittit. Item verbum conjunctionis idem arguit. Deinde verba, cum ipso coitu, ostendunt, eum non desponsalibus loqui, sed de nuptiis, ubi in unum corpus coalescunt conjuges. Nam ante nuptias abstinere sponsus à sponsa debet, ut postea latè explicabitur. Itaq; verbà *Nicolai Pontificis in d c. sufficit*, periphrastice exprimunt. Et ita accipiendum existimo dictum *Chrysostomi Homilia 33.* Verum esse matrimonium verasq; nuptias ex conjugali consensu.

§. 3. SUMMARIA.

1 *A quo tempore veteres initium conjugii præscripserint.*
2 *Romani accurate notarunt non tantùm annos matrimonii sed & menses & dies, & sepulchris inscripserunt.*
3 *Epitaphium quod Clusii reperitur.*
4 *Verba, in matrimonio fuisse quomodo accipienda.*
5 *Epitaphium Romæ extans.*
6 *Epitaphium aliud.*
7 *Epitaphium aliud.*

8 *Epitaphium aliud Mediolani extans.*
9 *Initium conjugii ex quo tempore fuerit.*
10 *Mos Turcarum.*
11 *Omnes fœminæ in Africa gestant femoralia.*
12 *Aquam & ignem accipiebant nuptæ.*
13 *Die nuptiarum sponsa nova nupta dici cœpta est.*
14 *Matrona à die nuptiarum nominabatur ea, quæ in matrimonium cum viro convenisset.*
15 *Materfamilias quæ dicebatur.*
16 *Juglandes unde dicti.*
17 *Post matrimonium una mariti & uxoris domus dicitur.*
18 *Respondet auctor ad objecta.*
19 *Apud Hæbræos sub Chuppa jungebantur sponsus & sponsa.*
20 *Mos Christianorum, qui in copulatione observatur.*
21 *Quibus modis probetur matrimonium contractum esse.*
22 *Virum debet lugere quæ adhuc integra est à viro.*

SEd ut hæc rectius intelligantur, tempus † definiendum 1
est, à quo veteres initium conjugii præscripserunt, & inter conjuges matrimonium esse definierunt, quod id hactenus nondum satis explicatum fuit. Id autem non ex eo die, quo sponsalia contraherentur, hoc est, verbis promissio fieret, sed ex quo sponsæ in nuptiis traditæ, ductæ & mancipatæ in mutuam habitationem consensissent, & sociatæ unà maritali affectione vivere cæpissent, & possessæ essent, præfinierunt & æstimarunt. Idq; populum Dei observasse innuunt verba Lucæ de Anna Prophetissa filia Phanuelis. Hæc, inquit, provectæ erat ætatis & vixerat cum marito annos septem à virginitate, quæ eadem vidua erat annorum octoginta quatuor, *cap.* 3 Romani verò † tam accurate notarunt, ut non tantùm annos matrimonii, 2
sed & menses & dies observarint & sepulchris inscribi curarint. Cujus rei testes sunt reliquiæ antiquitatum & monumenta, quæ in Italia extant, quorum pleraq; nos Romæ, Mediolani, aliisq; in locis vidimus. Quale est hoc, quod Clusii reperitur.

D. M. † hoc est, Diis manibus Steniæ Veneriæ, C. Stenius Aulax uxori sanctissimæ fecit. Fuit in matrimonio ejus annos quinq; 3
mensibus VI. Diebus IV. vixit annos XXVII. Hic sita est. Verba, in matrimonio fuisse, accipienda sunt de tempore, † ex quo uxor tradi- 4

ta in matrimonium conveniſſet, & cum marito vivere cœpiſſet. Idq; arguunt alia id genus Epitaphia urnis inſculpta. Cujuſmodi eſt † 5 quod Romæ in Eccleſia S. Apoſtolorum extat his verbis.

D. M. Luſiæ Gaphyræ vixit annis XXXIIX. Ti. Claudius Fauſtus conjugi optimæ & benè de ſe meritæ, cum qua vixit annos XIIX. Menſ. I. Diebus XXIV. ſine ulla querela, fecit & ſibi.

Aliud.

6 Fla. Auguſt. † Lib. Helpidi Candidianæ, Quæ cum vixit Dea & ſanctiſſima dicta eſt. Caliſtus Aug. Liber. Higimanus conjugi chariſſimæ: cum qua vixit bene annis. L. & Ulpia Calliſtæ filia matri pientiſſimæ libertis libertabusq; poſteris eorum H. M. H. N. S.

Aliud.

7 D. M. Diſcordia Lemnadio † conjugi, qui vixit annos LX. & dies XII. bene merenti, cum quo vixit annos XXXII. & menſes II.

8 *Et quod † Mediolani extat.*

Oppiæ C. F. Veræ Claudius Severus maritus con. ſanctiſſimæ, caſtæ, incomparabili, cum qua vixit annos XVIII. Menſes VII. Dies XXVI. Ipſa autem vixit annis XXXI. D. II.

Aliud Brixiæ.

C. Silenus C. F. Serenianus Annienſis omnibus muneribus municipalibus perfunctus & Carbonacæ C. F. verè conjugi incomparabili, quæ mecum vixit annis XXVIII. Menſes XI. Dies XXVII. V. F. id eſt, vivens fecit.

In ſuburbio Reatino.

Aſclepides Valeriæ Sabiniæ conjugi benè merenti, animæ innocenti: quæ vixit mecum A. XXV. M. III. D. X. monumentum feci.

Jaderæ in Dalmatia.

Bonæ memoriæ caſtiſſimæ conjugi Mediæ Prociliæ Munic. Dionyſius ſpeculator maritus, cum qua vixit Annos XXII. Ipſa autem vixit annis XXXVII.

Quod & Chriſtiani factitarunt, quemadmodum & monumento quodam, quod in inſula Segeſtata exſtare ſcribit *Lazius, colligitur, lib. 12. comment ſect. 5.* Huic arrhæ ineſt Severilla famula, quæ cum viro ſuo vixit annis novem continuis, cujus poſt obitum Marcellianus hanc.

Digitized by Google

hanc ſedem videtur collocaſſe maritus. Et multa aliâ id genus à nobis monumenta afferri poſſent, quæ alibi extant. Sed hæc ad confirmandam noſtram ſententiam ſufficere videntur. Sed ad tempus matrimonii definiendum facit, quod initium conjugii ex eo tempore fuiſſe tradit Sex. Pompejus, quo cingulum ſeu Zonam ſolvebat maritus, his verbis: Cinxiæ Junonis nomen ſanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii ſolutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta. Cingulo autem nova nupta cingebatur, quod vir in lecto ſoluebat, textum id ex ovis lana ut Sextus Pomponius ſcribit, ſicut in glomis ſublata, conjuncta inter ſe ſit, ita maritus & uxor inter ſe conjuncti devinctiq; eſſent. *Blond. lib 8. Roma triumph.* Cingulum id nodo Herculano vir ominis gratia ſoluebat, ut tam felix in liberis ſuſcipiendis eſſet, quàm fuit Hercules, qui LXX. reliquit. Hoc autem cingulo ſeu faſcia genitalia ſuccincta erant puellæ, quamdiu virgines erant, geſtabant, & uſq; in diem matrimonii tam apud Græcos, quàm Romanos. Quo ſpectat illud *Homeri Odyſſ. lib. 10. de Tyro virgine à Neptuno compreſſa.*

Λύσε δ' παρθενίην ζώνην κατὰ δ' ἔπνον ἐλεύσειν.

Et λυσίζωνος γυνὴ id mulier ſoluta Zona, id eſt, quæ cum viro concubuit. Nam virgines nupturæ Zonas virginales Dianæ dicabant *Pauſanias lib. 2.* æthram inſtituiſſe refert, ut Trezeniorum virgines ante nuptias Zonam Apaturiæ Minervæ dicarent *Plutarch in Lycurgo.* Sponſus non ebrius, ſed ſobrius ingreſſus ad eam Zonam ſoluit. *Ovidius.*

Cum mea virginitas avibus libata ſiniſtris.
Caſtaq; fallaci Zona recincta manu.

Verba ſunt Phyllidis ad Demophoontem. *Martialis.* Qui Zonam ſoluit diu ligatam. *Catullus.* Tibi virgines zonula ſoluunt ſinus. Atq; hunc morem uſq; ad Honorii tempora perductum eſſe exiſtimant. Nam legimus S. Alexium Chriſtianum cum fugam adornaret novæ ſponſæ baltheum inſigne pudicitiæ tantiſper dum rediret tradidiſſe. *Volaterranus Philologiæ lib. 30. Vives* uſq; ad caſum imperii duraſſe ſcribit *in commentar. de civitate Dei lib. 6. cap 9.* Græci ceſton appellant cingulum & Veneri † attribuunt, quo ſexum utrumq; devincit. Ejus moris adhuc apud Turcas veſtigia reliqua ſunt, & apud Afros. Nam maritus femoralia ſoluere cogitur in nuptiis, ut Po-

ut Postellus & alii referunt: gestant autem † fœminæ omnes femoralia
11 in Africa. Et his fascijs in Hispania adhuc virgines uti *scribit Vives*. Huc facit, quod & ante concubitum uxor aqua & igne accipiebatur. Idq; Romuli inventum esse prodidit *Dionysius Halica lib.* 2. Eas in matrimonium dedit ritu cujusq; patrio, ignis & aquæ societatem inter eos pactus; qui mos durat usq; ad nostra tempora. Quod & ipso nuptiarum die fiebat, & ex eo conjux censebatur tempore: Rationem adferunt hanc, quod hæ duæ res maximè vitam continent. *Sex. Pomponius*. Unde *Ovidius*:

At quod in his vitæ causa est hæc perdidit exul,
Hic nova fit conjux hæc duo magna putant.

Alii alias adferunt *ut Varro l. b. 4. & Plutarchus in quæstionibus his verbis*: Cur nubentem attingere ignem & aquam jubent? Utrum, quod horum inter se elementa & principia, hæc fœmina, ille mas sit, atq; ille motus exordium infundat, hæc subjecti & materiæ vim? An, quia aqua purgat & ignis expiat? Debet autem munda & sancta, quæ nupta est, permanere. An quoniã sicut ignis sine humido exsuccus & aridus est? Sterilis autem & exilis sine igne aqua; perinde mas imbecillis & fœmina seorsim; sed amborum congressus præstat vitæ contubernium: quod non deferendum, sed in consortium veniendum omnis fortunæ, etiamsi nihil boni inter se, nisi ignem & aquam collaturi sint? Ratio Christiano homine digna; cujus adhuc vestigia in Pandectis reliqua sunt *l. penult. de donat. inter vir. & uxorem*. Die, *inquit*, nuptiarum, priusquam ad virum transiret & priusquam aqua & igni acciperetur, id est, nuptiæ celebrarentur. *Varro* aqua & igni mariti uxores accipiebant, *quæ verba à Servio citantur 4. Aeneid. ad illum versum*.

Fulsere ignes & conscius æther
Conjugii.

Idem tradit *Festus* his verbis. Sed & aquam & ignem accipie-
12 bant nuptæ, quia hæ res † maximè vitam humanam continent. Quò facit illud *Lactantii lib. 2. c. 36*. A veteribus institutum est, ut sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciantur, quod fœtus animantium calore & humore reparentur & ad vitam animentur. Sed & *Ovidius in Fastis* alium adducit morem, conjugii initium demonstrantem, his verbis.

Ne pi-

Ne pigeat tritum niveo cum lacte papaver
Sumere, & exceptis mella liquata favis.
Quamprimum cupido Venus eſt deducta marito,
Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit.

Quod & ipſum die nuptiarum fiebat, pro quibus, *ut refert Volaterranus*, Romæ nunc mel deguſtandum præbent *lib. 30. Philoto.* Ex eo autem tempore, quo conveniſſent vir & mulier, matrimonium appellatum fuit. Quò ſpectant verba *Narciſci* Claudium Cæſarem alloquentis, cum Cæſaris uxor eo abſente Silio nupſerat & nuptias celebraverat. Matrimonium Silii vidit populus & Senatus & miles, ac vi propere agis tenet urbem maritus. *Tacitus lib. 11.* Item ex eo tempore maritus & uxor nominabantur. Idq; *ex Auſonii* Epigrammate colligitur ad uxorem, quibus innuit, ſe tunc primum mariti & uxoris nomen adeptos, cum unà vivere capiſſent.

Uxor vivamus quod viximus, & teneamus
Nomina, quæ primo ſuuſpſimus in thalamo.

Et *in l. non ſine §. germanus C. de bon. quæ lib* Mariti, inquit, nomen illi ſoli convenit qui nuptias contraxit. Item: Significatione nominis maritus vel uxor poſt matrimonium cæptum intelligitur. Huc ſpectat illud *Livii lib. 6. de bello Macedon.* Novus maritus veluti ſaginatus nuptialibus canis, ad pugnam proceſſit. *Et Ovidius* conjugii primam noctem appellat, qua conjuges in lecto collocantur, *Epigrammate in Ibin.*

Sit tibi conjugii nox prima noviſſima vitæ,
Eupolis ut periit & nova nupta modo.

Loquitur autem de Eupoli filio Niciæ qui prima nocte ruina thalami oppreſſus unà cum ſponſa interiit. Quò ſpectat illud *Apuleii lib. 5. de aureo Aſino.* Jamq; aderat ignobilis maritus & thorum conſcenderat & uxorem ſibi Pſychen fecerat. Et illud *Taciti de Agrippina lib. 12.* Prævaluere hæc Agrippinæ illecebris. Ad eum ſcil. Claudium ſpecie neceſſitudinis crebro venditando pellicit patruum, ut prælata cæteris & nondum uxor potentia uxoria uteretur. Nam ubi fuit matrimonii certa, ſtruere majora. Unde colligitur, eam fuiſſe certam matrimonii, propter ſponſalia, non tamen uxorem fuiſſe. Ad eum autem diem, quo mulier viro jungeretur, ſponſum & ſponſas nominatas fuiſſe, & pro iis habendos eſſe oſtendunt bonorum autorum

teſtimonia. *Apud Livium lib 6. Decade 2.* de Scipione. Inter cætera accepit eam deſponſatam Principi Celtibrorum adoleſcenti, cui Lucejo nomen erat. *& paulo poſt.* Quum ſponſa tua vocata à militibus noſtris ad te deducta eſſet. Item Veniam mihi dari ſponſam amantius amanti vellem, tuo, cujus ſponſa eſt, faveo. Idq; expreſſe ſtatuit *Imperator l. cum in te. de donationibus*, ubi dicitur, ut ſiquidem die nuptiarum facta ſit donatio, in ædibus ſponſæ in ſponſam factam videri: ſin in viri ædibus, in nuptam. Jam enim ab eo tempore nupta & non ſponſa eſſe videtur mulier. Quam legem in ſuam Epitomen retulit *Harmenopol. lib. 4. T de ſponſal. donatio.* Et ſponſum definit eum Ulpia-
13 nus qui nondum eſt maritus *l. 1. pro doto.* Die autem † nuptiarum ſponſa nova nupta dici cœpta eſt, vel ea nocte, *ut ait Feſtus*, qua deducta eſt. Ut & novus maritus poſtridie nuptias in verbo Rapi ſolet. Et id teſtantur *Ovidii* verſus.

Eupolis ut periit & nova nupta modo,

Et *Martianus Capella in Hymenæo.*

Heſperus intactam ſervet licet uſq; puellam,
Nuptam videbis Phoſphore.
& paulo poſt.
Aurora exoriens roſeis ſpectabit ocellis
Floris reſecti præmia.

Et Varro lib. 2. de vita pop. Romani ut eſt apud Novium. Cum à nova nupta ignis in face adferretur foco ædilis ſumptus. Et poſtridie nuptiarum, nova nupta libertatem auſpicans uxoriam in domo mariti rem divinam faciebat. *Macrob, lib. 1. c. 15.* Et dies tertius ſive repotia erat initium novæ nuptæ Juris, quod in familia eſſet habitura. *Scaliger lib 3. Poetices cap. 101. Et Macrobius eodem cap.* Primus dies verecundiæ datur, poſtridie autem novam nuptam in domo mariti & dominium adipiſci.

14 Sed & matrona à die nuptiarum † nominabatur ea, quæ in matrimonium cum viro conveniſſet quoad in eo matrimonio maneat, etiamſi liberi nulli nati eſſent, dictamq; eſſe ita à matris nomine non adepto jam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo. Matrem familias
15 † autem appellatam eam, quæ eſſet in mariti manu mancipioq;, aut in ejus vi, cujus maritus manu mancipioq; eſſet. *Gellius lib. 18 cap. 6. Et Servius lib. 11. Aeneid. Varro teſte Servio ad verſum Virgilii Eclogæ 4.*

Sparge

Digitized by Google

Sparge marite nuces tibi deserit Hesperus Oetam.

Spargendarum nucum eam rationem putabat, ut Jovis omine matrimonium celebraretur, ut nova nupta matrona esset finit Juno. Nam † nuces in tutela erant Jovis. Unde & Juglandes vocati quasi 16
Jovis glandes *Isidorus libro 17. cap. 7.* Nam uxorum duæ erant formæ una matrumfamilias, hæ sunt quæ in manum convenerunt. Altera earum quæ tantummodo uxores habentur. *Cicero in Topicis* Convenire in matrimonium, ego accipio in unam domum convenire, *ut Plutarchus in Symposio. lib. 4. cap. 3 scribit δύειν λέγειν εἰς τὸ αὐτὸ συνιόντων*, id est, duabus domibus in unam coeuntib. *Arnob. lib* 2 Cum in matrimonio convenitis toga sternitis lectulos & maritorum genios advocatis Quod *συνελθεῖν* vocat Matthæus Evangelista *cap. 1.* Antequam convenissent, scilicet in eandem domum. Id est, [*Ad lo*] id est, antequam sociarentur & [*משתתפו*] nuptiis factis eam Joseph domum suam duceret, à verbo [*Schtaf*] id est, sociavit communicavit, commercium habuit, quod in textu Syriaco extat. Nam desponsa erat Maria, sed à Josepho nondum domum ducta. Et post † matrimoniũ 17
una mariti & uxoris domus dicitur *l exigere de judiciis. l cum quadam. de jurisdict. omn. judic.* Ideoq; post id tempus mulier virgo non amplius dicitur, cum viro conjuncta sit, etiamsi adhuc à marito integra sit. Nam virgo non dicitur, quæ viro conjuncta est. Cicero interrogatus, cur senex virginem duxisset? Cras, inquit, mulier erit. *Macrobius Epiphanius contra hæreses lib. 1. Theodoret. in Hieremiam. cap. 18.* Quo spectat illud Plauti, *in Dyscolo.* Virgo sum, non didici verba nupta dicere. Nupta verba dicebantur, quæ virginem dicere non decebat. *Festus.* Quamvis fieri possit ut aliqua virgo de dote habeat actionem, veluti si nupta & à viro integra maritum absentem amiserit. Denique; *l. 6. & l. seq. de ritu nupt.* Non † enim concubitus facit matrimonium, sed 18
consensus.

Sed objiciat aliquis: Si solus consensus matrimonium constituit, neq; traditione neq; nuptiarum festivitate, neq; domum deductione, aquæ & ignis acceptione, neq; benedictione aliisq; actibus, qui intervenire solent & hodie interponuntur, opus esse? Respondeo; solum consensum, qui matrimonio interponitur, matrimonium quidem constituere: illum autem non verbis tantùm, sed rebus ipsis & factis palam declarandum & exprimen-

Digitized by Google

primendum esse, ut de eo certò constare, & si opus sit, doceri & probari possit eum interpositum esse, & apud omnes gentes id obtinuisse & adhuc obtinere & frequentatum esse, bonorum autorum scripta ostendunt. Apud Romanos *ut Arnobius & alii testantur* uxor in conjugalia fœdera veniebat conditionibus ante quæsitis uso farre, & coemptione: quando per coemptionem fiebat matrimonium, vir post sponsalia facta rogabat, an mulier sibi materfamilias esse vellet: & illa respondebat, velle: & mulier vicissim interrogabat virum; num vir sibi paterfamilias esse vellet? & ille respondebat velle.

Item, quod mulier, quæ coemptionem faciebat ubi in viri domum ingrederetur dicere solebat; ubi tu Cajus ego Caja, *teste Plutarcho*, illisq; verbis pacisebatur æquale cum viro dominium & par imperium domi: unde efficitur, conjugalem illum consensum in matrimonio illo quod coemptione frequentabatur, verbis expressis interpositum esse.

Consensum autem illis verbis expressum non sufficere existimabant, ea de causa majoris firmitatis causa rebus ipsis & factis voluntatem exprimendam sentiebant in matrimonio farracio, quod simul edebant panem & aquam, & eo ipso testatum faciebant: se in mutuam consuetudinem, cohabitationem & victum, etiamsi pane & aqua vivendum esset, consentire. Quod matrimonii genus à Romulo institutum fuit, *authore Dionys. Halicar.* eoq; diu Romæ non sunt usi. *Tacitus lib. 4.* & tandem inter solos Pontifices retentum fuit. Ita Sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciebantur: *ut Lactantius loquitur*, quando aqua & igni nova nupta accipiebatur. Quod & ipsum die nuptiarum fiebat, ut paulò post demonstrabimus. Item quod puella sua voluntate viro daretur, traderetur, à viro acciperetur, duceretur, & ex eo tempore possideretur, quò spectant versus Claudiani:

Quid jungere differt
Quam pepigit.

Item:

Et mihi quam verbis desponderat ante puellam
Conjugis ipsius pronuba dextra daret.

Nam ducere, nubere, dare, tradere, facti sunt, & solis verbis non expediuntur, quò facit illud Lucani:

Jungun-

Junguntur tacite contentiq; auſpice Bruto.

Quæ omnia coniugalis conſenſus & voluntatis argumenta ſunt evidentiſſima & certiſſima & probatu facilima; quo ſpectat & domum deductio, quæ magna ſolennitate fiebat, ut paulo ante oſtendimus. Huc accedit nuptiarum feſtivitas, ad quas multi invitantur, teſtes futuri conjunctionis & fœderis conjugalis & matrimonii conſummati. Itaq; recte Plutarchus ad convivium nuptiale cum plures invitare conſueverunt, quo ingenuos ſe eſſe & ingenuorum parentum filiam uxorem ducere multi ſciant & teſtes ſint. Quod & ipſum *Demoſthenes in oratione in Oenotherem explicat, & Athenæus.* Neq; enim in tali contractu nullos teſtes adhibemus, imò his de cauſis nuptias celebramus. Sancitum eſt, *inquit Athenæus libro 5.* ut ſympoſia nuptiarum tempore agitarentur, idq; tum Deorum nuptialium, tum teſtimonii cujuſdam cauſa, *de quo paulo poſt latius* Sed & benedictio & copulatio ea de cauſa adhibebantur, & adhibentur ut in Eccleſia teſte matrimonium coiret & inchoetur, & Deo fœderis tam ſancti auctori conſecretur matrimonium: unde Eccleſiæ futura membra naſcerentur quibus omnibus conſenſus conjugalis tam ſponſi quàm ſponſæ expreſſe declaratur non tàm verbis, quàm rebus ipſis & factis, qui conſenſus plus valet, quàm verbis tantùm expreſſis *l. filium ff. de adili edicto.* Quo ſpectant *verba Nicolai Pontificis ſupra recitata.* Sed nuptialia fœdera in conſpectu Eccleſiæ à ſponſo & ſponſa contrahuntur. Ita enim apud Hebræos † ſub Chuppa jungebantur ſponſus & ſponſa 19
Eccleſia teſte. Et hic conſenſus à *Nicolao* Nuptiale fœdus, ab *Arnobio* Conjugale fœdus, à *Tertulliano* Conjunctio maritalis, à Juſtiniano affectio maritalis appellatur: ab Hebræis conſenſus acceptiones, hoc eſt, quando ſponſa accipitur à ſponſo, & alter alteri ſeſe tradit, ut jam unum ſint & unà vivere incipiant, & individuam vitæ conſuetudinem retineant. Chriſtiani verò † Hebræos ſecuti in cœtu totius 20
Eccleſiæ, eaq; teſte, à ſponſo & ſponſa percontantur & quærunt, num matrimonio conjungi, & individuam vitæ conſuetudinem retinere velint, quoad eos mors divellat & ſegreget? & ubi ad ea verbis categoricis reſponderint, & ſibi id placere dixerint, copulantur & junguntur; quo ſpectant verba *Nicolai* ſupra recitata. Nuptialia fœdera in conſpectu Eccleſiæ à ſponſo & ſponſa contrahuntur. Unde efficitur recte dici: ſolo conſenſu matrimonium conſtitui, illum au-

tem verbis & factis exprimi & declarari oportere, ut de eo constare posset. Eo spectant verba *Ciceronis*: Quod matrimonium firmiter stabiliri oportet. Itaq; si dubitetur an maritalis vel matrimonialis conventio interceſſerint, ad verba & facta recurrendum est, quibus matrimonialis consensus declaratur, & facta incurtentia in oculos, magis afficiunt & movent quàm verba. Unde versus.

Segnius irritant animos demissa per aures
Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus:

Hoc est, inquirendum est, utrum vir vel verbis vel factis in matrimonium consenserint, idq; probandum verbi gratia: utrum ei sponsa tradita sit? utrum nuptiæ factæ? utrum domum deducta cum aqua & igni accepta, vel mel gustaverit? Utrum benedictio accesserit; & inde in dubium statuendum. Utrum sponsalia sint contracta vel matrimonia? utrum maritus sit an sponsus? mulier, sponsa vel uxor. Exempli gratia *l. cum ante C. de donationibus*. Vir die nuptiarum mulieri centum donavit; controvertitur: utrum à sponso vel marito donatum sit? si à marito, non valet, quod retrahi potest donatio. Mulier enim uxor maritus uxori dare prohibetur. Si à sponso valet. Quare ad probationes recurrendum & siquidem probatum fuerit, eum ut maritum dedisse, non valet donatio. Id autem ex eo convincitur, quod maritus, postquam vel aqua vel igni uxorem accepisset, vel domum duxisset, donaverit. Nam hæc facta arguunt, matrimonialem consensum & per consequens à marito factam donationem esse, probant. Tametsi deductio in domum mariti matrimonii non constituit; sed arguit, probat, & incertitudinem tollit, cum absq; ea de matrimonio nihil certi pronunciari posset, & sponsalia habenda essent, quæ inter partes convenissent. Ita mulier absenti nubere potest, dummodo constet de matrimoniali consensu, & disprobetur. Is autem non verbis tantùm probatur: sed rebus & factis veluti dixi, nuptiarum festivitate, deductione domum. Itaq; recte JC. *l. mulier.* absenti per literas præter nuncium nubere posse, si in domum ejus deducentur, &c. Itaq; absentem accepit uxorem; deinde rebus; deinde juxta Tyberim periisset ab uxore lugendum; quod illam aqua & igni acceperit. Nam acceptio vel traditio probat matrimonium contractum esse. *l. deniq; ff. de ritu nuptiar.* Item: Cum sponsalia solo

con-

consensu, ut & nuptiæ contrahuntur, oportet nuptialem consensum signis, argumentis & factis in oculos incurrentibus demonstrari ac probari. Matrimonium enim firmiter stabiliendum est, *ut Cicero loquitur.* Eodem spectat lex deniq; de ritu nuptiarum, ubi mulier absente viro nupsit, vir postea à scena juxta Tyberim periit, quæritur an virum debeat lugere? Et siquidem probatum fuerit eum virum fuisse, lugendum esse, sin sponsus fuisset, lugendum non esse. Maritum autem fuisse probatur, Si mulier aqua & igni accepta, si nuptiis tradita, si domum deducta, si copulata, ita si legatum sub conditione fuerit, relictum, si in familia nupsisset non videtur impleta conditio, antequam probetur eam nupsisse. Id autem probatur signis & argumētis, ut nuptiarum festivitate, domum deductione, neq; solus consensus in sponsalibus neq; arrha sufficit, aut clandestinus consensus inter virum & uxorem in angulo quodam domi interpositus. Nec tantùm domum deductione † sed & aliis signis probatur matrimonium 21
contractum esse, ut si aqua & igni accepta sit mulier, si nuptiæ celebratæ. Itaq; si vir die nuptiis præstituta, antequam ad eam transiret mulier, hoc est, nuptiæ celebratæ sint, centum dederit sponsæ, non ut maritum dedisse videri. Itaq; ratum esse *l. penul. §. virginem de donat. inter virum & uxor.* Quod matrimonium nuptiarum celebratione, aquæ & ignis acceptione demonstretur & probetur non secus ac domum deductione. Eodem spectat. *§. 1. dicta l. Seja.* Ubi expresse cavetur, sponsum sponsæ die nuptiis præstituto donasse centū aureos, idq; antequam nuptiæ essent celebratæ, quæritur utrum valeat donatio? Et valere ait: neq; hic inspiciendum an donatio facta sit, antequam sponsa domum deducta esset. Sed tempus nuptiarum celebratarum, ut, si ante nuptias facta sit, valeat: si post nuptias facta sit non valeat, etiamsi ante deductionem domum facta sit. Itaq; si sub conditione alicui legatum fuerit, si in familia nupserit, impleta est conditio, simulatq; ducta est uxor, quamvis nondum in cubiculum mariti pervenerit *l. cum fuerit ff. de cond. & demonst.* ita & festivitas nuptiarum probat matrimonium, *l. sancimus, C. de nuptiis.* Ita quæ † adhuc 22
à viro integra est, virum lugere debet, scil. ubi matrimonium vir contraxerit, non sponsalia tantùm, *ut recte Harmenopolus explicat lib. 4. T. 6. & l. deniq; de ritu nuptiarum.* Unde differentia inter nuptias & sponsalia colligitur.

§. 4. SUMMARIA.

1 *Quando ſecundum veteres Philoſophos, Oratores, Jureconſultos nuptiæ ſive matrimonium dicebatur contractum.*

2 *Poſt ſponſalia ſemper nuptiis dictus fuit dies.*

3 *Apud omnes gentes nuptiæ variis ceremoniis celebratæ fuerunt, & hodie celebrantur, quarum multa recenſentur.*

4 *Solennitas nuptiarum & feſtivitas & pompa ſuſpicionem tollit & prolis certitudinem auget.*

5 *Cœna nuptialis magna convivarum frequentia celebrata fuit.*

6 *Voluntas magis factis quàm verbis declaratur.*

7 *Votum quid.*

8 *Solus conſenſus mutuus in ſponſalibus expreſſus non ſufficit ad conſtituendum matrimonium.*

1 ATq; his conſentanea ſunt, quæ veteres † Philoſophi, Oratores, Jureconſulti & Imperatores tradiderunt: nimirum non antè videri matrimonium vel nuptias contractas, quàm mulier viro tradita & accepta ductaq; poſſideretur; & conſenſus in ſponſalib. expreſſus traditione, copulatione, acceptione, abductione & poſſeſſione confirmaretur, & hac ratione non tantùm verbis, ſed rebus ipſis & factis declararetur, in nuptias contrahentes conſenſiſſe. Ideoq;
2 poſt ſponſalia † nuptiis ſemper dictus fuit dies, ceremoniis ſolennibusq; omnis generis & convivio celebris Quod & Plato fieri juſſit *lib. 5. de Repub.* Feſta, *inquit*, quædam erunt legibus deſignanda, in quibus ſponſus & ſponſa convenientes. *Halicarnaſſ περὶ τῶν γαμηλίων. Plato lib 5. de legibus nuptiarum* inaugurationem fieri debere per ſacerdotes, adhibitis ſacrificiis atq; precib. *ſcribit.* Et apud omnes ſanè
3 gentes † nuptias variis ceremoniis, ſacrificiis, lecto geniali, cantilena, hymæneo, pompis ſpectaculis, ſaltationibus, repudiis, epithalamiis & epulis magnificentiſſimis celebratæ fuerunt & hodie celebrantur. Idq; à primis uſq; temporibus obſervatum eſſe arguit hiſtoria Jacob. *Geneſ. 29.* Cui Laban daturus filiam, omnes ejus loci incolas invitavit, & convivium nuptiale paravit. Idem oſtendunt Samſonis nuptiæ *Jud. 14.* quas Auguſtinus, *ſuper Geneſ. q. 959.* dies ſeptem duraſſe exiſtimat 4 nuptiæ Vaſthi. 5. in Cana Galilæa nuptiæ quibus Chriſtus interfuit. Et aliis in locis cœnæ nuptialis & convivii fit mentio *Luc. 14.* Cum vocatus fueris ab aliquo ad nuptias & *Matth. 22.*

Regnum

Regnum cœlorum ſimile eſt Regi, qui nuptias filio ſuo paravit. Item parabola de 10. virginibus, quæ lampadibus ſponſum exſpectarunt. *Et Apocalyſ. cap. 19.* Beati qui ad cænam nuptialem agni ſunt vocati. Et vocabulum γάμος, quod *Johan. 2.* extat, Syriacus interpres vertit [*mſchtut*] id eſt, convivium ſeu compotatiuncula vel ſympoſium: ad quod convivium complures invitari conſueverunt, *ut ait Plutarchus* quo ingenuos ſe eſſe, & ingenuorum parentum filiam ducere uxorem multi ſciant & teſtes ſint. Quod & *Demoſthenes* eleganter explicat *in oratione in Oenotorem* his verbis. Neq; enim in tali contractu quiſquam nullos teſtes adhibet: imo his de cauſis & nuptias celebramus, & maximè neceſſarios invitamus, quod non levis res agatur, ſed vita ſororum & filiarum alienæ fidei committitur, quæ ut in tuto collocetur ſumma cura providemus. *Hactenus Demoſthenes. Athenaus lib. 5.* ſancitum eſt, ut ſympoſia nuptialia nuptiarum tempore celebrentur, idq; cum Deorum nuptialium, tum teſtimonii cujuſdam cauſa, quaſi dicat, in honorem Deorum, & convivæ teſtes ſunt, in matrimonium conveniſſe virum & mulierem. Deinde ſubjicit *Plutarch.* nullam epuli dandi adeo illuſtrem & celebrem materiam eſſe, ut eorum qui nuptias contrahunt. Siquidem & ii, qui Diis ſacra faciunt, & qui amicum proſequuntur, vel hoſpitio accipiunt, id poſſunt ſine interventu neceſſariorum facere. Menſa vero nuptialis delatorem habet Hymenæum, magna voce intonantem, facemq; & tybiam, quæ perhibet Homerus vel fœminas, quæ foribus aſſiſtunt, ſuſpenſas tenere & ſpectari ab eis. Quocirca quia neminem latet, convivium & ſponſalia, dum erubeſcunt, quenquam præterire omnes familiares & neceſſarios, & illos, qui quomodo eos contingunt, propinquitate invitant. Hoc etiam adde ſi videtur, eas invitationes, non modò ad amicos, verùm etiam ad cognatos ſpectare. alia aſcita in familam propinquitate. Quodq; hoc majus eſt, cum familiæ inter ſe copulentur binæ: quia, tam qui duxit uxorem, elocantis neceſſarios & amicos, quàm qui elocat, ducentis exiſtimant ſe comiter debere accipere, geminant convivium. Et quando multa, vel potius pleraq;, quæ ad ſponſalia pertinent, tranſiguntur per fœminas: profecto ubi mulieres ibi viri ſimul adhibendi ſunt, &c. Et quo rariores in unaquaq; domo ſunt nuptiæ, tanto magis in illis ſplendori eſſe ſtudendum *Pontanius tradit lib. 4 de continentia.* Quibus † ego hunc adjicio, quod & ſo- †

lennitas nuptiarum festivitas & pompa, *l. 21. à caligato & l. 24. sancimus C. de nuptiis.* suspitionem tollit & prolis certitudinem arguit. Contraque omnis solitudo monstri aliquid & suspicionis alit, *unde Plautus.* Malum clandestinum amor, damnum merum, & clandestinarum nuptiarum furtum suspicione & odio laborat. Palam vero celebratæ nuptiæ nullam culpam habent. Itaq; *Clitipho lib. 6. amatoriar.* Achillis Statii concludit. Confidebam, inquit, argumentis me convicturum, me nequaquam mœchum esse, propterea quod palam nuptiæ factæ fuerunt. Et *Calp. Flaccus* non est, inquit, filius tuus, nuptiis enim solennibus non est natus. Et *apud Apulejum* Venus indicat, non esse legitimas nuptias inter Cupidinem & Psychen, quod res acta sit furtim sine testibus. Et *apud Senecam Declam. ultim. lib. 8.* pater raptoris nuptias hanc ob causam damnat Delicatus, inquit, dives, qui etiam inter naufragia amare potest matrimonii celebritatem remoti angulo ruris abscondit. *Donatus ad verba Æneæ in Æneid.*

Nec conjugis unquam.
Prætendi faces aut hæc in fœdera veni.

Junctus sum, *inquit*, tibi; sed illud non potest conjugium vocari. Non enim semper mulieris ac viri conjunctio matrimonium facit. Aliud vocatur quod gestimus. Quale enim matrimonium est, ubi nullus testis interfuit, nulla ex more solennitas, faces nullæ, nulla ipsius fœderis consecratio? Et *Naufica apud Homerum lib. 6.* Ego puellæ irascerer, quæ patris matrisve injussu ante nuptias manifestas alienis miscereturur viris, *Juvenalis Satyr. 5.*

Signatæ tabulæ dictum feliciter, ingens
Cœna. Id est, apparatus † & convivarum multitudo. Sed & gremio jacuit nova nupta maris. Unde colligitur, cœnam nuptialem magna convivarum frequentia celebratam fuisse. *Photius in Nomeratio T. 13. cap. 2.* Itaq; recte *Cicero lib. 6. de Republ.* Firmiter, *inquit*, majores nostri matrimonia stabilita esse volverunt. Quæ verba *à Prisciano lib. 15.* referuntur quasi dicat, non solis aut nudis verbis sed factis ipsis, ut traditione, datione, copulatione, domum deductione, acceptione, nuptiarum solennitate, festivitate ac pompa, & possessione subsecuta, matrimonium stabiliri. Eo spectant verba in antiquitatibus urbis Romanæ. Tandem socero & socru annuentibus, solenni Hymenæo nuptiis copulamur. Nam ea omnia consensus contrahentium

tium argumenta ſunt evidentiſſima. Et voluntas magis factis quàm verbis declaratur. *l. ſi tamen, §. qui de ædil. edict. Socinus Junior conſil. 98. 13. volum. 1.* Huc facit illud *Plinii in epiſtolis.* Qui virilem togam ſumunt, vel nuptias faciunt, ſolent totum bulen atq; etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binosq; denarios vel ſingulos dare. Sed hæc noſtra ſententia etiam legibus & Jureconſultorum reſponſis confirmanda eſt. *Pomponius l mulierem. de rit. nuptiarum* Abſentem mulierem per epiſtolam vel nuncium nubere non poſſe, quia deductione opus eſt in domum mariti &c. Nam nubere eſt facti. Facta autem fieri oportet. Et *Ulpianus in l. cum fuerit ſupra allegata*, ſcribit, conditionem nubendi tunc impletam, cum uxor ducta fuerit. *de conditio & demonſtrat.* Juſtinianus diſertis verbis ſtatuit: conditionem nuptiarum impleri non poſſe, niſi nuptiarum accedat feſtivitas, & ex eo tempore impletā eam eſſe, ex quo vota nuptiarum reipſa proceſſerint: eamq; rem apud veteres maximam controverſiam fuiſſe. Verba. Vota nuptiarum reipſa proceſſerint, hoc eſt, matrimonium reipſa contrahatur *ut Bald. explicat*, hoc eſt, ut mulier tradatur, ducatur interve mentibus, nuptiis votum appellat promiſſionem, voluntatem & deſiderium, & verbis & factis declaratum; quod ea valde deſideramus, quæ à Deo poſcimus voto. Alioqui votum ſponſio ſeu promiſſio eſt facta Deo, qua Deo obligamur. Et tempus inſpiciendum, ex quo nuptiarum proceſſerit feſtivitas, hoc eſt, ut nuptiæ, vel matrimonium conſummatum cenſeatur, eadem lex diſertè affirmat. Idem ſtatuit Aurelianus *in l. cum te C. de donationibus ante nupt* Nuptam videri mulierem, ex quo nuptiis celebratis tradita & ducta eſſet. Nam Aurelianus conſultus de donatione nuptiarum die facta, utrum à marito donata cenſeatur? reſcripſit: ita demum in mariti domo donatam videri, ſi in ſponſi domo facta ſit donatio. Nam uxor fuiſſe cenſetur. *& in l. quod Servius. de condictio. cauſa data*, expreſſe dicitur, quod datur ſponſo tanquam in dotem perventurum dari nondum cerro matrimonio. Itaq; quamdiu pervenire poteſt, non repeti, *& ex l. ſeq. eod. T.* Si quis donaturus mulieri juſſu ejus ſponſo numeraverit nec nuptiæ ſecutæ ſint, repeti poſſe quod ſcilicet inter ſponſam non ſit matrimonium. *Et l. 11. Cod. de nuptiis.* Cinna ſcribit eum, qui abſentem accepit uxorem (ſcilicet in ejus domum deductam) deinde (à cœna ſcilicet nuptiali) juxta Tyberim periiſſet, ab uxo-

6

7

ab uxore ut maritum lugendum esse, etiamsi à viro integra sit, & in ejus cubiculum non pervenerit. Verum enim est, eam à marito ductam *Harmenopulus lib. 4. T. 4.* Aliud est, ubi vice versa mulier literis aut nunciis virum ad nuptias hortatur. Hac enim ratione per literas mulieris contrahi nuptiæ non possunt. Namq; ut nuptiæ peragantur, mulierem oportet in domum mariti deduci, non virum in uxoris. Simulatq; enim in ædes viri mulier ejus, ut dixi literis aut nuncio impulsa fuerit perducta, cooste tuuntur nuptiæ, etiamsi opus ipsum & connubialis complexus subsecutus non fuerit. Idem tradit *Paulus lib. 2. sententiarum* qui addit, mulierem ipsammet ducendam, nec per alterum id fieri posse: ideoq; nec ductam esse, nec in domum venisse videri, quæ procuratorem misit. Huc accedit quod à JCtis traditum est, stipulatione facta Decem anno proximo dotis nomine dare spōdes? annum ex die nuptiarum numerandum esse *l. stipulatio. 48 l. nec enim, de verbo. obligationibus.* Idq; quod ante eum diem matrimonium reipsa nullum sit. Alioqui, si sola sponsalia matrimonium constituerent, ex die contractorum sponsaliorum dos deberetur & annus computandus esset. Atq; ob eam causam dos promissa repræsentabatur, & apud auspices in crastinum deponebatur, quoad die nuptiarum sponsus maritus factus esset. Quo spectat *illud Juvenalis Satyr. 10.*

Veniet cum signatoribus auspex.

Et *Suetonius.*

Dote inter auspices consignata. Et *in Claudio* ubi Valeriam Messalinam supplicio affectam memorat dote inter auspices prius consignata. Idq; ea de causa factum existimo, quod dos nuptiis secutis demum debeatur: deinde ne dos repetenda esset, si ante matrimonium alter alteri repudium remisisset. Postremò ut viri certiores redderentur de ejus solutione, & ad matrimonium consummandum ea ratione invitarentur. Itaq; tabulæ dotis post matrimonium contractū plerunq; consignabantur, *l. Seja. de donatio. inter vir. & uxor.* Quamvis dos etjam ante matrimonium contractum dabatur, *l. 2. §. si sponsa. de privile. credit.* & post etiam. Eodem pertinet constitutio Theodosii ex libris juris orientalis, quæ expresse statuit, sponsalia pro justo matrimonio non habenda. περὶ μνησείας μὴ ἀρκέσης αὐτὴ τὸ τελεῦσαι γάμος. Item quod *Alexius Comnenus* diserte vetuit, ne nuptiæ

res

res distinctæ eodem tempore concurrant, sed temporis intervallo discernantur, *ut supra c. 1.* annotavimus. Ex quibus † efficitur, solum mutuum consensum in sponsalibus expressum non sufficere ad constituendum matrimonium, sed mulierem tradendam, dandam, accipiendam & possidendam esse: apud veteres etiam domum deductione opus erat. Quam tamen ego hodie necessariam non existimo.

§. 5. SUMMARIA.

1 *Deductio domum olim apud Romanos & Græcos usitata.*
2 *Quid significet uxorem ducere.*
3 *Domum deductio quanta cum solennitate & accurata festivitate ac pompa peracta sit ab hominibus Ethnicis, ex antiquitatibus docetur.*
4 *παράνυμφος quis fuerit veteribus.*
5 *Pronubæ.*
6 *Colus & fusus fœminarum instrumenta.*
7 *Sepulchris matronarum honestarum fusum ex ære factum injecerunt veteres.*
8 *Aes in terra nunquam consumitur.*
9 *Camillus quis olim dictus.*
10 *Deus domiduca quis fuerit.*
11 *Juno Domiduca quæ olim.*
12 *Conjuges noctu congrediebantur.*
13 *Ratio coeundi apud veteres usitata.*

HAnc † autem domum deductionem, non tantùm apud Romanos; verùm etiam apud Græcos usitatissimam fuisse multis testimoniis comprobari potest: *ut Homer. lib. 21. Odyss. Si hic hunc tendet arcum virib. roboreq́, fretus, Ipse me domum ducet, suam me conjugem habebit. Et lib. 6.* ὅς κέσι ἐσθῆσι βρίσας οἶκον δ' ἀγάγηται. *Achilles Statius.* En magnificos nuptiarum tuarum apparatus, carcerem scil. pro cubiculo, pro pulvinis terram, pro manilib. atq; armillis funes & laqueos; atq; et deductoris loco latro tibi assidet: hymeniiq; vicem lamentationes implent. *Et Lucian. in Lexiphane* domum deducturus fuerat filiã ad novum maritum: jamq; adeo exorabat illum. Hinc & † uxorem ducere Latini dicunt, ut & Græci, subintellecta voce domum, quæ hac domum deductione matrimonium consummaret, ut qui traditionis

1

2

tionis vice & missionis in possessionem fingeretur. Nam mulier, *ut ait JC. l. 5 de rit. nupt.* in mariti domum tanquam in domicilium matrimonii traducitur, & post eā deductionē à marito uxor possidetur. Nec enim ante eam plenam corporis uxoris suæ maritus habet potestatem, *ut disputat Durand.* ἐλλειπτικῶς a. dicitur uxorem ducere. Idq; multorum bonorum auctorum testimonio comprobari potest; quorum nos quędam referemus, qui plura nosse cupit, *à Brissonio petat lib. 1. Select. ex jure antiq. Terent. 2. Phor. 1. Quarationē inopem ducebat domum. Item Heaut. 1. Uxorem ducturum domum. 4. Adelph. 5. Et illam sine tua opera in cubiculum deductum iri domum. Item: Ad me abducta est domum. Plaut. In Aul. Volo te domum uxorem ducere. Et in Epid. Genere natam bono pauperem domum uxorem ducere Et in Cistel. Nunc alia est ducenda domum sua cognita. Livius lib. 10. Decad. 2 Tunc se insaniviss cum Carthaginensem faminam domum accepisset, illis nuptiis lib. facib regiam conflagrasse suam.* Et ne quid † antiqui-
3 tatis ignoretur, & digito quasi demonstretur, non solis verbis sed firmiter stabilita à veteribus esse matrimonia, *ut ait Cic* breviter ostendemus, quanta cum solennitate & accurata festivitate ac pompa hæc domum deductio peracta sit ab hominib. Ethnicis. Sciendū est itaq; noctu sponsam domum deductam esse, à pueris tribus patrimis & matrimis *Festo & Sex Pomp teste.* Quorum unus facem præferebat, reliqui duo nubentē tenebāt. Fax a. ex spina alba facta erat, quod ea maleficia depellenda efficax esse credebatur, quamvis interim & tedæ plures & funalia accenderentur, ut sponsæ prælucerent, quas tedas jugales seu geniales vocabant. *Plutarch.* quinq; nec plures nec pauciores in nuptiis accendi solitas fuisse *refert.* Fax illa, qua prælucente nova nupta deducebatur, ab amicis rapi solita erat, ne eam sub lecto viri uxor ea nocte collocaret, aut vir in sepulchro comburendam curaret, quod utroq; alterius mors captari putabatur. Pedes autē sponsa incedebat à pueris patrimis & matrimis manu ducta. Apud Græcos jugo mularum aut boum lecticæ bisellio simili juncto, sponsam currui impositam in domum sponsi ducebant. Sponsa in medio collocata, hinc sponso inde amico aut cognato honoratissimo assidentib. qui παράνυμφος dicebatur, quæ † juxta sponsum & sponsam veheretur, *Suid.* Paranymphi autem eam in cubiculum introduxerunt &
5 postea abierunt. Aderant & † pronubæ, *hoc est,* mulieres, quæ nubentem in lecto collocarent. *Apulejus lib. 5.* Idq; earum officium fuit. *Catul-*

lus.

lus. Vos ſanibus cognitæ benè fœminæ collocate puellulam in epithalamio. Id, ad locum Terentii act. 5. ſc. 1. illam in lecto collocant, notat Donatus. Unde Tertullianus, Monogamia apud Ethnicos ſummo in honore habita fuit. Nam & virginib. legitimè nubentibus Vinnura pronuba adhibetur. Tibul lib 3. Plutarch. in Solone & in præceptis connub. oris & vocis debere gratiam primam comen eſſe & ſuavem. Solon etiam ſtatuit. ut priuſquam ſponſa collocaretur in lecto, malum Cydonium arroderet, ne quid offenderet oris halitus, vel, ut alii exiſtimant, ne quid ex ipſius ore exeat, quod aures & animum ſponſi offendat, hoc eſt, affabilem ſeſe præbeat. Comitabatur autem nubentes quidam colum geſtans comptam cum fuſo ſtamine & lana. *Nam † colus & fuſus fœminarum ſunt inſtrumenta ad otium vitandum idonea: Vt his ſymbolis admonerentur, nihil mulieribus otio perniciosius eſſe.* Itaq; Telemachus ſæpe Penelopen matrem ad fuſum & colum remittit. Recte illa apud Ovidium: 6

Quid mihi cum ferro? quid bellica tela puellæ?
Aptior eſt digitis lana colusq; meis.

In epiſtolis Heroid. Hinc † apud veteres inolevit. ut ſepulchris matronarum honeſtarum fuſum ex ære ſeu cupro factum injicerent, ut teſtarentur, ibi matremfamilias ſedulam humatam eſſe. Ex ære † autem fiebant, quod æs in terra nunquam conſumitur. Et ut mulierum ſepulchris fuſum injecerint, ita virorum, præſertim militum, gladium & calcaria. Ejuſmodi fuſum & calcaria ſæpe vidi & apud me in ſepulchris inventa habeo. Et *Hieronymus Demetriadi* vitandum otium ſuadet, & ubi preces abſolverit, lanā jubet tractare & parare telam, ut hac operum viciſſitudine tempus fallat. Præterea utenſilia mulieris, & quæ in uſu & miniſterio ejus erant, per puerum impuberem in vaſe operto geſtare conſueverunt. Puer † Camillus, vas ipſum Cumerum dicebatur. Sed & aſſes tres ad maritum nubentes deferebant, *ut apud Nonium Marcellum Varro ſcribit*, quorum unum, quem in manu habebant, tanquam menti, marito dare, alium, quem in pede habebant, in loco larium familiarium ponere, tertium in ſacciperio in compito vicinali reſignare ſolebant. Et huic deductioni † Deus aſſignabatur, & præerat Domiducus. *Auguſtinus lib 6. cap. 9 de civitate Dei:* & Juno † Domiduca & Iterduca. Noctu autā † non interdiu conjuges congrediebantur, ob pudoris fœminei reverentiam. *Alexander in problem. Et Raphael Volaterranus*; & in tenebris, ut calumnia quædam ſit 7 8 9 10 11 12

Veneris illicitæ, quando cum licitis & honestis pudor adhibetur & verecundia, *Blondus lib. 8. Romæ triumphantis. Erasmus.* Ut primus sponsæ cum sponso congressus, careat omni molestia, & ea de causa sine lumine, sponsam in sponsi cubiculum inductam fuisse. Ita enim fuisse deceptum Patriarcham Jacob, cui pro Rachaele obtrusa fuit Lya. Ejus rei geminam assignant causam, vel ut consuleretur pudori sexq; fœmineo, ut diximus ex Alexandro, vel ne primo congressu, qui morosissimus est oculos sponsi. His consentanea sunt quæ Lycurgus sanxit. Puellæ raptæ sponsoq; traditæ caput pronuba rapit, vestesq; virili, & calceis adornatam reclinat in torum è foliis congestum solam absq; lumine. Sponsus non † ebrius, nec ad lasciviam compositus, sed sobrius & pro more cœnatus phitidiis ingressus ad eam, zonam solvit, ipsamq; sublatam in lectum transfert, paululumq; cum ea moratus modeste abit, ut sicut consueverat cum reliquis juvenibus dormiat. Idemq; postea agit, ut cum æqualibus interdiu degens noctuq; cubans ad sponsam caute commeet, verecunde metuens, ne quis eorum, qui in domo ea sunt ipsum animadvertat: nec non etiam sponsa id machinatur, ut commode & furtim congredi possent. Idq; agunt non parvo tempore, sed eousq; ut non nulli liberi sint nati, priusquam interdiu suas uxores viderent. Hæc autem ratio coeundi, non modo continentiæ fuit & modestiæ exercitatio, sed corpora etiam ad generandum apta reddidit, ut recenti semper novoq; amore convenirent, qui non satietate obrueretur neq; nimia cōsuetudine evanesceret, cum nunquam non aliquem desiderii fomitem alter in alterius animo relinqueret. *Plutarchus in Lycurgo.* Babylonii verò quoties cum uxoribus commiscebantur; suffitum ex thymiamate faciebant, eiq; assidebant, tàm maritus quàm uxor & sub diluculo ambo abluebant; neq; ullum vas antequam se abluissent tangebant. Idem Arabes facere scribit. *Herodotus lib. 1* ut mirum videri non debeat Tobiam ab Angelo Raphaele jussum esse prima nuptiarum nocte suffitum facere sub vestes vel pallam Saræ, ex jecore vel corde piscis, *Tobiæ cap. 7.* Refert Ælianus, in nuptiis antiquorum post hymnum hymenæo dictum, cornicem invocari solitam symbolum concordiæ utriusq; conjugum. Addit id ea de causa fieri, quod mira sit cornicū concordia, & quod ex pari corn. cum alterutra mortua, altera nulli postea misceatur, sed vidua ac mœsta ætatem degat. *Plura hac de re collegit*

13

legit Barnabas Brissonius de ritu nupt. quæ si quis sitim antiquitatis cognoscendæ explere cupit, legere potest. Nobis satis est ostendisse, non solùm verbis sponsaliorum conjugia constituta esse, sed rebus ipsis stabilita processisse: ne quis hunc contractum, omnium maximum & sanctissimum, emptioni & venditioni reliquisq; contractibus, qui solo consensu perficiuntur, & præter verba nihil requirunt, per omnia conferat.

§. 6. SUMMARIA.

1 *Ad constituendum matrimonium præter verba requiritur benedictio sacerdotis seu copulatio.*

2 *Nuces quare sparsæ olim.*

3 *Saxones veterum morem imitati.*

IDem quoq; secuti sunt posteriores Imperatores. ut Leo & Alexius Comnenus, qui editis constitutionibus caverunt, ad constituendum matrimonium, præter vrrba † requiri benedictionem sacerdotis seu copulationem, *ut refert Harmenopolus lib. 3. T. 4. his verbis*: Hodie nudo consensu non contrahitur matrimonium, sed nisi Sacerdotum precibus interpositis corroboratum fuerit, nec nuptiæ contrahuntur, nec prohibentur qui contrahunt à se invicem discedere. Porrò benedictione, sacrisq; peractis, etsi non processerit ipsum connubium, & eorum, qui jam consensere, copula, matrimonium tamen esse videtur, & contractus, qui jam solui rescindiq; nullo pacto possit. *Idem Harmenopolus lib. 4. T. 1 ex Novella Alexii Comneni* sponsalia ea demum nuptiis æquipollere tradit, quæ sacram benedictionem agnoverunt. Alia sponsalia vera nec esse nec dici, sed vim quandam habere & efficaciam. Verba Novellæ adscribenda censemo. *Ἐκείνας εἶναι κυρίως μνηστείας καὶ ἀπαραλύτους ἰδόσιν ἀμφοῖν τοῖς γαμοῦσι καὶ τὸν χρόνον οὐκ ἤ τοῦ βασιλέως κυρίου λέοντος θεσμοσία ὡρίσατο ἀκέραιον ἔχον παρ' ἑαυτοῖς καὶ τῷ ἱερᾷ εὐλογίαν ἐπακολουθοῦσαν ἐγγυήσασιν. Et paulo post.* Nam talia sponsalia, quæ proprie sunt, immota manere inconcussa & insolubilia, utpote Deo inter eos qui junguntur interveniente, & primam vitæ conciliationem confirmante, corroborante; per Sacrarum precum corroborationem. *Et paulo post.* Si namq, alteram partem morte fortè aliove casu aut mutato consilio recedere, aliamq; sibi conditionem quærere contingat, non exigua hinc absurditas consequetur, si præambula nuptiarum

tatem deponentis poſsit audiri, quorum meminit *Virgilius in Eclog.*

Sparge marite nuces. ----

Et *Catullus de nuptiis Jul. & Maul. Da nuces pueris iners Concubine, Satis diu luſiſti nucibus.* Et eo ſpectant verba J.C. *in l. cum fuerit de cond. & demonſtrat.* Uxorem videri ductam, ubi in pomum mariti venerit etſi in cubiculum nondum venerit. *Et Terent. verba Act. 5. Scen. 5.*

Credebas hæc dormienti tibi confecturos Deos,
Et illam ſine tua opera in cubiculum iri deductum domum.

Huc facit illud *Apollonii lib. 2. Verba Plinii ſunt*

Ille ego Cleopatram Calais Zetiq; ſororem
Mœnia Threjicii juſto moderamine tractus.
Cum premerem quondam magna cum dote puellam,
Deduxi in thalamum ſponſus lectumq; jugalem

Nam & lectus nuptialis puellis nubentibus Græce, νυμφίδιος θάλαμος, ſternebatur, qui genialis dicebatur à liberis generandis. *Servius in 6 Aeneid.* quaſi generalis vel potius generabilis. *Cicero pro Cluentio* Lectum illum genialem, quem paulò ante filiæ ſuæ nubenti ſtraverat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni expulſa atq; exturbata filia jubet. *Arnobius libr. 4.* Adulteria legibus vindicant, & capitalibus eos vindicant pœnis, quos in aliena comprehenderint fœdera, genialis ſe lectuli expugnatione jacuiſſe. *Apulejus lib. 9.* Quæ ſuo pudore poſtpoſito, tori genialis calcato fœdere larem mariti lupinari maculaſſet infamia Et *Lucanus.*

-- Gradibuſq; acclivis eburnis
Stat torus, & picto veſtes diſcriminat auro. lib. 2.

Unde liquet, lectum illum ſumptuoſiſsime ſtratum fuiſſe. Quò ſpectant *verba Apulei.* Lectus Indica teſtudine perlucidus, plurima congerie tumidus, veſte ſerica floridus *lib. 10. de aureo aſi.* Atq; † hos tanquam legislatores optimos & authores bonos Saxones imitati ſunt, qui lege lata caverunt: Virum non antè mulieris legitimum tutorem fieri ſeu maritum, quàm ipſe torum ſeu thalamum ejus ingreſſus ſit vel conſcenderit *lib. 1. articul. 45.* Landrecht ubi dicitur: Daß der Mann ehelicher Vormundt wird ſeines Weibes / wenn ſie zu jhm ſchreitet in ſein Bette. 3

§. 7. SUM-

§. 7. SUMMARIA.

1 *An necessario concubitus requiratur ut matrimonium sit perfectum & consummatum.*

2 *Quidam uxores sibi conjunctas nunquam attigerunt.*

1 SEd hic quærat aliquis, an † necessario concubitus requiratur, ut matrimonium verum sit & consummatum? Respondeo satis esse & ad constitutionem & probationem matrimonii, si sponsa copulata, tradita & mancipata sit, & à marito accepta & possessa. Neq; de concubitu sollicite inquirendum esse, utrum is intervenerit an non. Nam concubitus non facit matrimonium sed consensus nuptiis interveniens. Et per accessionem coitus matrimonium non fit melius, sed firmius. Et uxor ducta censetur, etiamsi in cubiculum mariti non pervenerit, *d. l. cum fuerit & l. 4. de ritu nupt.* Nuptam etiam virginem dici, ut si postquam domum deducta esset, maritus perierit & eam nunquam attigerit. Nam & lex præsumit eam, quæ in mariti domum deducta sit, à viro integram non esse, ut hanc rem curiosè scrutari non sit necesse, propter summum amorem & affectionem sponsi in sponsam, quæ etiam in sacris literis expressa est, & præcipue in Canticis canticorum. Quò spectat illud veteris Poetæ Gratiani,

Primi complexus dulcissima prima voluptas,
Hunc Veneri dedit impatiens natura furorem.

Et illud Philotii meretricis apud Terentium.

Quid ais? cum virgine adolescens unà cubuerit
Plus potus se illa abstinere, ut potuerit?
Non verisimile dicis, nec verum arbitror.

Huc facit illud Homeri, *lib. 14.* Illius statim pectus amor pervasit, ubi conspexerat uxorem; qualis quondam pervaserat, cum primo petito cubitu, sicut concubitu commixti parentum charitatem, præ conjugali obliviscentes. Item:

A juvene & cupido credatur reddita virgo.

Ovid. Itaq; recte dicimus, viros illos septem, quibus filia Tobiæ conjuncta & tradita fuit, Saræ maritos revera fuisse, etiamsi Asmodæus Cacodæmon, antequam in ejus complexum venirent, vel ut habet textus, uxorio more congressi essent, eos interfecit.

Nam

Nam concubitus non facit matrimonium. Et ut Thomas loquitur, est de secunda, non de prima perfectione matrimonii. Itaque immeritò illi exprobrarunt ancillæ, quod septem viros habuerit, nec unius uxor fuerit cognominata. Nam revera uxor fuit, utpote per copulationem, traditionem, ductionem & acceptionem consummato matrimonio, etiamsi concubitus non accesserit. Nam & Joseph & Maria conjuges fuerunt, & legitimo matrimonio jnncti, quamvis eam nunquam Joseph attingeret, neque ante neque post partum. *Tex. cap quod dicitur & c. seq. & ibi gloss. in verbo antequam convenirent, de verb. signific. ext. ubi verba Hieronymi referuntur.* Et *Augustinus, lib. 2. de consensu Evangelistarum cap. 1.* latè tradit his verbis. Unde eum (scilicet Josephum) patrem ejus appellat, nempè, quia virum Mariæ rectè intelligimus sine carnis commixtione ipsa copulatione conjugii. Et ob hoc Christi patrem, multo conjunctius, quia ex ejus conjuge natus fuit, quàm si esset aliunde adoptatus. Et de aliis † quibusdam legitur, qui uxores sibi conjunctas & traditas nunquam attigerunt, ut de Henrico Imperatore & ejus conjuge Kunigúnda. *Blondus lib. 3. Romæ triumphantis.* Idem ego de domum deductione, quæ à veteribus religiosè obsetvata fuit, dicendum existimo, ut hodie necessaria non sit. 2

§. 8. Summarium.

Veteres Theologi sponsalia à nuptiis distinguunt.

ATque ab his quæ jam latissimè persecuti sumus, non dissentiunt veteres Theologi seu patres; neque Jus Canonicum. Nam & hi sponsalia à nuptiis disertè distinguunt. Item sponsas ab uxoribus, sponsos à maritis. Item puellas pactas seu desponsas à traditis. Idque tàm apud Græcos quàm Latinos, Unde sunt vocabula μνήστωρ, μνηστεία, νυμφίον, γάμος, supra à nobis explicata. Idque evidentissimè ostendit dictum veteris Theologi *Divi Andreæ Hierosolymitani*, qui Mariam desponsam Angelo respondentem introducit his verbis. Se quidem desponsam, sed non in nuptiis traditam esse. Item se matrimonii γάμων ἄπειρον. Item se sponsum habere maritum, sed non ejusdem lecti socium, ut ex iis verbis quæ supra enumeravimus liquet. Quibus dici nihil potest expressius, nihil ad rem, de qua agimus, accommodatius: Et *Augustinus* disertis

verbis distinguit inter sponsas pactas & traditas. Item inter sponsum & maritum, his verbis. Institutum est, ut pactæ sponsæ non statim tradantur, ne vilem habeat, quam suspiravit sponsus dilatam. Et *Tertullianus lib. de virg. veland.* inter sponsalia & nuptias interesse scribit Desponsata quodammodo nupta est, tamen inter quodammodo & verum satis interest. Et *Ambrosius ad Paternum*, si quis, *inquit*, desponsata & tradita utatur, ritè conjugium vocatur *27. q 2. & c. seq.* dicitur, inter sponsum & sponsam conjugium non est. Et *in c. 6. de sponsalib. impub.* uxor dicitur puella tradita viro in uxorem & ab ipso traducta, & sponsa dicitur mulier usque ad benedictionem, & post benedictionem etiam usque ad concubitum, *c. consultationi. de sponsalib.* Quo loco quæritur de sponsis, quæ post benedictionem sese subduxerunt metum causantes: & deciditur, audiendas esse. Item: sponso & sponsæ jure Canonico permissum est, altero inconsulto & invito vitam monasticam eligere, quod conjugibus domum traductis non licet; *latè Lombardus lib. 4. sent. distinct. 27. §. Quia verò.* In eoque posse Pontificem dispensare, etiamsi sponsalia fuerint de præsenti. *Olrad. consil. 1. matrim.* Idque Macharii exemplo confirmant, qui teste Hieronymo, celebrato nuptiarum convivio, cum vesperi thalamum ingredi deberet, urbe exivit, & transmarina petiit, & eremi solirudinem elegit. Et de S. Alexio Epiphanii filio iidem commemorant, eum uxori baltheum seu zonam reliquisse & eam deseruisse, idque quod divinitus vocatus esset. Et quamvis Magister Sententiarum somniat, ea sponsalia de futuro fuisse: tamen longè fallitur. Nam suprà latè demonstravimus, veterum sponsalia de præsenti fuisse. Deinde Macharii & S. Alexii exempla non possunt ad sponsalia de futuro referri, utpote cum benedictio, copulatio, traditio & nuptiæ cingulique solutio subsecutæ sint, quæ verum matrimonium constituunt. Quid, quod ex veteribus multi, & ii quidem non infimæ auctoritatis, conjugium tum demum esse statuerunt, ubi concubitus accesserit, ut Augustinus, *cujus verba à Gratiano referuntur c. non est dubium 27. q. 2.* Non est inter eos conjugium, inter quos sexus commixtio non est. Idem dcitur *C. statutum 27. q. 1.* Conjugium desponsatione initiatur, commixtione perficitur. Item; virum & uxorem non aliter fieri unam carnem, quàm sibi mutuò cohæreant copula. Item; per mutua sponsionis verba non fit una caro.

Digitized by Google

caro. Item, per copulam maritus & uxor unum corpus efficiuntur. *cap. Agathosa 22. q. 2.* Sed id in plerisque verum est, ut cum de affinitate contrahenda disputatur. Item de adulterio. Ex quibus omnibus efficitur, sponsalia à nuptiis seu matrimonio longè differre. Et ut planius dicam, sponsalia etiam de præsenti matrimonium propriè loquendo non constituere, neque sub matrimonii dictione contineri. Item appellatione sponsæ uxorem non contineri. Item, nudo consensu non constitui matrimonium, sed traditione, acceptione & possessione opus esse.

§15. SUMMARIA.

1 *Respondetur ad objectiones.*
2 *Sponsa uxor quando dicitur, quomodo intelligendum.*
3 *Principes in tota Christianitate more recepto sese consanguineos mutuò nominant.*
4 *Vox Hebræa* Issa *quid denotet.*
5 *Sponsa non rectè dicitur uxor.*
6 *Quomodo intelligendum quando Theologi hi utuntur verbis,* Daß eine Verlöbniß sol ein Ehe seyn.
7 *Nuptiæ sperata quæ olim dicta.*
8 *Sponsa futura uxor est.*
9 *Sponsalia conjugium pactum appellatur.*
10 *Sponsalia matrimonium promissum vel desponsum appellarunt veteres.*
11 *Explicatur* c. quapropter 27. q. 2.
12 *Sponsalia initium conjugii à quibusdam dicitur.*
13 *Explicatur* c. conjux 27. q. 2.
14 *Sponsæ uxores quando vocantur, quomodo intelligendum.*

SEd his apertè † refragari videtur *l. Seja. de donat. inter vir.* 1
& vox, ubi dicitur, Matrimonium consensu contractum intelligi. Sed respondemus matrimonium contractum non censeri, antequam nuptiis celebratis tradita consenserit, iisque rebus consensum & votum reipsa satis exprimi. Deinde verba, cum certa die nuptura esset, satis arguunt, eam nondum nuptam, sed desponsam, & certum diem nuptiis præstitutum fuisse. Eo ipso autem die donationem factam, antequam aqua & igni acciperetur, hoc est, nuptiæ celebrarentur; quod vesperi fiebat, & antequam domum ducta esset. Nam

nuptiarum celebratio domum deductionem antecedit, itaque valere, modò ante nuptias facta sit. Nec necesse est quærere, an antequam domum deduceretur, facta sit? Nam sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciebantur, & his nova fit conjux, hæc duo magna putant. Idem tradit *l. sancimus. C. de nupt.* inspiciendum esse tempus nuptiarum, & ex quo vota reipsa præcesserint, hoc est, voluntas & desiderium rebus ipsis & factis, ut nuptiarum celebratione patefacta sit, & declarata, Neque hoc casu curiosè quærendum, an sit facta ante deductionem domum. Nam ante nuptias celebratas factam esse oportet, ut valeat, hoc est, ante initium matrimonii vel nuptiarum celebratarum, non in ipsis nuptiis inchoatis & ferventibus, & quando uxor domum deducenda est. Et ita verba intelligenda esse, §. *sequens* declarat *si virgini.* Nam & ibi inspiciendum esse docet, an donatio post matrimonium vel ante facta fuerit? Die autem nuptiarum demum matrimonium contractum esse, cum aqua & igni acciperetur uxor, id est, nuptiæ celebrarentur. Nam ex eo tempore incipit esse matrimonium, *ut supra explicavimus.* Rursus objicitur nobis *ex l. si donationem C. de nuptiis* ubi Theodosius constituit, pompæ celebritatisq; nuptiarum omissionem matrimonii firmitati non obesse. Sed si quis legem rectè ponderaverit & inspexerit, reperiet, eam his quæ hactenus à nobis disputata sunt, non repugnare. Nam expressè ait, pompam aliamque celebritatem nuptiarum matrimonio, alioqui rectè inito, non obesse. Idque verissimum est. Loquitur autem de pompa & ceremoniis, quibus veteres in nuptiis contrahendis usi sunt. De quibus suprà diximus, & quorum *Lucanus* etiam meminit de nuptiis Catonis & Martiæ renovatis agens, quæ potius ad hilaritatem, delectationem & voluptatem excogitatæ esse videntur, quàm ut ad matrimonium constituendum necessariæ sint. Ideoque à Lucano vana pompa appellantur. Qualia sunt quæ recenset.

Festa coronato non pendent limine serta,
Infulaq; in geminos discurrit candida postes
Legitimaq; faces, gradibusq; acclivis eburnis
Stat thorus, & vestes picto discriminat auro.
Turritaq; premens frontem matrona corona,
Tralata vetuit contingere lumina planta.

Non

Non timidum nuptæ leviter tectura pudorem
Lutea demissos velarunt flammea vultus.
Baltheus haud fluxus gemmis astrinxit amictus.
Colla monile decens humeriq; hærentia primis
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.
Sic, ut erat mœsti servans lugubria cultus,
Quoque modo natos, hoc est amplexa maritum.
Obsita funerea cælatur purpura lana.
Non soliti lusere soles, non more Sabino
Excepit tristis convitia festa maritus.
Pignora nulla domus, nulli cojere propinqui.

Et *Statius Papinius lib. 1. Silvar.*

Vix dum emissa dies, & jam socialia præsto
Omina, jam festa fervet domus utraq; pompa.
Fronde virent postes, & fervent compita flammis,
Et pars immensæ gaudet celeberrima Romæ.

Arnobius. Cum in matrimonia convenitis, toga sternitis lectulos, & maritorum genios advocatis. Nubentium crimen hasta celebrari mulieris puellarum togulas fortunam defertis ad virginalem. *lib.* 2. De quibus celebritatibus & ceremoniis multa ex omnium auctorum libris congessit *Barnabas Brissonius.* Interim tamen ad constituendum matrimonium requiruntur ea, quæ supra à nobis tradita sunt, nimirum sponsam in nuptiis junctam, mancipatam, traditam, acceptam, & possessam esse. Idque *idem Lucanus* innuit versibus sequentibus:

Fœdera sola tamen, vanaq; carentia pompa
Jura placent, sacriq; Deos admittere testes.

Item:

Junguntur tacitè contentiq; auspice Bruto.

Is autem Martiæ frater erat, ne quis existimet solo consensu & verbis sponsaliorum nuptias contractas esse. Atque ita accipienda existimo verba illa: alioqui rectè initio *d. l. si donationem.* Rursus occurritur nobis, & quidem à Theologis, hoc argumento tanquam firmissimo fundamento nitentibus, quod in sacris literis sponsa uxor appelletur, ideoque negari non possit, quod inter sponsum & sponsam sit matrimonium. Sponsa † *Deuteronom. vigesimo secundo.* 2

uxor appellatur. Si quis desponsatam puellam alicujus in agro vel quolibet loco oppresserit, moriatur, quia uxorem proximi sui nudavit. Et *Matth. 1.* Maria Josepho desponsa & nondum ducta vel accepta, uxor dicitur. Ne metuas accipere Mariam uxorem tuam. Sed hic ego non meis sed Gregorii verbis respondebo. Divinæ legis mos est, sponsas appellare uxores, non quod uxores sint, sed quod à parentibus fieri debeant. Quæ verba in Jus Canonicum relata sunt, *27. q. 2. & rectè.* Nam reipsa non sunt uxores, cum vota nuptiarum reipsa non processerint, sed ita appellantur propter promissionem factam, & spem futuri conjugii. Vel, *ut cap sit 27. quæst. 2.* spe futurarum, non re præsentium sponsas conjuges appellari: quæ verba Grogorii sunt. Augustinus, non effectu præsentium, sed spe futurarum dixit. *c. institutum ead. q.* cum virum audieris, non subeat tibi suspicio nuptiarum, sed recordere consuetudinis scriptu rarum, quod sponsi & sponsæ vocentur uxores: *& d. c. institutum.* Et Jacob. *Genes. 29.* loquens de Rachele sibi tum desponsa: trade, *inquit*, mihi uxorem meam. Beda *super Leviticum, super verba: si quis sponsam alterius violaverit*, sponsam uxorem, dixit, non quæ tunc erat, sed quæ futura erat uxor, idque Hieronymi auctoritate, cujus verba recensuimus. *Beza* ad illa verba: τλὼ γυναῖκα σῆ, hoc est, quæ tibi pacta est uxor. Nam quæ desponsa erat, jam uxor destinatione habebatur: vel ita interpretari possumus, τλὼ γυναῖκα σῆ, ut sit uxor tua *Matth. 1.* Ita & sacræ literæ, sponsos generos appellant, non quod sint, sed propter spem & promissionem. *Procopius Gazæus Genes. 19* Loth, *inquit*, appellat eos, qui filias ducturi erant, generos: qua ratione igitur suprà nominabat filias virgines, cum generorum facit mentionem? Videtur sponsos appellasse generos, sicut novum Testamentum Josephum vocat maritum vel virum Mariæ, *c. egressus 27. q. 2.* Quod & apud prophanos auctores non est novum. Ita *apud Virgilium 12. Aeneid* Regina Amata conjux Latini, Turnum generum appellat, cum tamen ei filia nunquam collocata fuerit Lavinia:

Nec generum Aeneam captiva videbo,
Promissam eripui genero, atque arma impia sumpsi.

lib 7. Aeneid. Et ibi Æneas Latinum socerum appellat. Apud Homerum Helena Hectorem appellat levirum, hoc est, mariti fratrem, tametsi rapta & adultera esset. *Levir mi, inquit, si te levirum meum mihi appel-*

appellare fas eſt, catella miſeræ atq; infelici. Iliad. lib. 6. Et *apud Livium, lib. 6. Decad. 3.* Scipio etiam appellat parentes ſponſæ Lucei ſoceros, etiamſi illa nupta non eſſet. Fuit Sponſa tua, inquiens, apud me eadem, quæ apud ſoceros tuos parentesque ſuos, verecundia ſervata eſt tibi. Item; ſupra dotem quam à ſocero acceperus es, hæc tibi à me dotalia dona accedent, aurumque tollete & ſibi herem juſſit. Et *apud Euripidem in Iphigenia*, Clytemneſtra Achillem maritum filiæ nominat, quæ tamen illi nunquam nupſit. *Etſi nondum Achilles eam duxiſti in matrimonium, tamen nominatu es charus maritus puellæ.* Et Medea Jaſonem conjugem appellat, cum tamen ei nupta non eſſet, ſed ſaltem clàm fidem dediſſet, & cum eo abiiſſet. Et *Pylades de Electra in Oreſte apud Euripidem. Ergo ſimul, inquit, mori me oportet tecum, & cum hac. Nam ipſum meum, cui ſpoſponderi nuptias, judico eſſe conjugem.* Eodem ſpectant Tyreſiæ verba de Hemione. Hemionis nuptiæ victimam prohibent: non enim eſt cœlebs, quamvis non attigit lectum, ſed habet deſponſatam. Reſpice ad has voces ei jam precor anno conjux *Valer. Flaccus.* Et viduam ſe appellat Clytemneſtra, quod ejus maritus Agamemnon 10. annos abfuiſſet, cum tamen adhuc eſſet ſuperſtes. *Seneca in Agamemnone. Decem per annos vidua reſpiciam virum. Nutrix. At te flectat conjugii ſacrum nomen, Meminiſſe debes ſobolis ex illo tuæ.* Et *Plautus in Sticho.* Penelopen quæ marito diutius caruerat, viduam appellat. *Credo ego miſeram Penelopen ſoror ſuo ex animo, quæ tam diu vidua viro ſuo caruit.* In ſacris literis Laban vocat Jacobum fratrem, cum eſſet ſororis filius. *Geneſ. 29.* Laban dicitur filius Nachor, cum ſit nepos Nachor: *ibidem.* Unde colligitur, quantum iſtis appellationibus tribuendum ſit. Et in tota † Chriſtianitate more jam recepto Principes ſeſe conſanguineos mutuò nominant & ſalutant tàm coram, quàm literis, etſi 3
inter eos nulla neceſſitudo ſit, ne quis blandis illis appellationibus nimis inhæreat. Huc accedit † quod vox Hebræa *iſſa*, quæ apud 4
Moſen *Deuteron* 22. & vox γύνη quæ apud Matth. extat, non tàm uxorem quàm mulierem & fœminam ſonat, vel viram potiùs. Quo vocabulo etiam veteres Latini uſi ſunt, pro fœmina vel muliere. *Feſtus*: Fœminas quas nunc dicimus, antiquis VIRAS appellatas; unde adhuc permanent virgines & viragines: Idque ad imitationem

tionem Hebræorum qui ab Is Issa, hoc eſt, à vir vira faciunt. Immò vocem vir eandem cum Is exiſtimo *aleph* in U mutato: quod & in voce Esta & Hesper factum videmus. Unde Veſta & Veſper, & S in R transformato: nam & linguis vulgaribus promiſcuè literis R. & S. utuntur. Itaque & interpretes vocem Issa, *quæ Geneſ. 2. cap. extat*, inopia latini ſermonis, viraginem reddiderunt: alii viriſſam: Rectiùs & latinius viram vertiſſent. *Vocabitur vira, quia à viro ſumta eſt. Suidas. Iſſa* vox eſt de iis, quibus litera Z obvenit, & omnia malè cadunt. Ex quibus colligitur, non rectè ex nomine *Iſſa* concludi, ſponſam revera uxorem dici vel eſſe. Nam, ut diximus, *Iſſa* generale nomen eſt, & non tantum de uxore, ſed & de deſponſata accipitur & intelligitur, ut ex fœmina mulier γύνη, quæ huic reſpondent. *Cajus:* Si mulier ſponſo, ſive jam marito futura uxor dotem dicat. *Lucretius:*

Et mulier conjuncta viro conceſſit in unum.

Ita & mulieris appellatione, venit virgo, quod ad ſexum attinet: *l. 13. mulieris. de verbor. ſignific.* Auguſtinus duodecim annorum puellam mulierem appellat, more Hebræo: nam & aliis ſcripturarum locis hoc invenitur. Item, non eas tantùm, quæ virum paſſæ fuerunt, ſed etiam fœminas intactas & integras mulieres appellant. *Fulgentius in epiſtola ad Probam.* Virginis, *inquit*, ſi quis velit diligenter conſiderare vocabulum, etiam ad mulierem pertinere inveniet. Uxoris autem nomen tam latè non patet apud Latinos. Nam uxor dicitur, quam quis in matrimonio habet & poſſidet: Vel, quæ viro tradita eſt, & alicujus matrimonium tenet. *Cicero. Se modo Q. Metelli matrimonium tenuiſſe. Arnobius: Matrimonium cujus magna tenuerit mater. lib. 4.*

Item, Uxorum duæ ſunt formæ, una matrumfamilias, hæ ſunt quæ in matrimonium convenerunt, altera earum quæ uxores habentur. Et id nomen nuptiis demum conſummatis ſumit & adipiſcitur mulier: *ſecundum illud Auſonii.*

Nomina quæ primo ſumpſimus in thalamo.

Item; ſignificatione nominis maritus vel uxor poſt matrimonium cœptum intelligitur. Item; mariti nomen illi ſoli competit, qui nuptias contraxit, *l. non ſine §. Germanus. de bonis quæ liberis.* At quæ deſponſata tantùm eſt, vel ſponſa, uxor non dicitur Latinis, ſed

ſponſa

ſponſa tantum, mulier vel fœmina: Ita nec virgo dicitur uxor, antequam nupta ſit, & à viro poſſeſſa. Unde rectè *Ponta vetus: Virgo ſum, non didici verba nupta dicere.* Et ut obiter hoc moneamus, Mutivo Deo ſacra faciebant nuptæ velatæ, & in togis prætextis. Et qui dum ad maritum deducerentur Eaſcennini: in proverbium abierunt verba nupta & prætextata, pro liberis, turpibus & obſcœnis. *Feſtus.* Et vicinus noſter *Janus Guilielmus libr. 1. cap. 23. veriſimili.* E contrario virgo ampliùs non dicitur, quæ viro conjuncta eſt, etiamſi adhuc à viro integra ſit. Ex quibus † planum eſt, non rectè ſponſam uxorem dici, neque id vi vocabuli Hebræi *Iſſa* intelligi aut convinci poſſe. Huc facit illud *Tertulliani.* Ubi duo in unam carnem per matrimonii nexum efficiuntur caro ex carne, & os ex oſſibus, vocatur ſecundùm originem mulier ejus, ex cujùs ſubſtantia incipit cenſeri facta uxor. Ita mulier non natura nomen eſt uxoris, ſed uxor conditione nomen eſt mulieris. Denique & mulier non uxor dici poteſt, non mulier autem uxor dici non poteſt, nec eſſe. *de veland. virgi.* Poſtremò & hoc notandum eſt, & illis qui pertinacius hæc defendere cupiunt objiciendum. Mariam ſponſam dici, antequam conveniſſent Joſeph & Maria, hoc eſt, antequam accepta ducta eſſet, ut ex verbis *Matth. 1.* colligitur, μνηστευθείσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῷ Ἰώσηφ πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς. Item ex angeli verbis: Ne metuas accipere Mariam τὴν γυναῖκα σου: Item ſponſam dici Mariam vel deſponſam, poſtquam à Joſepho ducta & accepta eſſet, conſummato matrimonio, nimirum eo tempore, quando unà cum Maria Bethlehem proficiſcebatur Joſeph, ut ibi cenſeretur, cum ea ſibi deſponſa & prægnante, Græcè σὺν Μαρίᾳ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ οὔσῃ ἐγκύῳ. Chaldaicè [im miriam mechirteh] Nam vocabulum [Cad batno vethamon ithcetheb mechiro] *Matth. 1 & Luc. 6.* extat, quæ venditam deſignat ſeu alienatam. Quod ideò moneo, ne quis tàm anxiè vocabulum [iſcho] quod apud Matthæum & Moſen extat, urgeat, ex eoque exiſtimet concludi poſſe, ſolis verbis aut promiſſionibus de conjugio matrimonium verum, propriè loquendo, conſtitui. Nam & hac ratione quis colligere & ratiocinari poſſet. Maria poſtquam à Joſepho accepta & ducta eſſet, ſponſa nominatur. Ergo ſponſalia tantùm inter eos fuerunt, non

matrimonium. Nam qui ſponſam habet ſponſus eſt. *Joh. 3.* Quod tamen nemo ſanus dixerit. Poſtremò à Magiſtro ſententiarum objiciuntur verba Ambroſii, quæ extant *27. diſtinct. q. 2.* Cùm initiatur conjugium, conjugii nomen adſciſcitur. Nam defloratio virginitatis non facit conjugium, ſed pactio conjugalis. Denique cum mulier viro conjungitur, conjugium eſt, non cum viri adjunctione cognoſcitur. Ego veriſſima eſſe Ambroſii verba non nego, ſed quæ de promiſſione, quæ in ſponſalibus fit accipienda ſint, id verò pernego. Nam illis verbis id tradidit Ambroſius, quod Ulpianus regula illa vulgata: Conſenſus non concubitus facit matrimonium: idque oſtendunt verba, pactio conjugalis, quæ differt à ſponſalibus, quam nuptiale fœdus Nicolaus Pontifex appellat. Item, cum viro conjungitur: Verba eodem pertinent. *Arnobius lib. 4.* Habent ſperatas, habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas? & quid de ipſis conjunctionibus loquimur? quando & quoſdam nuptias celebraſſe & feſtas habuiſſe frequentias dicitis. Nam verbum jungere ad traditionem pertinet: idque ex illo Claudiani colligitur.

Quid jungere differt,
Quam pepigit, caſtasq; preces implere recuſat,

Item *Lucanus.*

Junguntur tacite conſentiq; auſpice Bruto.

Loquitur de nuptiis Catonis & Martiæ renovatis. Capitol. Nuptias filiæ ſuæ Faſtinæ cum M. Antonio eam conjungeret, uſque ad donativum militum celeberrimus fecit. Item;

Connubio jungam ſtabili propriamq; dicabo.

Hinc & Statius *tedas jungere* dixit. Lucret.

Et mulier conjuncta viro conceſſit in unum.

Nam jungere idem valet quod copulare. *Cicero: Quidam cui in ſomnis complexu Venereo jungeretur. Idem, An hæc inter ſe jungi copulariq; poſſunt. Facit illud Ambroſii ad virginem lapſam c. 5. Si inter decem teſtes confectis ſponſalibus, nuptiis conſummatis, quævis fœmina viro juncta mortali, ſine magno periculo adulterium &c.* Verbum *initiatur*, ego de initio conjugii accipiendum exiſtimo, idque veteres ex eo tempore, quo conjuges convenirent, & cohabitarent, definierunt, *ut ſupra latè explicavimus.*

Sed ut demus de ſponſalibus accipi poſſe, nec id iis, quæ ſuprà diſputa-

diſputavimus repugnat. Nam Ambroſius cum dixiſſet: *cum initiatur conjugium*, non addidit tunc *res vel effectus*: ſed tunc nomen conjugii adſciſcitur, oſtendens, tales conjugii nomen habere non rem vel effectum. Verba ſunt, *c. inſtitutum 27. q. 2. §. poteſt & aliter diſtingul.* Itaque ſolo nomine ſeu appellatione conjuges erunt, non re vel effectu. Et ita ſtatuendum † cenſeo, quoties Theologi utuntur his & ſimilibus verbis: Daß eine Verlöbnüß ſol eine Ehe ſeyn/ vnd die Vertrawte ſol ein Ehefraw heiſſen/ quod ſcilicet conjuges dicantur, ſed revera non ſint, & conjugium ſit promiſſum vel futurum. Interim tamen ex his verbis diſtinctionem invexerunt, ut dicant, aliud eſſe conjugium initiatum, aliud conſummatum ſeu ratum, cujus auctor vetus interpres Guilielmus exiſtimatur, & conſilium Toletanum, *ut ex cap. ſtatutum, colligitur. 27. q. 2.* Inter ſponſum & ſponſam conjugium eſt, ſed initiatum: inter copulatos eſt conjugium ratum. Rectius, verius † & elegantius veteres, qui ſponſalia appellant nuptias ſperatas vel matrimonium ſperatum *l. ult. C. de ſponſalib.* Item, ſpem matrimonii: *Harmenop. lib. 4. T 2.* Etſi legibus prohibitæ non ſint ſperatæ nuptiæ. Item matrimonium futurum, *l. 1. §. 1. inter divortium. de verb. ſignificationibus*, ubi Paulus ſcribit, futurum matrimonium repudiari, ad ſponſam divertiſſe dici poſſe negat, *l. Titia. de verbor. obligationibus.* Inhoneſtum eſt vinculo pœnæ obſtringi matrimonia ſive fututa, ſive jam contracta. Idque veteres ſecuti ſunt: *Valerius Flaccus* de Medea dubitante an Jaſon ſibi fidem datam ſervare vellet. *lib. 8.* 6

Quanquam Oenotriis cum regibus iret,
Sola tamen nec conjugii ſecura futuri,

Ovidius, in epiſt. Acontii ad Cydippen.

Improbe tolle manus, quam tangis, noſtra futura eſt.

Item:

Tu mihi promiſſi parte futura thori.

Et *Alexii Comneni Novella nomecano tit. 13. cap. 2.* Futuræ nuptiæ ſponſalia ſunt. Et futura uxor in Epitaphio † quodam, quod in Betica exrat, nominatur. Verba ſunt: Cl. Cornelio Sumano Cl. Aurel. Sumani F. Sum ego Juſtina uxor futura, fiunt & hæc libenter, & quoties poto, toties propino, & quor pocula ſumit, ſumo. Quondam viximus concordes conjunx. *Cajus lib. 2. Inſtit. de obligat. T ſi mulier* 8

ſponſo ſive jam marito futura uxor dotem dicat. Et lib. 2. Uxores futuræ dicuntur ſponſæ *l 2. de ſponſalibus.* ut & veteres Theologi; quod paulò ante notatum eſt. Item; deſtinatæ. *Arnobi.* Mox alienas virgines jam deſponſatas, jam deſtinatas, nonnullas de matrimonio mulierculas ſine mora rapuit. *lib. 8.* Item; diſceſſio ſponſæ à ſponſo dicitur ſeparatio conjugalis, hoc eſt, violatio conjugii, non jam exiſtentis ſed futuri, ut ex ipſa deſponſatione ſperabatur *27. q. 1. c. ſic quippe.* Nec ergo illa auctoritate poteſt ſponſa conjux probari. Sed
9 & ſponſalia conjugium pactum appellarunt ii, qui latine & non barbare ſcripſerunt. *Tacitus de Claudio Cæſare ita loquitur.* C. Pompejo & Q. Veranio Coſſ. pactum inter Claudium & Agrippinam matrimonium, jam fama, jam illicito amore firmabatur. Nec dum celebrare ſolennia nuptiarum audebant, nullo exemplo deducta in domum patrui fratris filia *lib. 12.* Item: ubi ſui matrimonii certa fuit. Ita *Acontius Cydippæ.*

Conjugium pactamq; fidem non crimina poſco.

Ita ſponſalia inter Mariam & Joſephum appellat vetus Poeta *Juvencus* conjugium pactum, Angeli verba referens:

Accipe conjugium nullo cum crimine pactum.

Pacta puella ſponſa intelligitur: *Symmach. lib. 7. epiſt. 20. lib. 9. epiſt. 40. lib. 10 epiſt. 47. Arnobius lib. 4.* Habent ſperatas, habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas, *& de ea re plura ſupra*
10 *c. 3. adduximus.* Sed † & matrimonium promiſſum vel deſponſum appellarunt veteres. *Ovid.*

Promiſſus ſocios ubi nunc Hymenæus in annos.

Tacitus lib. 4.

Promiſſum matrimonium flagitante Livia.

Item:

Qui deſponſa tua firmas connubia flamma.

Valerius Flaccus:

Promiſſamq; fidem thalami fœdusq; jugale.

Ovid. in Heroid.

Si tibi conjugium volui promittere noſtrum
Exige polliciti debita jura thori.

Item:

Iſte

Iste sinus meus est, mea turpiter oscula sumit,
A mihi promisso corpore tolle manus.

Ultimò non obstat his dictum Hieronymi, quod etiam à M. sententiarum adfertur, *& extat c. quapropter 27. q. 2.* Matrimonium † 11
sponsali conjunctione initiari & conjunctione corporum perfici; &c. Nam id voluit Hieronymus, quod toties, usque ad nauseam inculcavimus: matrimonium esse ex eo tempore, quo sponsalis fit conjunctio, hoc est, quando sponsus & sponsa conjunguntur, quod in nuptiis fit, ubi sponsa copula sponso traditur, & conjungitur. Nam hoc est conjungere, *ut supra explicavimus.* Melanthon † & alii hunc 12
secuti sponsalia initium conjugii appellant. Superest † *cap. conjux.* 13
27. *q. 2.* ubi Augustini verba referuntur de conjugio Josephi & Mariæ. Conjux vocatur à prima desponsationis fide, quam concubitu non agnoverat Joseph, nec fuerat agniturus, &c. Sed de his jam dudum responsum est, conjuges appellari sponsas consuetudine scripturæ, sed revera non esse. Idque auctoritate veterum Theologorum planum fecimus, itaq; hic longiores non erimus, ne actum agere videamur. Quibus hoc addimus, quod idem Augustinus tradidit, & de conjugio scriptum reliquit: Consensus habitandi & individuam vitæ consuetudinem retinendi eos conjuges fecit. *c. beata Maria 27. q. 2.* Ex quibus omnibus † efficitur, sponsalia quacun- 14
que oratione concepta matrimonium propriè non constituere, & sponsas uxores quidem nominari, sed reipsa non esse uxores, etsi in quibusdam pro uxoribus censeantur, de quibus dicetur paulò post.

§. 10. Summaria.

1 *Varii fines & effectus conjugii.*
2 *Sponsus & sponsa extraordinarie puniuntur, qui statim post peracta sponsalia in amplexus venereos ruunt.*
3 *Sponso non debet χάρις, hoc est, concubitum sponsa.*
4 *Sponsus impune non rapit sponsam.*
5 *Ut adulterum puniunt Hebræi, qui sponsam attigerit antequam sub Chuppa tradita sit.*
6 *Sponsam cum sponso consuescere ante nuptias publicas Ethnicis turpe fuit.*

11 QVæ ſententia eo ipſo confirmatur, quod cum † varii & diverſi fines conjugii ſint & effectus, nimirum, ut propagetur Eccleſia, ut liberi procreentur & ſuſcipiantur, ut quilibet ſociam & participem habeat vitæ, ſtudiorum & laborum, neque illi ſolitudo moleſta ſit, ut maritus imperium in uxorem habeat, eaque in ejus ſit poteſtate, ut maritus fructus dotales lucretur, ut uxor forum & domicilium mariti ſequatur, ejuſque radiis & dignitate fulgeat, & ſi qui ſint alii: nullus tamen iſtorum matrimonio initiato ſeu pacto competat & tribui poſſit. Nam quod ad propagationem & procreationem liberorum attinet, tantum abeſt, ut ei operam dare poſſint ſponſus & ſponſa, ut ſponſus ſponſam attingere non audeat neque debeat, ante matrimonii conſummationem: imò puniuntur extraordinarie † ſponſus & ſponſa, qui ſtatim poſt peracta ſponſalia pecudum ferarumque ritu, effrenæ libidinis impetu, in amplexus venereos ruunt, vel pœna pecuniaria, vel carceris, velut ſponſæ prohibeantur habitu virginali incedere, idque quod ſponſus corporis ſponſæ poteſtatem non habeat. Neque † viro ſponſo χάριν, hoc eſt, concubitum debet, quemadmodum uxor, quæ marito ὀφειλομένην εὔνοιαν præſtare debet, ut Apoſtoli verbis utar. *1. Corinth. 7. Apud Xenoph. in Oeconomico* Iſchomachus uxorem ita alloquitur. Ergone, inquam, ego mea uxor ſic convenimus, ut inter nos etiam eſſet corporum communicatio? Sic homines ajunt, inquit, quam Græci χάριν vocant. *Plutarchus in libello de amore* χάρις γὰρ ὦ γύναι τὸ γενες ἡ τῦ ἡλικ ἴπειξις τῷ ἄρρενι πέκλεσαι πρὸς τῶν παλαίων, hoc eſt, obſequium, quo mulier viro ſui copiam facit, à veteribus χάρις dicitur. *Et in libello de legibus connubialibus*, hic, *inquit*, meo judicio mos matrisfamilias eſſe debet, ut neque defugiat, neque averſetur exordiente viro, neque occipiat ipſa: hoc enim meretricium & impudens factum, illud eſſe ſuperbum, atque ab amore alienum conjugali, & amorem vertit in odium, *Ariſtoteles Oeconom. lib. 1. cap. 4.* Ad uſum congreſſumq; quod attinet, ne ille deſideretur præſtandum eſt, non propter abſentiam quieti locus non ſit, ſed aſſueſcendo conciliabitur, quod ſatis ſit abſentibus & præſentibus. *Catullus*

Nupta tu quoq; quæ tuus vir petet cave ne neges,
Ne petitum aliunde eat.

Nec minùs eleganter *Eraſmus*. Non provocare matronæ eſt: comiter

comiter negare pudoris: Obstinate recusare præsidiæ est, & contra Apostoli præscriptum μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους. Nec sponso † ipsi 4
impunè rapere sponsam licet: nam & nuptiæ inter eos prohibentur *d. l. un. Novell. 45. & Nuo. 150.* Et notat *Bald. d. l. un* maritum in uxorem manus injectionem habere. At sponso sponsam attingere jus non est: imò sponsus morte punitus, qui sponsam invitam & reluctantem rapit ad concubitum. *Baldus dict. l. 1.* Quo spectat lex Genevensium. *Que devant les fian cailles & jusques à ce quele mariage ait este benit en l'Eglisse à la facondes chrestiens les parties n'habitent point ensemble comme mari & femine surpeine de toirs iours de prison au pain & à l'eau. Et qu'estans appeller en consistoire ils y soyent remonstrez de leur faute.* Latine sic reddi potest. Quod ante sponsalia & quoad matrimonium in Ecclesia secundùm ritum Christianorum sit consecratum, partes unà non habitent veluti maritus & uxor, sub pœna carceris triduum aqua & pane tolerandi, & ut vocati ad consistorium de delicto commisso moneantur & culpentur. Imò ut adulterum puniendum Hebræi censent, qui † sponsam antequam sub chuppa tradita sit, 5
attigerit. Sed & Ethnicis turpe fuit & † indecorum, sponsam ante 6
nuptias publicas cum sponso consuescere & dormire. Idque Nausicaa apud Homerum non obscure innuit *Odyss. 6.*

Καὶ δ' ἄλλη νεμεσῶ ἥτις τοὶ ὠπιζομένοισι
ἢ τὰ ἕκητι φίλων πατρὸς καὶ μητρὸς ἐόντων
ἀνδράσι μίσγηται πρὶν ἀμφαδὸν γάμον ἐλγεῖν.

Id est, *Ego quidem sponsa alius succenserem quæ tale quid in se admitteret, quæ parentibus invitis viro misceatur, priusquam palam nuptiæ factæ essent.* Et apud Helidorum Cariclea Theagenem monet, ut à virgine sua abstineat, quoad ei nupta sit & palàm in nuptiis tradita Φείδου ἢ καὶ τῶτο ὦ γάμε καὶ Φύλακα νομίνω γάμων τὸν σὸν παρθένον μηδὲ καθ' ἕπνους συγγένου. *lib. 6.* Aristodemus certè filiam interemit, quod sponsus diceret, eam ex se gravidam esse, antequam domum ducta esset. *Pausanias libr 4.* Quod tamen in quibusdam provinciis Christianitatis malè observatur, ubi ordine præpostero sponsa priùs cognoscitur, quàm domum deducitur. Imò sæpius cognita est, quàm desponsata, *ut Erasmi verbis utar. Qua de re plura Tiraquellus in tractat. de l. connubialib. num. 23. in verbis, En puo voir de son marrii.* Ex quo insignis differentia inter sponsalia & nuptias inter sponsum & mari-

maritum, inter sponsam & uxorem elicitur, quam nos secundam constituimus.

§. 11. SUMMARIA.

1 *Uxor ad individuam vitæ consuetudinem obligatur.*
2 *Sponsa ne cum sponso in uno domo habitet pro lege servatur apud Hebræos.*
3 *Morù fuit apud veteres, ut sponsæ in sponsorum domibus haberentur.*
4 *Sponsis non licet unà vivere, etiam apud barbaras gentes.*

1 TErtia differentia † est quod uxor ad individuam vitæ consuetudinem obligetur, juxta illud *Genes 1.* Faciamus ei adjutorium [cenegdor] quod sit coram eo. Nam mulier à Deo ita creata est, ut sit coram marito suo ubique & semper, & cum eo habitet, tanquam una caro, hoc est, individua vitæ comes sit. De latere sumpta est, non oportet à latere mariti discedere. Quod & veteribus Ethnicis ignotum non fuit. Nam & in matrimoniis contrahendis hæc erat formula usitata: Ubi tu Cajus, ego Caja. *Plutarchus in quæstionibus Græcis.* Nymphæus negavit moris esse sine uxoribus cœnam inire: *Plutarchus de virtut. mulier.* Sponsa verò consuetudine viri & consortio non uti, sed abstinere debet: idque disertè Imperator Comnenus cavit revocata vetere lege, quæ de sponsalibus promulgata erat, ne ad sejunctam sponsam ingredi liceret. Et sui temporis consuetudinem reprehendit, qua promiscuum vulgus post septennium nuptias celebrarat, ac pro arbitrio quisque ad desponsatas ingrediebatur, continua consuetudine atque libertate amoris flammam accendens; & paulò post. Quin & contrahentes personæ ab intempestivis & indecoris congressibus coercitæ castam vitam ducent, opportuno tempore, quando sponsalia nuptiasque ipsis perfici conveniet, cum sacra benedictione invicem congressuræ. Itaque apud Livium Icilius de sponsa sua, quam in servitutem vendicare Claudius volebat, Non manebit, inquit, extra domum patris sponsa Icilii. Et apud Hebræos † pro lege servatur, ne sponsus unà cum sponsa in una domo habitet, antequam sub chuppa convenerint. Imò graviter mulctandum censent sponsum, qui cum sponsa cubuerit, antequam ei publicè tradita sit. Neque antequam

2

sub

ſub chuppa convenerint, eam attingere fas eſt: *ut ex Pandectis eorum colligitur.* Atque id inſtitutum multo ſanctius eſt, quàm quod in jure canonico traditur; moris fuiſſe apud † veteres ut ſponſæ in ſponſo- 3
rum domibus haberentur *c. priuſquam 27. q. 2.* quod mihi veriſimile non fit: Nam & periculi & ſuſpicionis plena res eſt, eos qui amore ardent perpetuo, unà vivere. Hoc enim eſt igni ſtipulas & arida ligna ſubjicere. Elegantiſſimè Nazianzenus *in gnomis diſtichis:*

πῦρ ἐγγὺς καλάμης ἀκάσφαλές, ἠδὲ γυναῖκα
παρθένον ὦ μοναχὲ κταῦ ὁμωφόρεον

Id eſt, *Ignis prope paleam res non eſt tuta, neque mulierem virginem (ô monache) habere contubernalem vel ſub eodem tecto commorantem.* Itaque rectè *Plautus in Curculio.*

Fumo flamma proxima eſt.
Fumo comburi nihil poteſt, flamma poteſt.
Qui è nuce nucleum eſſe vult frangit nucum.
Qui vult cubare pingit ſaltem ſuavium.

Auguſtinus. Malum videre fœminam, pejus alloqui, peſſimum attingere. Quo ſpectant *ejusdem Nazianzeni* verſus:

ἄρσενα καὶ θήλειαν ἐχώρισεν ἐλπὶς ἀμείνων
ἡ δὲ Φύσις κρυπτὴν τλὼ νόσον ἔκδον ἔχῃ.
ἢν ἀπίχεις μακρὸν ἀπίνθης μῶρε ἢν δ' ἀνα μίσγῃ
ἀψὶς πῦρ καὶ ἢν πνεύματι ἐξ ὀλίγων.

Id eſt, *Virum & mulierem ſejunxit ſpes melior. Interim tamen natura occultum intus morbum aliit: Si longè abſis, ſcintilla manet otioſa, ſin te admiſcueris, incendium flatu minimo excitabis maximum.* Rectè ille: Maximum ad perſuadendum momentum habet continuus uſus Conciliatrices enim amoris oculi ſunt. Atque ad comparandam gratiam conſuetudo maximum in modum conducit, cujus tanta vis eſt, ut feras nedum mulieres manſuefaciat. Et vulgò dicitur, *Vitare peccata eſt vitare peccandi occaſiones.* Imò ne † apud barbaras quidem gentes, ut 4
Rutenos, ſponſis licet unà vivere, & habitare, niſi ſolennitate publica præeunte copulentur, *ut tradunt ii, qui de rebus Moſcoviticis ſcripſerunt.*

§. 12. SUMMARIA.

1 *Uxor eſt in dominio & poteſtate mariti.*

2 *Uxoris nihil eſt, viri omnia.*
3 *Bona ſponſæ non ſunt ſponſi bona. Sponſus non poſſidet quæ ſunt ſponſæ.*
4 *Uxor nihil poteſt vovere abſque mariti conſenſu.*

1 QVarta differentia eſt, quod † uxor ſit in dominio & poteſtate mariti. *c. hac imago 23.* Maritus eſt caput & dominus uxoris: nam lex naturæ hæc eſt, ut in ſua domo quilibet ſit dominus, *ut inquit Homerus*, quò familiæ imperare poſſit. Debet autem, *ut inquit Plutarch* in uxorem vir dominari, non ut in mancipium dominus, ſed ut animus in corpus conſentiens ei, & conſpirans benevolentia. Et hæc legi divinæ ſunt conſentanea. *Geneſ. 3.* Sub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tibi. Quò ſpectat repromiſſio inter Clitiphontem & Meliten facta *apud Achill. Statium* Perquam ſanctè juravimus, ego quidem me illam amaturum, illa verò me ſibi conjugem aſcituram rerumque omnium ſuarum dominum habituram. *Item;* Melite quæ naufragio virum amiſit, Clitiphontem ſibi dominum, non enim maritum dicam, ſibi exoptat, eique ſe & fortunas ſuas omnes dedit. *Et lib 7.* Cum hæc me rerum ſuarum omnium do-
2 minum conſtituere vellet. Hinc fit † ut nihil ſit uxoris, viri omnia, & quemadmodum vinum dilutum, etiamſi plus aquæ ſit infuſum quàm vini, vinum tamen dicitur. Ita fœmina, etſi in dotem plus attulerit quàm maritus habeat, hujus tamen omnia redduntur. *Plutarchus.* Nam qui fœminam ipſam poſſidet, is cuncta poſſidet quæ
3 ſunt fœminæ. At in ſponſa ſecus habet: ejus enim bona ſponſi non ſunt bona, nec illa ut uxor poſſidetur, ut paulò poſt explicabitur. Itaque nec ſponſus poſſidet quæ ſunt ſponſæ. Et huc facit illud Petri: Sara Abrahæ obediebat, dominum eum vocans: & verſus Euripidis

γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
ἐς τῶν πεπόντων οὐκ ἔστ' ἀλλὰ τῶδε λέχους.

hoc eſt, *Mulier ubi domo patris exierit non eſt in poteſtate parentum. ſed conjugis.* Unde colligitur, ubi domo patris exierit mulier, & in domum mariti deducta fuerit, tunc primùm in poteſtatem mariti eam venire: idque apud omnes gentes obſervatum eſſe hiſtorici teſtes ſunt. Mulier Lacæna, cum eam quidam de ſtupro per internuncium appellaſſet, ut ſibi aſſentiretur, hoc reſponſum reddidit. Cum virgo eſſem

essem, patris imperio obsequebar, sed postquam nupsi, marito: si ergo æqua à me postulat, huic primum aperiat *Plutarchus in Laconicis instit.* Et Thimoleontis uxor Tyranno respondit. Tu si mentem haberes de maritis non ageres cum uxoribus, sed ad illos, qui in nos jus habent mississes. *Plutarchus de virt. mulierum.* Cum ex oraculo Delphico ex Ægyptidarũ gente virgo esset immolanda vel sacranda, Aristodemus, qui ex ea gente esset, vltro filiam obtulit, Messenius ciuis, qui Aristodemi filiam amabat, ac propediem vxorem ducturus erat, ex sponsu agebat, puellam vindicans acriter negare, in patris eam amplius esse potestate, quæ sibi desponsa esset: suum esse, qui sponsus sit, in illam jus omne. Qua ratione cum parum proficeret, vitiatam à se puellam & gravidam esse affirmat impudenti mendacio. Qua re commotus Aristodemus, & furore adactus filiam statim occidit, & ejus utero exciso, ostendit omnibus eam non fuisse prægnantem: & parum abfuit, quin puellæ procus à multitudine interemptus esset. Aristodemus autem postea ad filiæ tumulum sibi mortem consciuit. *Ibid. Pausanias lib. 4.*

Culpandus autem fuit procus vel sponsus, qui ante nuptias sibi in sponsam jus & potestatem competere existimavit, quam semper pater, ut suprà ostendimus, usque ad nuptias contractas habuit in liberos, qui & jus vitæ & necis habuit. Ita male *apud Ovidium* Acontius se sponsæ Cydippes dominum jactat his verbis.

Elige de vacuis, quam non sibi possidet alter,
Si nescis dominum res habet ista suum.

Nam sponsus in sponsum neque dominium neque potestatem habet. Et Acontio non fuit desponsa Cydippe, sed ipse sibi finxit sponsalia. Et hæc potestas facit, † ne uxor quicquam possit vovere 4
absque mariti consensu. *Num. cap. 30.* Quod elegantissime explicatur in Pandectis Hebræorum his verbis. [*haben ben seloseh Eschre schonoh veiom achod vehabath bath schthem Eschreh schonoh veiom Achod im ginodru nidram kaym veaf al pi schelo hebihuu schethe saebruth cischlo hoiu birschuth hoab tou hirschuth habaal: chi os abiho hoio mefar col nedorim vechol schebueuth veim thomar ad mothay hab mefar ad schethibagor veos hie coalmeno vgruscho vead mothay habaal mefar nidrou ischthou*

Leolom miſchethiconeſſ lechupo ad ſegirſchennoh Abel naeroh hamorroſſoh Aen meſar nedorehoh Ala boab eim haball ceechod veim meth hooruſſ choſro lirſchuth abiho veim meth boab aen habal meſar ad ſchthiconeſſ lechupo ulrſchutho vegam amrim rabuthenu chi abi aruſſoh ou bath meſar chol nedorebo Abal haballaeno juchal lchoſer] Id eſt, *filius natus annos tredecim & diem unum, & filia annos duodecim nata & unum diem. ſi noverint quicquam, votum eorum valet, etiamſi pubertatis nulla ſint indicia, niſi ſint in poteſtate patris, aut in poteſtate mariti. Nam tum pater eorum votum & juramentum diſſolvere poteſt. Sed quæritur quamdiu pater diſſolvit votum? quoad illa adoleverit, hoc eſt, annos viginti nata ſit. Nam ea ætate filia pro vidua vel repudiata habetur. Sed quamdiu maritus uxoris votum diſſolvit? Perpetuo: ex quo illa marito ſub chuppa tradita eſt, quoad repuedietur. Sed puella deſponſatæ votum diſſolvere nemo poteſt, niſi pater & ſponſus ſimul. Et ſi ſponſus mortuus fuerit, illa in poteſtatem patris revertitur. Patre verò mortuo, vir votum ejus diſſolvere non poteſt, quoad illa ei ſub chuppa tradita fuerit, & in ejus poteſtatem pervenerit.* Et ſcribunt Dd. patrem ſponſæ aut filiæ diſſolvere omnia vota ab illa facta: virum autem ea diſſolvere non poſſe. Quorum omnium ſummam complexus eſt *Riccius in lib. de cœleſti agricultura.* Votum puellæ patris voluntati, nuptiæ autem mariti arbitrio ut reprobet & confirmet, committitur. Ita quarundam gentium legibus maritus eſt uxoris ſuæ tutor legitimus, ut Saxonum, Danorum: Sponſæ autem tutor non eſt ſponſus. Quo ſpectant verba juris Saxonici ſuprà relata.

§. 13. SUMMARIA.

1 *Uxor poſſidetur à marito, ſponſa non.*
2 *Copula cauſat poſſeſſionem matrimonialem.*
3 *Explicantur verba quædam* cap. 24. Deuteron.
4 *Uxor uſuraria quæ*

QVinta differentia. Uxor † poſſidetur à marito: ſponſa
1 non poſſidetur. Poſſideri autem ex eo colligitur, quod uxoris uſum vel χάρειν maritus habeat. Itaque rectè Bartol. Copula cauſat
2 † poſſeſſionē matrimonialem *in l. ſi duo. uti poſſidetis. & notatur in cap. ex parte*

parte de reſtitut. ſpoliat. conſilio matrimoniali germano 16. Et ita † accipio 3
verba *Deuteron. 24.* Si vir acceperit uxorem & poſſederit vel maritaverit, *hoc eſt*, fœminam fecerit, Hebraicè [*ubalo*] Et cum ex lege 12. tabularum res mobiles anno ubique uno uſucaperentur, ne ad earum exemplum mulier quoque per integrum annum & continuum à marito poſſeſſa uſucapereter, permiſit lex duodecim tabularum, ut liceret mulieri tribus noctibus abeſſe à viro, quibus uſucapionem mariti interrumpebat, idque lex uſurpatum ire dicebat. *Gell. lib. 3. c. 2.* Idque ſuprà veterum ſcriptorum auctoritate confirmavimus, qui uxorem poſſideri ſcribunt, quæ hic non repetimus, ne actum agere videamur. Qua de cauſa † uxor uſuraria rectè dici poteſt, 4
quaſi dicat uſuaria, ut cujus uſum maritus habet, hoc eſt, quam poſſidet. Nam uſus poſſeſſionis effectus eſt. Quamvis Plautus eam uſurariam nominat, qua quis pro uxore utitur *in Amphitruone:*

Volo deludi illum: dum cum hac uſuraria
Uxore nunc mihi morigera.

Verba ſunt Jovis de Alcumena Amphitruonis uxore propria, quam ipſe habebat uſurariam. Quo ſpectant & illa: *Alcumenam uxorem cepit uſurariam in argumento.* Sponſa autem non poſſidetur, ut quam tangere marito non licet antequam marito tradita, vel domum deducta, vel in Eccleſia virgo data ſit. Quod cum poſſeſſione pugnat, hoc eſt, jure utendi re corporali pro domino. Itaque nec virgo appellatur, quæ viro conjuncta eſt. *Epiphanius contra Hæreſes lib. 1. T. 2. Theodoretus in Hieremiam c. 15.* Quo ſpectant, verba Lucilii *apud Nonium.* Virgo ſum, non didici verba nupta dicere.

§ 14. SUMMARIA.

1 *Sponſa ante nuptias contractas non habet adminiſtrationem rei familiaris.*
2 *Clavium traditio argumentum eſt dominii & poſſeſſionis acquiſitæ.*
3 *Uxor domina dicitur & rerum omnium ſocia.*
4 *In ducatu Sleſuicenſi & Daniæ regno uxor rerum omnium ſocia.*

SExta differentia, quod ſponſa † ante nuptias contractas 1
rei familiaris adminiſtrationem non habeat. Nam apud veteres nuptæ domum ingredienti claves dabantur, in argumentum domi-

nii, & ut significaretur, omnium rerum domesticarum quæ clavibus concludi solent, curam totam, denique domus ac rei familiaris administrationem ac dispensationem ei permitti: unde sub clavi esse, hoc est, *occludi dixit Varro lib 1. de re Rustica.*

2 Nam clavium † traditio argumentum est dominii & possessionis acquisitæ, *l. qua ratione §. ultim. de acqui. rer. dominio.* Quo spectat illud Livii *lib. 7. belli Punici.* Terentius ut Aretium cum legione venit, claves portarum cum magistratus popoſciſſet, negantibus iis comparere, fraude amotas magis ratus, quàm negligentia intercidisse, ipse alias claves omnibus portis imposuit, cavitq; cum cura, ut omnia in sua potestate essent. Et clavibus jure civili acquiritur possessio. *l. clavibus. de contrahend. empt. Et l. C. l. 77. cum pater. §. pater pluribus. de legato secundo*, distinguit simplicem clavis traditionem ab ea quæ custodiæ tantum causa fit. Claves & annulum, *inquit*, custodiæ causa majori natu filiæ tradidit, eo ipso innuens, simplicem clavis traditionem majus aliquid tribuere. Quo facit illud *Tertulliani*, Scio quibus excusationibus coloremus carnis insatiabilem cupiditatem, ex quibus necessitates adminiculorum descendunt administrandam familiam, regendos loculos, claves custodiendas, lanificium dispensandum, victum procurandum, *in exhorta. ad castita* Ita & è contrario cum uxor repudiebatur, claves illi adimebantur *Cicero Philip. 3.* Mimum exegit, claves ademit, res suas sibi habere jussit. Vel ab ea deponebantur. *Ambros. epist. 65.* Mulier offensa claves remisit, domum revertit. De dominio autem & administratione uxoris tradit *Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 15.* Primus dies, *inquit*, nuptiarum reverentiæ datur, postridie autem nuptam in domo viri dominium incipere oportet adipisci. *Xenophon. in Oeconomico.* Existimo autem uxorem, quæ in domo bona sit socia, tantundem habere momenti ad utriusq; utilitatem, quantum vir habeat. Nam plerunq; viri opera facultates in domum veniunt, & maxima pars earum uxore promente consumitur. Qua de causa & uxor † domina dicitur, & revera
3 domina est. Nam jure veteri marito rerum omnium & sacrorum socia erat. *l. 1 ff. Rerum amota. Dionysius Halicarnassæus libr. 2.* Uxor domus domina erat non secus atque maritus, & marito mortuo hæres erat omnium rerum quemadmodum filia patris. Quæ successio à Romuli institutis orta, usque ad Theodorici Gotorum Regis tempora perdu-

Digitized by Google

perduravit, *ut ex initio epistolæ 24 lib 4. Cassiodori apparet.* Et adhuc hodie in Ducatu Slesvicensi & Daniæ regno obtinet, *ut ex Nomocanone † Danico lib. 1. c. 6. colligitur.* Qua de causa veteres uxores dominas appellarunt *l. 4. uxori de legat. 3.* Peto abs te domina uxor, ne ex fundo Titiano partem tibi vendices. Et *l. ult. de aur. & argent. legat.* Semproniæ dominæ meæ hoc amplius argentum balneare *l. Titia. §. qui Marco de aur. lega.* Domina sanctissima scio te de amicis curaturum. *Ovid.* 4

Nec domina ulla meo ponet vestigia lecto.

Item:

Nunciet hic aliquis dominam venisse, resurgam.

Catullus:

Ac domum dominam voca conjugis cupidam novi: Et mulier quæ quando per coemptionem fiebat matrimonium, cum in domum ingrederetur, dicere solebat: ubi tu Cajus, ego Caja. *Plutarchus in quæstionibus Romanis q. 29.* Illisque verbis paciscebatur æquale sibi cum viro domi imperium *Cicero pro Muræna. Qua de re amicus noster Guilielmus Fornerus, lib. selectionum 1. cap. 11 plura.* De custodia autem & administratione rei familiaris apud authores multa extant testimonia. Arist. scribit: Viros in re domestica quæsitores esse debere, fœminas custodes quæsitorum, quas in hoc videtur natura finxisse meticulosas, ne parta profunderent. *Procopius Gazeus* Mulier, *inquit*, appellatur adjutorium, ejus enim officii est, ut rem domesticam bene curet, sicut virum decet, quę sunt extra domum bene administrare *Clemens Alexand. lib 3. Pædagogii.* Atque honestum est, *inquit*, ut viri uxoribus suis fidem habentes, eis domus custodiam permittant, utque eis ad id adjutrices datæ sunt. *Et libr. 3. Pædadogii c. 4.* Et qui mulierum quidem lecticas in altum tollant, Galli sunt multi, lanificium autem, telæque texendæ artificium, muliebreq; opus ac domus administratio & custodia nusquam est. Et hæc quidem uxoris cura & officia sunt. Sponsa verò ut quæ nondum domum mariti ingressa est; neque rei familiaris administrationem, neque dominium, aut jus ullum habet. Nam dominium illud postridie nuptias primum acquirebat uxor, *ut ex Varrone lib 2. de vita popu. Rom. colligitur, cujus hæc sunt verba.* Postridiè nova nupta libertatem auspicans uxoriam in domo mariti rem divinam faciebat.

§. 15. Sum-

§. 15. SUMMARIA.

1 *Sponſa non mutat domicilium.*
2 *Uxor domicilium mutat,*

VII. Sponſa ante nuptias † contractas non mutat domicilium. *l. ea quæ. ad municipale.* Ratio, quod, *ut ait Euripedes,* nondum domo paterna exierit, & in viri domum deducta ſit. At contra † uxor nuptiis domicilium mutat, & in mariti domicilium tranſit. *l. exigere ff. de judici. l. cum quædampuella. de juriſdict. om. jud. l. ult. §. iidem reſcripſerunt. Ad municipale l. ult. Cod. de incolis.* Quod & Servius notat, *lib. 4. Aeneid. ad illum verſum.*

Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito.

Qua de re latiſſimè Tiraquellus in tract. de legibus conjugalibus.

§. 16. SUMMARIUM.

Differentia inter ſponſam & uxorem ex Juriſprudentia Hebræorum.

VIII. Ex juriſprudentia Hebræorum, maritus uxori 10. præſtare debet, nimirum alimenta, veſtitum, & concubitum. Idque de Moſis præſcripto. *Exod. 21.* Item ex ſententia ſcribarum ſeu interpretum, ut ægram curet, captivam liberet, mortuam ſepeliat, & de ſuis facultatibus eam ſuſtentet, & mortuo marito eam in ſua domo habitare & manere patiatur, & ut filiæ, donec nupſerint, de bonis paternis nutriantur, filii verò ſiut hæredes. At ſponſus horum nihil ſponſæ, antequam tradita & accepta ſit, debet.

§. 17. SUMMARIA.

1 *Sponſa ſponſum peregrinantem ſequi non cogitur.*
2 *Uxor tenetur ſequi virum peregrinantem.*

IX. Sponſa ſponſum peregrinantem † ſequi non cogitur: uxor
1 verò tenetur, iis tamen adhibitis cautionibus, quas trademus in tractatu de nuptiis. *Hoſtienſ. Panorm. c. de illis. extra de ſponſalibus l. 2. C. de repudiis. Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 3.* niſi aliter inter eos convenerit:
2 ut de Gothis refert Procopius. Nam cum Gothi & Wiſegothi inter ſeſe affinitates contraxiſſent, data viris ſingulis eſt optio, qui in utraque

Digitized by Google

gie gente nuptias inierant, utrum mallent uxorem sequi, an illam ad se domum traducere. Quo factum est, ut plerique invenirentur, qui uxores pro arbitrio traducerent, & contrà multi ab uxoribus traducerentur. *Procopius libr. 1. fol. 32.*

§. 18. SUMMARIUM.

Sponsalia sunt fundamenta matrimonii.

X. Sponsalibus jaciuntur fundamenta matrimonii; sunt enim principium, unde nuptiæ proficiscuntur. Ergo non sunt matrimonium ipsum. *c. quapropter 27. q. 2.*

§. 19. SUMMARIUM.

Pater sponsalia filiæ nomine contracta dissolvere potest.

XI. Pater sponsalia filiæ nomine contracta dissolvere potest, nuptias non potest. *gl. in l. in potestat. de sponsalib. si invita C. de nuptiis l. dissentientis C. de repudiis.* Unde constat, arctius esse vinculum nuptiarum quàm sponsaliorum.

§. 20. SUMMARIA.

1 *Uxor maritum lugere debet.*
2 *Sponsi nullus luctus est.*
3 *Mas non luget fœminam de Jure Civili.*
4 *Explicatur* c. omnis itaque 32. q. 2.

XII. Uxor maritum † lugere debet, sponsi autem † nullus luctus est. *l. 9. uxores & l. sequenti. de his qui not. infamia,* id est, *ut explicat Harmenop.* sponsa sponsum non luget. *lib. 4. T. 7.* 1 2

Ideo Horatius sororem interemit, quod sponsi paludamento cognito à se confecto sponsum mortuum defleret & lugeret. *Livius libro 1. Dionysius libro 3.* Contemptis fratribus sponsi deploras obitum: mihique virtutem & coronas objicis virgo non virgo. Quando igitur consobrinos lugere mavis quàm fratres, & corpore apud vivos oberrans, animum habes apud mortuum, abi hinc ad illum quem invocas. His dictis ea semper ejus latus adegit. Et rectè, cessat enim ratio edicti, turbatio scilicet sanguinis *l. liberorum eod. T.* cum adhuc à viro integra sit. Unde constat, non tantum propter sanguinis turbationem, sed etiam propter honestatem, memoriam & reverentiam, quam marito vidua debet, id legibus cautum esse. Idque apud

veteres Germanos ſervatum fuiſſe Tacitus *lib. de moribus Germanorum* refert, Fœminis † lugere honeſtum eſt, viris meminiſſe. Ita & jure civili mas non luget fœminam, & ſecundam uxorem ſtatim ducere poteſt, ſive morte, ſive repudio ſit ſolutum matrimonium *l. conſenſu de repud.* In luctu autem purpuram atq; aurum depoſuiſſe fœminas Livius author eſt, *l. 34. de bello Macedon.* Munditiæ & ornatus & cultus fœminarum hæc indicia ſunt, his gaudent & gloriantur, hunc mundum muliebrem appellarunt majores noſtri. Item; quid aliud in luctu, quàm purpuram atque aurum deponunt, quid aliud cum eluxerunt, ſumunt? *Quæ de re infra latius c. 13. in fin.* Quo autem † *c. omnis itaque 32. q. 2.* traditur legibus cautum eſſe, ut ſponſa ſponſi mortem non ſecus lugeat, quàm mariti, defendi non poteſt, niſi deſponſa accipiatur, quæ merito nupta eſt nuptiis conſummatis, *ut interpres Harmenop. explicat.*

§. 21. SUMMARIUM.

Sponſa alteri alteri nupta infamia notatur.

XIII. Item, alteri ſponſa, alteri nupta infamia notatur Itaque vel hinc colligere licet quantum ſponſa & nupta differant *l. 13. Quid ergo. de his, quæ notant. infamia.*

§. 22. SUMMARIUM.

Matrimonium eſt conjunctio.

XIIII. Matrimonium eſt conjunctio maris & fœminæ, ut habet definitio. Verbum, *Conjunctio*, oſtendit ſponſalia longè à nuptiis differre, quibus nulla conjunctio, ſed conjunctionis tantùm ſpes inducitur.

§. 23. SUMMARIA.

1 *Sponſalia nuptiis inferiora & infirmiora ſunt.*
2 *Inter ſperatam, ductam & pactam & ſponſam quid intereſt.*

XV. Sponſalia nuptiis † inferiora & infirmiora ſunt, & ideo non tàm exquiſitam & accuratam horum haberi rationem ut nuptiarum perfectarum, *ſcribit Harmenop lib. 4. T. 6 in fine.* Itaque Ulpianus diſtinguit inter matrimonium & ſpem matrimonii, hoc eſt, ſponſalia, *l. 13. ſi uxor §. diviſ. ff de adulteriis.* Quia nec matrimonium qualecunque, nec ſpem matrimonii violare permittitur, *l. 4. de ſponſalibus*

l. 2 C. de repudiis. Et ſponſalia dicuntur ſperatæ nuptiæ *l. ... mulier. de ſponſalib.* Idque innuit *Acontius apud Ovidium in Heroid. Epiſt.*

Quis tibi permiſit noſtras decerpere meſſes?
Ad ſpes alterius quis tibi fecit iter?

Plautus: Sequere Polyba diſce meam ſpem, te cupio conſequi: Puellam amatores ſuam ſpem nominant. *Ovidius:*

More boni ſolito ſpem non cor rumpere fraude.

id eſt, puellam ſperatam. Item ſperatam, *id eſt*, ſponſam. Afranius fratriis: Curra & nuntia venire & mecum ſperatam adduce. Videat puellam, curent, conforment, jube. Idem eadem. Speratam non odi tuam, id eſt, ſponſam. *Nonius.* Inter ſperatam †, dictam & 2
pactam & ſponſam hoc intereſt, quod virgo priuſquam petatur ſperata dicatur. *Plautus Amphit.* Uxorem ſalutat lætus, ſperatam ſuam. De hinc promiſſa vel pacta vel ſponſa dici poteſt, *Virgilius Aeneid. l. 2.*

Cui pater & conjux quondam tua dicta relinquor.

Et idem alio loco: *Et gremiis abducere pactas. Titi. Divort.* Cui exacta ætate ſponſa ſit deſponſa. *Nonius. Arnob.* Habent ſperatas, habent pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas.

§. 24. SUMMARIA.

1 *Gravius punitur qui inceſtas nuptias, quàm qui ſponſalia contrahit.*
2 *Si ſtatuto matrimonio pœna imponatur, id de conſummato accipiendum non de ſponſalibus.*
3 *Matrimonii appellatione in odioſis non veniunt ſponſalia.*
4 *Sororem uxoris polluens neutram habere poteſt.*

XVI. Pœna eorum qui ſponſalia contrahunt levior eſt, quàm † 1
qui nuptias contrahunt. Nam qui ſororem duxit inceſtus, qui duas uxores ſtupri condemnatur, & capite pœnas luit. At qui deſpondet infamia notatur *l. quid ergo. de his qui notant infamia.* Itaq; rectè Claudius Meſſalinam interfici curavit. Item ſi † ſtatuto matrimonio 2
pœna imponatur, id de conſummato accipiendum eſt, non de ſponſalibus. *Hyppolitus ſing. 169.* Ita † matrimonii appellatione in odioſis non veniunt ſponſalia. *Felinus in Republ. de ſponſalibus.* Et qui officium in provincia adminiſtrat, uxorem ibi ducere non poteſt, at deſponſare poteſt. *l. ſi quis offic. de ritu nupti.* Sororem † uxoris pol- 4
luens, neutram habere poteſt. Secus, ſi ſponſæ ſororem vitiaverit.

Cod. qui dormierit & seq. Ita qui matrimonium contraxit digamus dicitur, non qui solo consensu contraxit. *cap. 5. debitum. de digamis non ordinandis.*

§. 25. SUMMARIUM.

Sponsalibus non contrahitur affinitas sed publica honestas.

XVII. Sponsalibus non contrahitur affinitas, sed publica honestas, sed matrimonio contrahitur affinitas nuptiis subsecutis.

§. 26. SUMMARIUM.

Sponsus ante matrimonium de Jure Canonico vitam monasticam eligere potest.

XVIII. Jure canonico sponsus ante matrimonium consummatum vitam monasticam eligere potest. Maritus ubi in unum corpus cum uxore coaluerit non potest, ut supra notavimus. Ergo sponsalia longè differunt à matrimonio. Unde constat, quod Gregorius non voluerit solo consensu ratum esse conjugium ante nuptias *c. 2. de conversi. conjugatorum.*

§. 27. SUMMARIUM.

Sponsalia inter absentes contrahi possunt.

XIX. Sponsalia inter absentes non minùs quàm præsentes contrahi possunt per eos, qui speciale mandatum habent. *l. denique. l. general. de ritu nuptiar.* Interim tamen absens mulier per nuncium aut procuratorem nubere non potest. *l. mulierem de ritu nupt.*

§. 28. SUMMARIUM.

Sponsalia & nuptiæ ratione ætatis differunt.

XX. In nuptiis ætas definita est, nempe maribus decimus quartus, fœminis duodecimus annus: sponsalia à primordio ætatis fieri possunt. *l. in sponsalib. ff. de sponsal.*

§. 29. SUMMARIUM.

Furor sponsalia dissolvit, non matrimonium.

XXI. Furor superinveniens sponsalia dissolvit nec matrimonium contrahi sinit: sed rectè contractum non impedit. *l. oratione 16. de ritu nuptiar.*

§. 30. Sum-

§. 50. SUMMARIA.

1 *Sponſæ habitu & veſtitu diſtinguuntur à nuptiis.*
2 *Apud Romanos vitta erat virginalis qua virgines velabantur.*
3 *Tegillum quid.*
4 *Eva nominis derivatio.*
5 *Virgines in multis locis Germaniæ caput non velant, antequam nupſerint.*
6 *Comam alere honeſtum apud Lacedæmonios.*
7 *Apud Gallos libertatis indicium capillamentum.*
8 *In mulieres impudicas & adulteras cur ſectione capillorum animadvertatur.*

XXII Sponſæ etiam † veſtitu diſtinguuntur à nuptis quaſi ſigno exteriore in oculos incurrente. 1 Nam apud † Romanos vitta erat virginalis: item altera vitta nuptialis, hac nuptæ, illa virgines velabantur. 2 *Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. 18. Dionyſius lib. XI.* Aliæ zonas & baltheos, aliæ vittas virginales comæ, & quædam item retortos crinium detondentes cincinnos, loquitur de ſepultura virginea, *Feſtus fol. 205.* Tegillis tunicis albis, & reticulis luteis, utriſque rectis tectis ſurſum verſus aſtantibus, pridiè nuptiarum diem, virgines indutæ cubitum ibant ominis cauſa. Tegillum † pro integumento corporis, ſeu veſte vili & plebeja frequentatum apud veteres notant 3 *Feſtus & Nonius.* Et tunica recta novæ nuptæ induebantur, qualem prima Caja Cecilia texuiſſe dicitur. *Plin. lib. 8. natural hiſtoriæ cap. 48.* idque boni ominis cauſa factum, quod Cajæ nomen nubentes frequentabant. Nam præ foribus ædium mariti interrogatæ, quæ nam eſſent, Cajas ſe eſſe reſpondebant. *Autor Epitomes Valerius Maximus libr. 10.* Et mulieres, quæ coemptionem faciebant, cum viri domum ingrederentur, ſolebant dicere: ubi tu Cajus, ego Caja. *Plutarchus in quæſtionibus Romanis.* Etſi autem à Caja Cecilii Tarquinii Priſci uxore, quæ optima lanificia fuit id originem duxiſſe exiſtimant: ego tamen ab Hebræa voce Hava, hoc eſt, Eva à Chaja Vita, derivata voce, quæ omnium viventium parens prima fuit *Geneſ. 3. verſ. 20* id deductum & petitum, & in coloniam Romanam perductum exiſtimaverim, ut & alia id genus vocabula. *Suidas.* Eva prima mulier & primum delictum mundi; quamvis eam maritus Adam viram appellaſſet & matrem futuram viventium. Huc facit *quod Cicero ſcribit,*

Cajæ nomen in ſpeciebus facti fingendis uſitatum fuiſſe JCtis, ut hodie Titii & Sejæ. *Verba Ciceronis hæc ſunt.* Ut Caja, *ait*, quia in alicujus libris exempli cauſa id nomen invenerant, putarunt omnes mulieres, quæ conceptionem facerent, Cajas vocari. Et in Orgiis Bachi manſit appellatio Evæ. *Clemens Alexand. in oratione ad gentes*: Dionyſium Mænaten Orgiis Bacchi celebrant crudarum carnium eſu ſacram peragentes inſaniam & cæſarum carnium peragunt diviſionem, coronati ſerpentibus, ululantes Evam, Evam illam, per quam error eſt conſecutus, & ſignum Bacchicorum Orgiorum eſt ſerpens myſteriis initiatus. Jam ſi accurate ſpectetur vox Hebraica nomen Hevia aſpiratum exponitur ſerpens fœmina. Fortaſſis † ad
4 vocem Hebræam [*chajoh*] reſpexit Clemens, quæ idem valet quod beſtia. *Idem ex Ovidio colligitur lib. 1 de arte amandi.*

Pars Hymenæe canunt pars altera Evoe clamant, alias Euhye.
Sic coemit ſacra nupta Deusq; toro.

Virgil. 7. Aen id.

Euohe Bacche fremens.

Ovidius 4. Metamopho. Euohe Bacche ſonat.

Et diſſyllabum Evæ, quod apud Poetas extat, propius accedit ad vocem Eva. Lætatur Evæ parce liber. *Ovid. Catull. in Argonaut.*

Saxea ut effigies bacchantis proſpicit Evæ

quæ apud Horatium extant & alios. Ovid. lib. 3. de arte amandi.

Talem te Bacchus ſatyris clamantibus Evæ
Suſtulit in curru Gnoſi relicta ſuos.

Sed ut ad inſtitutum revertamur, apud Ægyptios nuptæ mulieres calceis utebantur: virginibus calceis uti non licebat, quo vagandi licentia coerceretur. *Alexander ab Alexandro eodem lib. &c.* Et in
5 multis † locis Germaniæ, ut Saxonia, virgines caput non velant, antequam viris nupſerint. Quo ſignificatur, eas à viris integras adhuc eſſe, & nondum in poteſtatem viri veniſſe. Quæ autem viri concubitum paſſæ ſunt, caput velare coguntur, nec ſeruntur, ſi aperto capite aut capillis defluentibus incedere velint, quo virgines à nuptiis & aliis, quæ à viris integræ non ſunt, diſcriminentur & ſecerni cognoſcique poſſint. Et in nuptiis virginem ſponſam capillis paſſis diſcernunt ab ea, quæ à viro integra non eſt. Itaque poſtridie nuptiarum virgo caput velat & tegit. Hinc in jure Canonico & veterum

Digitized by Google

veterum legibus. Virgo in capillis. Nam ad virginum cultum & matronarum capillorum pertinet prolixitas & copia. *Ovidius.*

Fœmina procedit denſiſſima crinibus emptis,
Proq; ſuis alios efficit ære ſuos.

De Hannibale refert Suidas, eum appoſititiis capillis uſum eſſe, qui convenirent pro inſignioribus ætatum diſcriminibus. Et apud 6
Lacedæmonios honeſtum fuit comam alere, hoc eſt, prolixos gerere capillos. Neque id cuilibet, ſed ingenuo tantùm licebat. *Plutarch. Petronius arbiter.*

Quod primum forma decus eſt cecidere capilli.
Vernantesq; comas triſtis abegit hyems.

Idem Suidas notat *ex verſibus Ariſtophanis.* Servus cum ſis, comam geris. Et apud Trœzenios virgines ante nuptias capillum ſibi ſuccisum in templo Hippolyti conſecrabant. *Pauſan. lib. 2.* Citat Plutarchus Lycurgi dictum de coma, qui ea formoſos pulchriores, deformes effici terribiliores dicebat. Quemadmodum † olim etiam 7
apud Gallos erat pulchritudinis & libertatis indicium capillamentum, ut etiam Galliæ Reges primi interdixerint, ne quis capillos prolixos geſtaret, niſi Franci eſſent naturales, in ſignum ſervitutis, quod tamen poſtea à Lombardo Epiſcopo Parienſi abrogatum fuit, *ut refert Bætius, tract. de valore monet. auct.* Tonderi autem & ignominioſum fuiſſe oſtendit lex Numæ, *quam Gellius lib. 4. cap 3. refert.* Pellex aram Junonis ne tangito, ſi tanget, Junoni crinibus demeſſis agnam cædito. Demeſſis, *id eſt*, reſectis. Et capillum ſummittere apud Romanos nemini licuit, alterius nomine, niſi reo eſſet propinquus, *l. veſtem ſordidam. de injuriis.* Unde adhuc hodie in mulieres impudicas & adulteras, quæ ſe omnibus pervulgant, ſectione capillorum animadverti ſolet. Quod & apud veteres Germanos uſitatum fuiſſe notat Tacitus. *Paucißima in tàm muneroſa gente adulteria: quorum pœna præſens & mariti permiſſa: accißis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vitam verbere agit.*

§. 31. SUMMARIA.

1 *Sponſalia ſub conditione contrahi poſſunt.*
2 *Matrimonium non recipit conditionem.*

3 *Actus*

3 *Actus legitimi cum effectu accipiendi.*

4 *Actus legitimi non recipiunt diem.*

5 *Explicatur* l. actus legitimi, de reg. jur.

1 XXIII. Sponsalia † sub conditione contrahi possunt *tot. T. de con-*
2 *ditionib. appositis in desponsatione.* Matrimonium † verò conditionem vel diem non recipit, ut nec alii actus legitimi. *l. actus legitimi. de Regulis jur.* tum consensus purè præstandus sit ab eo, qui uxorem pure traditam & copulatam accipit & possidet. Quod fit in fœdere nuptiali, ut vocat Nicolaus, *cap nostrates 32. q 2.* cui prorsus adversatur conditio. Neque enim sub conditione uxor nubere accipi aut tradi potest, cum uterque traditione secuta ad individuam vitæ consuetudinem obligetur, & quidem vinculo indissolubili & pure. Et uxorem sub conditione accipere nihil aliud esset, quàm in eventum accipere & in casum incertum, à quo matrimonium pendere non debet. Itaque rectè apud Terentium Chremes *3. Andr. 3.* Istud in filia periculum fieri grave est. Cum uxor sine pudicitiæ jactura duci non possit etsi promitti possit Itaque sponsalia seu desponsationes, ut ait Pontifex, quibus consensus ad matrimonium exprimitur, conditionem vel diem admittunt, matrimonium nullam admittit conditionem vel diem, ut nec alii actus legitimi, hoc est, à legibus introducti & instituti, ubi de personarum statu, conditione, officio, mutatione vel pœna agitur, & cum quodam actu solenni, ut sunt manumissio, adoptio, legitimatio, tutoris constitutio, emancipatio, capitis diminutio, hæreditatis aditio, electio, matrimonium seu fœdus nuptiale, servi optio. Actus appellant Jure consulti, quod hic aliquid agatur vel re, vel verbis expressis, & cum quadam solennitate, & contractus non sunt, imò à contractibus differunt, quibus ultrò citroque obligatio contrahitur, qui sub conditione rectè contrahuntur, cum actus legitimi eam non admittant, hoc est, si sub conditione constituantur, vitiantur per conditionis & temporis adjectionem, & effectum nullum habent antequam impleatur conditio, & actus purus fiat. *l. 9. si tutor. §. si testamento. de tutel. & ratio. d strah* Imò matrimonium nullum est neque sub conditione contrahi potest, hoc est, effectum matrimonii non habet. Nam conditio contra ipsius contractus substantiam est, cum ille à lege introductus sit, ut statim sortiatur effectum. Itaque adoptio est actus legitimus, ut adoptatus

statim

Digitized by Google

statim filii locum subeat. Manumissio ut quis statim liber fiat. Emancipatio, ut quis patria potestate exeat statim; nec emancipatus dici potest, quàm diu in potestate remanet. Capitis diminutio statim statum immutat. Hæreditatis aditio, cum quis dicto vel facto se hæredem esse testatur, statim & purè hæredem constituit; non sub conditione quæ ei prorsus repugnat §. 6. *de hær. qual. & different.* Legitimatione item quis legitimus fit, nec potest legitimatio sub conditione fieri. Nam pendente conditione non est legitimus, ut nec liber sub conditione. Quæ conditio resistit † actui. Et actus legitimi cum effectu accipiendi sunt & intelligendi. 3 Et matrimonium nullum est nisi purè contractum. Nubendo enim fit uxor, hoc est, traditione, acceptione & successione. *l. cum fuerit, de condit. & demonst.* Ita † neque diem recipiunt hi actus: veluti, ego tibi conjugium promitto ad diem Michaelis, vel pro uxore te habebo quoad puella Chrysis adoleverit. Et hanc † ego veram existimo sententiam *l. actus legitimi, à quo Alciatus lib. 3. parerg. cap. 4. Et Covarruias 2. partis cap. 3. n. 3. de sponsalibus, non dissentire videntur.* 4 5

§. 32. SUMMARIA.

1 *Sponsalia & nuptiæ apud omnes gentes nominibus & appellationibus peculiaribus distinctæ sunt.*
2 *Germani etiam suas habent appellationes.*
3 Gemahel *inter viros Principes usitatum.*
4 Gemahel *vocabulum unde tractum.*
5 *Compar dicitur conjux.*

XXIV. Item; ut reipsa differunt † sponsalia & matrimonium; maritus sponsus, sponsa & uxor: ita peculiaria unicuique genti sunt vocabula, quibus discriminentur. Quæ nos, ut Hebræis, Græcis & Latinis illa usitata sunt, *supra c. 2. explicavimus, ideoque hic non repetimus.* In nuptiis ex lege Julia vir testationem interponere debet, quod uxorem ducat liberorum procreandorum gratia. In sponsalibus nihil refert, utrum testatis interponatur, an aliquis sine scriptura spondeat *l. in sponsalibus de sponsalib.* Germani & † ipsi suas habent appellationes, easque proprias & rebus convenientissimas. Sponsalia appellant à spondendo & promittendo. Verlöbnüß oder Ehegelübd. Sponsum & sponsam, Braut/ Breutigam. Maritum & 1 2

uxorem Ehemann vnd Eheweib wenn sie zusammen gegeben/ vnd das
3 Ehebette beschritten. *Mauss. fol. 2. de nupt. institut.* Item Gemahel quod †
4 inter viros Principes frequentatur, & haud dubie ab Hebræo [*cnegdou*] hoc est, simile sibi, ut verterunt veteres, tractum est, quasi dicas, ἀντίστοιχος vel ἀντίστροχος, *hoc est*, ejusdem ordinis, æqualis, alter idem, vel altera ex parte respondens vel par:

Cum pare quæq; suo coeunt pecudesq; ferægq;,
Atque ibi quam de qua procreet anguis habet.

5 *Ovid.* Item compar; qua voce Plautus utitur pro conjuge. Meus socer compar commaritus villicus, id est, socius vel æqualis. *Plin. lib. 8. cap. 13.* Conjugia fere vagantur, nec nisi cum compare vita est. *Horat.* Nondum munia comparis æquare. *Item*:

Sive genus latitans viduatus compare passer.

Arnobius. Et tolerari forsitan male tractatio hæc posset, si eum saltem personis conjungeretis comparibus. *lib. 4. Procopius Gazæus.* Secundum eum vel coram eo. His verbis ostendit utriusque naturæ æqualem dignitatem. Namque & conjugem definit Deus cuique eundem ipsum. Quo spectat illud Pauli: Qui uxorem diligit, seipsum diligit. Nam uterque est pars animi & corporis alterius. Matrimonium ipsum seu conjugium, Ehe/ Ehestand/ Ehelicher Stand/ nuptiarum solennitates, Hochzeit/ Beyschlaff/ Ehelliches Beylager/ Wirdtschafft/ Heyraht/ Kirchgang/ Saxones, Brautlach, aliis quoq; appellationibus, ut est lingua locupletissima, nuncupant dotem ipsam, Mitgifft/ Brautschatz/ Aussteure/ Hemrstemr/ Zugelt/ Heyrahtsgabe/ Moraengabe/ quæ vox adhuc in usibus feudorum extat, & à dote diversum quid est, & widem, unde vox bewidmet/ hoc est, dotata, in cancellariis usitata & nota, & Gegenwiden. Unde loca Ecclesiis dedicata vel devota Weden/ appellant. Quo spectat decretum Sylvestri Papæ *T. de magnificentia Constantini Imperatoris in Ecclesiis fundandis & dotandis T. concilio fol. 229.*

§. 33. SUMMARIA.

1 *Galli pauciss imas habent voces, quibus exprimant matrimonialia.*
2 *Canonici confundunt res nomine & re discrepantes.*
3 *Sponsalia & nuptiæ significatione differunt.*
4 *Etymologia vera verbi Nuptiæ, à nemine ante hac tradita.*

§ *Viri*

5 *Viri etiam nubere dicebantur.*
6 *Arrhabonis Etymologia vera, à nemine ante hac tradita.*
7 *Farracia vox explicatur & ejus vera Etymologia explicatur.*
8 Braut/ Breutigam/ *vocabula unde deducta.*

GAlli † pauciſſimas habent voces, quibus ea exprimant. 1
Matrimonium Mariage vocant, ut eos imitati Angli, Sponſalia fianzailles, ſponſum & ſponſam fiancee, in nuptiis eſponſe; quæ vocabula confundenda minimè ſunt, ſed à Jureconſultis, qui proprietatem latini ſermonis retinent & diligenter obſervant diſtinguenda. Qua in re vehementer peccatum eſt † ab interpretibus juris Ca- 2
nonici, qui ſponſalia matrimonium vocant, & ſponſam vocant uxorem, & res nomine & re diſcrepantes confundunt magno cum legentium faſtidio. Imò eò evadunt, ut ſponſalia inter impuberes contracta matrimonium nominent nulla ratione, neque veterum auctoritate & exemplo. Poſtremò ſponſalia † & nuptiæ ut voce ita 3
& ſignificatione differunt, nam ſponſalia à ſpondendo, hoc eſt, promittendo nominantur, & ſola promiſſionis obligatione nituntur. Itaque & matrimonium promiſſum vocantur, ut ſupra latè explicavimus Connubium vero † & nuptiæ matrimonium ipſum, hoc 4
eſt, contractum vel conjunctionem procreandi & fœtificandi cauſa initam ſonat. Idque vi vocabuli, unde hæc deducta ſunt nomina intelligitur, nimirum Nub & Nuba. Quod germinare, ſeminare augere & fructificare Hebræis eſt. Unde vox Tenuba, hoc eſt, germine, quemadmodum Hieronymus & Paraphraſtes Chaldæus interpretantur. Quæ Etymologia cum præcipuum matrimonii finem ſpectet, liberorum ſcilicet procreationem, multò convenientior eſt & verior, quàm illa Varronis, qui à nubendo, hoc eſt, velando nuptias dictas exiſtimat, & quæ viro tradebatur nupta, vir cui tradebatur nuptus dici ſolebat. *Nonius Marcellus in libr. de proprietate ſermonis*, quod puellæ pudoris gratia ſe obnuberent & velarent. Quæ & eo ipſo refellitur, quod apud veteres ſcriptores † viri etiam nubere dicebantur, *& ex eo Sipontinus Epigrammate 30.* 5
qui tamen flammeo non velabantur, *teſte Pomponio Pannumatio.* Nubere, *inquit*, veteres non ſolum mulieres, ſed & viros dicebant, ut nunc Itali dicunt. Sed meus frater major, poſtquam vidit, me inde ejectum domo, nupſit poſterius dotatæ vetulæ varicoſæ

Afræ. Quamvis *Martialis* virum uxori nubere scribit, cum uxori servit eaque ipsi dominatur, *lib. 8. Epigramm.*

Uxorem quare locupletum ducere nolim
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.

Festus nubere idem valere, *inquit*, quod Græcis γαμεῖν: etsi id postea solis mulieribus tributum sit. Huc facit illud *Arnobii lib. 3.* Quis enim vel exigui sensus nescit terrenorum ab illo animantium conditore non alia de causa generis diversi sexus institutos esse, nisi ut per coitus & connubia corporum res caduca & labilis successionis perpetuæ innovatione duraret. Deinde nec mihi fit verisimile ab obnubendi ceremonia & re levicula rei sanctissimæ & latè patenti, h. e. matrimonio nomen inditum esse. Itaque quantum huic tribuendum
6 sit, penes alios judicium esto. Mihi certè non magis probatur † quàm altera illa Arrhabonis Etymologia à Varrone tradita, (Arrhabon, inquit, sic dicta ut reliquum solvatur) qui sentio nomina, verbaque non posita fortuito sed quadam vi naturæ facta esse. *Quod & P. Nigidius in suis commentariis docuit. Gell. lib. 20. c. 4. & Plato in Cratylo,* Primi, *inquit*, nominum auctores, non hebetes fuerunt, verum acuti rerum sublimium investigatores. Ejusdem significationis est & vox
7 † Farracia, qua veteres nuptias vel matrimonium appellarunt. *Dionys. Halicarnass. libr. 2.* Nominabant Romani sacras nuptias vocabulo suo Farracia, quia conjuges vescerentur eodem farre, quod nos Græi zeam dicimus. *Arnob. lib. 4. adversus gentes.* Matrimonium farraceum dicebatur, in quo nupturi edebant simul panem & aquam. *Plin. libr. 18. c. 3.* Sed & hujus ratio ex fonte Hebræo petenda est, à verbo [*pharach parac parez*] Pharca & Pharach, quæ idem valent quod multiplicare, fructum edere, germinare, fœtificare: & extant hæ voces *Genes. 2.* Crescite & multiplicamini. Quod? quod & voca-
8 bula † Germanica Braut hoc est, sponsa, & Breutigam hoc est, sponsus, & Brautlach hoc est, nuptiæ, à generatione vel procreatione deducta & derivata sunt.

§. 34. SUMMARIA.

1 *Quædam sunt communia inter sponsum & uxorem.*
2 *Cum sponsa de Jure divino committitur adulterium.*

3 *Uxoris*

3 *Uxoris nomine etiam sponsa comprehenditur, in plurimis juris articulis, qui sunt favorabiliores.*

SEd nunc ostendendum in quibus conveniat inter sponsalia & nuptias. Nam communia quædam sunt jura & κοινωνίαι inter sponsam & uxorem, *ut rectè dixerit interpres, lib. 60. βασιλικῶν*: sponsum in plerisque maritum imitari. Nam quædam de maritis & uxoribus statuta ad sponsum & sponsam trahuntur, quando una eademque ratio utrobique versatur, qualia sunt hæc: sponsalia consensu constituuntur *l. 4. de sponsalibus*. Et nuptiæ. Nam consensus sponsalibus interveniens sponsalia, nuptiis adhibitus nuptias constituit. Inter quas personas nuptiæ prohibentur, inter eas quoque & sponsalia ad nuptias aditum patefacientia prohibita sunt. *l. tutor, l. 16. Oratio. de sponsalibus*. Item, ut sponsalibus ita & nuptiis filiumfamilias consentire oportet, ut suprà tradidimus. Item, ratione favoris sponsa quæ non nupsit, potest dotem, quam dedit, non minùs repetere, quàm uxor, præsertim cum una eademque hic subsit ratio, ideoque interpretatione, quæ de uxore statuuntur, ad sponsam porrigantur. *l. si sponsal. de jure dotium*. Item sponsa quæ dotem dedit aliis creditoribus, præfertur uxoris instar, etiamsi matrimonium secutum non sit. *l. 2 § si sponsa de privil. credit: l. assiduis Cod. qui potior. in pign.* Eadem ratione lex Julia de dotali prædio, ne id maritus alienare possit, extendenda est, & ad sponsum porrigenda. *ut l. 4. de fundo dotali*. Ita sponsus, si qua sponsæ, hoc est, speratæ uxori contumelia inferatur, actionem injuriarum habet, non secus ac si uxori illata esset. *l. item apud §. sponsum de injuriis*. Etenim spectat ad contumeliam ejus injuriã, quæcunque sponsæ ejus fiat. Sed & jure quodam mariti sponsus adulterii accusare potest eum, qui sponsæ vim intulerit & rectè. Nam spectat ad contumeliam ejus injuria quæ sponsæ infertur. *l. 13. si uxor §. de vi. & §. si minor de adulter*. Divi Severus & Antoninus rescripserunt, adulterium in sponsa vindicandum, quia nec matrimonium qualecunque nec spem matrimonii violare permittitur. *l. 7. propter C. ad leg. Jul. de adult*. Jure mariti crimen exercere non potest, nisi puella violata sponsa ejus fuerit, *ubi Scholion βασιλικῶν lib. 60. T. 37. vers. jure mariti notat*, sponsum in plerisque maritum imitari. Ità Scilius sponsam defendit in judicio Virginiam Appii Claudii filiam,

quam ad ſtuprum rapere volebat Appius Claudius. Quo ſpectant verba in judicio prolata: Huic ſi vis adferretur ego præſentiam Quiritum, pro ſponſa Virginius militum, pro unica filia Deorum hominumq; fidem implorabimus. *Livius lib. 3. Decad. 1.* Item, me vindicantem in libertatem ſponſam vita citius deſeret quàm fides. Dies etiam M. Claudio eique virginem capiebat, ut ſervam, dicitur
2 à ſponſo virginis ejuſdem Icilio *Dionyſ. lib. 11.* Quæ omnia † Juri Moſaico ſunt conſentanea. Nam & is ut adulter convenitur & damnatur qui ſponſam alterius compreſſerit, & à ſponſo adulterii conveniri poteſt, quod ſcilicet alterius uxorem violaverit. *Deuter. 22.* hoc eſt, ſponſam, quæ hac in re uxorem imitatur, *Philo.* Quidam putant medium quiddam eſſe inter ſtuprum & adulterium, quoties ſponſa nondum nupta dolo aut vi opprimitur ab alio. Me verò judice hæc quoq; ſpecies eſt adulterii. Nam ſponſalia tantum domi valent quemadmodum nuptæ, quando in ſolenni amicorum conventu mariti & uxoris nomine inſcribuntur tabulis. Propterea lex reum & ream jubet obrui lapidibus, ſi acceſſit puellæ conſenſus ad nequitiam. Quo ſpectant verba *Acontii de Cydippe ſponſa apud Ovidium,*

Improbe tolle manus, quam tangis noſtra futura eſt,
Poſtmodo ſi facies iſtud adulter eris.

In Heroid. epiſtolis. Et *de jure βασιλικῶν*, qui alienam ſponſam etiam volentem vitiaverit, narium abſciſſione mulctatur. *lib. 60.* Et ne quis ex his verbis matrimonium ſtruere conetur, ſciendum eſt, etiam jus accuſandi eſſe, ſi concubina alicujus violata ſit, quæ tamen uxor non eſt. *d. l. 13. ſi uxor initio. Item; ſi uxor vulgaris fuit §. ſed in ea ead. l.* Atque hæc ita inſtituta ſunt, quod una eademque ratio utrobique verſetur. Ideoque adulterii pœnam rectè ab uxore ad ſponſam lex extendit. Quia non minus incommoditatis & contumeliæ ad virum redit, ſi ſponſa adulteretur & vitietur, quàm ſi uxor. Imò major adhuc inferri videtur ſponſo injuria, ſi ſponſa comprimatur & pudicitiæ jacturam faciat, ad quam ſi concubinæ illata contumelia conferatur, exigua eſſe videtur. Sed & in eo uxorem ſponſa imitatur, quod ejus matrem, quam ſponſam habui, uxorem ducere non poſſum. Nam ſocrus fuiſſe cenſetur. *l. adoptivus in fine. de ritu nuptiar.* Et tutor ut pupillam ſuam nec ducere ita nec deſpondere ſibi poteſt: Nam cum qua nuptiæ contrahi non poſſunt, ea nec deſponderi quidem

dem poteſt. *l. 60. ſi quis tutor. de ritu nuptiar. l 15. tutor. de ſponſalib.* Ita Leo & Antonius ſtatuerunt, ut in ſponſalitia donatione & hæreditate, quam ſponſus in ſponſam contulit & lucrari voluit, idem jus ſervetur, quod in uxore, ſcilicet ut patri ſaltem uſusfructus acquiratur, idque benignius eſſe. *l. 5. non ſine ratione C. de bonis quæ liberis*; nam id perinde habendum ac ſi à marito datum eſſet, cum eadem hic ratio verſetur, nempe favor. Alii contractus peculiares habent actiones & proprias: Ita & nuptialis, actionem ex ſponſu habet veteribus uſitatam. *Quæ de re infr. c. ult.* Unde conſtat † in plurimis juris 3
articulis, qui ſunt favorabiles, nomine uxoris ſponſam etiam comprehendi, & appellatione mariti ſponſum; quamvis nec hic verus maritus, nec illa uxor vera ſit. Sed & de jure Hebræorum frater cogitur defuncti fratris uxorem ducere. Id ita accipiunt, ut & ſponſam defuncti eadem ratione ducere cogatur; quo ſpectant hæc verba: [*ſicheiobam Adam aeſcheth achiu meobiu bein min hoeruſin bein min hanſuin*] Atque ob eandem cauſam, nimirum propter jura communia Philonem dixiſſe exiſtimo; ſponſalia idem valere quod nuptias, quando in ſolenni amicorum conventu viri & mulieris nomina inſcribuntur tabulis. *& lib. de legib. ſpecial.* Cujus adhuc veſtigia in Pandectis Hebræorum ſuperſunt. *cap. 1.* qui ſcribunt, tribus modis acquiri mulierem, & inter eos unum hunc conſtituunt, ut ſcriptura interveniente mulier deſpondeatur & acquiratur. Ejus ſummam hanc eſſe, ut patet teſtetur, ſe filiam ei collocare his verbis: Filia tua mihi deſponſa eſt: filia tua uxor mea eſt: quæ verba etiam ſupra enumerata ſunt. Atque his jam enumeratis caſibus exceptis jus de ſponſalibus ſtatuens ad matrimonium non extenditur, *ut docet Ulpianus l. 45. eo jure. de ritu nupt.* Lex Julia quæ vult libertam patrono nuptam alii nubere non poſſe, ad libertam ſponſam non pertinere. Itaque non valet argumentum, quo plerique utuntur. Sponſa in quibuſdam uxorem imitatur & pro uxore cenſetur. Ergo vera eſt uxor & pro ea cenſenda. Nam eſt argumentum ſeu Paralogismus ab eo, quod eſt ſecundùm quid, ad id quod eſt ſimpliciter, ut loquuntur Dialectici. Ex quibus omnibus conſtat & planum eſt, ſponſalia ut nomine ita reipſa à nuptiis differre, neque proprie loquendo matrimonium conſtituere, quibuscunque ea verbis concepta ſint. Quam ſententiam etiam placuiſſe video Interpreti

Juris

Juris Canonici. *c. 1. q. 2. dist. 27. & in c. ex publico. de convers. conjuga. & text. bonus in cap. debitum. de bigamis. Felin. c. primo loco de præsumpt. Corneus consil. 248. lib. 2.* Idque consuetudinibus Galliæ expressè cautum est, præsertim ubi de communione aut de lucro matrimonii agitur. *Bodinus l. 1. de Republic. c. 3.* Quam ego existimo veram esse sententiam.

νῦν δ' εἴη ὅρτις γ' ἀμείνονα μῆτιν ἀπίσσοι
ἢ νέῳ ἢε παλαῷ· ἐμοὶ δεκὲν ἀσμένῳ εἴη.

Sed existat aliquis qui meliorem mea sententiam dicat, seu grandior seu minor natu, cum bona mea gratia dicturus. *Iliad. 14.*

§. 25. SUMMARIA.

1 *Statutum de lucranda dote an ad sponsam porrigendum?*
2 *Verba statuti in propria significatione accipienda.*
3 *Matrimonio contracto, si alteruter conjugum eodem die moreretur, ad lucrum admittitur superstes competens ex statuto.*
4 *Exempla eorum qui prima statim nocte, vel prima nuptiarum die mortui sunt.*
5 *Quid statuendum, si ipso die nuptiarũ sponsus vel sponsa animam exhalaret?*

1 HIs ita statutis ad quæstionem, in qua explicanda interpretes hærent tanquã mures in pice, respondere facile est. Nimirum: An † statutum de lucranda dote marito competens ad sponsum porrigendũ sit? Et contra: An lex vel statutũ uxorem vocans ad mariti defuncti successionem (qualis fuit Romuli ut mulier marito mortuo succederet, quemadmodum filia patri, *teste Dionysio*) ad sponsum extendendum sit, ita ut illa non minus succedat, quàm uxor, propter sponsalia de præsenti contracta? Nam cum inter sponsum & sponsam revera nullum sit conjugium: sed pactum tantùm vel futurum: & sponsus verbotenus saltem & verus maritus non sit: ut & sponsa uxor dicitur, & reipsa non est, sed sperata; nemo non videt, jura illa, quæ de marito & uxore loquuntur in quæstione proposita ad sponsum & sponsam accommodari & trahi non posse. Nam & jure veterum nuptiis demum consummatis, nova nupta dominium in domo viri adipiscebatur; *ut supra ex Macrobio annotavimus, Varrone & Scaligero.* Et verba statuti in † propria significatione accipienda sunt, 2 & secundum cõmunem usum loquendi. *l. Labeo. de supellect. legata.* Maritus autem non dicitur sponsus, neque uxor sponsa, neque sponsalia conju-

conjugium ante matrimonium contractum, ut supra demonstratum est. In quam sententiam descenderunt *Salicet. in l. cum te C de donat. ante nupt. Bald. Felinus & alii, quos hic enumerare supervacaneum existimamus.* Et quamvis illis multi ogganniant, & contra disputent, tamen nihil aliud agunt, quàm quod bonas horas male collocent, oleumque & operam perdant. *Schurf. consi. 9. cent. 3. Gail. obs. 80. lib.* 2. Aliud † tamen dicendum esset, si matrimonio contracto, hoc est, muliere tradita, accepta & copulata alteruter conjugum, paulò post eodem die moreretur. Nam tum ad lucrum dotis maritum, uxorem ad successionem vel alia jura, ipsi ex statuto competentia admittenda censerem. Exempla sunt apud Historicos ubique obvia. Eupolis filius Niciæ prima nocte ruina thalami oppressus cum sponsa interiit, *Ovid. in Ibin.*

Sit tibi conjugii nox prima novissima vitæ,
Eupolis ut periit & nova nupta modo.

Saræ mariti septem prima nocte ab Asmodæo interempti sunt. *Et in Antiquitatibus Romanis idem legitur de C. Rancilia ejusq. sponso his verbis:* Aspice viator Q. Sertullii & dulciculæ sponsæ meæ C. Ranciliæ virg. simulachra, ac post inde quid faciat licentiosa sors legito. In ipsa florida ætate, cum acrior vis amoris ingrueret, mutuo capti, tandem socero E. & M. socru annuentibus solenni hymenæo nuptiis copulamur. Sed (ô fatum infelix!) nocte prima domus maritalis corruens ambos oppressit. Funesta sors, nec novi quid feciſſe puta. Non erat in fatis tum nostra longior hora. Cari parentes luctu nec lacrymis misera ac larvata nostra defleatis funera, ne ea reddatis infeliciora. At vos vestros diuturniores vivite annos optime lector ac vive tuos. *Apud Heliodorum* narrat Caricles, se filiam, quæ à multis petita esset, procorum præstantissimo locasse. Eam autem cum ad sponsum in thalamum deducta esset, incendio seu cælitus seu aliunde periisse, easdemq; faces, quæ nuptiis ejus quoque funeri inseruisse. *lib.* 2. Aliud. Attila Rex Hunnorum puellam Hildiconem formosissimam in uxorem duxit. In nuptiis autem cum se vino ingurgitasset, & ebrius resupinus obdormivisset, sanguis per nares vitales spirituum meatus interclusit, eumque suffocavit. Postridie cum meridies appeteret, omnesque mirarentur quod Rex præter consuetudinem in multam lucem quiesceret, tandem quod res erat

ſuſpicati foribus effractis eum exanimem invenerunt, puellamq; & miſſo vultu ſub velaminibus lacrymantem. *Fernandes, Pompeius Latus. Paulus Diaconus, P. Collimachus, & Bonfinius.* In quibus enumeratis ſpeciebus dici aliter non poteſt, quin omnes, qui perierunt ſtatim poſt nuptias contractas mariti fuerint, & per conſequens jura maritorum habuerint. Idem ego † ſtatuendum cenſerem, ſi ipſo die nuptiarum ſponſus vel ſponſa copulata & tradita ante, quàm domum traducantur, animam exhalaret, ut mariti & uxoris jus iis competat. *Salicet. l. cum in te in fin. C. de donat. ante nupt. Mauſe fol.* 11. Quamvis jure Saxonico requiratur, ut maritus thorum conſcenderit. Idque uſque adeo præciſe ſervatur, ut ſi ipſo die nuptiarum ante ingreſſum tori alteruter moriatur, jura mariti & uxoris non habeat. *Idque Auguſtus ſtatuit part. 3. conſtit. 19.* & conſuetudine noſtræ civitatis idem receptum eſt. Quo ſpectat, quod vulgo dicitur: Quando teges, velum, lodix una vel lecti operimentum, utriuſque ſponſi & ſponſæ caput texerit, jam conſummatum eſſe matrimonium. Vulgo, Wenn die Decke vber den Kopff iſt/ ſeyn ſie gleich reich. Nam jure Sieſuvicenſi communio eſt omnium bonorum inter virum & uxorem.

§. 36. SUMMARIUM.

Matrimonium benedictione perficitur.

MAtrimonium benedictione & traditione perficitur, *juxta illud Claudiani*

Et mihi quam ſcripti deſponderat ante puellam
Conjugii ipſius pronuba dextra daret.

Item:

Quid jungere differt
Quam pepigit

In ſponſalibus traditio non fit, ſed promiſſio tantum, *de qua re ſupra latius, §. 3. 4. 5. 6.*

§. 37. SUMMARIA.

1. *Matrimonium ſive conjugalis contractus in quibus à reliquis contractibus differat.*
2. *Matrimonium duplex nomen habet.*
3. *Matrimonium duobus gradibus perficitur.*
4. *In nuptiis geminus requiritur conſenſus.*

5. Matri-

Digitized by Google

5 *Matrimonium palam fieri debet & in populi frequentia.*
6 *In matrimonio requiritur benedictio.*
7 *In matrimoniali contractu traditio statim non fit ut in aliis.*
8 *In nuptiis requiritur plurium quàm duorum consensus.*

COnsequens est † ut videamus, quibus in rebus pactio conjugalis vel obligatio à reliquis differat. Et in eo prima differentia conspicitur, quod aliæ obligationes sive re, verbis, literis aut consensu contrahantur, uno nomine appellentur, *Instit. lib. 3. T. 14. 15. 20. 21. 23. 24. 25. 26. & seqq.* matrimonium † verò duplicem appellationem & nomen habeat, nimirum sponsalia & nuptias. II. Matrimonium † duobus gradibus seu conventionibus perficitur: Reliqui contractus uno & quidem in continenti & simul expresso. *l. consensu. de actio & obligati.* III. Reliqui contractus consensu semel expresso constituuntur, ut emptio, venditio, permutatio, stipulatio, & id genus alii: in nuptiis † autem geminus requiritur, ut supra ostensum est, nimirum unus in sponsalibus, alter in nuptiis. Prior ut fiant nuptiæ; posterior ut sint. *l 11. sponsalia de ritu nuptiar. l. 7. eod. T. cap. nostrates 30. q. 5. vel nuptiæ.* IV. Reliqui contractus ubique constitui, & expediri & perfici possunt, vel palam vel clam: Matrimonium † autem seu nuptiæ in populi frequentia & palam fieri debet, & *ut Cicero loquitur* firmiter stabiliendæ sunt, vel ut Hebræi loquuntur [*ckola beden*] hoc est, omnia coram testibus expediri, & convivio vel cœna nuptiali honestari debent. V. Alii contractus specialem aut solennem traditionem non requirunt: in nuptiis verò sponsa cum festivitate & celebritate tradenda est, & domum deducenda. VI. Alii contractus absque consecratione † & benedictione rectè constituuntur. In matrimonio autem benedictio requiritur, vel copulatio sine qua minus rectè fiunt nuptiæ *ut cap. 10. explicatum est.* VII. In reliquis contractibus traditio statim fieri potest: in † matrimonio verò non potest: imò successive fieri debet Neq; enim sponsa pacta statim est tradenda; sed inter sponsalia & nuptias temporis intervallum intercedere debet. *cap. institutum 25. q. 3.* VIII. Alii contractus † consensu duorum contrahentium constituuntur: Conjugalis verò non tantum illorum, qui contrahunt, sed & parentum & tutorum, hoc est, κυρίων requirit consensum. Et de his hactenus. Quæ si prolixiora videbuntur, rei magnitudini ascribat æquus lector.

1
2
3
4
5
6
7
8

CAPUT VI.

§. 1. Consensum parentum in constituendis nuptiis & sponsalibus necessarium esse, veluti συναίτιον multis de causis.

§. 2. Effectus patriæ potestatis circa sponsalia & nuptias explicantur, nimirum, liberis de matrimonio prospicere 2. de multis competitoribus unum deligere. 3. Despondere liberos. 4. filias jungere & tradere. 5. dotem dare. 6. sponsalia clandestina dissolvere. 7. sua auctoritate uti, non abuti.

§. 3. Quid si pater consentire nolit filio uxorem volenti ducere?

§. 4. An parentes causas adferre debeant, cur consentire nolint?

§. 5. An patris improbi, prodigi & pauperis consensus requiratur?

§. 6. Testimonia sacrarum literarum, & bonorum auctorum, legum, Canonum & Theologorum de consensu parentum citantur.

§. 7. An matris consensus perinde requiratur ut patris?

§. 8. Quid si pater & mater dissenserint de elocanda filia?

§. 9. De tutorum consensu in nuptiis.

§. 10. De curatorum consensu ad nuptias.

§. 11. Quid si tutor vel curator consentire nolit?

§. 12. An puella tutoribus & curatoribus insciis impunè sponsalia contrahere possit?

§. 1. SUMMARIA.

1 *Parentum consensus in nuptiis requiritur tanquam συναίτιον.*

2 *Parentum consensus cur adhibendus duplex ratio adfertur.*

3 *Parentis persona filio debet videri sancta & honesta.*

4 *Anti-*

Digitized by Google

4 *Antiquitas quemodo parentes venerata sit.*
5 *Plagium committit, qui filiam ducit invito parente eodemq; insscio.*
6 *Conjugium absq; parentum consensu contractum raptus dicitur.*
7 *Potestas patria summa apud Romanos.*
8 *Apud Romanos filii nihil possident vivis patribus.*
9 *Parentes liberos vendendi jus habent.*
10 *Corpora filiorum in potestate parentum quoque sunt.*

SUperiori capite demonstratum est sponsalia authoritate & consensu parentum, & eorum verbis olim inita & constituta esse. Quæ res cum latiùs pateat, ideo & nobis, quæ dicenda restant hoc loco explicanda sunt: Neq; commodius id tradi posse putamus, cum consensus parentum, & auctoritas magis spectetur antequam nuptiæ coierint, h. e. in sponsalibus contrahendis. Nam post matrimonium consummatum ejus non perinde habetur ratio. Hoc enim jure utimur, ne bene concordantia matrimonia jure patriæ potestatis turbentur. *l. 1. §. 3. de liber. exhibend.* Ergo sic statuimus: Ad † constituenda sponsalia consensum & auctoritatem parentum, tanquam *συναίτιον* h. e. causam, quæ efficientem (*αἴτιον κύριον*) comitetur, requiri, usque adeo ut si omissus fuerit, ea pro nihilo habenda sint. Cur autem † is adhibendus sit duplex est ratio. Naturalis scilicet & civilis. Naturalis quæ tacita lex est, quam ex ipsa natura hausimus, arripuimus, ad quam non docti sed facti; non instituti, sed imbuti sumus; quæ docet, *ut ait Gracus Paraphrastes Theophilus, δίκαιον τὰς μέχρι τῆ αὐτῆς ἡλικίας ἀναθρέψαντες τὰς γονεῖς ταυτῆς ἀξιῶθ τῆς τιμῆς τύχοι τῷ γάμῳ συνευδοκιμεῖς.* hoc est, Æquum esse, ut qui ad eam ætatem nos educaverunt parentibus; adde, qui tot labores, curas, molestias & sollicitudines nocte dieque sustinent & exantlant liberorum causa, hoc honoris habeatur, ut eorum in nuptiis contrahendis consensus requiratur. Neque enim ulla in re aut negocio filiorum obedientia erga parentes illustrius conspici potest, vel etiam contemptus, quàm in nuptiis contrahendis. Nec honos major neque contumelia insignior parentibus haberi aut inferri potest, quàm si liberi iis hic obtemperent aut refragentur in re tanti momenti, & periculi. Deinde si eos à quibus multum beneficii accepimus, in honore habere & colere debemus, certè parentes charissimos habere,

1

2

venerari, & ab eorum consiliis pendere æquum est, quod ab his vita, patrimonium, educatio, institutio, pietas & religio, honores & alia beneficia tradita sunt: ut rectè ille dixerit: Parentibus & magistris nunquam parem gratiam rependi posse. Itaque Jureconsultus, licet Ethnicus, Persona inquit, patris filio videri debet sancta & honesta. *l. persona de obseq. parentib. & patr. à liberis præstandis.* Antiquitas ita
4 † venerata est parentes, ut eos Deos appellare non dubitaverit. *Simplic. in Epictetum, & Procopius Gazæus.* Deus qui omnia producit & creat, post leges quæ ad ipsum pertinent, meritò secundas tribuit parentibus, qui post Deum secunda causa ut simus sunt. *in Exod. Procopius in Deuter.* Æque verò qui in parentes deliquit, ac qui in Deum, punitur. Ac qui divinum præceptum sprevit, absque venia mortis condemnatur. Qui in parentes deliquit, lapidibus obruitur. Memento enim, *inquit*, quod ab his vivendi initium acceperis. Jacob quoque inquit: Si enim virtus patris mei Isaac fuit in me. Insuper quoque proverbiorum auctor execratur, inquiens. Oculum subsannantem patrem, contumeliamque matris senio parantem, corvi torrentium eruant. *Aristoteles in Politicis.* Parentes liberis domi, non tamen veluti servis dominus, sed Regis more imperare debere: Liberi verò eos tanquam Deos colere & venerari debere. Postremò quod alii per alium non debeat iniqua conditio inferri, neque jus suum invito auferri. Quid autem iniquius fingi & excogitari potest, quàm filiam patri è suis laribus & domiciliis abduci invito & repugnanti? Vel filiumfamilias, qui in patris domo habitat, mulierem ante oculos vel in domum patris inviti & dissentientis introducere? Neque injuria
5 major aut contumelia parentibus inferri potest. Imò plagium † committere videtur is, qui filiam à patre tot annis maxima diligentia & cura eductam clàm seducit & invito patre accipit. Atque eò quidem ex Theologis vocem Plagiarii referunt *1. Timoth. 1.* Et Jus-
6 tinianus † conjugium, quod absque parentum consensu contrahitur raptum esse indicat. *l. unica Cod. de raptu virgin.* Quo spectat *quod Aristoteles lib. 1. Politicorum, scripsit:* Naturæ lege liberos parentum imperio subditos esse debere. Quod enim procreavit & genuit, id ut præsit, amicitiæ ratio & senectutis postulat. *Et Plinius in Panegyrico.* Cæsar intuitus vim legemque naturæ, quæ semper in ditione parentum esse liberos jussit nec uti inter pecudes, si homi-

nibus

Digitized by Google

nibus potestatem & imperium valentioribus dedit. Unde & patria potestas, quæ Romanorum propria est, originem traxit. Potestatis vocabulum propriè ad eos pertinet, qui imperandi aliis jus habent. Ita Princeps subditis imperat, magistratus civibus; pater liberis; magister discipulis; dux militibus; dominus servis. *Seneca.* Potestas autem † patria summa fuit apud Romanos, ut jus 7
vitæ & necis in liberos habuerint, hoc est, impune libetos ex se procreatos interemerint. *leg. fina. Cod. de patria potest. Dionys. libr. 2.* Quæ autem ad reverentiam & æquitatem liberorum attinent, ut colant parentes perficiendo jussa illorum, omnia plus habent gravitatis, & nostrorum hominum leges longè superant. Nam qui formas vivendi Græcis condiderunt civitatibus, certum quoddam tempus admodum breve præscripserunt, quo liberi patribus essent subditi. Quidam ad annum pubertatis tertium: quidam tantisper dum illi cælibes manserint: nonnulli donec publicè inter viros ascripti fuerint: quemadmodum Solonis, Pyttaci, Charondæque legibus acceperant, quorum magna prædicatur sapientia. Pœnas etiam in contumaces filios statuerunt non graves, permittentes patribus eos exhæredare domove pellere, præterea nihil; quæ non sufficiunt ad compescendam juventutis vesaniam, moresq; præfractos, neque contemptores honestatis Jovis brachio possunt ad honestatem redigi: Quapropter apud Græcos sæpe indecora multa in parentes committunt liberi: Legislator inquit, Natura in omnibus patri in filium & per omne vitæ ipsius tempus potestatem dedit, sive illum captivum detinere, sive virgis cædere, sive vinctum rusticis operis retinere, sive occidere vellet; etsi filius Rempub. gereret, & summam dignitatem obtineret. *Quintil. declamat.* Poteram quidem fortiter dicere. Pater jussi Hoc nomen omni lege majus est. Tribunos dicimus, candidatos ferunus, jus nobis vitæ necisque concessum est. Si non fecerit, quod jubeo, non deferam illum ad sepulturam. *Et Dionys. lib.* . Apud Romanos † filii nihil possident vivis patribus; sed 8
licet eis & pecuniis & corporibus eorum uti pro arbitratu suo. Et ne unicuiq; pro arbitrio liberos interimere fas esset, Romulus legem tulit, ne quis prolem triennio minorem necaret, & necessitatem imposuit educandi mascules, & è filiabus primogenitas. *Dionys. Halicarnass. lib. 2. Idem tradit Simplicius in Epictetum.* Veteres Romanorum

norum leges, tum excellentia naturæ consideratа, cum laboribus quos filiorum causa parentes capiunt expensis, & vendendi illos, & si vellent potestatem impune illos occidendi dedere. Ita Manlius Torquatus filium securi percussit. *Zonaras tom. 2. & alii.* Virginius filiam occidit. *Valer. Maxim. lib. 6. Plinius de viris illustribus & Lucius Brutus, Valerius Maximus lib. 5.* Spurius Manlius Torquatus *lib. 8.* Pontus Ausidius & P. Attilius idem factitarunt. Philiscus filias stupratas. *Valer. Max.* Et Aulum Fulvium Senatorem ipse pater ob conjurationem necavit: Et non solus hoc privatus egit. Nam & alii multi non tantum Consules verùm etiam privati homines filios suos interemerunt. *Dionys. lib. 33.* Et *Valer. Max. lib. 5. T. 7 De parentum severitate.* Ita temporibus Senecæ Enichon eques Romanus filium flagellis occidit. Populus tamen rei indignitate commotus eum graphiis confodit in foro. *Seneca de Clementia.* Et apud Livium Horatius senior cum filius sororem occidisset, & cædi postularetur, se filium interfecturum respondit, si soror non jure interfecta esset. Atque id jus Romanorum proprium fuit. Quo spectat illud *Livii lib. 1. Decad. 1.* Nullam breviorem cognitionem quàm inter patrem & filium esse, paucis verbis transigi posse, ni pareat patri, habiturũ infortunium. Et hoc jus in usum vitæ revocandum censet *Bodinus in opere de Republ.*

9 Vendere autem † alienare vel oppignorare liberos victus vel necessitatis causa, usque ad tertiam auctionem, & precium quæstui esse, etiam aliis gentibus jus fuit, ut Hebræis, teste Mose, præsertim ob inopiam, *Exod. 21. 22.* & Romanis, C. *toto T. de parentibus, qui liberos distraxerunt. Et Dionysius lib. 2.* Legislator Romanus permisit etiam vendere filium. Item hoc quoque patri concessit, licere illi terna filii venditione pecuniam quærere, majorem largitus potestatem patri in filium. Quam legem Romuli ejus successor Numa mitigavit; ut si pater filio concessisset uxorem ducere futuram juxta leges sacrorum & bonorum vitæ participem, ut tum patri nullum jus esset vendendi filium. *Plutarchus* rationem explicat, indignum ratus, quæ libero nupsisset, cogi ut cum servo viveret, *in vita Numæ*, apud quos etiam creditoribus noxæ dabantur. *Valer. Max. lib. 7. Ita Matth. 18.* Dominus servi, qui solvendo non erat, uxorem & liberos venundari jussit. Et Græcis, idque ætate Basilii frequentatum fuisse testatur his verbis, ἴδον ἔγω ἐλέησον θέαμα. Imo debitores condemnatos in

frusta

Digitized by Google

fruſta & partes ſecare creditoribus jus erat, *ut teſtatur Tertullianus in Apologetico*. Nam & inter bona patrisfamilias liberos numeratos eſſe ex hiſtoria Jobi colligere licet. Cum enim Dæmoni Deus poteſtatem feciſſet omnia Jobi bona invadendi, non tantùm domum & ædificia ſed & liberos perdidit. Cum itaque tanta ſit poteſtas parentum in liberos, conſequens eſt, eos ut qui ſui juris non ſint, nihil ſtatuere, agere, promittere aut polliceri poſſe, cum à patris voluntate eorum conſenſus pendeat. Et velle non creditur, qui obſequitur imperio patris vel domini, ut habet Regula Juris. Quod ad corpora filiorum attinet, ea quoque ut diximus † in poteſtate ſunt parentum & inter bona quoque olim numerata & habita fuerunt. Sed filiis, invitis parentibus, ne tantillum quidem, & ne quidem adventitia bona, quorum tamen dominium habent, alienandi jus eſt, *ut docet l. final. C. de bonis quæ liberis*. Quæ cum ita ſint, multò minus licet eis inſciis aut invitis parentibus corpora ſua, quæ ſunt portio viſcerum matris & patris, *ut ait JCtus l. 1. ff. de ventre inſpiciend.* aliis mancipare & tradere.

§. 2. SUMMARIA.

1 *Parentes liberis de matrimonio debent proſpicere.*
2 *Conjugia rarò fortunata eſſe, quæ ſpreto conſilio parentum contrahuntur.*
3 *Parentum eſt, è multis competitoribus unum eligere.*
4 *Parentes interdum liberis indulſerunt, ut pro ſuo arbitrio uxores ducerent, ſed rariſſime.*
5 *Parentes debent filias ſuis verbis deſpondere, quod à veteribus ſanctè obſervatum fuit.*
6 *Parentes filias ſuas viro tradere, jungere & locare debent.*
7 *Patris eſt filiæ dotem dare.*
8 *Lex Platonis prædicatur & refertur.*
9 *Apud Spartanos ii puniebantur, qui in affinitate coeunda bonis divites prætuliſſent.*
10 *Parentis eſt, ſponſalia abſq; eorum conſenſu inita vel infirmare vel rata habere.*
11 *Parentes non debent abuti ſua auctoritate.*
12 *Pater quando ſua auctoritate abutatur.*
13 *Hiſtoria de Carolo Duce Burgundiæ notatu digna.*
14 *Parentes liberos invitos in nuptias conjicere & cogere non debent, nubere iis à quibus abhorrent.*

ETsi autem multi sint & varii patriæ potestatis effectus, quos Dd. accuratè descripserunt: nos tamen eos saltem persequi decrevimus, qui ad institutum nostrum, hoc est, ad sponsalia & matrimonium pertinent, quales sunt hi. 1. Parentum est liberis † de matrimonio prospicere, quod sapientissimè *à Platone lib. 6. de legib.* scriptum est. Paterni officii esse, moribus civium diligenter examinatis idoneum sibi generum & maritum filiæ eligere, &c. *l. qui liberos. de ritu nuptiar.* Patris incumbit officio, conditionem filiæ quærere ac parare dotem. Idque tempestive, ne ut est natura hominum proclivis in libidinem, in Venerem incertam prolabantur, & ruant, & aliquod dedecus in se admittant. Matura virgo rugas aniles non expectet, quæ patrem ut viro locetur tacitè etiam rogat. Quo spectant versus elegantissimi veteris Poetæ:

ἡλικίη θυγατρὸς ἐπίγαμος· καὶν μηδὲν ὅλως λέγῃ
ἀλλὰ τὸ συνπᾶν πολλὰ περὶ αὐτῆς λαλεῖ.
Ætatis est, quæ nubilis filia de se silendo
Multa nihilominus loquitur.

Et veteris Theologi *Egnatii.* Virginitatis jugum nemini imponito. Res enim est & possessio periculi plena, & servatu difficilis, præsertim quando coactus imperatur. Juvenibus nubere permitte, priusquam à meretricibus corrumpantur. Itaque rectè faciunt liberi, qui mariti eligendi curam ad parentes deferunt. Primum quod parentes ut ætate majores animorum perturbationibus minùs sint obnoxii, ideoque rectiùs judicare, ut filiorum commodis prospicere possint, quàm ipsimet sibi. Quo spectat illud *Terentii Heauton. act. 1. Sc. 1.*

Putarem patrem ætate & benevolentia
Plus scire & providere quàm seipsum sibi.

Nam ætas grandior, longa rerum experientia prudentior rectiùs consulit, quàm juventus, quæ cupiditate ducitur magis quàm ratione, cuique *ἀμάθεια τοὺς ἀπειρακάλους*, hoc est, rerum insicitia parit confidentiam; atque hoc majori in periculo versatur, quod non metuit periculum. Rectè *Seneca.* Juvenile vitium est, non posse regere impetum. Et quod juvenes & puellas sæpè fallere solet amor cæcus judex, ut ajunt. Amori enim sæpè honesta videntur, quæ turpia

turpia ſunt, *ut ait Theocritus*. Itaque rectè *apud Homerum Vlyſſes Odyſſ. lib 7*. Nam ſi in juniorem incidens quicquam rogaveris, nihil omninò ages, cum ſemper juvenes minime ſapiant. Idque maximè in muliebri ſexu deprehenditur, qui propter imbecillitatem generis, & rerum imperitiam minùs conſilio valet, quàm viri. Quare non oportet inconſultæ ætati licentiæ frenas laxare, ut furtim, ut temere, ut poti, ut incantati, ut dictis in ipſo complexu tribus verbis contrahant matrimonium: ut rectè Eraſmus diſputat. Deinde propter στοργὴν πρὸς τὰ τέκνα, *ut ait Cicero*, Parentes liberos non minùs charos habent, quàm ſemetipſos. Unde JC. Nullus eſt affectus, qui vincat paternum. Et *Lucianus*: Ita natura comparatum eſt, ut parentes magis ament liberos, quàm liberi parentes *l. 67. non ſolum. de ritu nuptiar.* Ideo præſumendum eſt, eos nihil aliud liberis conſulturos, quàm quod in rem eorum ſit. Poſtremo etiam experientia teſtatur, raro fortunata eſſe conjugia, quæ puellæ ſpreto conſilio parentum pro ſuo arbitrio contrahunt. Contrà perpauca infelicia, quæ ſunt à parentibus ac tutoribus confecta & confirmata. Vives. Audis, *inquit Eraſmus*, deſponſatam à parentibus Mariam, ne ſperes igitur felices nuptias, quas invitis aut inſciis parentibus furtivo congreſſu per verba de futuro & copulam de præſenti conglutinas. Et ſacrarum literarum authoritas oſtendit conſilia illa infelicia, quæ liberi contra parentum voluntatem per ſe capiunt, ut & nuptias; non tantum quod hæc ætas infirmior ſit, quàm ut ſuis rebus conſulere poſſit (ducitur enim pravis cupiditatibus) ſed quod Deus ubique authoritatem parentum vult ſalvam eſſe. Ita Eſau cum ſciret parentes non permiſſuros ut Cananæam duceret, ad Iſmaelem ſe contulit & præter eas; quas habuit aliam duxit: ſed impune id non tulit, *ut Geneſ. 28. cap. legitur*. Et Iro puella clam fidem dat Leandro, quæ res utrique exitio fuit, *ut oſtendit Poema Muſæi*. 11. Parentum eſt è multis competitoribus ſeu procis pro ſua authoritate & prudentia unum eligere, quem filia dignum exiſtimet maritum. Quod & Ambroſius æquum putat, ut inter complures procos jus deligendi ſit penes parentes. Et otat Eraſmus quo minùs invidiæ recidat in virginem. Idque ſummo judicio & deliberatione maxima feciſſe veteres, hiſtoriæ teſtes ſunt. Qua de re memorabile exemplum extat *apud Herodotum lib. 6*. Cliſthenes collocaturus

turus filiam Agariſtiam ei quem Græcorum præſtantiſſimum comperiſſet, in Olympico certamine omnibus edici juſſit, ut intra diem ſexageſimum adeſſent, ſi qui illam expeterent. Undique confluxerunt ex tota Græcia & Italia ad diem præſtitutum. Ibi tum Cliſthenes ante omnia patriam ſingulorum & familiam percontationibus exquirebat. Deinde eos aliquandiu apud ſe detinuit, ut uniuſcujuſque mores & affectus exploraret & juniores in Gymnaſia educens præcipuè tamen in conviviis experiebatur. Cum autem dies nuptiis deſtinatus illuxiſſet, quo Cliſthenes edixerat indicaturum ſe, cui filiam collocaret, omnes in convivio accepit procos & vicinos. Poſteaquam verò cænatum eſſet, & vino incaluiſſent animi, cæperunt de Muſica diſputare. Hippoclites Athenienſis, qui maximè placeret Cliſtheni, juſſit tibicinem ſibi canere ſedatum quoddam ſaltationis genus. Tibicine obſequente ſaltavit, & ſibi quidem placuit, Cliſthene omnem rem diſſimulante. Deinde Hippoclites ubi paululum reſpiraſſet, menſam ſibi inferri juſſit. Qua illata, primum ſuper eam Laconicos ſaltavit modos, mox Atticos, tertiò capite menſæ innixus cruribus veluti brachiis modulabatur. Ad cujus primam & ſecundam ſaltationem etſi commoveretur Cliſthenes, & ſtomacharetur ſibi tam ineptum & impudentem generum fieri: tamen ſe continebat ne in illum erumperet. At ubi vidit cruribus veluti manibus geſticulantem, jam ſe continere amplius non potuit: Itaque in hæc verba prorupit. Fili Tiſandri deſaltaſti matrimonium: Græcè ὦ παῖ τισάνδρεω ἀπώρχησαν νέμῳ τὸν γάμον. Et ſilentio impoſito ita fatur. Viri proci filiæ meæ, vos equidem omnes laudo, vobiſque omnibus ſi fieri poſſet gratificarer: neq; quod nunc facere cogor, unum è vobis probarem, & reliquos improbarem. Verùm fieri non poteſt, ut cum de una virgine hic agatur, omnium voto ſatisfaciam. Itaque ſingulis veſtrum, qui nuptias has adipiſci non poteſtis, dignis tamen filia mea, quoque domum peregre abfuiſtis ſingulo argenti talenta dono do. Megacli autem Alcmæonis filio meam filiam Agariſtiam deſpondeo ritu Athenienſium. Annuente conditionem Megacle nuptiæ apud Cliſthenem celebratæ ſunt. *Hactenus Herodot. lib. 2.* Itaque rectè monet *Syracides*, ut pater homini cordato & frugi filiam det, his verbis. ἐκ δὲ τῳ̃ ζυγατέρα καὶ ἴσῃ πεπλεκὼς ἔργον μέγα καὶ αἰδεῖ συνετῳ̃ δώρησαι αὐτῳ̃. Eloca filiam, & rem magnam feceris. Cæterum

rum viro cordato da ipſam. Claudianus de Honorio, qui Stiliconem ſibi generum elegit.

Nubilis interea maturæ virginis ætas
Urgebat patrias, ſuſpenſo principe, curas,
Quem ſimul, imperii ducem natæq; maritum.
Proſpiceret, dubius toto quærebat ab Axe
Dignum conjugio generum, thalamiq; ſerenæ.

Item:

Judicium virtutis erat,
Te non Heſperidum pomis, non amne ſubacto,
Non ſocerum fallente rota, ſed judice dignus
Auguſto; variis Stilico ſpectatus in armis
Accipit, & regni dotes virtute paravit.

Sed quia in eam diſputationem ingreſſi ſumus, pluribus exemplis ex hiſtoria petitis, id quod inſtituimus confirmandum eſt. Servius Tullius cum filiam alteram mitem alteram ferocem haberet, & Tarquinii ſuperbi filios pari animo eſſe videret, ferocem miti, mitem feroci in matrimonium dedit. *Plinius de viris illuſtribus.* In eo Platonem haud dubie ſecutus, qui vult ut juvenes ferociores in matrimonium ducant ſedatorum & quietorum civium filias, quo ſoboles utriuſque parentis naturam referant. *lib. 6. de legib.* Rectè Eraſmus, ſi juvenis erit natura lenior, conveniet ſponſa vigilantioris ingenii: Si ſponſus erit profuſior, congruet uxor frugalior & ad rem ſervandam attentior. Rurſus ſi juvenis erit ardentioris ingenii, accommodabitur puella temperatoris naturæ, quæ pro tempore norit cedere & obſequi. Pompejus Magnus Catonis neptem unam petiit ſibi in uxorem dari, alteram filio. Sed Cato eam affinitatem ὡς διαφθορᾶν ἐσομένην αὐτοῦ τὸν τρόπον, hoc eſt, tanquam corruptricem ſuæ integritatis aſpernatus eſt. Eaque re vehementer offendit uxorem & filias. Poſtea cum Pompejus indignis dignitates vendidiſſet, & ob id male audiret, Cato uxori & filiæ dixit: Iſta probra nobis erunt communia, ſi affinitatem cum Pompejo contraxerimus. *Zonaras Tom. 12. Plutarchus in Pompejo.* Pompejus Catonis conſtantiam libertatemque, quibus ille unus palam pro jure propugnabat, miratus ſtatuit eum quacunque ratione ſibi adjungere. Et cum is duas haberet fratris filias ſecum, alteram ſibi, alteram filio

in matrimonium petiit. Cato cum corrumpendi ſui gratia eas à Pompejo affectari nuptias intelligeret, ideoque detrectaret, ſoror ejus uxorque graviter tulerunt, Pompeii Magni affinitatem ab eo aſpernari. Interim Pompejus, cum Afranium ad Conſulatum promovere cupiens civibus in hortum ſuum venientibus tributim pecuniam divideret, ut eos Afranio conciliaret, ejuſque rei fama in vulgus percrebeſceret, Pompejus male audiret, quod magiſtratum, quem præclariſſimis ipſe facinoribus uti ſummum decus meruiſſet, eum hominibus indignis venalem redderet: Cato mulieribus dixit. Horum quoque opprobriorum pars ad nos redundabit neceſſariò, ſi Pompeii neceſſarii eſſe volumus. Quo audito eæ agnoverunt rectiùs ipſum honori ſuo, quàm ipſas conſuluiſſe. Idem memorat *Plutarchus in Catone minore*, & addit Catonem dixiſſe Munatio ſocio & intimo. Vade Munati & dic Pompejo, Catonem per mulieres capi non poſſe; ſed tamen benevolentiam ejus gratam habere; eique juſte agenti amicitiam omni neceſſitudine firmiorem cum ipſo futuram: obſides autem Pompeii gloriæ adverſus patriam nunquam daturum: Item Pompeii affinitatem ſe nunquam probaſſe, non quod eum indignum judicaret, ſed quod diſſimilitudinem inſtitutæ in Republica rationis cerneret. Themiſtocles cum Athenienſes duo ejus filiam ſibi uxorem peterent, frugi hominem diviti prætulit: Virum ſe, dixit, quærere potius ſine pecuniis, quàm pecunias ſine viro. *Stobæus & Cicero in officiis.* *Plutarchus* ἄνδρα ζητῶν χρημάτων δεόμενον μᾶλλον ἢ χρήματα ἀνδρός. Ariſtoteles Locrenſis, qui unus de Platonis amicis fuit Dionyſio ſeniori, filiam ipſius in matrimonium petenti, reſpondit: Mortuam ſe, quàm Tyranni uxorem videre filiam ſuam malle. Cumque Dionyſius paulò poſt filias ejus interemiſſet, & interrogaſſet per contumeliam, num adhuc in ſententia perſtaret? factum quidem ſibi dolere, ſed dicti non pœnitere. *Plutarch. in Timoleonte.* *Plinius in epiſtolis:* Socer, inquit, Pompejus Julianus cum cætera vita, tum vel hoc uno magnus, quod ipſe provinciæ principes inter altiſſimas conditiones generum non honoribus principem ſed ſapientia elegit. Hipponicus cum ejus filiam omnes ſibi uxorem expeterent; principes verò ambirent, Alcibiadem ſibi ex omnibus delectum generum aſciviſſe. *Iſocrates in oratione de bigis.* Idem de Hippodamia refert

Lucia-

Lucianus in Charidem. M. Fabius patritius cum duas haberet filias, natu majorem Licinio Stoloni homini longe inferioris conditionis, junioremSulpitio Ruſo ſui loci viro deſpondit. *Zonaras T. 2. Lucianus in convivio*, memorat Ariſteriætum patrem delegiſſe ex omnibus filiæ maritum Eucriti Numularii filium, quod modeſtus videretur, & ad ſtudium Philoſophiæ propenſus. Apulejus quendam Thraſillum puellæ Charites nuptias expetiviſſe & parentum judicium invitaſſe muneribus, eum tamen repulſam paſſum, quod improbis eſſet moribus. *in aureo aſino lib. 5.* Calliſthenes adoleſcens Byzontinus Soſtrati filiam Soſtratam ſibi in uxorem dari petiit, & patrem ut ſibi illam daret rogavit. Ille verò ſe daturum negavit, quod hominis vitam intemperantem minimè probaret. *Achilles Statius.* Actius Philoſophus filiam ſuam Claudio Pompejano equitis Romani filio jam grandævo dedit, quamvis has nuptias, ut Capitolini verbis utar, mater & filia invitas haberent. Proxemides judex certaminum erat conſtitutus, pictorem ſibi generum aſciv.t propter picturæ præſtantiam. *Lucian. in Herod.* Huc ſpectant verba Telemachi *apud Homerum Odiſſ. 1.* Proci namque filii magnorum virorum matrem meam invitam ſibi expetunt, continuoque patris ejus Icarii domum adire ſtudent, ut ipſe filiam illi, quem maluerit ac magis dilexerit, cum dote locet. Idem oſtendunt exempla Patriarcharum, quæ nobis ſacræ literæ proponunt. Iſaac Abrahæ patri conceſſit delectum uxoris *Geneſ. 24.* Et eo etiam jure utitur Iſaac in conjugio filii ſui Jacob. Nam ei præſcribit familiam, ex qua eum petere velit conjugem, eique Jacob obtemperat. Atque in ſumma, in deligendo marito quàm ſoliciti & circumſpecti fuerint veteres, & hodie adhuc quid ſpectandum, *Plinius in epiſtola ad Junium Mauritium* doctiſſimè diſſerit, cujus verba, quia elegantiſſima ſunt, hic adſcribenda duximus. Petis ut fratris tuæ filiæ proſpiciam maritum, quod meritò mihi potiſſimum injungis Scis enim quantopere ſummum illum virum ſuſpexerim dilexerimque, quibus ille adoleſcentiam meam exhortationibus foverit, quibus etiam laudibus ut laudandus viderer effecerit. Nihil eſt quod à te mandari mihi aut majus aut gratius, nihil quod honeſtius à me ſuſcipi poſſit, quàm ut eligam juvenem, ex quo naſci nepotes Auruleno ruſtico deceat, qui quidem diu quærendus fuiſſet, niſi paratus & quaſi

quasi provisus esset Mutius Acilianus, qui me ut juvenis juvenem (est enim minor pauculis annis) familiarissimè diligit, reveretur ut senem. Nam ita à me formari & institui cæpit, ut ego à vobis solebam. Patria est illi Brixia illa nostræ Italiæ, quæ multum adhuc verecundiæ & frugalitatis antiquæ retinet & servat. Pater Minutius Macrinus equestris ordinis princeps, quia nihil altius voluit, edoctus à Divo Vespasiano inter prætorios honestam quietem huic nostræ ambitioni dicam an dignitati? prætulit. Habet aviam maternam Serranam procul à me municipio Patavio, nosti loci mores. Serrana tamen Patavii quoque severitatis exemplum est. Contigit & avunculus ei P. Acilius gravitate, prudentia, fide prope singulari. In summa nihil erit in domo tota, quæ non tibi tanquam in tua placeat. Aciliano verò ipsi plurimum vigoris, industriæ, quanquam in maxima verecundia, quæsturam, tribunatum, præturam honestissime percurrit. Est illi facies liberalis, multo sanguine, multo rubore suffusa. Est ingenua totius corporis pulchritudo, & quidem senatorius decor, quæ ego nequaquam arbitror negligenda. Debet enim hoc castitati puellarum quasi præmium dari. Nescio an adjiciam esse patri ejus amplas facultates. Nam cum imaginor nos quibus quærimus generum, silendum de facultatibus puto: cum publicos mores, atque etiam leges civitatis intueor, quæ vel imprimis census hominum spectandos arbitrantur, ne id quidem prætereundum videtur, & sane de posteris & his pluribus cogitanti, hic quoque in conditionibus deligendis ponendus est calculus. Tu fortasse me putes indulsisse amori meo supra ista, quàm res patitur sustulisse. At ego fide mea spondeo futurum, ut omnia longe ampliora, quàm à me prædicantur invenias. Diligo quidem adolescentem ardentissimè, sicut meretur: sed hoc ipsum amantis est, non eum onerare laudibus. Vale. Ex quibus planum est, parentes in deligendis generis & filiabus despondendis suo imperio atque auctoritate usos esse, idque summa cura judicio & deliberatione fecisse, neque de filiarum consensu multum solicitos fuisse. Quamvis interdum judicio, ut sunt humano laberentur & indignam digno præferrent, quemadmodum de Sene quodam refert *Martialis*, qui repudiatis competitoribus viris clarissimis, filiam præconi dedit. Versus hi sunt. *lib. 6. Epigramm.* Ad Severum.

Præto-

Prætores duo, quatuor tribuni,
Septem Causidici, decem Poetæ
Cujusdam modo nuptias petebant
A quodam Sene: non moratus ille
Præconi dedit Eulogo puellam.
Dignum quid fatuo Severe fecit.

Sed ejusmodi erratis paternis liberos continere par est, eaque moderate ferre, qua de re supra latius. Interim tamen † etiam parentes 4
jure suo cessisse, liberisque indulsisse, ut pro suo arbitrio uxores ducerent, sed rarissime, ex historiis colligi potest. *Isocrates in encomio Helenæ & Lucianus in Charidemo referunt.* Helenam cum omnes Reges & viri primarii sibi uxorem expeterent & ambirent tanta contentione, ut verendum fuerit, ne ad arma venirent, Tyndareus pater animi incertus cui eam locaret, omnes procos jurare coegit, se si Helena vi raperetur, ei opem laturos esse, cui Helena nuberet: ibi tum Helenæ potestatem fecit & concessit, ut nuberet ei, qui ipsi placeret. Ita Menelaus eligitur maritus ab Helena. Quo spectant verba *Euripidis:*

Tyndareus eos fefellit bono consilio,
Concessit filiæ ex procis eligere
Quo eam chari flatus amoris ferrent.

Idem de Callia refert *Herodot. lib. 6. his verbis:* Callias erga filias, quarum tres ei fuerunt, talem se exhibuit. Nam posteaquam nubiles extitere, hoc eis magnificentissimum munus est gratificatus, ut quam sibi unaquæque vellet ex omnibus Athenienſibus, eum deligeret, atque ita eam illi nuptum dedit. Idem de Danao refert *Pausanias lib. 3.* Dimisit qui nunciarent, se puellis optionem daturum, ut earum quælibet sibi eum deligeret cujus forma esset complacitura. Tertiò † parentibus incumbit filias suis verbis despondere: idque 5
à veteribus sancte observatum fuisse, ea quæ supra cumulavimus, probatione ex historiis petita abunde demonstrant, quæ ne actum agere videamur hic non repetemus, sed ad cap. 4. lectorem remittimus. Quartò filias † suas viro tradere, jungere & locare, quod ut 6
plurimum in nuptiis fit. Quo spectant verba antiquitatis Romanæ. Tandem socero E. & M. socru annuentibus solenni Hymenæo nuptiis copulamur. Ita Deus Evam conditam Adamo tradidit & co-

pulavit. Bathuel pater unà cum Labane Rebeccam tradunt internuncio Abrahami, his verbis: Accipe eam. *Gen.* 24. Raguel Saram filiam apprehensam Tobiæ tradidit & copulavit. *Tobiæ* 6. 7 *Tacitus* de Julio Agricola socero suo, Consul, inquit, filiam egregiæ tum spei mihi juveni despondit, & post Consulatum locavit. Quo spectant verba supra numerata. Aliter conjugium non sit legitimum nisi à parentibus tradatur. 32. *q.* 2. Et *Tacitus lib.* 4. Tyberius neptem Agrippinam Germanico ortam coram Cn. Domitio tradidit, nuptias in urbe celebrari jussit. Item *apud Terentium* Hanc mihi in manum dat. Nausicles pater filiam manu prehensam Gnomoni tradidit, *apud Heliodorum lib.* 6. *& lib.* 10 Pater Hydaspes filiam Coricleam agnitam Theagoni conjungit & tradit verbis elegantissimis, *quæ supra cap.* 3. *enumeravimus* Et Capitolinus nuptias Faustinæ filiæ suæ, cum M. Antonio eam conjungeret, celeberrimas fecit. Facit illud *Claudiani.*

Quid jungere dissert
Quam pepigit.

Item:

Et mihi quam scriptis despondérat ante puellam,
Conjugis ipsius pronuba dextra daret.

Et de Didone, quæ Sichæo nupta erat *Virgilius*:

Cui pater intactam dederat, primisq; jugarat
Ominibus.

Et *apud Plutarchum* Bruti uxor maritum his verbis compellat: Ego Brute Catonis filia tibi nuptum tradita sum, non ut pellicis in morem lecti tantum & mensæ, sed cum bonorum tum adversorum essem particeps. *Apud Achillem Statium* elegantissima est Callisthenis oratio. Virginem puellam hactenus servavi. Nunc eam Tyrum ad patrem ducere, & ab eo sicuti leges jubent in uxorem accipere omnino constitui: quod si impetravero bene habet: sin verò difficilis & morosus spondere negaverit, virginem etiam filiam suam sibi habeat. Et plura huc cumulari possent, sed quia ex præcedentibus ea pendent, hic longiores non erimus.

7 Quintò. Patris est, filiæ † dotem dare, & qui dotem dare non volunt, coguntur per præsides & proconsules, id est, magistratum. *l.* 19. *qui liberos. de ritu nupt.* Quo spectat illud *Terentii.* Herus damno auctus

auctus est, propter dotem, quam pater filiæ dare cogitur. *Livius lib. 2. de bello Punico 2.* Cum Cn. Scipio ex Hispania Senatui scripsisset, petens sibi successorem dari, qui filiam virginem jam adultam haberet, neq; ei sine se dos expediri posset: Senatus ne Respublica duce careret, patris vicem gessit, dotemque dedit, & consilio matris suorumq; eam nuptum collocavit. Dos 4000 æris fuere, hoc est, 400. Ducati, *ut Blondus supputat*; & addit, eam dotem cerdones suo tempore stulto instituto filiabus suis dedisse in Italia. Justinianus centum libras auri statuit modum maximæ dotis, qui olim fuit decies centenorum millium nummum *l. 1. cum in rem verso Cod. de usuris. Martialis:*

Centena decies, quæ tibi dedit dotis. *Juvenalis:*

Et ritu decies centena dabuntur

Antiquo.

Cæsonis filia decem millia æris in dotem attulit marito Mugilia, quæ quia quinquaginta millibus nupsit, appellata est dotata. *Blondus. lib. 8. Romæ triumphantis.* Idque ea de causa institutum est, quo facilius puellæ maritos inveniant, & quibus nubant. *l. 1. soluto matrimon.* Idq; Reipublicæ interfit: ejus enim magis habetur ratio, quàm morum. Unde rectè *Theognides.*

Arietes quidem & Asinos quærimus Cyne & equos,
Generosos, & quisquis vult & boni
Admittere, ducere autem uxorem viri mali filiam
Generosus vir, si ei pecunias multas dederit,
Nulla fœmina mali viri recusat esse uxor
Divitis, quin divitem vult maritum, loco boni
Opes quidem æstimat, & ex malo viro ortam.
Bonus ducit uxorem, & malus ex malo ortam.
Divitiæ miscuerunt genus. quasi dicat, Pecunia nubitur; pecunia ducitur: Quod eleganter expressit *Seneca*

Et verè uxores digitis ducimus, inquit.

Et *idem Seneca*

An dives omnes quærimus, nemo an bonus. Ubique tanti quisque est quantum habuit. *Cicero in Tusculanis. Ovidius:*

Dummodo sit dives barbarus ille placet.

Idem queritur *Phocylides.* Unde *Tertullianus:* Injustitiæ enim authorem & dominatorem totius seculi scimus nummum omnes.

8 4. *adversus Marcionem.* Quare lex Platonis *lib. 6. de legibus* prædicanda est, cujus hæc est sententia In matrimonio imprimis convenire & ex usu esse Reipublicæ, ut Juvenes neque pauperum affinitatem fugiant, neque divitum sectentur. Qua de causa & Solon dotem in nuptiis dari noluit, neque sponsum ad sponsam quicquid præter tres vestes & supellectilem non magni precii adferre voluit. Non enim mercedis causa contrahi venalesque nuptias esse debere, sed prolis suscipiendæ gratia, & amoris causa conjungi virum cum muliere. *Plutarchus in Solone.*

9 Apud Spartanos, maximè † ii puniebantur, qui in affinitate coeunda, bonis atque agnatis divites prætulissent. *Plutarchus in Lysandro.* Quemadmodum enim stultus est, qui empturus equum, non ipsum inspicit, sed stratum ejus ac frenos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione quæ modo nobis vestis circumdata est, æstimandum putet *Macrobius Satur. lib. 1. c. 11.* Non ego fortuna homines æstimabo sed moribus: sibi quisque dat mores, conditionem casus assignat. *Ibid.* Sed hi vulgi sunt errores, *ut rectè Demosthenes dixerit*, vulgus in judicando optima quæ sunt, non intelligere, τὰς πόλλας πλείσου ἁμαρτάνειν τὰ βέλτιστα κρίνειν. Et prudentibus viris vulgi amentiam imitandum non esse. Nam vulgò placere sapientibus displicere est, τὸ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν τοῖς σοφοῖς ἀπαρέσκειν ἔστιν. *Plutarchus.* Quanto rectiùs *Apulejus Apologia. 2.* de uxore sua Pudentilla verba faciens, Pudentilla, *inquit*, locuples fœmina trecentis militibus dotis fuit contenta: & maritum habet, & multis, & sæpe ingentibus dotibus spretis inani nomine tantulæ dotis contentum. Cæterum præter uxorem suam nihil computantem, omnem supellectilem cunctasque divitias in concordia conjugis mutuo amore ponentem.

10 Sextò. Parentum † est sponsalia absque eorum authoritate & consensu inita vel infirmare vel rata habere; ut filii intelligant, sese in re tanti momenti parentibus morem gerere debere, & sponsalia clandestina nulla esse, nisi parentes exorent ut ea rata habeant. Ut ille apud Terentium *Adelph. act. 2 Sc. 2.* patrem ita obsecraturum, ut liceret hanc sibi uxorem ducere. Ideoque in omnibus bene constitutis Rebuspublicis promissiones de conjugio, hoc est, sponsalia inter adolescentes & puellas facta pro nullis habentur, & irritæ pronun-

pronunciantur. Idque veteres secutos esse, tàm sacræ quàm prophanæ historiæ ostendunt. Nullum enim opinor, inquit Erasmus, in sacris literis exemplum reperiri, quo doceri possit, filiosfamilias aut pupillas clam iis, in quorum potestate sunt, contraxisse matrimonium, quod illis reclamantibus valuerit. Neque hic spectandum est, an arrhæ datæ sint vel promissio jurejurando vel dextera data firmata. *Lutherus*. Quod si autem promissionem factam pater, postquam rescivit, ratam habuerit, tunc dicendum est eam valere. Nam ratihabitio mandato æquiparatur & subsequi potest & retrotrahitur. *l. si quibus de acquir. hæred. l. servo C. ad Trebell. l. 1. C. qui admitti.* Quamvis honestum sit jussum præcedere. *Instit. de nupt.* §. 1.

Septimò, Parentes † sua authoritate uti, non abuti debent: 11
sunt enim domesticus magistratus. *Seneca de beneficiis lib. 3.* Quia utile est juventutem regi, imposuimus illi quasi domesticos magistratus, sub quorum custodia regatur. Magistratus autem proprium munus est, intelligere se gerere personam civitatis, servare leges, jura describere, ea fidei suæ commissa meminisse. *Cicero*. Abutitur † autem 12
pater sua auctoritate & potestate, qui liberos injuria prohibet uxores ducere vel nubere. Prohibent etiam qui conditionem non quærunt. *l. 9. qui liberos. de ritu nuptiar.* Et hic sæpe à parentibus peccari experientia notum est. Enimvero ita natura est comparatum, inquit Pausanias, ut senes quavis in re juvenibus adversentur, atque obliti se aliquando juvenes fuisse eorum sint amoribus oppido quàm infensi, idque interdum magno suo malo. Qua de re historiam *idem Pausanias refert, lib. 7.* In æde Dianæ Triclariæ quotannis dies festos agitabant Jones. Sacerdotium quoque penes virgines erat, quoad illæ nuberent. Accidisse autem ajunt, ut, cum sacerdos esset Cometho nomine virgo, eximia admodum specie, ejus amore Menalippus caperetur cum cæteris laudibus, tum verò corporis forma æqualium suorum longè præstantissimus. Hic cum puellam amaret, eam à patre uxorem sibi popposcit. Sed neque à suis, neque à puellæ parentibus id impetrare potuit. Itaque in ipsa Dianæ æde congressi juvenes cupiditatem expleverunt; ac sæpius deinde templo ac thalamo geniali abusi sunt. Atque illi quidem brevi morbo consumpti impietatis pœnas Dianæ dedere. Consecuta verò est exlæsi numinis ira summa terræ sterilitas, & miseranda hominum

lues. Quanto rectiùs feciſſent parentes, ſi nuptias inter perſonas pares probaſſent & conglutinaſſent.

13 De Carolo duce † Burgundiæ narrat *Cominæus* multos ejus filiam ſibi uxorem petiiſſe, & imprimis ducem Gujennæ aſſidue inſtitiſſe ut eam ſibi daret. Et quamvis Dux præ ſe ferret, ſe in eam rem propenſum, & etiam promiſſa faceret, tamen nunquam rem eò perducere potuit, ut eam illi locaret, & ut Cominæi verbis utar, *Ie croy qu'il ne eut jamais marie ſa fille tant qu'il eſt veſcu mais touſiours garde pour enterteinir gens pour ſeu ſervit. cap. 49. 56. & 57.* Deinde &

14 hi abutuntur † ſuo imperio & jure, quod in liberos habent, qui liberos invitos in nuptias conjiciunt & cogunt ducere vel nubere iis, à quibus prorſus abhorrent, & qui indignis filias elocant contra Syracid. præceptum. Filiam eloca & da cordato *ουνετῳ*. Nam & hi in leges peccant, quas ſervare ut magiſtratus domeſticus debent, & tyrannidem in liberos exercent. *l. non cogitur. de ritu nupt.* Non cogendus eſt filiusfamilias uxorem ducere. Unde rectè quidam ex Theologis ſcripſit. Es iſt teuffeliſch Recht die Kinder zur Ehe zwingen/ da kein Hertz iſt im Kinde. Nam cum conjugium nihil aliud, quàm duorum animi & voluntates conſentientes & unitæ juxta verſum,

Qui duo corporibus mentibus unus erant.

ipſum benevolentia & amore potius quàm odio conciliari æquum eſt. Itaque nec patronus libertam invitam uxorem ducere poteſt. *l. 25. invitam, de ritu nupt.* Et hoſtis eſt uxor invita quæ ad virum nuptum datur. *Plautus.*

§. 3. SUMMARIUM.

Pater ſi conſentire nolit, filio uxorem ducere volenti quid faciendum?

QVid ſi pater filio uxorem ducere volenti conſentire nolit? Reſpondeo. Filius exemplum Pamphili imitabitur, ſupplex fiat. *Adelph. act. 2. ſcen. 1.* patrem obſecrabit ut ſibi hanc uxorem ducere liceat. Quod ſi exorare & impetrare non poterit, & pater nullam vel idoneam ſaltem adverſandi cauſam non habeat, ſed id obſtinate ſaltem operam dat malevolentia, vel odio ductus aut ſui commodi gratia, ut filium à nuptiis abſtrahat, invocabit Epiſcopi vel magiſtratus officium filius, qui ſeſe velut arbitrum interponet,

Digitized by Google

ponet, & ex bono & æquo ita rem moderabitur, ne patria potestas violetur, neve filius à patre duro, & quasi eo vocabulo indigno gravetur. *dict. l. qui liberos. de ritu nuptiar. l. capite eod.* In re autem dubia semper tutius est ita rem moderari, ut parentum authoritas salva maneat potius, quàm ut liberorum licentia confirmetur. *Terentius.* Hoccine erat æquum, ex illius more an illum ex hujus vivere. *Heaut. Act. 4. scen. 2.* Idque quod liberi parentibus parere, neque sine maxima & gravissima causa ab iis dissentire debeant. Quod si verò pater nulla ratione flecti possit, & tamen probabilem reclamandi causam non habeat, neque alias liberis conditiones quærat, magistratus suam interponet authoritatem, ne liberi parentum injuria & improbitate à nuptiis prohibeantur; vel ad nuptias, à quibus abhorrent adigantur; & rata & firma decernantur. Nec enim patris est officium, filium à nuptiis non abhorrentem prohibere uxorem ducere, & in nuptiis contrahendis ea temperatura adhibenda est, ut nec majorum authoritas labefactetur, nec liberis sua libertas pereat. Sententia ita concipi solet.

VNser freundlich Dienst zuvor / Ersamer / Weiser guter Freund. Als jhr vns einen Ehehandel zugeschicket / vnd euch des Rechts darüber zu vnterrichten gebeten habt. Demnach berichten wir verordnete Commissarien des Consistorii zu N. N. darauff vor Recht. Hat ewer Sohn vor drey Jahren mit ewres Nachbawren Tochter ohne ewer Vorwissen oder mit Bewilligung sich verlobet / vnd jhr einen Thaler auff solches Ehegelübt gegeben. In welches Ehegelübt jhr als der Vater / weil jhr anfanges darumb nicht ersucht / vnd ewern Sohn noch in ewrem Brot / vnd vnter ewer väterlich Gewalt ist / zu willigen nicht bedacht: Ob denn wol ewrem Sohne ohne ewre als des Vatern Bewilligung sich zu verehelichen nicht gebühret / Sondern ewre als des Vatern Mitbewilligung hierinn hette bitten vnd suchen soller, Dennoch aber wenn er nachmals in kindlichem Gehorsam vnd Demuth / euch daß jhr ewren Willen darinn geben möchtet / ersuchen vnd bitten würde / oder solches durch andere thun liesse: so werdet jhr auch als der Vater / hierinn ewres Kindes Gewissen zu bedencken / vnd denselbigen / damit es in rechter Anruffung Gottes nicht verhindert / zurahten / vnd solches Ehegelübt mit Christlichem Kirchgang vnd ehelicher Beywohnung vollen-

vollenziehen zulaſſen ſchüldig / vnd were diſſfals ewre bloſſe väterliche Gewalt allein ohne andere erhebliche Vrſachen / deren wir aus ewrem Bericht ſonſten keine befinden / ſolche angefangene Ehegelübt zu hinterziehen nicht gnugſam / von Rechtes wegen.

§. 4. SUMMARIA.

1 *An parentes cauſas adferre debeant, cur conſentire nolint.*
2 *Cauſæ diſſentiendi juſtæ.*
3 *Maritus indignus quis cenſendus.*
4 *Puellis præſcribitur decimus octavus annus.*
5 *Hebræi annum 18. nuptiis præſcribunt.*
6 *Chuppa quid ſit & ſignificet.*
7 *Filiæ quæ annum 25. exceſſerint, ſine patris conſenſu nubere poſſunt.*
8 *Quid ſi pater filium cogere velit ut hanc vel illam ducat & filius reclamet?*
9 *Quæ de patre dicta ſunt ea de avo, & deinceps aſcendentibus etiam ſunt intelligenda.*
10 *Conſtitutio Regis Daniæ.*

1 QVæritur, an † parentes qui nuptias impedire volunt, ſui diſſenſus cauſas legitimas adferre & probare debeant: an verò ſatis ſit, ſi dicant ſe nuptiis conſentire nolle, neque poſſe? Et ego hic ſequendum exiſtimo, quod & quibuſdam placuiſſe video, ut ſi puella annum 18. hoc eſt, plenam pubertatem non ſit egreſſa, pater ſola voluntate ſponſalia dirimere & impedire poſſit, etiamſi graviorem diſſentiendi cauſam nullam adferat. Et ſufficere, ſi dicat ſibi nuptias diſplicere, aut cordi non eſſe. Et cur ſic ſentiam ratio eſt, quod jus elocandi liberos & inprimis impuberes, qui propter ætatem ſibi conſulere non poſſunt, totum ſit in arbitrio parentum. Deinde, quod nondum ea ætate ſit puella, ut propter rugas aniles ejus nuptias maturare ſit neceſſe. Poſtremò, quod nulla apud veteres ſcriptores veſtigia extant, quibus demonſtrari poſſit, patrem ad allegandam cauſam, cur diſſentiat, obligatum eſſe. Imò liberos ut in rebus omnibus ita & nuptiis contrahendis parentum conſilium ſecutos, iſque morem geſsiſſe hiſtoriæ oſtendunt. Quo ſpectat illud *Livii*. Nullam breviorem cognitionem, quàm inter patrem & filium eſſe, paucis verbis tranſigi poſſe, ni pareat patri, habitu[illegible]m infortu-

infortunium esse. Et *apud Quintilianum* filius ita loquitur. Ego etsi nesciebam non interrogavi, satis plena ratio fuit patrem velle. *Declamat. 9.* Idque imprimis locum habere existimo si pater sana mente, judicioque integro præditus sit. Sin verò liberi ex ephebis excesserint, hoc est, filius 20. filia 18. annum egressa sit, & matrimonio jungi cupiant, & à patre per amicos & propinquos postulaverint, & orarint, ut sibi de conditione prospiciat, & orando nihil impetrare potuerunt, quod pater negligens & durus surdas eis aures præbuerit, neque permittere velit, ut filia ei, qui eam petit, nubat, vel adolescens, quam cupit ducat: tum id, *ut ait Harmenopolus*, in urbe quidem Constantinopoli, præfecto renunciet, aut quæstori: in provinciis autem cujusque loci præsidi, hoc est, magistratui, qui causa cognita patrem monebit & urgebit, ne injuria liberos prohibeat uxorem ducere vel nubere. Quod si ne tum quidem officium faciat, neque liberis conditiones honestas quærat, magistratus coget patrem liberos in matrimonium collocare iis, quas ducere vel quibus nubere volunt, & pro facultatum & patrimonii viribus dotare. *l. 4. T. 1.* Idque expresè traditur *l. liberos. de ritu nuptiar.* Qui liberos, quos in potestate habent injuria prohibent uxorem ducere vel nubere, per proconsules & præsides provinciarum coguntur in matrimonium collocare. Nam culpandus est pater, qui nec liberis conditionem quæsierit, neque quæsitæ à liberis consentire & acquiescere vult. Detur, *inquit Erasmus*, hoc juri liberorum, ut inviti non adigantur ad matrimonium. Detur hoc auhoritati parentum, ut sine his liberi non contrahant matrimonium. Et si desideratur in parentibus vel judicium vel integritas, ut nunc prolapsi sunt hominum mores, designetur judex cujus æquitas succurrat commodo liberorum. Sunt prætores qui probant aut rescindunt contractus vulgares: sunt ædiles, qui curant ne vini mensura sit æquo minor, & res tanta per leves & inter leves nullus gravibus arbitris peragitur. Dum tamen frugi sint & honesti & digni, quibus jungi cupiunt. *arg. l Sed & ea. de sponsalibus.* & aliæ circumstantiæ id fieri suadeant. *Text. l. viduæ in verbis si pares sunt moribus & genere. C. de nuptiis.* Quo spectat versus *Claudiani de Stilicone.*

Dubius totus quærebat ab axe
Dignum conjugio generum, thalamoq; serenæ.

Ubi Baldus ſupplet, etiamſi divitiis pares non ſint. Idque rectè dici exiſtimo. Nec enim pauper vilis nec indignus eſt, dummodo bonis ſit præditus moribus, honeſtæ vitæ & ingenuis parentibus natus. *l. humilem C. de inceſt. nuptiis. & ibi Baldus.* Sin verò juſtas pater diſſentiendi cauſas adferat, ex quibus conſtet, ſe non injuria nuptias impedire, ſed graviſſimis de cauſis adductum, nihil ampliùs quærendum, neque patri ullum negocium faciendum cenſeo, etiamſi filius 20. filia 18. annum exceſſerit.

2 Cauſæ autem hæ erunt; Si † improbis ſit moribus & turpitudine vitæ vel infamiæ laboret is, cui liberi jungi volunt, & ut Græci loquuntur, propter turpes luxurioſoſq; mores. *Harmenop. lib. 4. T. 1. & 2.* & id veteres ſecutos hiſtoria oſtendit. *Apulejus* narrat quendam Thraſillum Charites nuptias expetiviſſe, & repulſam paſſum, quod improbis eſſet moribus. *lib. 8. de aureo aſino.* etſi parentum judicium muneribus invitaſſet. Quod & ſupra notatum eſt. Et Cato Pompejo filiam locare noluit, quod ea affinitas futura eſſet Δι' ἀφθορὰ αὐτῷ τὸ τρόπου, quod Pompejus male audiret, ob dignitates improbis venditas, ut ſupra notavimus. Et Themiſtocles diviti filiam locare noluit, quod vir non eſſet, hoc eſt improbis moribus, vel alio vitio laboraret. Ut illa mulier Cyzica *apud Lucianum* reſpondit ei qui illam uxorem expetebat: Nequaquam eum virum accepero, qui ipſe quoque viro indiget. Et *apud Ennium* filia quæritur:

Interim injuria abs te afficior pater,
Nam ſi indignum Creſſontem exiſtimaveras
Cur me huic locabas nuptiis?
Sin probus eſt, cur talem invitam cogis linquere?

Antonius de Butrio & Imola in c. accedens. de procuratoribus. eum indignum vocari dicunt, qui turpi indignitate indignus eſt. Et *Pariſius conſ. 29.*
3 *num. 17* indignum † maritum dici non ſolum qui turpis eſt & humilis, *d. l. ſed ea* verùm etiam, qui moribus non eſt conveniens dignitati & decori familiæ. *d. l. vidua* Ut ſi filia ſubulco nubere velit, vel filius ſubulci ingenuis prognatam ducere. Quod & in Ægypto turpe fuiſſe *refert Herodot. Verba infra ſubjecimus.* Vel ſi ære alieno obrutus ſit, & animam debeat is cui liberi nubere velint, quam & ipſam cauſam juſtam diſſentiendi Græci exiſtimarunt. *Harmenop. lib. 3. T. 1.* Si, *inquit*, ejus res hypothecæ nomine obligatas, aut alteri publico muneri

muneri obſtrictas eſſe, ſit compertum, (ob quam etiam ſponſalia diſſolvi poſſe Græci exiſtimaverunt) vel quod τὰ τοῦ ἀνδρὸς præſtare non poſſit. *Harmenop. lib. 4. T. 2.* Vel ſi Hæreticus ſit, & à fide Chriſtiana opiniones alienas defendat & propugnet Nam hanc ob cauſam matrimonia olim & hodie quoque ſæpè impediri compertum eſt. *Harmenop. dict. loco.* vel ſimili probabili etiam de cauſa, quæ judicis arbitrio committendæ ſunt. *Melanthon.* Decimus autem octavus annus † rectè puellis præſcribitur, quod eo anno plena pubertas definitur. 4 Unde refert Modeſtinus Imperatorem Adrianum ſtatuiſſe, ut relicta ad pubertatem alimenta debeantur ad annum decimum octavum, *l. Mela de aliment. legat. §. debet itaque.* Et qui adoptat major eſſe debet eo, quem adoptat, 18 annis, hoc eſt, plenæ pubertatis eſſe debet. §. *Abrogato de adoptionib.* Anno etiam 18. ſervos manumittere licet dominis, propter judicii ſtabilitatem. § *cum ergo. quib. ex cauſ. manu.* Et pro aliis poſtulare, *ibi. l. . ff. de poſtulando.* Et ſententia à judice 18. annis minore lata non valet. *l. 57. Quidam. de re judicat.* Minorem annis decem & ſeptem qui eos non in totum complevit prohibet prohibet poſtulare. Quia moderatam hanc ætatem ratus eſt ad procedendum in publicum. Pubertas ſeu adoleſcentia ab anno 14. apud Athenienſes incipiebat. Ephebi porro dicebantur, uſque ad ætatis annum 18, cum id nomen biennium tenuiſſent actum in album civitatis inſcribebantur. *Suidas.* Et *Ariſtoteles in Politic.* annum 18. puellis ſtatuit tanquam conjugio idoneum. Nam & ea ætate puella matura viro & plenis nubilis annis. *Apud Lucianum* ita alloquitur mater filiam Muſariam: An putas te 18. annorum ſemper fore, ac eodem animo ſemper futurum Chæream. Quandoquidem ipſe dives erit, mater verò opimas aliquot ac bene dotatas nuptias inveniet ſibi. Et anno 18. inter ephebos referebantur pueri *Sigonius latè de Republic. Athenienſ. lib. 4. cap. 4.* Hebræi † 5 quoque *in ſuis Pandectis* annum 18. nuptiis tanquam tempus maximè idoneum ad contrahendum matrimonium præſcribunt his verbis *capite 6.* [*benſchmonneh Eſſreh ſchonno lechupo*] *Hoc eſt*, filius annorum octodecim ad chuppam, id eſt, nuptias. Chuppa † 6 ſignificat locum vel tegumentum, ubi ſe deſponſus cum ſponſa abdebat, ut ſupra explicavimus. Et de anno vigeſimo tradunt Hebræi: eum qui viginti annos natus ſit & uxorem non ducat

peccare contra præceptum Domini: Creſcite & multiplicámini, præſertim ſi flammis libidinum & concupiſcentia innata (quam appellant) vexetur. Ea apud Hebræos æſtimatio maſculi erat à 20. annis, uſque ad ſexaginta. *Levitic.* Nam annus viceſimus initium eſt ætatis, ad res gerendas habilis, & ſexageſimus finis. Corpora tunc vigent prudentiaque innaſcitur ſenilibus annis. *Procop. Gazæus.* Ita 20. annos nati cenſum ſuſtinebant, ordinibus inſiſtebant, tentoriumque reliqua ſupellectile triduo ante aſſumta comitabantur. *Idem in Numeros fol. 383.* Qua de cauſa Judæi etiam liberos ſuos mature ad vitandas ſcortationes collocant. Conſentanea his tradit *Plato lib. 5. de Republ.* ut mulier à vigeſimo ætatis anno incipiat, ad quadrageſimum pariat. Et *lib. 6. de legib.* Nuptiarum tempus puellis à decimo ſexto anno in vigeſimum ſit præſtitutum. Et mares jure civili anno 20. ætatis veniam impetrant: fœminæ verò ubi annum decimum octavum egreſſæ fuerint, ut res ſuas poſſint adminiſtrare *l. 2. C. de his, qui ætatis veniam impetrant. Harmenop. lib. 10. To. 12.* & tunc ea omnia gerunt, quæ à majoribus geri poſſunt. *Qua de re infra.* Atque de eo tempore, & de liberis adultis, qui nondum 25. annum egreſſi ſunt *l. qui liberos de ritu nuptiarum*, accipiendum eſſe, † argumento eſt vel illud, quod filiæ, quæ annum 25. exceſſerint, ſine patris conſenſu matrimonio jungi poſſunt. Quod uſque adeò verum eſt, ut etſi filia poſt eum annum in ſuum corpus peccaret, vel ſe proſtitueret, hoc eſt, vitiaretur, pater ob eam cauſam exhæredare illam non poſſet. *Authent. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſtament. Harmenop. lib. 4. T. 4. in fine & l. viduæ non temere loquitur intra 25. annum degentes Cod. de nuptiis* innuens, ſi majoris ſint ætatis libere nuberè poſſe, & patris conſenſum explorare non neceſſe habere. Nam culpandus eſt pater qui incurius & negligens fuit, & plena pubertate filiæ maritum non proſpexerit, cum eum ætas virginis quotidie etiam tacite moneret. Juxta verſum *Menandri* Γάμει τὴν θυγατέρα, idque facere eum oportuit, ut ſupra notavimus *ex Claudiano*:

Nubilis interea maturæ virginis ætas
Urgebat patrias ſuſpenſo Principe curas.

7 8 Sed quid ſi pater filium cogere velit ut hanc † vel illam ducat, & filius reclamet? De ea quæſtione infra ſuo loco dicetur, ubi de filio-

9 rum & filiarum conſenſu agemus. Quæ de † patre diximus, ea etiam de

de avo proavo & reliquis, qui parentum appellatione continentur, intelligenda sunt, cum non minùs iis honor debeatur propter ætatis & gradus prærogativam quàm patri, ut supra demonstratum est. Et † his consentanea sanxit Rex Daniæ Fridericus II. constitutione edita anno 82. cujus summa est. Sponsalia absque parentum consensu inita, nulla esse. Idque reverentiam & obedientiam quæ parentibus debetur flagitare. In eo tamen hanc cautionem adhibendam, ut si liberi matrimonio jungi cupiant, & parentes dissentiendi & impediendi causas & justas & probabiles non habeant, nuptias impedire non possint, & prohibitionem pro nihilo habendam. 10

§. 5. SUMMARIA.

1 *An patris improbi, prodigi, pauperis consensus requiratur?*
2 *Homines pravi & crudeles liberorum sunt amatores & præ aliis charitatem erga sobolem retinent, & quare hoc ita.*
3 *De patre prodigo & cui bonorũ administratio interdicta idem statuit auctor.*
4 *Prodigus non admittit jus patriæ potestatis.*

SEd † quid si pater improbis sit moribus, crudelis, impius, ἄσπορος, ebriosus, decoctor, cui etiam bonorum administratione ob eam causam interdictum sit, an & is patriæ potestatis jure & imperio in liberos utatur, nuptiisque consentire debeat? Ego ejus consensum nihilo minus requiri hic existimaverim: idque quod his de causis filii patria potestate non liberentur, sed aliis, quæ jure civili recensentur. *toto tit. ff. de adoptio. & emancipatio. & C. de mancipatio. liber.* Deinde si magistratus in ea delicta non animadvertit, & filios iis connivere & tegere æquum sit. Non modo enim reticere parentum injurias, sed etiam æquo animo ferre oportet. *Cicero pro Cluent.* Nam & filia matrem licet impudicam in honore habere, & in jus sine venia vocare non debet. *l. 4. §. ult. de in jus vocando.* Easque filias nuptum collocasse suprà explicavimus. Et patris crudelis, impii, & ἀσπόρου consensus, qui filiam exposuit & tollere noluit jure civili requiritur. *l. patrem 16. C. de nuptiis.* Ubi quæritur, an alumnus puellam expositam, à se educatam, sine patris qui eam exposuit voluntate ducere possit? Et respondetur non posse: quod patris consensus desideretur, licet improbi & scelerati. Scelerati dico, quod

charitas quæ eſt inter natos & parentes ſine deteſtabili ſcelere dirimi non poſſit, *ut ait Cicero.* Et tamen experientia compertum eſt *ut ſcribit Ælianus*, animalia efferaciora magis eſſe Φιλοτέκνα, id eſt,
2 liberorum amantia, ut Tygris, Urſa, &c. Ita & homines † pravos & crudeles liberorum amatores eſſe maximos & præ aliis charitatem erga ſobolem retinere, rationem hanc adferunt, quod humana natura, ut quæ amore vacare non poteſt, ſe ſuaque vehementius amat, charitatemque propter injuſtitiam & crudelitatem in alios nullam exercet, quam totam & illibatam ſibi ſuiſque reſervat & retinet. Viri autem boni, eam, quæ illis ineſt bonitas & integritas cum aliis communicant (cum omne bonum ſui ſit communicativum, *ut ait Philoſophus*) neque liberis tantum indulgent, ut eorum cauſa ab honeſto diſcedant. Contra, improbi liberorum cauſa, ut quos ſolos caros habent, & diligunt, erga reliquos injuſti ſunt, & ſceleribus rapiniſque dediti liberorum cauſa omni vitiorum genere ſeſe contaminant. Itaque & indulgentiores etiam ſunt. *Volater. & alii.* Quod ſi ita eſt, ut ſceleratis etiam honorem liberos parentibus, eorumque in nuptiis conſenſum requirere debere ratio poſtulat, quò eorum amori nimio reſpondeant. Et hæc rectè dici non obſcure innuit Apoſtolus qui filios vult obedire parentibus per omnia. Hoc enim placitum eſt Domino Fortaſſis non meretur prodigus, ebrioſus aut ſtupidus obſequium filii, ſed ita placitum eſt domino. Domino præſtatur ille honor & præmium qui reponet obedientiæ præmium. *Idem ad Epheſios.* Filii obedite parentibus veſtris in domino, hoc enim juſtum eſt.

3 De patre † prodigo & cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, ego idem ſtatuendum cenſeo, nimirum ut & ejus conſenſus requiratur. Sed occurritur nobis, prodigum quodammodo infamem eſſe, & qui ſua prodegerit, ei aliena credi non oportere, neque eum liberis conſulere poſſe, qui ſibi ipſi non conſulat. *Menander.* Stulte
4 ſua prodigentes viri cauſam dant omnibus male audiendi. Nam qui propriam vitam neſcit domi regere, quonam pacto hic alienam ſervaverit. Qua de cauſa etiam Ciceronis ætate L. Roſcius Otto in populo diſtinctionem fecit, lata lege, ut equeſter ordo ſeorſim à plebe in 14. gradibus ſederet, iis tamen equitibus exceptis: qui ſive ſuo ſive fortunæ vitio decoxiſſent. Quibus certum locum aſſigna-

vit

vit pœna irrogata, ſi in 14. gradibus ſediſſent; idque ex Ciceronis verbis *Philippica* 2. colligitur. Tenesne memoria te prætextatum decoxiſſe? patris, inquies illa culpa eſt. Concedo. Illud tamen audaciæ tuæ, quod ſediſti in 14. cum eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus: quamvis fortunæ vitio, non ſuo, decoxiſſent. *Seneca lib. 2. declam. 1. & Quintilianus Declamat. 302. Et Valerius Maximus lib. 3. cap. 5.* aperte oſtendit. Qui Fabium Qu. Maximi filium dedecore affectum, cum ei Qu. Pompejus Dictator Urbanus paternis bonis interdixiſſet, & l. 12. tabularum prodigo bonis interdicebatur, & in agnatorum curatione eſſe jubebatur ad exemplum furioſi. Quod & hodie obtinet *l. 1. ff. de curatore furioſo prodigo & aliis extra minores dando*, & tamdiu ambo ſunt in curatione, quamdiu vel furioſus ſanitatem, vel prodigus ſanos mores receperit, ut habent verba legis. Sed his non obſtantibus nihilominus prodigi patris conſenſum neceſſarium exiſtimaverim. Nam furioſus conſentire non poteſt, quod furore & cœcitate mentis laborat & nihil intelligit. Quæ ratio in prodigo ceſſat, qui & mente & judicio valet, & conſentire poteſt, etſi moribus ſit pravis & patrimonium inconſulte profundat. Juxta illud

Video meliora proboq;
Deteriora ſequor.

Quo ſpectant illa verba. Quoad prodigus ſanos mores receperit. Imo prodigi ut plurimum ingenioſi ſunt, & falſis dictis ſuam prodigalitatem excuſant, quod dicant ſe ea, quæ ex neceſſariis ſuperſunt tantum prodigere, ne quis eos inſanire exiſtimet, & propterea furioſis comparandos per omnia. Sed his reſpondendum, & Zeno reſpondiſſe dicitur, ea ratione & iis ignoſcendum, ſi falſa nimium ſint obſonia ſeu fercula quod copiam ſalis ſe habere dicant. Deinde prodigis ſaltem bonis interdicitur. ut oſtendit formula, qua prætor bonis interdicebat. Quando bona tua avita paternaq; nequitia diſperdis, uxorem liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. *Paulus lib. 3. T. 5. ſententiar.* Reliqua † juris beneficia ſalva manent. Itaque † nec patriæ § poteſtatis jus amittunt, & matrimonium rectè contrahit *l. 1. cui bonis de verb. obl. & T. tot. de curat. furioſ. dand* Et ea interdictio tantiſper durat, quoad ipſi mores emendaverint. Ergo infamiâ non inurit quę-

ràm

tàm facilè elui non poteſt, Itaque cenſura notandi & culpandi ſunt prodigi, non tamen jure patriæ poteſtatis privandi, ut Socrates feciſſe legitur. Nam cum quendam videret, ſine diſcrimine omnibus largientem, & patrimonium inconſulte effundentem, κακῶς ἀπόλοιο, inquit, ὅτι τὰς χάριτας παρθένους πόρνας ἐποίησας. Male pereas qui Gratias virgines meretrices feceris Nam pro illo peccato ſatis ſupplicii dant prodigi, ut qui ad extremam inopiam redigantur, bonorum adminiſtratione arceantur, & omnium ludibrio exponantur. Argumento eſt, quod de Diogene ſcribit Laertius, cum à prodigo minam petiiſſe Cui prodigus, Minam me rogas, alios verò ſaltem tres obulos? At Diogenes, quod ab aliis, inquit, plura & ſepè expeto: à te verò nihil ampliùs. Sed etſi pater facultatibus lapſus ſit, nihilominus ejus conſenſum requirendum exiſtimaverim. Nec enim parens negligendi ſunt, etiamſi quis ad altiſſimam fortunam pervenerit. Quò ſpectant verba Ciceronis *in Lælio*. Si quam præſtantiam virtutis ingenii conſecuti ſunt nonnulli, impartiant eam ſuis, communicentq; cum propinquis, ut ſi parentibus nati ſint humilimis, ſi propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, eorum augeant opes, eiſque honori ſint & dignitati, ut in fabulis, qui aliquando propter ignorantiam ſtirpis & generis in famulatu fuerint, cum cogniti ſunt, & inter Deorum aut regum filios inventi, retinent tamen charitatem in poſteros, quos patres per multos annos eſſe dixerunt.

§. 6. SUMMARIA.

1 *Teſtimonia ſacrarum literarum de conſenſu parentum.*

2 *Conſenſum parentum in nuptiis gentes prophanæ etiam maximi fecerunt, quod multis auctoritatibus & exemplis declarat auctor.*

3 *De conſenſu parentum veteres Canones & decreta Pontificum.*

4 *Veterum Theologorum tàm Græcorum quàm Latinorum de conſenſu parentum tradita.*

5 *Synodi antiquiſſimæ damnant conjugia abſq; parentum conſenſu inita.*

6 *Refutantur illi qui tradunt parentum, conſenſum tantum de honeſtate requiri non de neceſſitate.*

7 *Explicatur* c. ſufficiat 37. q. 2.

8 *Explicantur* c. cum apud c. cum locum. de ſponſalibus.

9 *Explicatur* c. cum cauſa. de raptoribus.

10 Caro-

Digitized by Google

10 *Carolus V. vetuit, ne clandestina matrimonia in posterum contraherentur.*
11 *Formulæ sententiarum.*
12 *An expressus parentum consensus requiratur; an verò tacitus sufficiat?*

ET his, quæ de patria potestate diximus consentanea 1
sunt testimonia sacrarum literarum, quæ parentibus jus & potestatem elocandi liberos disertis verbis tribuunt *ut Hieremiæ 29.* Date filiis vestris uxores, & filias vestras date viris ut pariant filios, & multiplicamini *Deuter. capit. 8.* Filiam tuam non dabis filio Chananæ nec filiam ejus accipies filio tuo *Exod. 21.* Si pater filio suo desponderit uxorem. Item nemo ex vobis elocet filiam Benjamitis in uxorem. Et *cap. 34. Exodi.* Cave ne unquam habitatoribus terræ illius &c. nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis. Non præcipitur filiis ne ducant, sed patri ne filiis uxores adsciscant, hoc est, nurus ex gente mala. Et *Syracidis cap. 7.* ἐκδὸς τὴν θυγατέρα καὶ ἔσῃ πεπλήκως ἔργον μέγα. Eloca filiam & perfeceris rem magnam *Judic. cap. 21.* Frustra autem vetuisset Deus, ne parentes filiis has collocarent, si in filiorum esset arbitrio, uxores sibi sumere & ducere. Et Samson cum Palestinam amaret, parentes obsecravit, ut eam sibi in uxorem peterent, Quod etsi ægre tamen ad extremum impetravit. *Zonar.* ἐνίκα γαμεῖν αὐτὴν *Judic. 14.* Eandem potestatem inculcat Moses *Deut. 24.* de puella vitiata loquens, quam vel locare, vel non locare parentes possunt. Et Isaac Jacobo filio mandat, ut Labani filiam ducat, & Esauo succenset, quod se invito Chananæas duxerat *Genes. 28.* Idem colligere licet ex juramento Israelitarum adversus Benjamitas *Jud. 14. & 21. cap.* Populus juravit se non daturum filias suas alicui ex Benjamitis. Deinde ex voto colligere licet, quod Deus ne unius diei quidem jejunii votum vovere insciis parentibus filiis concessit, ut *Num. c 30.* traditur, etiamsi jumentum esset. Ergo multò minus liberis concessit, ut patre inconsulto alii sese mancipent & addicant. Quod & in jus Canonicum relatum est. *32. q. 2* Ita Salomon petit à patre, ut sibi liceret votum, quod voverat perficere. Et valet argumentum à voto ad matrimonium. Idem docent exempla supra à nobis enumerata. *cap. 2.* quibus demonstravimus sponsalia filiorum à parentibus eorumque verbis peracta esse. Quibus adde Calebs, qui se illi filiam Axam daturum pollicetur, qui civitatem Carcatzophoram cepisset, quam etiam ei collocavit ni-

mirum Othonieli *Judic. 1. c.* Ex quibus colligitur, jus contrahendi matrimonii penes parentes fuiſſe potius, quàm penes liberos. Ejus rei etiam veſtigia in novo Teſtamento extant *1. ad Corinth. 7.* Qui matrimonio jungit virginem ſuam, bene facit, & qui non jungit melius facit. Quibus verbis totum jus & poteſtas elocandi liberos patri defertur. Et ut rem in pauca conferamus, nullum penè exemplum in ſacris literis matrimonii ſine parentum conſenſu initi. Sed & gentes prophanæ, quæ ſapientiæ & juſtitiæ laude claruerunt, h. e. Græci & Romani, qui natura duce conſenſum parentum eorumq; auctoritatem maximi fecerunt, cujus rei teſtes citare ſupereſt, quorum dictis hæc firmantur. Achilles *apud Homerum 9. Iliados* non vult ſine patris ſui conſenſu uxorem ducere. Nam cum ei Agamemnon electionem trium filiarum offerret, eam affinitatem reſpuit his verbis. Ego hanc affinitatem minimè accipio, ne accepturus quidem, etiamſi filia ejus Venere ſit formoſior, & Minerva ſit ſapientior, qui in patria & ex auctoritate patris, & ex animi mei ſententia uxorem ducere ſtatui. Creon *apud Sophoclem* vetat, ne filius Hemon Antigonem ducat, cui etiam filius obtemperat, ut ex his verbis colligitur:

Mi pater tuus ſum, & tu rectè ſentiens me corrigas, teq; ſequar.
Nullas enim nuptias anteferam tibi rectè monenti.
Sic oportet fili ſentire ex animo
Paternæ voluntati poſtponenda eſſe omnia.
Ideo enim homines optant liberos
Obedientes domi ſuſcipere.
Et ut inimicos ulciſcantur,
At amicos pariter colant ut parentes.
Sed qui gignit inutiles liberos,
Quid dicas hunc aliud niſi moleſtiam ſibi
Genuiſſe, & inimicis riſum. Et paulò poſt.
Ne mentem per amorem
Mulieris cauſa abjicias,
Quod frigidus hic amplexus eſt
Mulieris malæ. Quid enim
Majus hulcus quàm malus amicus?
Sed deſpuens velut inimicam fine
Puellam apud inferos nubere.

Et

Et Hercules *apud Sophoclem in Trachiniis* moriturus filium Hyllum accersit & jubet ducere Jolen. Verba ita habent.

Hercules. *Tribue verò mihi*
Hoc exiguum beneficium super alia multa quæ contulisti:
Euriti filiam nosti virginem?
Hyll. *Jolen ut dicis arbitror?*
Hercul. *Tenes Tandem verò tibi præcipio nate*
Ut eam mortuo me, si pietatem colere,
Et juramenti quo patri obligatus es meminisse voles,
Uxorem ducas nec refrageris patri,
Sed tu fili cura hunc thorum.
Obtempera, nam cum in rebus magnis obtemperaveris mihi,
Si in parvis resistes, priorem effundes gratiam.
Hyll. *Faciam igitur neque detrectabo tuum*
Diis testibus imperium. Non enim unquam
Malus ero, dum tibi obediam patri.

Quam sententiam etiam latius versibus expressit *Seneca in Hercule Oetheo* ubi filium moriturus alloquitur.

Herculem accipiat rogus,
Sed ante mortem tu genus Pœantium
Hoc triste nobis juvenis officium appara:
Herculem totum flamma succendat Dieni.
Ad te preces nunc Hylle supremas fero,
Regnumq; referens Eurito virgo edita
Est clara captus inter incultum genus Jole,
Tuis hanc facibus & flammis para.

Aristomenes etiam filium suum Gorgo jussit uxorem ducere puellam orbam patre in Gurgustio habitantem unà cum matre, quæ vinculis absciſſis eum liberasset à Cretensibus, à quibus captus erat, etiamsi filius decem & octo tantùm annos natus esset. *Pausanias lib. 4.* historiam recitat. Hanc patriæ potestatis prærogativam & Poetæ latini ubique inculcant. Omnium autem venustissimè *Catullus in Epithalamio*, cujus versus aureis literis exarandos adscribimus.

At tu ne pugna tali cum conjuge virgo.
Non æquum est pugnare pater cui tradidit ipse,
Ipse pater cum matre quibus parere necesse est,

Virginitas non tota tua eſt, ex parte parentum eſt.
Tertia pars matri data, pars data tertia patri.
Tertia ſola tua eſt, voli pugnare duobus,
Qui genero ſua jura ſimul, cum dote dederunt.

Item *Ovidius de Pyramo & Thisbe.*

Tempore crevit amor tedæ quoque jure coiſſent,
Sed vetuere patres, quod non potuere vetare.

ita *in Andria* ſenex filii ingratitudinem incuſat his verbis.

Adeon' impotenti eſſe animo, ut præter civium morem
Atque legem, & ſui voluntatem patris,
Tamen hanc habere ſtudeat cum ſumma probro.

Item *Act. 5. ſcen. 1.*

Domus, uxor, liberi inventi invito patre.

Item:

Itane tandem Antipho uxorem duxit injuſſu meo.
Nec meum imperium? ago mitto imperium nec ſimultatem meam
Vereri. Phor. *act. 2, ſcen. 1.*

Apud *Muſæum antiquiſſimum Poetam*, puella Ero ita reſpondet Leandro ejus petenti conjugium.

ἄμφαδον οὐ δυνάμεσθα γάμοις ὁσίοισι πέλασσαι
ἀγδ ἐμοῖς τοκέ ἔστιν ἐπεύαδεν.

Et *apud* Xenophon. Cyrus reſpondet Cyaxari, ſe ipſius filiam de voluntate patris & matris ducere velle. *Verba ſupra aſſcripſimus c. 3.* βέλομαι σὺν τῇ τὰ πατρὸς γνώμῃ καὶ τῇ τῆς μητρὸς ταῦτα σὶ συναινέσαι. *Xenophon & Zonaras Tom. 1.* Et *Livius de rege Antiocho.* Antiochus Rex corruptus amore virginis Chalcidenſis, dum patrem primum ablegando deinde coram ipſo rogando defatigaſſet. *libr. 6. de bello Macedonic.* Eodem ſpectant verba Epitaphii ſupra annotata. Tandem ſocero M. & ſocru E. annuentibus ſolenni hymenæo copulamur nuptiis. Et *Apulejus lib. 4. de aureo aſin.* Pacto jam pridem jugali deſtinatus conſenſu parentum. Item *lib. 6.* Impares eſſim nuptiæ præterea in villa, patre non conſentiente factæ legitimæ videri non poſſunt, ac pro hoc ſpurius iſte naſcetur, *& lib. 7.* En oblita es nuptiarum tuoque mutui cupitoris puella virgo, & illi neſcio cui recenti marito, quem tibi parentes junxerunt, hunc advenam cruentumq; percuſſorem præponis. *Apud Achillem Statium* Clitiphon ita loquitur.

Hanc

Hanc quidem uxorem ducere non poſſum, propterea quod altera mihi authore & ſuaſore patre non injuſta volente deſponſa eſt *lib. 1.* Et his plane conſentanea ſunt, quæ jure civili traduntur, ut ex innumeris legibus liquet, quarum præcipuæ ſunt, §. *1. inſtitut. Quemadmodo parentum conſenſum habeant in quorum poteſtate ſunt. Paulus lib. 2. ſententiar. T. de nuptiis* matrimonia ſine parentum conſenſu non jure contrahi ſed contracta non diſſolvi. *l. Paulus de ſtatu hominum* ſtatuit eum, qui vivente patre & ignorante de filia conceptus ſit (licet poſt mortẽ avi natus ſit) non videri legitimum *Et l. ſi ut proponis C. de nuptiis*: cujus ſumma eſt, ut ſi filia à marito diverterit & ad eum patre ignorante redierit, eam conjunctionẽ non eſſe legitimam, quod patris voluntas non acceſſerit. *Idq; verum eſt. l. 18. nuptias de ritu nuptiar.* Itaq; Cato uxorem Martiam Hortenſio petenti concedere noluit niſi patris Philippi conſenſus acceſſiſſet. *Plutarchus.* Qua de re, cum de Catonis conjugio diſſereremus, egimus. Et Cotiis ducturus Siphridatæ filiam jubet Ageſilaum, qui nuptias conciliavit, prius Siphridatæ conſenſum exquirere, num eam illi locare velit. *verba Xenophontis ſupra cap. 9. §. 7. ſubjecimus.* Huc facit *l. unica C. de raptu virginum*, Oportet, *inquit*, ut quicunq; uxorem ducere voluerit parentes vel alios, quos decet petat, ut eorum voluntate fiat legitimum conjugium. Idem traditur *l. 2. de ritu nuptiar.* Nuptias conſiſtere non poſſe, niſi omnes conſentiant, & qui contrahunt & in quorum ſunt poteſtate. *l. ſi cum eod. T. Item l. 9. de ritu nuptiar.* Si nepos uxorem ducere velit avo ſurente, patris authoritas omnino eſt neceſſaria. Eodem ſpectat *l. nec filiam l. viduæ l. in conjunctione. nuptiis. C. de nuptiis.* Rationem hanc adfert *l. Bartolus l. in libello de capit. & poſtlim. reverſ.* Quod nepos, qui ex filio naſcitur avo futurus eſt ſuus hæres etiam invito. Quod cum durum ſit, nimirum eum habere hæredem, quem quis non vult, legislatori placuit conſenſum parentum ad nuptias neceſſarium eſſe. Sed rationes ſupra à nobis explicatæ plus ponderis habent, & rationi magis ſunt conſentaneæ. Idem tradit *Juſtinianus Novella conſtitut. 22.* ἐν σύσαι, *inquit*, τῶν γαμῶν ἀναμφόμβλητον τὸ τῶν πατέρων συναίνεσιν. Sed & vulgò receptæ orationes: Deſpondere liberos: Dare nuptum, elocare filiam, ſatis arguunt in parentum ſitum eſſe poteſtate generum deligere. Juri civili etiam veteres canones & Decreta Pontificum, quæ in decreto Gratiani leguntur, planè ſunt conſentanea: ut Leonis

3 Papæ, † qui *in c. non omnis 32. q. 2.* paternum conſenſum deſiderat in nuptiis ut ſine eo legitimæ non habeantur. Et Evariſti Papæ *c. aliter 30 q. 5.* Cujus verba integra quia in jure Canonico non extant ex lib. Conciliorum adſcribimus. Tom. 1. epiſtola ad omnes Epiſcopos Africanos. *Similiter cuſtoditum & traditum habemus, ut uxor legitimè viro jungatur. Aliter enim legitimum (ut à patribus accepimus, & à ſanctis Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus traditum invenimus) non ſit conjugium niſi ab his qui ſuper ipſum fœminam dominationem videntur habere, & à quibus cuſtoditur, uxor petatur, aut à parentibus aut propinquioribus ſponſetur & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter (ut mos eſt) cum precibus & oblationibus à ſacerdote benedicatur, & à paranymphis, ut conſuetudo docet, cuſtodita & conſociata à proximis tempore congruo petita legibus dotetur & ſolenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent & caſtitatem cuſtodiant ut bona ſoboles generentur, & Domino in actibus ſuis placeant. Taliter enim & Deo placebunt & filios non ſpurios ſed legitimos, atque hereditabiles generabunt. Quapropter filii chariſſimi & merito illuſtres fide Catholica ſuffragante, ita peracta legitima ſcitote eſſe connubia. Aliter verò præſumpta non conjugia ſed aut adulteria, aut contubernia, aut ſtupra, vel fornicationes potius quàm legitima conjugia eſſe non dubitate, niſi voluntas propria ſuffragata fuerit & vota ſuccurrerint legitima. Nam fructus divinus eſt præcepta divina cuſtodire.* Hactenus ille. *Et in c. noſtrates eod. diſt.* ubi dicitur, nuptialia fœdera conſenſu eorum, qui contrahunt & quorum in poteſtate ſunt celebranda eſſe. *Facit c. 32. q. 2.* Cujus ſumma eſt, puellam, quæ adhibito avi conſenſu nupſit, (pater enim erat ſervus) rectè nupſiſſe. Elegantiſſimus item text. *in c. honorantur 31. q 2.* Honorantur parentes Rebeccæ, muneribus conſulitur puella de non ſponſalibus. Illa enim judicium exſpectat, ſed jam deſponſata viro de profectionis die conſulitur. Et *c non omnis 31. q. 2.* Paternus conſenſus, inquit, deſideratur in nuptiis, nec ſine eo legitimæ nuptiæ habentur. Eodem ſpectat *c. ſi verum 31 q. 2. &c. tria legitima 36. q. 2.* Quibus etiam aſſentiuntur Theologi veteres tùm Græci quàm Latini, ut vix unus reperiatur, qui contra ſentiat. Et ut ab antiquiſſimis ordiamur. *Tertullianus ad uxorem lib. 2.* Unde ſufficiant ad enarrandam fœlicitatem ejus matrimonii, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum angeli renunciant, pater rato habet. Nam nec in terris filii ſine conſenſu parentum rite & jure nubent. Elegantiſſima, inquit,

vox

Digitized by Google

vox Beatus Rhenanus aureis literis ſcribenda. Vtinam Theologi & JCti hac de re Pontificē Roman. ac reliquos reges & principes admoneant, ut concorditer & rite huic malo obviam eatur, ſeducendi teneras & ſimplices puellas inconſultis, imò invitis parentibus Raptus virginum leg.bus eſt prohibtus, & iſtas inſidias clandeſtinarum nuptiarum terre cogimur; & ita ſentit *Eraſmus lib. de inſtitutione Chriſtiani matrimonii*, his verbis. Nullum opinor in ſacris literis exemplū inveniri, filiosfam. aut pupillos etiam us in quorum poteſtate ſunt contraxiſſe matrimonium, quod illis reclamantibus valuerit. *Vives.* Vetera omnia conjugia gentium ac Judæorum ita cojerunt; parentes ſua auctoritate utrinq; rem tranſigebant. Liberis nefas erat ab eo diſcedere, quodcunq; viſum eſſet parentibus de ipſis ſtatuere. *De officio mariti. Eraſmus in μισογάμω.* Matrimonium deſiniunt quidam, & ratum eſſe cenſent, quod etiam invitis & inſcis parentib. inter puerum & puellam per verba de præſenti (ſic enim illi loquuntur) contractum eſt. Atq; id dogma nec naturæ ſenſus nec veterum leges nec Moſes ipſe probat. *Baſilius epiſt. 1. ad Amphilocano 40. 4.* Eorum qui ſunt in alterius poteſtate, pacta conventa firmi nihil habent. Idē eſt, quod regula juris dicitur. Velle nō creditur, qui obſequitur imperio patris vel domini. *Et paulò poſt.* Quæ ſine iis qui habent poteſtatē, fiunt matrimonia ſunt fornicationes. Nec ergo vivente patre nec domino ii, qui conveniunt, ſunt ab accuſatione liberi, donec dominis id eſt, *κυρίοις*, de quib. ſuprà, conjugio annuerint. Tunc enim accipit firmitatē conjugium. Sed & ſynodi † antiquiſſimæ uſque adeo damnant con- 5
jugia abſq; parentum conſenſu inita, ut etiam præſentes & qui ſe adminiſtros præbuerint, excōmunicationis pœna damnent. Laterenſis *ſub Innocentio III. c. 57.* Senenſis *c 37.* Toletana *fol. 100.* Imo *ut in tractatu de ſponſalib. ſupra explicatum eſt c. 3.* parentes non tantùm ſuam interponebant authoritatem, verùm ſua ipſius oratione liberis præibant, & deſpondebant, liberis ut plurimū verbum nullū proloquentibus. ut oſtendunt exempla, quæ illic ſummo ſtudio collegimus ex tota antiquitate. Et verbā illa Ambroſii, puella nō de ſponſalib. cōſulitur, &c. *& ibi gloſſ. elegantiſſima.* Ex quib. † efficitur, jure defendi nō poſſe, quod 6
quidā juris Pontificii interpretes perpera tradiderunt, parentū conſenſū de honeſtate, ut ipſi loquuntur, non de neceſſitate requiri. Nā ea, quib. ipſi nitūtur, ſubverti facilimè poſſunt. Et † primo *c. ſufficiat* 27. 7

q. 2.

q. 2. quo ipsi tanquam fundamento firmissimo nituntur, cujus hæc sunt verba. Sufficit solus secundum leges consensus eorum, de quorum quarumque consensu & conjunctionibus agitur, qui solus si defuerit, cætera etiam cum coitu celebrata frustrantur. Sed respondere facile est, hoc capitulo, ut supra explicavimus, idem statui quod Ulpianus regula illa notissima: Consensus non concubitus facit nuptias, tradidit. Et verba de quorum consensu agitur ita accipi debent, ut etiam parentes comprehendant, quorum secundum leges etiam consensus requiritur. Dictio solus adjicitur ad excludendum concubitum, non etiam consensum aliarum personarum, ut rectè glossa explicat. Hæc dictio, Solus, inquit, non excludit parentum consensum, sed alias solennitates, quæ sunt circa matrimonium. Et quamvis parentum mentionem non faciat Nicolaus, tamen hanc ejus fuisse sententiam dubium non est: cum idem Pontifex aliis in locis expresse id statuerit, *ut cap. nostrates 30. q. 5. quod etiam est Nicolai* In verbis nuptialia fœdera consensu eorum qui hæc contrahunt & quorum in potestate sunt celebrantur, &c. ne sibiipsi contrarius esse, & secum pugnare videatur. Non enim consultus fuit Papa an parentum consensus requireretur ad nuptias, sed de eo dubitatum fuit, an præter consensum concubitus quoque requireretur? Respondet Papa solum consensum nuptias constituere, & ut glossa tradit causa effectiva est matrimonii, & voluntas parentum est συναίτιον seu causa quæ principalem comitatur. Et nisi ita canon hic accipiatur juri divino, naturali & legibus Imperatorum adversetur necesse est, & ea de causa potius explodendus, 8 quàm pro lege observandus esset. Ita quoque † accipiendum *c. cum autem. c. cum locum. de sponsalibus.* ubi hæc sunt verba. Matri- 6 monium solo consensu contrahitur. Unum superest † Lucii Pontificis rescriptum *c cum causa de raptorib.* quod eorum sententiam confirmare videtur, ubi quæstio est de milite, qui puellam volentem abductam vitiavit: rescripsit Lucius, eam à marito recedere non debere, propter concubitum qui intervenerat. Nam benè concordantia matrimonia jure patriæ potestatis turbari non debent *l. 1. §. 3. de liber. exhibend.* & de suo jure potius parentes remittere æquum est, quàm junctos divellere. *Paulus sentent. 2.* Eorum *inquit*, qui in potestate sunt patris, sine voluntate ejus matrimonia

jure

jure non contrahuntur, sed contracta non solvuntur. Contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur, & patri persuadendum est, ne acerbe & rigide patriam potestatem exerceat, id est, ut de suo jure publicæ utilitatis causa decedere & liberis connivere velit.

Itaq; nemo dixerit, veteres canones hoc Lucii rescripto abrogatas esse, sed hac saltem exceptione correctos, ut ita demum locum habeant, si ad promissionem concubitus non accesserit. Quamvis *Duarenus* hanc constitutionem iniquitatis damnet his verbis. Ut tamen libere dicam quod sentio, mihi satis æqua non videtur ea constitutio, quamvis humanitatem aliquam præ se ferat. Nam etsi duram acerbamq; hujusmodi separationem non negem, tamen si jus civile veteresq; canones observentur, hoc est, si impunitatem non relinquant, talem audaciam magistratus, quorum est cognitio, aut nunquam aut raro continget, ut ea severitate utendum sit. Sed nec juri divino consentanea videtur ejusmodi conjunctio. Cum enim leges sint ordinatio Dei, eos demum recte & vere conjungere Deus dicitur, qui secundum præcepta legum coeunt. Ex quibus efficitur tàm jure divino quàm Pontificum, & Romanorum legibus & decretis ad nuptias legitimas necessario requiri parentum consensum, usq; adeo, ut si defuerit, nuptiæ legitimæ non sint. Atq; hæc sententia interpretum quorundam male feriatorum disputationibus explosa in forum revocata, & novis multorum populorum constitutionibus confirmata est, quod experientia doceret & monstraret, quantum mali ex ea re exoriretur, quod parentibus insciis matrimonia clam & furtim contraherentur, eaq; rata haberentur, & quod Reipublicæ interesset huic malo remedium quærere. Itaq; † Carolus V. *constitutione lata Anno 1540.* vetuit, ne clandestina illa matrimonia in posterum contraherentur. Senatus item Parisiensis decretis suis ea damnarunt, *ut refert Papo lib. 15.* Et in Anglia memini me similes vidisse constitutiones à Regibus latas. Lex Genevensis id disertis verbis statuit. *lex 100 fol. 42.* cujus hic verba abscribenda duximus. *Que nuls jennes gens qui n' ont jamais este mariez soyent fils ou filles ayans encor leurs peres vivans n' ayent puissance de contracter mariage sans conge de leurs: dits peres si non qu' estans parvenus en aage legitime assavoir le fils à vingt ans, & la fille à dix huict & que apres ledit aage passé ils ayent requis ou suit requerir devement*

leurs peres de les marier & qu' iceux n' ne ayent tenu conte & qu'il en ait eſté cognen par le Conſiſtoire apres auor appelé leſdits peres & les avoir exhortez de faire leur devoir auquel cas ilſera permis audits iceunes gens de ſe marier ſans l' auctorité de leurs peres en les renuoyant devant le conſeil pour les auctoriſer de ſe faire. Et ita in conſiſtoriis Eccleſiarum pronunciari ſolet.

Forma † ſententiæ.

II

Als jhr vns berichtet/ daß ein junger Geſell/ ohne ſeiner Eltern wiſſen/ ſich mit Jungfraw N. verlobt/vnd ſolches beyderſeits Eltern/ nachmals anfechten / vnnd euch des Rechten darüber zuberichten gebeten/ Demnach vnterrichten wir/ dieweil aus dem gethanen Bericht ſo viel erſcheinet / daß berührts Verlöbnis / ohne beyderſeits Eltern Wiſſen vnnd Willen vnd conſens clandeſtine geſchehen/ daß es auch/als ein heimlich Verlöbnis/ für vnbündlich vnnd vnkräfftig billich gehalten werde / von Rechts wegen.

Alia forma.

IN Eheſachen/ſo von den N. N durch Appellation an diß Conſiſtorium erwachſen N. Appellanten an einem vnnd N. N. Appellaten anders Theils. Erkennen wir Superintendens vnnd Verordente des Conſiſtorii zu Schleßwig/ daß in erſter Inſtantz vbel geſprochen / vnd wol davon appelliret ſey. Reformiren demnach die Vrtheil der Geſtalt/ das die Zuſage/ ſo N. N. Appellanten ſeiner Tochter/ vnd hinwiede rumb ſie dem Appellanten ohne Conſens vnd Bewilligung jhres Vaters / wegen der Ehe gethan/ von keinen Würden vnd zu Recht krafftloß ſey/ vnd das derwegen jhme Appellanten ſeine Tochter ſeiner Gelegenheit nach zu vermählen vnbenommen/auch ſolches fürderlichſt zu thun/hiemit eingebunden ſeyn ſol/damit ſeines Genieſſens oder anderer Vrſachen halber/ ſeine Tochter nicht auffgehalten / vnd die Ehe verzügert werde / bey Vorluſt ſeines Väterlichen Gewalts/vnd willkührlicher Straffe/ von Rechtes wegen.

II Sed an expreſſus † parentum conſenſus requiratur, an verò tacitus ſufficiat dubitari poteſt? Et tacitum ſufficere exiſtimaverim. Unde ſi pater filio ſponſalia paranti & uxorem ducere volenti non reclamet, aut expreſſe refragetur, videtur tacite conſenſiſſe *l. in ſponſalib. §. 1. de ſponſalib. l. 5. C. de nuptiis.* Ita & jure divino pater vel maritus diſſimu-

dissimulando vel non contradicendo videtur comprobare votum à liberis vel uxore factum. *Num. cap. 30* Nam in eos nulla metus neq; vis à liberis illata suspicio cadit, cum ipsi liberis imperent & dominentur. Idq; exemplo Tobiæ confirmatur *Tob. 3.* cui angelus inconsultis, ut apparet, parentibus despondit Saram filiam Raguelis *Tobiæ cap. 6.* Et eas nuptias parentes tacite comprobarunt. *Tob. 15* etsi res integra non esset. Itaq; nec matrimonium impedit, quod pater instrumento ad matrimonium pertinenti non subscripsit *l. 2. C. de nupt.* quia tabulæ matrimoniales, *ut eas Augustinus nominat, serm. 244. de quibus infra late*, matrimonium non faciunt. *l. donationes nisi. de donation. l. si vicinis C. de nuptiis l. ult. in fin. C. de nuptiis.*

§. 7. Summaria.

1 *Matris consensus an in sponsalibus & nuptiis perinde requiratur ac patris?*
2 *Auctorii opinio.*
3 *Auctor opinionem suam confirmat legibus.*
4 *Mater in filia elocanda præfertur tutori.*
5 *Matres in rebus maximi momenti in consilium adhibitæ.*
6 *Quid si mater stulta & rerum imperita nuptias impedire conetur, & sine justa causa dissentiat?*
7 *Formulæ sententiarum.*
8 *Alia forma sententiæ, ubi mater nullam habet dissentiendi causam, nisi quod juravit se N. filiam non daturam.*
9 *Statutum, ne filia nubat absq; matris consensu, valet.*
10 *Forma sententiæ.*
11 *Alia forma sententiæ.*

HIs consequens est dispicere, an † in sponsalibus & nuptiis matris consensus perinde requiratur ac patris? Et quidem dubitari potest, quod jus civile parentum, in quorum potestate sunt liberi, consensum tantùm requirat; fœminæ autem liberos in potestate non habent. §. *fœminæ. de adoptionib.* tum quod muliebre consilium sit inconstans & fragile, *ut testatur Poeta 4. Æneid.* 1

——— *Varium & mutabile semper*
Fœmina ———

Calphurnius.

Mobilior ventis eſt fœminæ.

Item:

Non ſic incerto mutantur flumine Syrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta noto:
Quam citò fœmineæ non conſtat fœdus in iræ,
Sive ea cauſa gravis ſive ea cauſa levis.

Zanazarius.

Vel quoniam inſtabiles animos muliebria verſant
Pectora. -----

Strozza pater.

Tu levior pluma, atq; inconſtantior aura,
Populeas vincis mobilitate comas.

Sed tamen cum lege divina & naturali liberi parentib. obedientiam debeant, ſequitur etiam matris conſenſum & parentum maternorum requiri, juxta præceptum Decalogi: Honora patrem & matrem. Et illud Salomonis: Audi fili diſciplinam patris, & directionem matris ne repellas. Ita hæ duæ voces pater & mater conjunctim in ſacris literis reperiuntur *Exod. 32.* Qui percuſſerit patrem & matrem, morte morietur. *Levit. 2.* Qui maledixerit patri vel matri. *Deut. 5.* Honora patrem & matrem, *Deut. 27.* Maledictus qui maledicit patri ſuo, & matri ſuæ. *Tob. 4.* Honorem habeto matri tuæ. Qui affligit patrem & matrem, ignominioſus eſt. *Proverb. 20. 23. 28. 30. Eccleſ. 3. & 7. Levit. 20.* Qui non obedierit patri & matri, morte morietur. Idq; ea de cauſa, quod, ut ait Jureconſultus, pietas parentibus, etſi inæqualis eorum poteſtas eſt, æqualis debeatur. *l. furioſi ff. de tutoribus furioſ prodig. & l. 6. de in jus vocando.* Una eſt omnibus ſervanda reverentia. Vir quidem habet prærogativam, ut qui futuræ ſoboli det principium, ſed nec mater deſpicienda eſt. Miniſtrat enim ſeqnentia cum magna miſeria magnoq; labore. Unde lex communiter poſita eſt dicens, qui maledixerit patri aut matri *Procopius Gazæus in Geneſin. cap. 3. Apud Quintilianum* màritus cum uxore expoſtulat *declamat. 19* Quid impudentius; quid indignius, quàm cum ſibi de liberis credunt licere tantundem, & æquum jus patris & matris eſſe contendunt, quaſi neſciant, nobis arbitrium vitæ necisq; commiſſum? Itaq; † ſic ſtatuimus etiam matris auctoritatem ſponſalibus intervenire debere. Idq; & naturalis

ratio

Digitized by Google

ratio poſtulat, quod æquum ſit ut eis, qui ad illam uſq; ætatem nos educarint, hunc honorem habere debeamus, *ut ait Theophilactus*. Quo ſpectant verba *apud Stobæum*:

O fili ni tu matris mentum amputaveris
Quæ ſoles trecentos te geſtavi
Fili ſub zona: & graves parturigines tuli
Te prodeunte in lucem, ac prima ſummam labris
Adhibens papillam candido lacte te enutrivi.

Itaq; prædicanda Marcii pietas, qui cum matri Vetruriæ occurrere extra caſtra vellet deprecaturæ, imperatorias faſces & ſecures lictores relinquere & ſubmittere juſſit. Sic enim Romanis mos eſt, *ait Dionyſius*, quoties minores magiſtratus obviam fiunt majoribus. Ex hoc more hinc Marcius veluti majorem poteſtatem conventurus, imperii depoſuit inſignia. Tanta in eo viro pietatis cura fuit. Et elegantiſſima eſt oratio Vetruriæ ad filium petentis, ne bellum patriæ inferat. Nec omnia Volſcorum aliorumve hominum beneficia tantùm apud te valere ſines, ut his cedat naturæ jus. Sed meus eris, mihiq; debebis vitæ acceptæ gratiam, & ſine cauſatione obſequeris meis precibus, Hanc enim legem præſcripſit omnibus, qui ſenſus & rationis ſunt participes. *Et paulò poſt*: Dii dent bonam ac piam mentem Marcio, ut ſicut in adventu meo ſecures depoſuit, & faſces ſubmiſit, ſellamq; de tribunali in ſolium tranſtulit, cæteraq; imperatoriæ inſignia imminuit, vel in totum amovit; ſignificans ſe in alios imperium habere, ipſum ſubjectum materno imperio: ita nunc honoratam me faciat & conſpicuam, donata communi patria. *lib. 8. Dionyſ.* Quibus motus Marcius ejus precibus locum reliquit, eamq; complexus exclamavit. Viciſti mater, me verò pium & indulgentem perdidiſti filium. Quæ ratio evaneſcente civili, hoc eſt, patria poteſtate in matre locum habet. Nam *& Socrates in convivio Xenophontis*, & permultis, *inquit*, licet colligere, muliebre ingenium quamcunq; ad rem ineptius virili. Et *Plato* fœminas prorſus à gubernatione non eſſe repellendas, ſed eorum conſilia ſequenda ſcribit. *Tiraquell de legib. connubialib.* Item, matres & uxores in conſilium adhibendas. *fol. 195. & ſeq.* Deinde ſi ei qui nos amat, quiq; noſtra cauſa multa tulit & perpeſſus eſt, plurimum debemus: matri certè nos multum debere fatendum eſt, ut quæ in pariendo, educando, elocando, maximas ærumnas,

rumnas, fastidia & dolores sustinet, quorum magnitudinem Medea *apud Euripidem* exprimit, malle se, inquiens, ter ad propugnaculum stare, quàm semel parere. Itaq; & Tobias hortatur filium, ut matrem colat & honoret, memor quàm multa in utero propter eum passa sit. Idq; Justinianus in Novellis subinde inculcat. Deinde, quod ea magis diligat liberos quàm pater; Suum enim ipsa filium certò agnoscit: ille putat. Rationem reddit *Aristoteles*, quod ii, qui beneficia contulere magis diligere videntur eos qui beneficia accipere, quàm ii in quos collata sunt eos qui dederunt. Ejus rei multæ causæ sunt, & hæ præcipuè, quod proprium opus magis quis amat. Hinc Poetæ opera sua non minus quàm liberos diligunt. Deinde quod labores & molestias susceperunt. Quæ autem labore nobis constant & damno, ea magis amamus. *Apud Quintilianum*, uxor maritum alloquitur: Liberi marite non amantur oculis, non complectitur mater ore, non vultu; sed est in filio matri nescio quid homine formosius. *Declam. 18.* Et *Xenophon*: Si omnium amicitiam magni æstimandam esse putes, nonne matrem, quæ plus te istis omnibus amat, putes oportere colere? Tu itaq; fili, si compos es mentis, & Deos, ut tibi ignoscant, exorabis, si quid matrem neglexisti, ne ingratum te existiment, nec benefacere velint. Et *Stobæus* citat ex Euripide:

Verum scitote nunquam legem aliquam mihi impedimento fore,
Quo minus ô genetrix tibi per omnia gratificarer
Justitiæ simul tuiq; partus gratia.

Quintilian declamat. 8. pro matre. Si me Hercule fas est æstimare, utri plus parenti debeatur ex liberis, non improbè totam potestatem sibi vendicabit affectus, qui decem mensibus ante vestram incipit diligere notitiam; & cum vos patres gaudium primum faciat oculorum ante sunt conscientia matres. Facinus est ideo tantùm illis minus licere, quia minus facere sufficiunt. Sed hæc legibus confirmanda sunt, sine quibus loqui erubescimus. Novella *constit. ut cum de appellation. cognoscitur*, nullam † potestatis mentionem facit, sed indistincte parentum consensum requirit. Parentum autem appellatione veniunt, mater, auja & reliquæ ascendentes. *l. 4. §. prætor. de in jus vocando.* Et *l. 1. C. de raptoribus* disertis verbis puellam à parentibus, vel ab his quos decet, esse petendam, nulla potestatis facta mentione. Matris autem consensum expressis verbis requirit *l. in conjunctione*, C. *de nuptiis*,

nuptiis. Si puella ſui juris ſit intra 25. annum conſtituta, & patris auxilio fuerit deſtituta, matris & propinquorum, & ipſius adultæ quoq; requiratur judicium. *Et l. 5. C. de ſponſal.* Conjunguntur pater & mater, quaſi idem jus habeant. In verbis. Patrem vel matrem legitimæ ætatis conſtitutos, Idem traditur *l. 9. C. de nupt.* Cum de nuptiis puellæ quæritur, nec inter tutorem, matrem, & propinquos de eligendo filiæ marito convenit: arbitrium Præſidis Provinciæ neceſſarium eſt. Idem colligitur *ex l qui in provincia. de rit. nupt.* Quod ab avia tua collocata es & numero liberorum, &c. *Et ſupra c. 3.* demonſtravimus, matres etiam filias deſpondiſſe, licet vulgò conceptæ eſſent. Sed & canones utriusq; parentis conſenſum poſtulant *c. ſufficiat 27 q. 1. c. 1. de ſponſal. impub. c. qualis 30 q. 5. c. honorantur 32. q. 2. c. cum cauſa de raptorib. c. aliter 10. q. 5. In verb. à parentib. & propinquiorib. ſponſetur.* Et id apud veteres obſervatum fuiſſe probationib. ex hiſtoria petitis planum faciemus. *Apud Herodot. lib. 6.* Spartanorum Reges ea judicent, inquit, quæ jam dicam, videlicet de virgine pupilla utri danda ſit, eine cui mater an cui pater deſponderit? & quaſi eadem ſit matris in elocanda filia poteſtas quæ patris. *Apud Terent. in Heaut. act. 2. ſce. 1.* ita loquitur Laches:

Veſtrarum nulla eſt, quin gnatum velit uxorem ducere.
Et quæ nobis placita eſt conditio datur,
Ubi duxere impulſu veſtro, veſtro impulſu eaſdem
Exigunt.

Et *in Phorm.* ſenex uxorem in conſilium adhibet de collocanda filia. *act. 4. ſc. 5.*

Tranſito ad uxorem meam, ut conveniat hanc
Priuſquam hinc abeat, volo ipſius quoq; voluntate hæc fieri,
Ne ſe ejectam prædicet.

Ita & Soſtrata dicit; ſe daturum filio puellam in uxorem. Unde colligitur, etiam matres aliquid juris habuiſſe in liberis elocandis.

Nate mi pol ego tibi dabo puellam lepidam, quam
Tu facile ames, filiam Phanocratæ noſtri.

Imo & † tutori matrem præferri in filia elocanda, oſtendit memorabile exemplum *apud Livium lib. 4. Decad. 1* de puella patrimonii hærede, de qua controverſia erat, cui eſſet collocanda, cujus etiã forma nota erat. Nã cum diſſidiũ ortũ eſſet inter matrẽ puellæ & tutorẽ de filia

de filia elocanda, & mater nobili, tutor verò juveni plebejo eam dare vellet, res componi inter privatos parietes non potuit. Ventù est in jus, postulatuq; matris & tutorum utrinq; audito, magistratus secundum matris arbitriū jus nuptiarum dedere. Et hoc decretum Romani tutati sunt, cum plebs & tutores ejus rescindendi causa gravissimam Ardeæ seditionem movissent, & puellam vi abducere conarentur, *ut late scribit Livius.* Et huc facit, quod *idem Livius lib. 8. de bello Macedonic* refert his verbis. Senatum eo forte die in Capitolio cænantem consurrexisse, & petiisse, ut inter epulas Gracho filiam Scipio Africanus desponderet, quibus ita publicum solenne sponsalibus factis, cum se domum recepisset, Scipionem Æmiliæ uxori dixisse, filiā se minorem despondisse. Cum illa muliebriter indignabunda, nihil de communi filia secum consultatum adjecisset, non si T. Gracho daret expertem consilii matrem esse debuisse, lætum Scipionem tam concordi judicio & ipsi desponsam respondisse, &c. Verba, *in communi filia elocanda,* matrem consilii expertem esse non debuisse arguunt, matrum auctoritatem etiam non levem fuisse in despondendis liberis. Et Tyberiūs Imperator, cum Sejanus adulter Liviam Drusi viduam in uxorem peteret, respondit; posse ipsam Liviam statuere, nubendum post Drusum an in iisdem penatibus tolerandum haberet: esse illi matrem & aviam propiora consilia. *Tacit. lib. 4* Alexand. Aurelius cupiens sororem Theocliam in matrimonium dare Maximino juniori, ad matrem Mammeam totam rem defert, in hæc verba scribens. Mater mea, si Maximinus Senior Dux noster, & quidem optimus non aliquid in se barbarum contineret, jam ego Maximino juniori Theocliam tuam dedissem: sed timeo ne soror mea Græcis munditiis erudita barbarum socerum ferre non possit, quamvis ipse adolescens pulcher & scholasticus ad Græcas munditias eruditus esse videatur. Hæc quidem cogito, sed te tamen consulo, Maximinum Maximini filium generem velis, an Messalam ex familia nobili Oratorem potentissimum eundemq; doctissimum, & (nisi fallor) in rebus bellicis, si applicetur, fortem futurum, &c. *Capitolinus in Maximino.* Cum Scipioni Hispania commissa esset, & filiam elocare non posset, Senatus patris sibi partes desumpsit, & de consilio uxoris & propinquorum Scipionis dote constituta summam ejus ex ærario erogavit & puellam nuptum collocavit. *Valer. Maxim. lib. 4. cap. 429.* Hùc spectant

Digitized by Google

ctant̃ verſus *Catulli*, qui imperium inter patrem & matrem partitur, quos ſuprà retulimus.

Non æquum eſt pugnare pater cui tradidit ipſe.
Ipſe pater cum matre quibus parcere neceſſe eſt,
Tertia pars matri data, pars data tertia patri.

Quaſi dicat, mater eandem penè poteſtatem habet in elocanda filia, quam pater, quod clarius etiam demonſtrat verſus ultimus.

Qui genero cum dote ſimul ſua jura dederunt.

Huc facit illud *Homeri Iliad. lib. 19.* Briſeidis nacta ſum virum, cui me & pater & dilecta mater nuptum dederant. Idem teſtatur hiſtoria de Mammea matre Alexandri Imperatoris, quæ filio puellam generis patricii collocavit, quam tamen paulo poſt ipſa magna cum contumelia aula exegit. *Herodian. libr. 6.* quod eam non vellet Auguſtam appellari, & eam appellationem puellæ invideret. *Zonaras T. 2.* Et *apud Euripidem in Iphigenia in Aulide* Clytemneſtra cum marito ſuo de eo jure diſputat, idq; ſibi deberi contendit, his verbis.

– *Atqui non convenit, ut ego elocem eos liberos quos peperi?*

Item:

Non facietis quid ſine matre, quæ me facere.
Non per Reginam Græcorum.
Quin tu quæ foris ſunt agas, ego quæ domi
Ea quæ oportet habere puellas nubentes, &c.

Irene coegit filium Conſtantium ducere filiam Phalerati, qui tamen ab illis nuptiis abhorrebat. *Zonaras T. 3.* Achilles petit à matre Hecuba Polyxenam per ſervum Phrygium. Hecuba reſpondit: Velle hoc pacto ſi viro ſuo Priamo placeat. Dares. Et Cyrus ait ſe filiam Ciaxaris de conſenſu & ſententia patris & matris ducere velle. *Xenophon lib. 8.* Cyropædias, & paulò poſt, ὡς δ' ἀπιὼν ἐγένετο ἐν μήδοις συνδόξαν τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ γαμεῖ τὴν κυαξάρου θυγατέρα. Cum in Mediam profectus eſſet de patris matriſq; ſententia Cyaxaris filiam uxorem ducit: Et in Epithaphio hæc verba idem arguunt: Socero & ſocru annuentibus ſolenni copulamur hymenæo. Nauſicaa *apud Homerum Odyſſ. lib. 6.* patrem & matrem velut Authores conjugii conjungit. Sed & imperio ſuo ſæpe abuſas eſſe matres hiſtoria teſtis eſt. *Virgilius lib. 7. Aeneid.* Cum Latinus filiam Laviniam Æneæ promiſiſſet, mater cui hæ nuptiæ non eſſent cordi interceſſit, & nihil intenta-

tum reliquit, ne illi ea collocaretur. Nam eam Turno dare decreverat, ut ostendunt versus.

Multa super nata lacrymans Phrygiisq; hymenæis:
Exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris?
O genitor, nec te miseret natæq; tuiq;?
Quin etiam natam frondosis montibus abdit,
Quo thalamum eripiat Teucris, tedasq; moretur.

Quæ γυναικοκρατεία tandem causam bello dedit, quod late describit *Virgilius*, quo victus Latinus seipsum incusavit, quod fidem Æneæ datam non servasset, sibiq; exitium accersivisset, ut ex illis versibus colligitur:

Multaq; se incusat, qui non acceperit ultro
Dardanium Aeneam, generumq; asciverit urbi,

Idq; *Clarius* his verbis expressit Turnum alloquens:

----- *Me natam nulli sociare procorum*
Fas erat, idq; omnes diviq; hominesq; canebant.
Victus amore tui cognato sanguine victus,
Conjugis & mœstæ lacrymis vincla omnia rupi,
Promissam eripui genero, atq; arma impia sumpsi.
Ex illo, qui me casus, quæ bella sequantur
Turne vides, quantos primus patiare labores:

Rectius *apud Homerum Iliad. 1.* Jupiter Junoni uxori Noli tibi persuadere te scituram omnia mea consilia meosq; sermones, aut scire debere, &c. Et Hector Andromache uxori *Iliad 6. fol. 70.* Tu quod ad te attinet, & quæ tibi curanda sunt, cura. Telum & colum, ancillasq; exercere, & ut operi domesticæ incumbant jube: hoc officium munusq; tuum est. Viris autem suum relinque, curent bella. Similis est facti species *apud Senecam lib. 6. declamat.* Quidam cum haberet uxorem & ex ea filiam nubilem, indicavit uxori cui illam collocaturus esset. Illa dixit: celerius morietur, quàm illi nubat. Decessit puella ante diem nuptiarum dubiis signis eruditatis & veneni. Sed & sacræ literæ idem demonstrant. Moses disertis verbis ostendit, Ismaelem in contrahendis nuptiis matris consilium secutum esse, neq; contra ejus voluntatem suis indulsisse affectib. & cupiditatibus. Dederat Angelus in mandatis ipsi Hagar ut filium curaret instituere. Igitur divina voce matri morem gerere jubetur, quæ ei uxorem eligit ex Ægypto, quoniam

Digitized by Google

quoniam patris aberat authoritas. Filius autem matris judicio ac voluntate acquieſcit. Atq; ea virtus maximopere ibi commendatur, eiq; benedicit Deus ſecundum promiſſionem, ut ſis longævus ſuper terram, quod exemplum alii ſibi imitandum proponere debent, ne miniſteria hominum, quib. ceu mediis Deus utitur, contemnamus Liberos vult regi autoritate parentum: Itaq; iis pareant liberi, & certò ſtatuant, ſe Deo paruiſſe, *ut ait Theologus*. Item ut in Eccleſia nobis verbum commendatur, ita in Oeconomia, cum parentes aliquid imperant, Deum imperare ſtatuendum, deq; ejus voluntate certi ſimus. Igitur Iſmael præmia ampliſſima fert ſuæ obedientiæ quod matris autoritatem in uxore ducenda ſequitur. Benedixit ei Deus abunde, ut contrà maledicit inobedientibus. Et exempla docent infelicia eſſe conjugia, quæ contra voluntatem parentum ineuntur. Et *Judic. 14.* Samſon conjunctim à patre & matre petit, ut ſibi mulierem, quam in Thimnath viderat, uxorem ducere liceret, ut oſtendunt verba: Nunciavit patri & matri ſuæ. Item dixerunt pater & mater. Item deſcendit pater & mater in Thimnath. Et Tobiæ uxor Edna generum ſuum ita alloquitur abiturum: Ecce concedo tibi filiam meā, tanquam depoſitum, ne tractes eam moleſtius. *cap. 10.* Ita ſacræ litteræ propter fœcunditatem & pactum matres prædicant & commendant, aliaq; dona, quibus divinitus ornatæ ſunt. Nam fœtus in utero ſanguine materno alitur, & ubi editus fuerit, lacte. Igitur majora commoda in mulierculis eſſe videntur, quàm viris, quæ vulgus nec animadvertit nec miratur. Ex quibus omnibus ſatis liquet, matris etiam conſenſum in nuptiis neceſſarium eſſe. Imo † non tantùm in † nuptiis, ſed rebus maximi momenti matres adhibitas in conſilium, earumq; auctoritatem plurimum valuiſſe hiſtoriæ teſtes ſunt. Cæſar, Antonius & Pompejus inſtigantibus Martia matre & Julia uxore convenerunt, & bonis conditionibus inter ſe tranſegerunt. *Appian. libr. 5. de bello civili.* Et Coriolanus matris precibus adductus exercitum ex agro Romano abduxit. *Valerius Maximus. lib. 5.* Expugnaſti, *inquit*, & viciſti iram meam, patria, precibus, hujus (matris) admonitus cujus utero conceptus ſum, tibi quamvis merito mihi inviſæ dono, continuoq; hoſtilibus armis agrum Romanum liberavit. Argius etiam Bitoni & Cleobi fratribus Delphis ſtatuas & effigies collocarunt, quod jugum ſubeuntes,

cum boves præſto non eſſent, plauſtrum, quo mater vehebatur, quadraginta & quinq; per ſtadia trahentes ad templum pervenerunt.

6 *Herodot. lib. 1.* Clio. Sed tamen † fieri poteſt, ut mater ſtulta, & rerum imperita, & quæ ſibi ipſi, multo minus filiæ recte conſulere poſſit, nuptias impedire conetur, & ſine juſta cauſa diſſentiat. Ibi tum recte judex arbitrium ſuum interponere debet, propter infirmitatem conſilii: *Schneidwin* Sed tamen ea adhibita diſtinctione, quam ſuprà tradidimus, nimirum ſi filia 18. annum egreſſa ſit. *ſupra §. 4. c. 6* Nam & eam in matre locum habere ſtatuo. Alioqui ſi juſtas ſui diſſenſus cauſas attulerit, audienda eſt. Quæ de matre diximus, eadem de avia intelligenda ſunt. Nam & hæ jus elocandi habent, *ut ex l. 57. qui in provincia de ritu nuptiar.* ſupra allegata colligitur. Idem ſtatuit lex Genevenſis tot. hac tamen cautione adhibita, ut mater de conſilio neceſſariorum & propinquorum filiam nuptum collocet. Quo ſpectant verba, *Toutes fois que la mere ou le curateur ne puiſſe marier celuy ou celle qu' ils auront en charge ſans appeler de principaux parens ſ il yen a, & au defaut d' iceux des plus prochains voiſins ou amis, gens de bonne & honneſte reputation.* Quam ego tunc maximè ſequendam exiſtimaverim, quoties mater vel inepta vel rerum imperita eſt. Matronam autem gravitate morum & ſapientia conſpicuam hac lege coercendam non exiſtimaverim: ne maternus conſenſus nimis coarctetur & quaſi ex aliorum

7 arbitrio pendere videatur. Et ita in conſiſtoriis Eccleſiarum pronunciari ſolet, ut ex formula ſequenti liquet.

AVff den Bericht / ſo jhr vns vberſchicket / vnd gebeten euch des Rechten zuberichten: Iſt vnſer Bedencken / dieweil daraus nicht erſcheinet / daß der Jungfrawen Mutter in den Verlöbnis außdrücklichen jhren Conſens vnd Willen gegeben / vnnd deſſen erhebliche Vrſache / damit ſie billich gehöret hatte / ſo mag auch ſolche Zuſage / ſo jhr der Jungfrawen / vnd ſie hinwieder euch gethan / für kein beſtendig vnnd verbündliche Ehepflicht gehalten werdē / es möchte denn nachmals durch euch erweiſet / vnd dargethan werden / das die Mutter ſich mit andern worten / denn aus ewrem Bericht zubefinden / daraus jhr Conſens vnd Wille zuſpüren / hette vernehmen laſſen. Darauff dann ferner ergienge / was Recht iſt: von Rechts wegen.

3 Alia † ſententia de matre, quæ nullam diſſentiendi cauſam adfert, niſi quod juravit ſe N. filiam non daturam.

Vnſer

VNſer freundliche Dienſte zuvor/ Erbare vnd Weiſe/ beſondere gute Freunde. Als jhr vns berichtet/ welcher Geſtalt N. eines Bürgers Sohn bey euch mit einer Jungfrawen N. ſeligen Tochter/ ohne Vorwiſſen vnd Bewilligung der Jungfrawen leiblichen Mutter/ ſo noch am Leben/ ſich Ehelichen vorſprochen / Nachmals auch bey der Jungfrawen Mutter vnd Vormünder / vmb gedachte ſeine verlobte Braut / ehrlicher weiſe habe werben laſſen / da er wol der Vormünden Jawort erlanget: Aber der Mutter Conſens vnd Bewilligung auch nach vieler des Pfarrherrens/ vnd der Diaconen bey euch verſuchten Vnterhandlung / bißher nicht habe erbitten noch erlangen können/ vnnd daß die Mutter keine ander Vrſach ſolcher jhrer Vorwegerung habe fürgewendet/ denn daß ſie es verſchworen haben ſol/ gedachten N. jhre Tochter nicht zugeben. Alles nach Jnhalt an vns gethanen Schreibens / Darüber jhr auch was diß-falls zu Recht vorſehen/ vnnd jhr euch gegen den Parthen beyderſeits erzeigen vnd vorhalten möchten/ zuberichten gebeten habt. Demnach vnterrichten wir die verordnete Commiſſarien des N. Conſiſtorii allhier für recht / daß ermelte Ehegelübnis / vnangeſehen der Mutter Vorwenden/ das verſchworen belangend/ durch jhre loſe verweygerung/ vnd nicht Bewilligung ohne Verwirrung oder Verletzung der Eyde junger Leute Gewiſſen / nicht mögen hinderdrungen oder zerriſſen werden / ſondern wird jhnen beyden daſſelbige Chriſtlich zu vollziehen / billich vor GOTT nachgelaſſen. Doch iſt beyde die Tochter/ vnd jhr verlobter Breutigam ſchüldig die Mutter/ daß jhr Bewilligung in Kindlicher Demuth/ nachmals in ewer eins Raths des Pfarrherren vnd Diaconen gegenwart zu bitten vnd zuerſuchen/ vnd werden beyde dieſer heimlichen Verlöbnis halben/ andern zur Abſcheu/ von euch in willkührliche Straffe billich genommen. Hette aber die Mutter dieſer jhrer Bewilligung vnd diſſens andere billich erhebliche / vnnd zu recht genugſamen Vrſachen fürzuwenden/ damit würde ſie in Sächſiſcher friſt billich gehört / vnnd ergehet alßdann nach geſtalt derſelben darauff ferner was recht iſt/ von Rechtswegen.

Ex quibus efficitur † valere ſtatutum ne filia nubat abſq; matris conſenſu, quamvis contra conſulverit *Hyppolitus Riminaldus conſi. 78. matrimon.* 9

Forma † ſententiæ.

VNſer freundliche Dienſte zuvor / Erbare / Tugendſame Fraw / als jhr vns klagend berichtet / welcher geſtalt / ewer Sohn N. N. nicht 10

allein ohne ewer ſeiner leiblichen Mutter Vorwiſſen vnnd Bewilligung/ vnnd Einſpruchs / auch ohn allen vorgehabten Rath ſeiner verordenten Vormünden / ſich mit einem jungen Mägdlein in ein Eheverlöbnis eingelaſſen haben / vnd doch in zeit der beſchehenen Eheverpflichtung ſeines Alters / das *16.* Jahr noch nicht erfüllet / vnnd biß auff dieſe ſtunde *17.* Jahr nicht alt worden / Darüber aber kurtz nach beſchehener Ehevorpflichtung / in eine ſchwere ſorgliche / vnd faſt gefährliche Leibsſchwachheit gerathen / daß auch vormütig dieſer vnzeitliche Ehehandel / ſey nicht ohne ſonder hinderliſt vnd koppelung / etzlicher vordächtiger Perſonen zugangen / vnd zu wegen gebracht / alles nach ferner inhalt ewres vns vberſchickten Schreibens / darauff jhr euch des Rechtens zu vnterrichten gebeten / demnach vnterrichten wir die verordente Commiſſarien für Recht / do ewrem Bericht nach / ewer Sohn in zeit der Ehevorpflichtung / das *16.* Jahr ſeines Alters / noch nicht erreicht noch erfüllet hette / ſo möchte auch vermüge des Churf. zu Sachſen / vnſers gnädigſten Herrn / dißfalls in Eheſachen / gemachter vnd vffgerichter Conſtitution vnd Ordnung / das gedachte Eheverlöbnis / als zuläßlich oder verbündlich / nicht angezogen werden / vnnd würdet jhr als die leibliche Mutter in mangel des Vaters / oder Großvaters / in die vermeinte Eheverpflichtung dieſer ewers Sohns vnmündigen vnnd minderer Jahren wegen / gebührlichen Einſpruch zuthun / billich zugelaſſen / ob jhr auch keine andere Vrſach / ewer nicht bewilligung / nicht fürzuwenden hettet / do auch ewren Bericht nach / ewer Sohn ohne vnd wider ewre verwahrung / auch ohne ſeiner Vormünden Rath vnd Vorwiſſen / in dieſe Eheverpflichtung hinderliſtig geführet / vnd vermuthlicher koppeligiſcher weiſe aus vnverſtand darein beredet vnd betrogen worden / Er auch deſſen entledigung numehr ſelbſt begehret / ſo würde er vermüge obgedachter Conſtitution / des Churf. zu Sachſen / vnſers G. H. durch das Conſiſtorium darüber je gehöret / nach befindung jetzberüheter vnrechtmeſſiger vnd vngöttlicher Mittel / darvon billich entlediget vnd entbunden. Die Koppelerin aber / ſo euch ewren Sohn zuwider ewer an ſie gethanen verwahrung in dieſes Eheverlöbnis wiſſentlich verleitet / beredet / aber abwendig gemacht / ſolte von der Obrigkeit in gebührlicher Straffe zunehmen / vnd in mangel deſſen zum wenigſten durch das Conſiſtoriū öffentlich zur pœnitens zu treiben ſeyn / von rechts wegē / etc.

Alia forma ſententiæ.

II VNſer freundlich Dienſt zuvor / Ehrwürdige / Geſtrenge / Ehrnveſte / Hochgelahrte gute Freunde / auff die zu vnterſchiedliche eingebrachte

brachte Schrifften N. N. Mutter an einem vnd Jungfraw N. N. anders theils / darüber jhr euch des Rechtens zu vnterrichten gebeten habt / Demnach vnterrichten wir verordente Commiſſarien des Conſiſtorii zu N. vor Recht / Ob wol dem Georgen nicht gebühret / ohne ſeiner Mutter Wolwilligung / mit der N. ſich in Eheverlöbnis einzulaſſen / vnd ſich aus ſeiner Mutter Gehorſam zuziehen / Derwegen auch von der weltlichen Obrigkeit / auff etliche Tage mit Gefängnis mag geſtrafft werden / Demnach aber ſintemal nunmehr die Sachen nicht rein / ſondern das Beyſchlaffen darauff erfolgt / ſo iſt auch die Mutter ſchüldig jhres Sohns Gewiſſen / damit es in rechter Anruffung Gottes nicht verunruhet / zurathen / vnd jhrer fürgewandter Vrſach vngeacht in ſolche Ehe zu willigen / oder zum wenigſten dieſelbe nicht verhindern ſchüldig / von Rechts wegen.

§. 9. SUMMARIA.

Si inter ſe diſſenſerint pater & mater de filia elocanda, patris conſenſus præfertur materno.

SEd ſi inter ſe diſſenſerint pater & mater de filia elocanda, patris conſenſum præferendum materno dubium non eſt, tum propter patriam poteſtatem & imperium, tum quod pater rectius liberis conſulere cenſeatur. Nam *ut Apuleii verbis utar*, nec ipſa æquitas patitur, habere plus auctoritatis uxorem quàm maritum *lib. 9. de aur. aſin.* Et *Ariſtoteles in Oeconomicis*, Exiſtimare debet mulier benè compoſita, mores viri eſſe legem vitæ ſuæ impoſitam ipſi à Deo per conjunctionem matrimonii atq; conſortii. *Et paulò poſt.* Quamobrem qui iſta negligit & Deos videtur negligere. *Homerus*: Viri jura dant uxoribus & filiis. Et *Ariſtoteles in Politicis.* Mas eſt, *inquit*, quàm fœmina principalior. *Quintilianus declam. 8. pro matre.* Sane credat vobis circa regendas communium pignorum mentes ſexus infirmior, vos mores, vos vitæ genus, vos matrimonia cæterosq; actus veſtra perſuaſione firmetis, numquid arrogans conſortium, numquid impotens ſocietas eſt, liberos communes eſſe languentes? *Auſonius.*

Sexus utriq; potens, ſed prævalet imperio mas.

Huc facit quod 20. q. 2. cap. 2. legitur. Si pater puellæ religioni filium obtulerit, matrem id revocare non poſſe. Quamvis *apud Herodotum* refertur, Spartanorum lege cautum fuiſſe, ut Reges judicarent

rent de virgine pupilla utri danda sint, ei cui mater, an cui pater desponderet. Ita Cato suo imperio usus est & authoritate, quod filiam Pompejo locare nollet, etsi mater & filia ei adversarentur, ut suprà scripsimus. Et Scipio Africanus filiam matre inscia & inconsulta inter cœnandum despondit T. Gracho. *Livius.* Borenice despondetur à patre Ptolomæo Evergeti matre reclamante, & suis technis & fraude sponsalia dissolvente. Filia Demetrium Demetrii Poliorcetæ F. qui cum matre clam consuesceret percussoribus missis interimi jussit, & patris mandatum executura Ptolomæo nubit. *Polybius, Plutarchus, Justinus, Suidas, Stephanus, Solinus.* Itaq; culpandus Latinus *apud Virgilium* qui γυναικοκρατούμενος uxori cessit in locanda filia, eamq; desponsam Æneæ Turno in matrimonium promisit, fidemq; datam fefellit. Quæ res lugubres habuit exitus, quales ut plurimum muliebria solent habere consilia & imperia. De quibus etiam Cato queritur apud Plutarchum. Omnes homines mulieribus imperant, non omnibus hominis nobis mulieres. *late Tiraquellus de legib. connubialib.* Ergò in puellis elocandis cura quidem amborum communis esto, sed authoritas penes maritum.

§. 9. SUMMARIA.

1 *Tutorum consensus quod sit necessarius in nuptiis contrahendis, multis rationib. probatur,*
2 *Burgundiones & Saxones sponsas à parentibus vel tutoribus emebant.*
3 *Tutor datur pupillis.*
4 *Tutores parentum munus & locum sustinent.*
5 *Tutores suis verbis despondisse pupillas ex historiis docetur.*
6 *Jus elocandi & despondendi sorores penes fratres fuisse multis exemplis ex antiquitate petitis docetur.*
7 *Stilico nomen adhuc in Saxonia & Dithmarsia usitatum.*
8 *Thermantia nomen Germanicum.*
9 *Jus despondendi filias parentibus mortuis penes fratres & propinquos ac tutores fuisse, ex multarum gentium legibus docetur, quod auctor etiam maximè probat.*
10 *Hansæ civitates dictæ quasi magnæ, putat auctor.*
11 *Potestas tutorum in contrahendis nuptiis tanta non est, quanta parentum.*
12 *In tutoribus & curatoribus est rarior fides.*

13 Pro-

Digitized by Google

13 *Proverbium Germanorum*, Es ward nie kein trewer Vormünder gefunden.

14 *In sponsalibus quæ tutores pupillorum nomine contrahunt, expressus consensus requiritur.*

15 *Tutores pupillis imperare non possunt ut huic vel illi nubant.*

16 Constitutio Friderici Comitis Palatini de matrimoniis.

17 Constitutio Friderici II. Regis Daniæ.

18 *Theologorum nostri temporis opinio.*

19 *Auctoris opinio.*

20 *Tutorum consensus si omissus fuerit, sponsalia irrita dicenda.*

21 *Forma sententiæ.*

22 *Etiam Aviæ, materteræ aliarumq; personarum, quæ parentum loco sunt, consensu requiritur.*

23 *Constitutio Principis de sponsalibus clandestinis vitandis.*

24 *Forma sententiæ.*

25 *Alia forma sententiæ.*

REstat de tutorum † consensu dicamus, quod & is ne- 1
cessarius videatur in contrahendis nuptiis. Nam etsi in eorum non sunt potestate liberi; tamen in quasi potestate esse videntur, cum tutor personæ magis, quàm bonis detur. *Institut. de tutor.* Idq; velle videtur Honorii & Theodosii constitutio *l. in conjunct. Cod. de nuptiis In verbis, si filia patris auxilio destituatur, matris & propinquorum, & ipsius quoq; adultæ requiratur judicium.* Idem colligitur ex *l. 5. Cod. de nuptiis* his verbis, *Si mater & tutor dissentiant de eligendo marito, ut tunc recurratur ad arbitrium præsidis provinciæ. Harmenop.* qui hanc legem in suam epitomen redegit *l. 2. Tit. 4.* Qua de re suprà *ex Livio* memorabile exemplum attulimus de controversia puellæ *Fidiniæ* nomine excitata Romæ inter matrem & tutorem *ex Decad. 1. lib. 4. Livii*, Idem statuit *l. 1. Cod. de raptu virginum l. 26. de ritu nuptiarum.* Ubi pater arbitrio matris commisit, cui filia locaretur, ait J.C. à tutore non posse eam locari. Nam patrem ea de causa jus elocandi filiam matri commisisse, ne filiæ nuptias tutori committeret. Unde colligitur, ad tutoris curam etiam nuptias filiæ pertinere. *& l. 66. in verbis vel eam filio suo jungat, & in l. non solum pen. in verbis: An eam filio suo collocare posset in matrimonium? & l. 64. libertum §. tutor eodem t.* Huc facit *l. vnic. C si rector provinciæ*, ubi statuitur, ut si præsides in provincia quam administrant

ſponſalia contrahant, liceat puellæ & ejus parentibus, tutoribus & curatoribus matrimonium reſcindere & luere data pignora. *Harmenobulus lib. 4. T. 2. & l. ſi tutor & l. ſequenti de interdict. matrimo inter puellam & tutorem. in verbis ſi pupillam filio ſuo collocaverit & l. 59. de ritu nuptiar.* Idem colligitur *ex l. ult. C. de nuptiis* Senatuſconſulto cautum eſt, ne tutor pupillam vel ſibi, vel filio collocet. II. Cum in aliis contractibus pupilla ſine authoris autoritate ſeſe obligare non poſſit, æquum eſt ut & in re tanti momenti & fœdere ſanctiſſimo & indiſſolubili tutoris conſenſum adhibeat. Itaq; *l. 6. de ſponſalib.* dicitur. Tutores non poſſe ſolos ſponſalia conſtituere, hoc eſt, absq; conſenſu puellæ: unde ſequitur nihilominus eorum conſenſum requiri. Et ita hanc legem interpretatur *Harmenop.* Præter pupillæ voluntatem tutor neq;
2 ei conſtituit ſponſalia neq; contracta diſſolvit. Ita † Burgundiones & Saxones ſponſas à parentibus vel tutoribus eorum emebant, ut oſtendunt fragmenta veterum legum *T. 14. & 34. & Saxonum T. 6.* Qui viduam ducere velit, offerat Tutori precium emptionis ejus conſen-
3 tientibus ad hoc propinquis, quod in Turcia adhuc moris eſt. Et hic † obiter notandum, quod tutor detur pupillis, hoc eſt, illis qui nondum 14. vel 12 annum exceſſerunt. Ea autem ætate homines non recte ſuis commodis conſulere poſſunt propter infirmitatem conſilii. Itaq; merito alios ſequi debent, quorum curæ commiſſi ſunt. Itaq; recte *apud Xenophontem* Iſchomachus Socrati interroganti, num uxorem à patre acceperit peritam earum rerum adminiſtrandarum, quæ ad officium ipſius petinerent, reſpondit; 'Ecquid mi Socrates, inquit, ſcire poterat, quæ necdum annos 15. ad me nata venerit, ac ſuperiore tempore magna cura aſſervata vixerit, ut quam minimum cerneret, quam minimum audiret, quam minimum ſciſcitaretur in Oeconomico. Et raro accidit, ut ea ætate pupilli pupillæve nubant. III. Cum
4 tutores † parentum munus & locum ſuſtineant *Theophilus §. 1. de ſatisdat. tutor.* Tutor, *inquit*, in patris locum datur. Et eorum poteſtas in omni re à patria parum abſit, conſequens eſt, etiam eos honorandos, & in conſilium adhibendos eſſe. *Pythagoras*: Parentes honora, & qui tibi genere proximi ſunt. Huc facit illud *Borbonii ad Claudium Borbonium patruum.* Amiſi patrem infelix, tu patrue Claudi jam mihi non patrui ſed vice patris eris. Et *Tacitus*: Sororum filiis idem apud avunculum, qui apud patrem honor. *Tullius apud Dionyſ. Halycarn.* Tarquinius

nius avus mihi curam nepotum credidit. Quis igitur me divini humanive juris oblitum non diceret, si desererem aut proderem pupillos, quibus tam ingentem debeo gratiam *lib. 4.* Item illa etiam eis incumbere qui parentibus. Inter quæ etiam est officium dotandorum, elocandorum liberorum. Ita Senatus Scipione bellis in Hispania occupato, patris sibi partes sumpsit, consilioq; uxoris & propinquorum constituta dote summâ ex ærario dedit, ac filiam nuptum collocavit. *Valer. Max. 6a. 429.* Nam & tutor à prætore urbano *ex l. Julia de maritandis ordinibus.* dabatur ei mulieri virgini, quam ex ea l. nubere oportebat ad dotem dandam, dicendam, promittendam, si legitimum tutorem puella non habebat. *Cicero.* Sine tutore dos dicta nulla est. Cui consentit *l. non tantum ff. de curator. & tutor dat.* ab his ad dotem dandam nupturæ curatorem dari oportere, sed & ei, quæ nupta est. Sed & ad dotem augendam & mutandæ quoq; dotis gratia curator dari potest. Quid? quod & M. Antonius Philosophus cum videret tutorum officium maximè esse necessarium, prætorem tutelarem primus fecit, cum ante tutores à magistratibus poscerentur, ut diligentius de tutorib. tractaretur. *Capitolin. in Antonio.* IV. Cum consensus tutoris adhibeatur patre furioso existente, cur non & eo mortuo tutor adhibendus sit? *l. si furiosus C. de nupt.* Cum hic eadem ratio locum habeat. V. Cum tutor personæ potissimum detur, ut eam consilio suo regat, & defendat, æquitas postulare videtur, ut & in nuptiis contrahendis eorum consilium exploretur. VI. Et ipsa ratio naturalis dictitat, rem tanti momenti, hoc est, conjugium à quo totius vitæ cursus vel feliciter vel misere peragendæ pendet, absq; propinquorum & tutorum aliorumq; hominum amicissimorum consilio & deliberatione inchoandum aut ineundum non esse. Ut recte illa *apud Euripidem* dixerit Conjugia quib. mortalium sunt felicia, illis est & vita beata. *Et rursus.* Nunquam affirmabo nuptias plus habere voluptatis quàm doloris, conjecturam faciens ex iis quæ antea vidi. VII. Postremo quod tutor eam despondere, viro tradere & sociare, & sponsus ex ejus manu eam capere & accipere debeat. Nam puellam per se non decet hæc agere, *ut suprà late explicavimus.* His consentanea sunt quæ jure canonico traduntur. *c. aliter 30. q. 5. suprà allegato*, quo cavetur uxorem, à quibus custoditur, petendam & à parentibus & propinquioribus desponsandam. Et ita sentit *Bald. l. 1. C. de nuptiis &*

Salicet. in l. in copulando C. eod. tutorum consensum esse necessarium. Qua de re latius *gl. & Dd. l. 1. C. de sponsalib. & l. 1. C. de nupt.* Neq; ab his dissentiunt *Plato & reliqui Philosophi*, qui volunt, ut parentibus non existentibus propinqui, agnati, atq; gentiles unà cum tutoribus puellam despondeant. Et *Philo de legibus specialib.* uxorem à parentib. & fratribus vel ab iis in quorum ea sit potestate petendam, *ut scil. cap. 3. notavimus.* Fratres autem reliquis præferebantur, & recte. Nam qui ex eodem semine sunt orti, & aliti, ab eadem matre, & in iisdem parietib. adoleverunt, & ab iisdem sunt dilecti parentibus, & eundem patrem eandemq; matrem appellant, quomodo hi sunt minus omnibus propinquitate præferendi? *Stobæus.* Tutores autem suis verbis despondisse pupillas exemplis ex tota antiquitate collectis supra *cap. 3.* planum fecimus Apud *Plautum* miles Phædromo adolescenti sororem suam despondet *in Curculione & in Trinum. item.* Apud *Eripidem* item Eteocles sororem suam Antigonem Hemoni Creontis filio, & congressurus cum Polycene mandat, ut si quid sibi humanitus contingat, Creon hæc ad exitum perducat. Verba suprà recitavimus *cap. 3.* Quo spectant & illa verba Creontis.

Principatum hujus terræ dedit mihi
Eteocles filius tuus, dans dotem propter nuptias
Hemoni, & conjugium filiæ tuæ Antigones.

Ita sororem Electram de consilio Castoris & Pollucis Pyladi collocat Orestes, ut testatur *Euripides in Electra.*

Te agere oportet, quæ te fatum ac Jupiter decrevit.
Pyladi quidem da Electram ducendam domum
Uxorem, tu relinque Argos.

Quam ei postea despondet his verbis:

Pylades abiturus vale, & habe tibi desponsum corpus Electræ.

Quod & in Oreste *idem Euripides* testatur, ubi Orestes moriturus ita Pyladem alloqui introducitur:

Nuptiis hujus miseræ frustratus es quam despondi tibi
Colens amicitiam. Tu autem accipies aliam conjugem
Ad gignendum. Affinitas mea & tua amplius non est.

Sed paulò post Apollo monet, ut sororem, quam ei promiserit, det uxorem.

Pyladæ,

Pyladæ, inquit, *sororis connubium promisisti*
Da, sequens eos vita fælix manet.

Et *in Iphigenia in Tauro* Orestem ita introducit loquentem Euripides,

Si tu fueris servatus, & liberos ex mea sorore
Consequeris, quam tibi tradidi uxorem,
Manebit nomen meum, neq; sine liberis
Paterna mea domus delebitur unquam.

Quo in loco notanda vox .... tradidit, quæ jus & potestatem arguit fratris in locanda sorore & tradenda. Nam tradere quis non potest nisi quam in sua manu & potestate habet. Quid, quod Creon Rex cum Sphinx affligeret urbem publice edici jussit, se ei daturum sororem Jocasten qui ænigma enodasset. Cumq; Oedipus id fecisset, ei sororem dedit. Verba Jocastæ hæc sunt:

Postquam vero infestabat Sphinx
Rapinis urbem, extincto meo marito
Creon frater præconium facit de meo connubio.
Quisquis posset exponere ænigma Sphingis, inquit,
Se daturum esse huic connubium Exponit foris
Sphingis ænigma filius meus Oedipus,
Unde dominus terræ factus est,
Et accepit sceptrum hujus terræ tanquam præmium sapientiæ,
Inde ducit matrem ignorans miser,
Nec sciebat mater se cum filio concumbere.

Unde constat, jus elocandi & despondendi sororès penes fratres fuisse. Et *apud Homerum de Penelope*. Jam pater & fratres ejus jubent ut Eurimacho nubat *lib. 15*. Quod etiam multis in locis indicat Demosthenes, quæ nos ad confirmandam sententiam nostram, quæ in jure controversa est, adscribemus. Timocrates reprehenditur eo nomine, quod sororem, quam locare nuptum debuerat, vendiderat. Verba hæc sunt. Sororis medius fidius præclare curam gessit. Eam enim vendidit, non elocavit. Vestrorum enim hospitum uni Corcyræo cuidam urbis imperium cum aliis obtinenti, qui apud istum divertit, quoties apud vos legatione fungitur, eamq; accipere voluit (quo pacto autem prætermittam) argento accepto tradidit. Proinde puella Corcyræ nunc est. Eum igitur, qui sororem peregre abducendum locasse, se dicit, reipsa vendito Oenoter Aphobo sororem suam collo- 6

linus. Et avunculus Brutus sororem Martiam Catoni à quo diverterat conjungit:

Junguntur tacitè contentiq; auspice Bruto.

Et Cato fratris filiam Pompejo dare recusavit. *Plutarchus.* Historia suprà notata est. Philippus Alexandri Magni pater Olympiadem mortuo patre à patruo ejus Arybba impetravit & duxit. *Plutarch in vita Alexandri.* Tyberius filius Germanici filiam Drusi Juliam nuptum collocavit. *Dion. lib. 57.* Agrippam Drusillam sororem Azizo Emisarum Regi & Mariamnem Archelao despondit *Zonaras Tom. 1.* Et Constans Gallum patruelem suum nomine Cæsaris dignatus Constantiam sororem ei in uxorem dedit. *Zonaras Tom. 3.* Honorius Gallam Placidiam germanam suam Constantio suo comiti jamdudum promissam sociavit. *Paulus Diaconus lib. 14. initio.* Theodosius fratris defuncti filias Serenam & Thermantiam nuptum collocavit. Serenam Stiliconi dedit VVandalo seu Gotho. Stilico † est nomen Stelcke, quod 7
adhuc in Saxonia & Dithmarsia remanet. Thermantia † Germani- 8
cum item nomen de Hermantsche. Unde *Claudianus:*

Te non Hesperidum pomis, non amne subacto,
Non socerum fallente rota, sed judice dignus
Angusto variis Stilico spectatus in armis
Accipit, & regni dotes virtute paravit.

Appellat Theodosium patruum socerum, quod Serenam adoptaverat fratre mortuo. Thermantia item viro clarissimo nupsit, ut ex his verbis colligitur.

Agnovit patrui similem Thermantia curam.
Nupsit & illa duci,

Ita & Junius Mauritius petit à Plinio juniore, ut fratris sui filiæ maritum prospiciat. *lib. 1. epist. 18.* cujus verba paulò ante adscripsimus. Huc facit illud *Taciti:* Sororum filiis idem apud avunculum, qui apud patrem honor. Et *apud Capitolinum:* Frater Alexander Aureliam sororem locare nuptum cupiens, ad matrem rem defert. *Qua de re suprà.* Et Alexius fratris sui filias elocavit. *Zonaras Tom. 3.* Childebertus Rex Francorum Jugundem sororem suam Herminigildo Lemigildi Hispanorum Regis filio in matrimonium dedit, qui ad fidem Christianam ab Arriana hæresi conversus fuerat. Quem pater

ipso

Dithmarſorum & Eiderſtadorum *c.34*. Quibus conſentaneæ ſunt veteres Saxonum & Burgundionum leges, ut ſuprà notavimus. Idq; rationi maximè eſt conſentaneum, ut abunde demonſtravimus. Etſi autem parentum † munus & locum tutores ſuſtinent, & eorum eſt 11
deſpondere & tradere filias, poteſtas tamen & authoritas eorum tanta non eſt, quanta parentum in nuptiis contrahendis, *ut notat Accurſius in l. puellæ, de ritu nuptiarum.* Nam pater jure civili diſſolvere poteſt filiæ ſponſalia, *l. 10. in poteſtate. de ſponſalibus* quod tutori non licet. Is enim citra voluntatem puellæ ſponſalia non conſtituit neq; diſſolvit. *l. 6. ſi puella de ſponſalib.* Ubi dicitur, tutores ſolos non conſtituere ſponſalia, niſi forte omnia iſta ex puellæ voluntate facta ſint. Neq; enim tantum valere debet tutorum auctoritas, ut pupillis invitis uxor detur aut obtrudatur. Unde *Harmenop. lib. 4. T. 2.* Sæpe pater ſuſceptis pro filia ſponſaliorum arrhis moritur, nondum contractis nuptiis. Deinde eo mortuo tutor aut curator efficere conatur, ut non dirimantur ſponſalia. Cavetur itaq; conſtitutione, nequaquam labefactari ea oportere, quæ ſuperſtite patre probata & conventa ſint: cui conſentit *l. ſi pater* 4. *C. de ſponſalib.* Periniquum enim eſt, ut contra paternam voluntatem redempti fortaſſis tutoris aut curatoris admittatur arbitrium, &c. Eſt enim in tutoribus † aut curatoribus ra- 12
rior fides. Ejus rei Britanniam citat teſtem Eraſmus de nobilium filiis patre orbatis, quos vulgo Wardes appellant, tractans, quorum duriſſima eſt conditio. Unde benè † Germani, Es ward nie kein trewer 13
Vormünder gefunden. Deinde quod parentib. filiorum nomine ſponſalia contrahentibus, filiæ tacite præſumantur conſentire, niſi evidenter reclament. At in ſponſalibus † quæ tutores pupillorum no- 14
mine contrahunt, expreſſus conſenſus requiritur, *ut tradunt Dd. cap. unico. de ſponſalibus impub. in Sexto & l. in ſponſalibus 1. de ſponſalibus.* Ita *apud Plautum* miles ſororem deſponſurus ejus expreſſum conſenſum requirit, *ut ſuprà notavimus cap. 3 de ſponſalibus.* Tertio, quod jure civili, filia deſpondenti eam patri conſentire cogitur, & uno ſaltem caſu diſſentiendi facultatem habet, nimirum ſi indignum moribus vel turpem generum pater elegit. *l. ſi quæ patris. de ſponſalibus.* Nam Græci ex contextu notant, aliàs cogi conſentire: illud enim cum moribus Romanorum conveniebat. Secus eſt † in tutoribus. Illi enim pupillis 15
imperare non poſſunt ut huic vel illi nubant; ſed omnia ex pupillo-

rum voluntate fieri debent, *l. si puella 6. de sponsalibus.* Itaq; si puella pubertati proxima alicui se digno nubere velit, & tutor malevolentia, odio, invidia vel lucri cupiditate, aliave de causa adductus reclamet, & sua potestate abutatur, res ad magistratum est deferenda, qui pro sua authoritate statuet, utrum justam intercedendi causam habeat tutor, & puellam pro sua religione & judicio collocabit, ut disertis verbis tradit *l. 1. l. 20. in conjunctione C. de nuptiis in verbis*: coram positis propinquis judici deliberare permissum est, cui melius adulta societur. *& in l. si viduæ* idem dicitur: Habendo examini authoritatem judiciariæ cognitionis adjungi *& in l. qui liberos 20. de ritu nuptiar.* Nec enim tutoris arbitrium redemptum spectandum est, *d. l. 4 si pater*, neq; tanti faciendum, ut etiam paternum vincat. Ita & furiosorum liberi, de consilio præfecti urbis, præsentibus parentum curatoribus nuptias cotrahunt *l. si furiosi C. de nuptiis Harmenop. lib. 1. T. 1* Quibus consentanea traduntur aliarum gentium legibus, ut jure Slesuicensi *lib. 1 cap 8* ut si tutores lucri sui causa puellam nuptum locare, & conditionem quærere nolint, liceat cognatis aliis ea de re apud Re-
16 gem queri, qui de consilio propinquorum puellam elocabit: & constitutio † Friderici Comitis Palatini de matrimoniis.

Daß die Personen / so keine Eltern haben / sich mit jhrer nechsten Blutfreunde Rathe verheyrathen / vnd sich ehelich verloben. Item / auff daß denn auch aller Verdacht / Falsch / vnd Betrug in dem Verheyrathen der Vormünder vnd Pfleger halber deste baß fürkommen werde. So gebieten wir bey ernstlicher Straffe / vnd vnser Vngnade / daß die Vormünder vnd Pfleger jhrer Pflegsöhne oder Töchter / allweg mit Rath vnd beysein zweyer oder dreyer der nehesten getrewen Freunde / Vnd so die nicht verhanden / sonst zweyer oder dreyer erbetener erbarer Männer verheyrathen. Constitutio sanè tanto principe digna, desumpta ex lege Ge-
17 nevensi 101. Eadem sanxit † Rex Fridericus II. nimirum sponsalia sine consensu parentum, aut eorum, qui parentum loco sunt, consti-
18 tuta non valere, sed veluti claudestina infirmanda. Quibus & † Theologi nostri temporis assentiuntur, statuentes conjugium de consilio & auctoritate parentum, aut qui eorum loco sunt, hoc est, tutorum, ineundum esse, *Lutherus. Bucerus lib. 2. cap. 18.* Si qui nec parentes nec propinquos, aut alios peculiares patronos habeant, quorum consilio & comprobatione utantur, ut minimum trium aut quatuor

piorum

Digitized by Google

piorum & honeſtorum virorum conſilio, aſſenſu & teſtimonio. Et *Eraſmus*; Juſtinianus, *inquit*, idem opinor cenſuit de pupillis & minoribus, qui in tutorum poteſtate ſunt, ne citra illorum authoritatem uxores ducant. *Bucerus libr. 2. cap. 18. de regno Chriſti*, niſi ipſi adeò indignos ſe præſtiterint, ut meritò negligendi ſint. Idq; de ſententia Conſiſtorii permittatur. Ergò ſtatuimus † in minoribus furioſorum 19
& patre orbis tutorum conſenſum neceſſarium, uſq; adeo, ut ſi omiſſus † ſit, ſponſalia eſſe irrita dicamus: Maximè ſi puella technis & 20
dolis circumventa clam fidem dederit, eamq; promiſſionis factæ pœniteat & ab ea liberari cupiat. Vel tutor juſta de cauſa intercedat, & ſponſalia dirimi petat. Quod judicis arbitrio permittendum cenſeo, qui cauſæ circumſtantiis diligenter examinatis, id quod æquum videbitur ſtatuet. Et ita in conſiſtorio Sleſvvicenſi hactenus pronunciatum eſt, quamvis Scabini contrà pronuncient, & VVitebergenſes, quorum ſententia talis eſſe ſolet hoc caſu.

VNſer freundlich Dienſt zuvor/ Erſamer guter Freund / als jhr vns 21
einen Ehehandel zugeſchicket / vnd euch des Rechten darüber zu vnterrichten gebeten habt. Demnach vnterrichten wir verordnete Commiſſarien des Conſiſtorii zu Wittenberg/darauff für Recht. Hat N. ewre Schweſter N. etliche mal vnd zu vnterſchiedlichen Zeiten/ wie aus ewrem Schreiben abzunehmen/vmb eine Ehe angeſprochen/ vnnd folgends ein Kettlin/ ein Gehenge/ einen Rinck vnnd Meſſer mit Silber beſchlagen jhr/jedoch nicht auff einmal/ gegeben / welches alles ſie angenommen vnd behalten / vnnd ewre Schweſter hat darnach einen Rinck von jhres Vormünden Weib gefordert / denen ſie denn N. auff ſeine Bitte gegeben/vnd domals wider einen Rinck/vnd letzlich einen Beuthel/vnd einen Thaler darinn von jhme angenommen/vnnd in jhrem Gemüth dafür gehalten/daß ſolches auff die Ehe geſchehe. Da nun gleich ewre Schweſter mit außdrücklichen wortẽ die N. keine Ehe zugeſaget. Demnach aber weil ſie von N. vmb die Ehe etliche mal angeſprochen/welches auch den Freunden vnverborgen geweſen/folgends die Geſchenck vnd Ringe angenomẽn/ einen Ring wider von ſich gegeben/vñ in jrem Sinne/es were jhr auff die Ehe gegeben/dafür gehalten/ ſie ſich auch bedüncken leſt/ſie habe jhm eine Ehe zugeſagt / ſo iſt auch ſolches an ſtat einer außdrücklichen Ehelichen Zuſage zuachten/vnd ewre Schweſter iſt nunmehr vngeacht/daß jhr vnd

die Vormünder darein nicht gewilliget / oder daß sie des N. gelegenheit nie gewüst / mit Christlichen Kirchgang / vnnd ehelichen Beywohnung dasselbe zuvollnziehen schüldig/von Rechts wegen.

Idem dicendum videtur de avia & matertera aliisq; personis, quæ & ipsæ parentum loco sunt, ut & earum authoritas requiratur. Idq; veteres secutos esse ostendunt verba *Plinii junioris*. Nam is cum uxorem nactus esset ex animi sententia, Hispulæ uxoris suæ amitæ gratias, & suo & uxoris nomine agit, his verbis: Egò quod illam mihi illa quod me sibi dederis, quasi invicem elegeris: Verbum dederis & elegeris ostendit jus, quod amitæ in pupillam fratris vel sororis filiam competit. Et *Halicarnassæus* de Tarquinio loquens, Tarquiniam ejus conjugem quam ipse merito debebat ut materteram colere, ante persoluta marito luctus & inferiarum extrema officia necavit laqueo miseram. Item: Qui vos servaret ac juvaret, nemo alius erat nisi una mulier paterna avia vestra, qui propter senium ipsa quorum opus habebat curatoribus. *Verba Tullii apud Dionysium lib. 4.* Constitu-
23 tio † Principis de sponsalibus clandestinis vitandis.

NAch dem vns eine zeitlang daher in gedachter vnser Stadt N. der Hochzeit vnd Lobbier halben / allerley beschwerliche vnnd ärgerliche Mißbräuche vnd Vnordnungen eingerissen / vnnd dermassen vberhand genommen/ da denselbigen mit zeitlichen reiffen Rath nicht fürgebracht/ daß dadurch nicht allein gemeiner Bürgerschafft / vnnd sonderlichen denjenigen/so Hochzeit außrichten vnd halten müssen/trefflicher grosser Vnrath wolten zugezogen/sondern auch alle Zucht, Erbarkeit/vnd Tugend in diesen letzten verkehrten vnnd vnartigen Zeiten vnd Läufften/ hindan gesetzt/vnd wenig geacht werden. Vnd aber vns als dem Landsfürsten/ vnserm tragenden Fürstlichem Ampt nach / in alle Wege oblieget vnnd gebühret. Inmassen wir auch zum höchsten darzu geneigt seynd/ aller vnser Vnterthanen Nutz/ Wolfarth vnnd Besserung zufördern/ alle Vnordnungen abzuthun/ vnnd das jenige was Christlich / Ehrlich vnd nützlich seyn mag/anzurichten vnd zubeschaffen.

Daß vns demnach auff vorgehende statlich Berathschlagunge vnserer Räthe/vnnd auch der Ersamen vnnd Vorsichtigen/ vnser lieben getrewen Rathmannen/ Meistern/ der Innungen vnd Gemeinheit vnser Stadt N. nachfolgender Hochzeit Ordnung/ derer sich ein jeder Bürger vñ Frembder/der allda Hochzeit haben wil/ohne einige Vorwendung/vñ Exception verhalten solle/entschlossen vnd verglichen/also: Zum

Digitized by Google

Zum Erſten. Nach dem die Ehegelübnis vermöge vnnd nach Ordnung Göttlicher vnd gemeiner beſchriebener Keyſerlichen Rechten/ nicht in Winckel noch heimlich / auch ohne Vorwiſſen vnnd Bewilligunge der Eltern / vnd die an derſelben ſtat verordnet/nicht geſchehen ſollen. So wollen wir demnach ſolche heimliche Verlöbnis/ daraus allerley Vnrath vnd Vnbequemheit entſtehet / nun hinfürter gäntzlich abgeſchaffet vnnd verbotten haben/vnd ſol derſelben Perſon/ die ſich alſo heimlich verlobet/ nicht zugelaſſen noch geſtattet werden/ allhie in dieſer Stadt Wirtſchafft zuhalten/etc.

Forma ſententiæ. 24

SAt ewer Gnedigſter Herr / in ewer publicirten Conſtitution / die heimliche Verlöbnis/welche ohne bewilligung der Eltern vnd deren/ ſo an derſelben ſtat ſeynd/verbotten/vnd ein junger Geſell ſolchen Verbot zuwider ſich mit einer Jungfrawen heimlich verlobt / vnnd ſie auch auff ſein vberreden/die Ehe zugeſaget/keinen andern/denn jhn zu haben. Nun aber die Jungfraw / weil die Vormünde ſolch heimlich Verlöbnis nicht wollen geſtatten/den Geſellen nicht wil haben/vnd ſie dolo, durch Betrug zu ſolchem Ehegelübt durch den Geſellen bewogen / ſolches auch wie recht darthun vnd beweiſen möcht/ auch noch nicht jhr 25. Jahr erreicht/ vnnd die Vormünden erhebliche Vrſachen hetten / darumb ſie jhn ſolch heimlich Vorlöbnis nicht willigen köndten. Denn die Fürſtliche Conſtitution/ welche/ob ſie wol die heimliche Verlöbnis verbeut/demnach dieſelbe nicht zureiſſet / ſondern allein dieſe Straffe ordnet / daß denſelben Perſonen in der Stadt Wirtſchafft zu haben/ nicht ſol zugelaſſen werden/ da würde ſie billich von ſolchem Verlöbnis loß gezehlet/von Rechts wegen.

Formam ſententiæ † in caſu quo mater diſſentit, tutores autem conſentiunt, vide ſuprà *cap. 6. §. 6.* 25

§. 10. SUMMARIA.

1 *An etiam curatorum conſenſum viginti quinq; annis minores requirere neceſſario debeant?*

2 *Auctoris diſtinctio in pugnantium legum difficultate.*

3 *Puellæ etiam adultæ curatorum conſenſum requirere debent.*

4 *Mulier apud Græcos quæ fratrem aut patrem non habebat, eligebat κυριον.*

5 Lex Senensium.
6 Lex Genevensium.
7 Constitutio Palatina.
8 *Curatorum consensus nisi interveneri, sponsalia possunt infringi.*
9 *Species facti in qua ita pronunciatum esse à Consistorialibus refertur.*
10 *In adolescentium sponsalibus non tam attenditur curatorum consensus, quàm in puellarum.*
11 *Filia arctiori jure tenentur quàm filii.*
12 *Veniam ætatis quando impetrant viri & fœminæ.*
13 *Jure Saxonico finitur ætas pupillaris anno 21.*
14 Ordinatio Cellensis.

1 SEd rursus hic quæritur an † & curatorum consensum minores viginti quinq; annis requirere necessariò debeant in sponsalibus contrahendis? Difficilis & anceps est quæstio, & de qua in utramq; partem probabiliter disputari potest. Et non requiri expresse statuit Gordianus, *l. in copulandis inquit*, nuptiis nec curatoris, qui solum rei familiaris sustinet administrationem, nec cognatorum aut affinium ulla intervenire authoritas, sed spectanda est ejus voluntas, de cujus conjunctione tractatur. *C. de nuptiis.* Eodem spectat. *l. sciendum. de ritu nuptiar.* quæ dicit, ad officiū curatoris non pertinere, an pupilla nubat vel non: quia offiicium ejus in administratione negociorum constat, & ita Verus & Antonius rescripserunt in hæc verba: Ad officium curatoris administratio pupillæ pertinet. Nubere autem pupilla suo arbitrio potest. Contrà curatorum, cognatorum & propinquorum judicium requiri velle videtur *l. in conjunct. C. de nuptiis*, in verbis, si patris auxilio destituta matris & propinquorum & ipsius adultæ requiratur judicium. Quod si parentes non habeat, sed curatorem tantum, & pluribus eam expetentibus puella verecundia ducta voluntatem suam declarare non velit, judex unà cum propinquis statuet, cui illa collocanda sit. Idem *ex l. viduæ* colligi posse videtur, & *ex Harmenopulo lib. 1. t. 12.* Quod si minor per se matrimonium contraxerit, in quo circumscriptus sit, circumventio quidem æstimatur, & vel à curatore si dives sit, vel à puellæ parentibus resarcitur. Atq; ita minor quidem satis accipit, conjugium autem neutiquam dissolvitur. Quæ verba expresse indicant, curatorem eo nomine teneri, si minori permiserit per se matrimonium contrahere, ut circumventus

Digitized by Google

ventus ſit. Et *l. unica. C ſi Rector provinciæ*, conjungit parentes, tutores & curatores, quaſi autores ſponſalium & nuptiarum. Et *Harmenop. lib. 4. T. 2.* ſi præſides ſibi puellas deſponderint, puellæ liberum ſit, ejuſq; parentibus, tutoribus aut curatoribus nuptias recuſare, & datas arrhas lucrari, & *l. 5. mulier. C. de ſponſalib.* ſive virgo ſive vidua ſit, ſive per ſe ſive per tutorem aut curatorem vel aliam perſonam eaſdem arrhas ſuſceperint. Huc facit quod appellatione tutoris veniat etiam curator *l. pater Severinam §. conditionem ff. de cond & demonſt.* Ubi teſtator filio ſuo impuberi dat tutorem uſq; ad 18. annum. Itaq; ibi tutor pro curatore accipitur. *Jaſon l. ſi quis in fundi vocabulo n. 46. de legat. 1.* Et appellatione curatoris venit tutor, large ſumpto vocabulo. *§. 1. Authent. ut qui obligat. ſe hæred. perhibent gloſſ. in verb. ad curationem & glo. quæ dari tutori poſſunt.* Unde colligitur magnam eſſe inter tutelam & curam affinitatem, & curatores tutores imitari in multis, ne dicam in omnibus. Huc ſpectat quod de Antonio Philoſopho ſcribit *Capitolinus* his verbis. De curatoribus verò, cum ante non niſi ex lege lectoria vel propter laſciviam vel propter dementiam darentur, ita ſtatuit, ut omnes adulti curatores acciperent non redditis cauſis, id eſt, non abjecta cauſa. In hac † legum pugnantium difficultate ego ita diſtin- 2
guendum exiſtimaverim. Puellas etiam adultas † propinquorum & 3
curatorum judicium in ſponſalibus & nuptiis contrahendis requirere debere. Nam propinquis hic honor debetur juxta illud Pythagoræ. Parentes honora, & qui tibi genere ſunt proximi. Et adoleſcentis eſt majores natu vereri, exq; his deligere optimos & probatiſſimos, quorum conſilio, quorum authoritate nitatur. Ineuntis n. ætatis inſcitia ſenum conſtituenda & regenda eſt prudentia. *Cicero 1 offi.* Eum, qui nos ætate anteit tanquam ſuperiorem colere debemus, *in Lælio.* Deinde propter ætatem. Itaq; ille *apud Homerum.* Te non fugit jus plectendi competere ſemper grandioribus natu *libr. 15.* Priamus *apud Homerum Iliad. libr. 22.* Fortaſſis ſenectæ meæ reverentia & miſericordia movebitur. Quod etiam Dii immortales natu grandiores venerantur. *lib. 23.* Idque expreſſe tradit *l. viduæ 18. C. de nuptiis.* Sed ne forte hi, inquit lex, qui gradu proximo ad viduarum ſucceſſionem vocantur, etiam honeſtas nuptias impediant, ſi hujus rei ſuſpicio proceſſerit, eorum volumus voluntatem judiciumque ſuccedere, ad quos etiamſi fatalis ſors interceſſerit,

tamen

filiis regantur. Quod autem in juvenibus prudentia non ſit, ex eo liquet, quod prudentia rerum notitia longo uſu & experientia acquiratur: Juvenes autem rerum imperiti ſint. Deinde quod affectuum motibus obnoxii levi momento huc illuc impellantur, ut quid ex uſu ipſius ſiet diſpicere nequeant. Nam ea eſt affectus natura, commovere, concitare, turbare, omnia obſcurare, ut quid verum falſum aut rectum, honeſtum aut turpe ſit, cerni non queat. Hæ autem duæ res, imperitia & animi perturbatio impediunt, quò minus juvenes ſuis rebus conſulere poſſint, ac non perinde recte judicent ut ſenes. Quapropter expedit fieri, ut juvenes de uxore ducenda curatores conſulant & rem totam ad illos deferant. Nam & ea de cauſa veteres fœminas in perpetua eſſe turela volebant, & nequidem privatam rem ſine tutore authore gerere *ut ex Ciceron, Livio, Harpocratione, ſuprà cap. 3. notavimus.* Deinde ea ætate, qua adoleſcentes & puellæ puberes technis, fraudibus, & captionibus omnium obnoxiæ ſunt, & quocunq; illos libidinum, affectionumq; æſtus impulerit, eò imperiti præcipites ruunt. Nam juvenis primum pubeſcentis ætas eſt gratiſſima. Itaq; recte conſulit *Ariſtoteles* parentib. ut filias ineunte pubertate maximè cuſtodiant, & à virorum congreſſu arceant, quod ea ætate proniores ſint in libidinem: *In hiſtoria animalium.* Quod & eleganter *Plutarchus* expreſſit *in lib. de audiendo*, de adoleſcentibus differens, qui virili toga ſumpta ſoluti ſunt præceptorib. *his verbis.* Licentia inquit, quam nonnulli adoleſcentes ex inſcitia libertatem arbitrantur, imponit illis multò ſeveriores magiſtros & pædagogos, quàm quos in pueritia habuerunt, nimirum cupiditates vinculis ſolutas dominos. Ac veluti cum tunica, *ait Herodotus* fœminas pudorem, ita aliqui juvenes, ubi exuere prætextam exuta ſimul verecundia & metu, ſolutaq; quæ illos componebat veſte, implentur illico diſſolutione. Et *in lib. de pueris inſtituend.* Adoleſcentum noxiæ, *inquit*, inexpiabiles ſubinde & atroces evadunt, ingluvies, pecuniæ, compilationes paternæ, aleæ, comeſſationes, compotationes, virginum amores, & ſtupra matronarum. Quare vinciendi horum ardores ſedulitate ac refrenandi erunt. Improbus enim eſt voluptatum vigor & geſtiens, habetq; frenis opus. Itaq; qui minus valide hanc ætatem retinent imprudentes, amentiæ aperiunt ad facinora fenestram. Et idem expreſſit *Horatius* eleganter his verſibus:

Imberbis juvenis tandem cuſtode remoto
Gaudet equis, canibus & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper.

Quod & *Terentius* innuit *Andr. Act. 1. Scen. 1.*

Nam is poſtquam ex ephebis exceſſit, Soſia,
Liberius vivendi fuit poteſtas. nam antea
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum ætas, metus, magiſter prohibebant.

Datur conceſſu omnium huic aliquis ludus ætati, & ipſa profundit adoleſcentia cupiditates: quæ ſi ita erumpunt, ut nullius vitam labefactent, nullius domum evertant, faciles & tolerabiles haberi ſolent *Cicero pro Calio.* Omnium autem elegantiſſime *Marcellus Palingenius lib. 6.* de hominis miſeriis verba faciens.

Fit juvenis, creſcunt vires, dum ſpernit habenas,
Occluditq́ aures monitis, furere incipit, ardens
Luxuria, atq́ ira, & temerarius omnia nullo
Conſilio aggreditur, dictis melioribus obſtat,
Deteriora ſovens, non ulla pericula curat,
Dummodo id efficiat ſuadet quod cæca libido.
Rimatur, nec jura timet, cerebroſus & exlex.
Nempe agitur furiis juvenum pars maxima; pauci
Quos frenat metus, aut pudor aut prudentia recto
Tramite ſinceram ducunt ſine labe juventam.

Et *Aurelius Prudentius* de ſeipſo verba faciens, *in præfatione libri* καθημερινῶν.

Ætas prima crepantibus
Elevit ſub ferulis. Mox docuit toga
Infectum vitiis falſa loqui non ſine crimine.
Tum laſciva protervitas
Ac luxus petulans (heu pudet ac piget)
Fœdavit juvenem nequitiæ ſordibus ac luto, &c.

Loquitur autem de anno ætatis decimo octavo. Eo enim anno poſt prætextum pueri ſumebant togam virilem. Quo tempore erat liberior vivendi poteſtas. Et *Perſius* ſcribit, quod poſtquam ex ephebis exceſſiſſet, Cornuto ſeſe tradidiſſet in tutelam & diſciplinam, quod ea ætate iter ſit lubricum & ambiguum, ut oſtendunt hi verſus, *Sat. 5.*

Cum

Digitized by Google

Cum primum parido cuſtos mihi purpura ceſſit,
Bullaq; ſuccinctis laribus donata pependit.
Cum blandi co nites totaq; impune ſuburra
Permiſit ſperſiſſe oculos jam candidus umbo.
Cumq; iter ambiguum eſt & vitæ neſcius error
Deducit trepidus ramoſa in compita mentes.
Me tibi ſuppoſui; teneros tu ſuſcipis annos
Sacratico Cornute ſinu, tunc fallere ſolers
Appoſita intortos extendit regula mores.
Et premitur ratione animus, vinciq; laborat,
Artificemq; tuo ducit ſub pollice vultum.

Non omnia, *ait apud Homerum* Neſtor. *lib.*4. *Iliad* pariter Dii hominibus dare conſueverunt, nec ſimul mihi volverunt adeſſe ſenilem prudentiam viresq; juveniles, &c. Recte *apud Apulejum* Jupiter ſic pronunciat: Dei conſcripti Muſarum albo adoleſcentem iſtum quē manib. meis alumnatus ſum; profecto ſcitis omnes, cujus primæ juventutis caloratos impetus freno quodam coercendos exiſtimavi. Caloratos appellat propter fervorem juvenilem; qua de cauſa *apud Ovidium* Pythagoras juventutem æſtati comparat. Nam ut æſtatis tempus calidiſſimum eſt: ita & juventus maximè fervet. *Horatius*:

Non ego hæc ferrem calidus juventa.

Qui feruor juvenilis efficit, ut cupiditates & affectus in adoleſcentibus vehementiores ſint, & voluptas ſæpe rationem vincat, quæ ubi deferbuit, juvenes ſeſe ad meliorem frugem recipere ſolent. Idq; teſtatur *Cicero*: Multi, *inquit*, fuerunt, quorum cum adoleſcentiæ cupiditates efferbuiſſent, formata jam ætate eximiæ virtutis extiterunt. Et *Plato lib.*8. *de legib.* Juvenem legem improbare, inquit, quæ libidinem coercet, cum vehemens ſit, & multo ſpermate plenus. Qua de cauſa motus Imperator Antonius Philoſophus primus conſtituit, ut adoleſcentes adulti etiam curatores acciperent non redditis cauſis, id eſt, non adjecta cauſa, cum antea ſaltem furioſis & laſcivis curatores darentur, *ut ex iis verbis, quæ ſuprà retulimus, liquet* Quod ſcilic. *ut ait Chryſoſtomus* χαλεπὸν ἡ νεότης καὶ δύσπειστον καὶ σφοδροτέρου δεῖ ταμιείου, hoc eſt, ſenū conſtituenda & regenda eſt prudentia, *ut Cicero loquitur*. Recte ille: Juvenibus ſine mente, ſine ſenſu fruſtra canitur carmen, & quò dementiores ſunt, hoc ſe alios

omnes ingenio ac usu rerum antecellere opinantur. Illud enim est insaniæ caput saniſſimum se existimare. *Vives.* Huc facit illud *Senecæ*: Pejora facile juvenes præcepta audiunt In patre facient quicquid in patruo doces. Puellæ verò & fœminæ in perpetua erant tutela, quod nihil facilius sit quàm illis fucum facere, propter sexus infirmitatem & consilii: Quo spectat illud Poetæ:

Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria, simplicitas digna favore fuit.

Item:

—— Juvenilib. annis
Luxuriant animi, corporaq; ipsa vigent.

Ovid. 5. Fastorum. Et virgines diligenter custodiendas monet emblema Alciati. Tertio, quod puellæ sponsalia non decore suis verbis contrahant, sed curatoris seu κυρίου, cujus est despondere, tradere, domum deducere, dotem dicere, arrhas tradere, accipere. *d. l. unica Cod. si Rector provinciæ.* pactum de pupillæ nuptiis inire. *l. 4. si pater C. de ſponſalibus.* non tamen contra patris voluntatem, *argumento à contrario sensu,* & reliqua ad nuptias petrinentia expedire, quæ à puella per se sine suspicione turpitudinis expediri non possunt. Et si in ea re puella circumventa fuerit, ejus nomine curator tenetur. *Harmenop. lib. 4. t. 2.* Itaq; recte *Demosthenes* de κυρίοις agens, qui mulieres despondent. Si quis, *inquit,* secus uxorem nactus esset datam à nemine, liberos veluti spurios hæredes non fuisse. *Oratio. in Phormionem.* Quo spectat illud *Ciceronis.* Nubit genero socrus nullis auspicibus, nullis authoribus. Et illud *Terentii:* Quis despondit? quis dedit? cui quando nupsit? author his rebus quis est? Unde colligitur, semper apud veteres fuisse authores conjugii vel parentes, vel tutores, vel curatores, vel propinquos. Interim tamen consensus puellæ liberrimus esse debet. Neque ei imperare possunt curatores vel propinqui, ut Titio vel Sejo nubat, vel id prohibere. Atq; eo spectat, quod de tutoribus dicitur *l. 6. de ſponſalib.* Tutores non posse solos sponsalia contrahere, quod patris est, in cujus potestate sunt liberi, qui pro suo arbitrio generum eligit, & sæpe indignum digno præfert, ut suprà late ostendimus, probatione ex tota antiquitatis historia petita. Imo etiam filiam nubere cogit reluctantem suis commodis, ut solent fœminæ, *l. si pater 4. Cod. de ſponſal.* juxta versum:

Ipse

Digitized by Google

ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.

Interim tamen cognatorum & propinquorum consilium aspernari non debet, sed omnino id exquirere, neq; temerè abjicere, quæ de re latius intra dicetur. Atq; ita accipio verba *d. l. faciendum.* Nubere autem pupilla suo arbitrio potest. Item verba *l. conjunctionis.* Sed spectanda est voluntas ejus de cujus conjunctione quæritur. Et nisi ita accipiatur, iniquissima erit lex Gordiani, qui nullam cognatorum aut affinium authoritatem intervenire vult, quod cum jure naturali & aliarum gentium legibus & institutis pugnat, & cum *l. in conjunctione. & l. viduæ sæpius allegatis.*, quæ propinquorum authoritatem expressè requirunt. Atq; hæc † multarum gentium constitutis confirmantur, ut Senensium, &c. Nam Senis in Italia ut refert Panormitanus, lege cautum est, ut si quis cum puella nondum annos viginti quinq; nata contraxerit nuptias sine consensu duorum agnatorum, pœnas luat graves. *Panormit. cap. 2. de sponsv.* Et Genevensium † *cap. 101.* 6
que la mere ou le curateur ne puisse marier celey ou celle qu'ils auront en charge, sans appeler des principaux parens s'il y en a, & au defaut d'iceux des plus prochains vivans ou amis gens de bonne & honneste reputation. Cui consentit constitutio † Palatina, cujus verba paulò ante adscripsimus, ubi de 7
tutoribus ageremus. Idem jus in Ducatu Slesuicensi obtinet, *ut ex lib. 1. c. 33. colligitur*, cujus hæc sunt verba. Uxorem ducturus, eam petat à patre, filio, si major annis sit, vel à fratre. Sin horum nullus extet à proximis cognatis petat, eosq; conveniat, sed tamen de voluntate puellæ. Quod si mulier cognatum habeat neminem, qui tutor esse possit, alii cui volet committere & mandare potest, qui eam despondeat, & collocet. Sin verò cognati ei sint genere proximi, qui tutores jure esse debent, quales sunt pater, filius, frater, avus, patruus, avunculus & illis inconsultis nupserit, tum bona ipsius in potestate sint tutorum, quamdiu ipsa vixerit, nisi postea inter eos bonis conditionibus convenerit. Sin verò puella vi contra ipsius voluntatem coacta fuerit, bona sua ea de causa non perdit. *Eadem traduntur cap. 8. lib. 1.* Frater sororem innuptam apud se retinere non potest contra ipsius voluntatem, pro suo arbitrio, sui commodi & lucri causa, neq; diutius, quàm ubi adoleverit & ad legitimam ætatem pervenerit: neq; cognatorum quispiam, quisquis is sit, qui puellæ tutelam gerit. Quod si frater vel alius tutor sororem aut cognatam innuptam retinere

vult, propter bona ipsius, & constat, eam rectè collocari potuisse, aliorum cognatorum officio incumbit, ea de re apud Regem queri, & Rex eam de consilio cognatorum elocabit pro dignitate. Nam quemadmodum fœminæ bona paterna amittunt, & exhæredantur si consilium cognatorum aspernentur, & suo arbitrio nubant, aut se stuprandas dent: ita nec cognati eas innuptas detinere possunt, ubi adoleverint, & ad legitimam ætatem pervenerint. Itaque si contingat puellam 18. annorum vel viduam in judicio vel in comitiis à tutoribus vel curatoribus petere ut nuptum collocetur, eamque tutores collocare recusent, eaque vitietur; bonorum hæreditariorum jacturam non facit, sed ad ea nihilominus admittitur: Sed tamen tutorum officio incumbit, eum qui illi vitium intulerit jure persequi, & reus vel sese juramento purgabit, vel mulctam novem marcarum persolvet. Atq; hæc ego statuta maximè probanda existimo, ut quæ bonis moribus & rationi sint consentanea. Nam tantum abest, ut libertati matrimonii adversentur, *quemadmodum Panormit. sentit cap. 1. de sponsalib.* ut ad nuptias ritè & decorè ineundas viam muniant & patefaciant. Et qui ea condiderunt, firmitati felicitatique conjugiorum consulere voluerunt. Et hanc sententiam confirmant virorum doctorum testimonia. *Vives lib. 3. de fœmina Christiana*: In locum parentum consanguinei atque affines seniores succedunt; illarumq; castiganda est impudentia, quæ non solum inconsultis iis, quibus parentum reverentiam debent, sed invitis quoque & reclamantibus, ipsæ sibi maritos inveniunt, planè testificantur, se non tàm hoc agere, ut carnis incitamentis sine scelere eant obviam, quàm hunc virum ad libidinem cum eo explendam expetere: facturæ sine connubio, si sine dedecore liceret. Itaque respectui hominum non Dei conjugium prætenditur. Deus tamen reprehendet & punier, cujus oculis nullum obstabit velum: qui vitium ipsum intueatur nudum apertumque: talia enim sunt omnia ante illum, si ratio pietatis tantùm in eorum valet animis & effugere volunt culpam. Idque unum quæritur per conjugium, nihil debet ipsarum referre, quis sit maritus, modo à crimine vindicet per matrimonium, & hoc honoris illis habeant, quibus cœlesti oraculo jubentur obtemperare, ut cupido sit mulieris, electio sit parentis, significet mater se velle nubere, pater declaret, cui nubet. Etsi autem de viduis hæc

statuit

statuit Vives, tamen etiam in filiabus virginibus locum habere planum est. In qua etiam sententia Erasmus fuit, cujus verba supra adscripsimus ubi de tutoribus ageremus. Ex quibus elicitur & curatorum consensum ad nuptias contrahendas requiri, usque adeo, ut nisi intervenerit, sponsalia infringi possint, maximè vero si puella nondum sit adultæ ætatis, & sponsalia à se absque tutorum consensu inita dissolvi cupiat, quod technis vel illecebris circumventa fidem temere dederit, & ante nuptias à cognatis vel curatoribus rectiùs edocta eam liberari cupiat, quod facti & promissionis eam pœniteat. Idque æquitati consentaneum est, neque dubitationem ullam habet, præsertim ubi de bucillæ nuptiis agitur. Et ita in † 9
Consistorio nostro pronunciatum memini in causa Pastoris Husensis. Omnes enim † leges & civiles & aliarum gentium in puella- 10
rum nuptiis curatorum judicium & auctoritatem requirunt. De filiis seu adolescentibus non tàm sunt solliciti, neque tàm diligenter cavent: neque enim in filiisfamilias tàm attenditur parentum, tutorum & curatorum authoritas ut in filiabus. Idque quod facilius fucus fiat puellis quàm adolescentibus, & pudicitiæ jactura major in illis quàm in his est. Cum virorum libidini leges indulgeant: fœminarum autem maximè detestentur: ut infra suo loco dicetur. Et filius non potest cogi ad ducendâ eam quam recusat *l. nec filium l. non cogitur. de ritu nupt.* Filia autem consentire cogitur, si pater eam viro honesto despondeat, *l sed ea, vers tunc autem de sponsalib.* Et filius qui citra patris consensum uxorem duxit exhæredari non potest: filia potest: *l. 18. conjuncta, Cod. de inofficio teste.* nisi pater in quærenda conditione diutius commoratus fuerit. Unde † constat filias arctio- 11
ri jure teneri quàm filios. Ideoq; & filii emancipati jure civili absque parentum consensu nuptias contrahunt, etsi legitimæ ætatis non sint. *l. filius de ritu nupt.* quod minùs periculi sit quàm in filiabus propter sexus fragilitatem, quæ etiamsi emancipatæ sint, quod 25. annum attigerint, non modo primas, sed & secundas quidem nuptias sine patris consensu contrahunt *l. vidua C. de nuptiis.* Quibus rationibus motus ego curatorum consensum immasculis non tàm anxiè aut strictè ut in fœminis requirendum censeo: Quamvis si malis artibus dolis aut technis adolescens in fraudem illectus inconsultò nuptias promiserit, liberari cupiat, eum audiendum existimem.

Harmenop.

Harmenop. lib. 1. T. 12 §. quod si minor qui de nuptiis loquitur contractus. Sed ne curatores suo abutantur imperio & authoritate, certum tempus ei rei præfinitum est, quo elapso pupilli sine eorum consilio recte nuptias contrahunt. Et quidem jure civili annus vigesimus quintus. Nam ubi eam ætatem excesserint pupilli, propinquorum sententiam explorare necesse non habent: imo nec parentum *d. l. viduæ C. de nuptiis.* Et post eam ætatem etiam iis inconsultis nubunt, nec pœnam exhæredationis incurrunt, quia non sua sed parentum culpa peccasse præsumuntur. *Novell. Justinian. ut cum de appellatione cognoscitur.* Unde recte ille *apud Terentium Adelph. 4. scen. 5.*

An sedere oportuit domo virginem tam grandem,
Donec cognatus hinc illinc venire exspectantem.

Item *Phorm. Act. 3. scen. 3.*

Nec monebat ætas virginis meam negligentiam.

Et tritum est illud *Menandri* suprà annotatum.

Aetatis est quæ nubilis filia,
De se filendo plurima loquitur tamen.

Sed quia tempus illud ætati præfinitum longiusculum videbatur, ideo & legibus introductum est, ut ætatis veniam impetrare à principe pupillis liceat, & de curatorum potestate exire, si tamen per se ipsi rebus suis superesse, soliq; eas recte gerere possint, & integræ existimationis ac probitatis de se testimonium afferant. Tum itaq; veniam ætatis consecuti omnia legitimæ absolutæq; ætatis hominum munera obeunt atq; ea gerunt, quæ à majoribus geri possunt. *l. 2. C. de his qui ætatis veniam impetrant l. 5. mulier C. de sponsalibus, Harmenop. lib. 1. Tit. 12 & lib. 4. Tit. 2. §. de impetranda ætatis venia.* Impetrant autem veniam viri ubi vicesimum annum excesserint, vel ut habet textus vicesimi anni metas impleverint. Fœminæ verò cum decimum octavum annum egressæ fuerint, hoc est, viri à vicesimo anno ad quintum usq; & vicesimum. Fœminæ verò à decimo octavo ad vicesimũ quintum, *ut Harmenop. recte interpretatur.* Atq; his consentanea tra-
13 dunt † leges aliarum gentium hinc, ut apparet, petitæ. Jure Saxonico pupillaris ætas anno 21. finitur. *art. 45. lib. 1.* Nomocanon Slesuicensis *lib. 1. cap. 3.* annum decimum octavum, filiabus expresse præfiniens post quem suo arbitrio nubere possit curatoribus nullam conditionem quærentibus, ut ex verbis suprà enumeratis colligitur.

Idem

Digitized by Google

Idem lex Genevensis 100. *Que nuls jeunes gens n' ayent pouvoir de contracter mariage sans conge de leur dits peres si non qu' iceux parvenus en a go legitima assavoir le fils a vingt ans & la fille a dixhuict & cap. 101. sequenti. Que le semblable soit observe aux pupilles qui sont sous l' auctorite de tuteurs ou curateurs.* Huic prorsus consentanea est † ordinatio Cellensis anno 1545. congesta, quæ expresse statuit, & vult ut adolescens nondum annos 20. natus, & puella infra annos 18. curatores in consilium adhibere debeant. Idq; expresse Lutherus tradidit, *in libello de causis matrimonialibus.* Die Ehe zu stifften recht vnd macht haben/ als Vater vnd Mutter/ vnd was an ihrer stat seyn mag / quæ verba non de avo vel proavo accipienda sunt, ut quidam existimant, sed de tutoribus & curatoribus. Nam hi in patris locum dantur. *Theophil. §. 1. de satisdat. tutor.* Avus autem & proavus & qui suprà hos sunt, parentes sunt, non parentum loco. Quam sententiam & *Chytræus* sequitur. *15. Levitici.*

§. II. SUMMARIA.

1 *Tutor vel curator si consentire nolit sponsalibus à pupillo vel minore contractis.*

2 *Forma sententiæ.*

SEd quid si pupillus vel pupilla alicui se non indigno fidem dedit, & curatorem in consilium adhibuit: qui tamen consultus † prorsus & obstinate refragatur invidia, malevolentia vel odio ductus, an suo dissensu nuptias impedire possit? Et siquidem puella 25. annum excesserit vel etiam 18. & sana mente judicioq; sit prædita, ac integræ quoq; existimationis ac probitatis de se testimonium afferat, ut Harmenopuli verbis utar, existimaverim curatorem suo dissensu nuptias impedire non posse. Ideoq; magistratus super ea re conventus sponsalia sua anthoritate firma esse pronunciabit & pupillam ei, cui matrimonium promisit, nubere permittet. Nam etsi curatoris judicium ad nuprias leges requirant, nubere tamen suo arbitrio pupilla potest. *d. l. in copulandis & l. sciendum, de ritu nuptiarum.* Et in Consistoriis pronunciatum scio, ut ex sententiæ formula patet. 1

VRsach den Fall vnterrichten wir/ daß weil Beklagter der Jungfrawen N. Klägerinnen die Ehe öffentlich zugesaget/ vnnd sich mit ihr verlobt. So mügen Beklagtens Vormünder solch bekendlich vnd öffentlich 2

Verlöbnis aus Vrſachen/ſo in jhrem Schreiben erzehlet/als die zu Recht nicht gnugſam/nicht hindern noch zertrennen/ ſonder Beklagter iſt ſolche gethane Verlöbnis mit dem Ehelichen Beylager zu vollnziehen ſchüldig/ darzu er denn durch das Richterliche Ampt/von der weltlichen Obrigkeit angehalten vnd Compelliret werden ſol.

§. 12. SUMMARIA.

1 *Si puella curatoribus & propinquis inſciis alicui matrimonium promiſit, an propterea quod curatorum auctoritatem aſpernata eſt, ratis manentibus ſponſalibus, mulcta pecuniaria vel alia extraordinaria coercenda ſit?*

2 *Pleræq; gentes pœnam hiſce rebus ſtatuerunt.*

3 *Baldi opinio refutatur.*

4 *Refutantur qui volunt ſtatuta civitatum non valere, quibus puella prohibetur nuptias contrahere abſq; curatorum conſenſu.*

5 *Quæ dicta ſunt hactenus, ſaltem de ſponſalibus accipienda, non de nuptiis.*

1 RUrſus quæritur: Si † puella curatoribus & propinquis inconſultis & inſciis alicui matrimonium promiſit, & ei prorſus nubere ſtatuit: an propterea, quod propinquorum conſilium & auctoritatem aſpernata eſt, ratis manentibus ſponſalibus, mulcta pecuniaria vel alia extraordinaria coercenda ſit? Et culpandam coercendamq; exiſtimaverim, maximè ſi 18. vel 25 annum non exceſſerit. Idque quod in leges naturæ & civiles aliarumq; gentium deliquerit, ut quæ propinquorum judicium requirunt, quod illa aſpernata eſt, & propinquos quos revereri debebat, contempſit. Ideoq; id impune non feret.

2 Quare pleræq; † etiam gentes pœnam hiſce rebus conſtituerunt, ut Senenſes in Italia, *Panormit. cap. 2 de ſponſal.* Et Ferrariæ ſtatuto cautum eſt, ne filia nubat abſq; matris & propinquiorum conſenſu. Et ſi id fecerit, dotem perdat. *ut ex conſil. matrimon. 78. colligitur.* Idem ſtatuit Nomocanon Sleſuicenſis, nimirum ut filiæ bona ſint in poteſtate curatorum, quæ ante annum 18. tutoribus inſciis nuptias contraxerit *lib. 1 cap. 8.* Quamvis durior ea pœna eſſe videatur. Quos imitari Reſpublicæ & Eccleſiæ benè conſtitutæ debent, dareq; operam ut omnia *εὐτάκτως* fiant.

Itaq;

Digitized by Google

Itaq; mihi non probatur † Baldi sententia, qui sentit, statutum cavens, ne adultus contrahat sine consensu propinquorum, intelligendum de bonis, non de persona, ut quæ etiam eis insciis matrimonium contrahere possit. *Bald. l. in copuland. in fine. C. de nuptiis.* Multò minus eorum, qui † statuta civitatum non valere existimant, quibus puella prohibetur nuptias contrahere ubsq; curatorum consensu vel aliorum propinquorum, quod ea libertatem matrimonii impediant: *De quo Panormit. c. 1. colum. 8. in vers. Et hæc faciunt, extra de sponsalibus.* Nam tantùm abest, ut ea matrimonia impediant, ut virgines recte & pro dignitate collocari velint & sine suspicione turpitudinis. Idq; in Ducatu Sesuicensi (unde mihi origo est) observatur usq; adeo, ut etiam instrumentis nuptialibus & literis, quibus ad nuptias necessarios & amicos invitant, hæc verba inserant. Sponsalia de consilio utriusq; partis propinquorum inita esse; **Mit beyderseits Freundschafft vnnd Verwandten Rath vnd Bewilligung.** Hæc autem, quæ de curatoribus tractavimus supervacanea videri possunt, cum ex generali quadam & ubiq; locorum recepta consuetudine, ii qui semel legitimi tutores dati sunt, iidem etiam curatores permaneant, & minoribus usq; ad vigesimum quintum annum præsint. *Quod etiam Gail. in observationibus annotavit lib. 2. observation. 96.* 3 4

Itaq; quæ de tutoribus disputata sunt, etiam ad curatores, qui tutores ferè in omnibus imitantur, referenda esse videntur. Eoq; magis quod & adultus habens curatorem pupillo æquiparari solet. *l. curatorem habens C. de in integr. restitut.* Sed & † hoc loco notandum, quæ hucusq; de authoritate parentum tutorum & curatorum notavimus, saltem ad sponsalia pertinere, & de iis accipienda esse, non de nuptiis aut matrimonio consummato. Nam nuptiæ propter dissensum parentum tutorum & curatorum contractæ non dissolvuntur. Unde Ulpianus recte: Matrimonia benè concordantia jure patriæ potestatis turbanda non esse, patrique interdicto filiam sibi exhiberi desideranti persuadendum, ne acerbe patriam potestatem exerceat. *l. 1 §. 3. de lib. exhibend. & Paulus lib. 2. sententiarum T. 19.* Eorum qui in patria potestate sunt, inquit, sine voluntate ejus recte matrimonia non contrahi, sed contracta non solvi, &c. Quod rationem habet. Ideoque liberos hos missos facere oportet, quem- 5

admodum Isaac & Rebecca filium Esaum missum fecerunt, & suæ libidini voluntatiq; eum obsequi contumeliam illatam mussitantes permiserunt.

CAPUT VII.

§. 1. Duplicem esse consensum liberorum, tacitum & expressum.

§. 2. An tacitus consensus sufficiat, quando tutores vel curatores liberos despondent?

§. 3. An tacitus consensus sponsalia de præsenti constituat.

§. 4. An & quatenus filiæ parentibus, ubi de nuptiis agitur, obedire debeant?

§. 5. Quid si filia patri morem gerere nolit, eam viro frugi collocare volenti, & tamen refragandi causam nullam habeat?

§. 6. Quo pacto succurratur filiæ, quam pater cogit ut indigno nubat.

§. 7. Quid si filia sancte affirmet se toto pectore abhorrere ab eo, quem pater ei obtrudere vult.

§. 8. Si plures sint proci vel competitores: an filiæ sit eligere, an verò patris?

§. 9. De consensu filiorum familias qui liberior est.

§. 10. An filius patri imperanti, ut hanc vel illam ducat, obsequi debeat?

§. 11. Quibusdam de causis filiis à parentibus dissentire licere.

§. 12. Inter causas illas deformitatem rectè allegari.

§. 13. Quibus casibus absq; parentum consensu sponsalia recte contrahantur.

§. 14. An

§. 14. An filii majores annis 25. ſuo arbitrio absq; voluntate parentum mariti fieri poſſint?

§. 15. An liberi impune ſponſalia contrahere poſſint inconſultis parentibus, & qua pœna afficiendi ſint?

§. 16. Formula ſententiæ, qua clandeſtina ſponſalia dirimuntur.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Conſenſus liberorum duplex, tacitus & expreſſus.*

2 *Expreſſus conſenſus quis.*

3 *Tacitus conſenſus quis.*

4 *Conſentit quæ evidenter non diſſentit.*

5 *Si puellæ pater patri adoleſcentis dicat, filiam meam do uxorem filio tuo: Et adoleſcentis pater reſpondet: Et egò filium meum do maritum filiæ tuæ; ſi præſentes puella & adoleſcens taceant, ſponſalia recte inita cenſentur.*

6 *Si filia abſente, ſponſalia conſtituantur, quando firma ſint.*

NUnc ordo poſtulat, ut priuſquam ad alia veniamus de filiorum & filiarum conſenſu dicamus. Nam ſicut nuptiis ita ſponſalibus filiumfam. conſentire *l. 11. ſponſalia de ſponſal.* Et recte, quod inhumanum ſit liberos cogere ad illa conjugia à quibus toto pectore abhorrent. Imo ſervitute durius: quod ſervitute multis modis quis liberari poſſit, à conjugii autem vinculo ſola mors liberet. Conſenſum autem † perſpicuitatis gratia duplicem conſtituimus, expreſſum 1
ſcilicet & tacitum ſeu præſumptum Expreſſum † voco quando filius 2
vel filia verbis expreſſis vel etiam ſignis in oculos incurrentibus in conjugium conſentit. Verbi gratia: *Apud Plautum in Curculione.* Planeſium puella à fratre deſpondetur & rogatur à milite num ei nubere velit? Reſpondet: Mi frater cupio. Ita ſi filia arrhas recipiat tacens vel dexteram porrigat, oſculo, amplexu vel nutu voluntatem declaret, dum à κυρίοις deſpondetur, expreſſe ſignis conſenſiſſe dicitur, *ut ſuprà explicavimus cap. 4.* Unde *Quintilian. declamat. 247* Audeo dicere judices promiſit. Neque enim unum promittendi genus eſt voluntas

hominum non tantum voce ſignata eſt. An verò ſi manu promiſiſſet; an ſi vultu annuiſſet dediſſe fidem & confirmaſſe ſpem puella videretur. Ita *Statius in epigrammate ad Stellam* oſtendit, ejus uxorem nutu conſenſiſſe in matrimonium his verbis:

Quis tibi tunc alacri cœleſtum munere clarus
Stella dies? quanto ſalierunt pectora motu?
Dulcia cum dominæ dexter connubia vultus
Annuit.——

Et nutu ut plurimum puellas voluntatem ſuam declaraſſe ſupra *cap. 3. & c. 4. circa finem* oſtendimus, quæ ad hanc rem faciunt. Tacitus conſenſus † quando filia (de filio poſtea dicemus) tacendo, hoc
3 eſt, non contradicendo conſentit patri eam deſpondenti *c. 1. §. fin. de deſponſat. impub. l. 1. ſed & ea ff. de ſponſalib.* Vel quando filia nec verbis nec ſignis voluntatem exprimit, ſed præſens eſt & tacet. Nam
4 conſentire † intelligitur, quæ evidenter non diſſentit, ut Julianus ſcribit, *l. 7. in ſponſalibus & d. l. ſed & quæ patris, de ſponſalib. Harmenop. lib. 4. t. 1. cujus verba etiam in librum ſententiarum retulit Petrus Lambardus lib. 4 diſtinct. 39.* Et hic taciturnitas, ut interpretum verbis utar, pro conſenſu habetur, juxta Regulam, Qui tacet, conſentire præſumitur. Quam regulam Hebræi his verbis exprimunt, [*Schetiukh ckhadach dahmi*] *hoc eſt*, ſilentium & confeſſio æquiparantur. Et addunt, mulierem arrham accipere, loqui autem non debere in ſponſalibus, *qua de re latius infrà cap. 11.* Nam conſenſus ille á patre expreſſis verbis præſtitus filia tacente ſignum exterius inducit, quo filiæ conſenſus ad ſponſalia neceſſarius exprimitur. *Covarruvias cap. 4. part. 2. num. 4.* Idque imprimis, ſi filia præſente ſponſalia á patre vel avo conſtituantur. *d. c. unico de ſponſalib. impub. lib. 4.* Idque uſque adeò verum eſt, ut ſi puellæ pater patri adoleſcentis dicat; Filiam meam
5 do uxorem filio tuo, vel promitto. Et adoleſcentis pater reſpondeat; Ego filium meum do maritum filiæ tuæ: ſi nec juvenis nec puella contradicit, ſed tantum obtiteſcat, utrinq; ſponſalia rectè inita cenſeantur. Idque Eraſmo placuiſſe video. Nam id in patre & avo filiæ nomine contrahente ſpeciale eſt, propter eorum vim ac poteſtatem quam in liberos habent, *ut notant gl. & Dd. d. cap. unico §. verum & l. in ſponſalibus 1. ff. de ſponſalib. Præpoſitus cap. tuæ. de ſponſalib. Communem dicit Covarruvias 2. part. cap. 4. num. 4. de ſponſal.* Reliquis eadem non eſt permiſſa

permissa potestas ut fratribus, tutoribus vel curatoribus aliisque exteris. Nam illis desponsentibus expresse puella consentire debet. *Didacus d. loco communem dicit. Et Benedictus de Capra in opin. communibus.* Argumento est quod apud Plautum, frater sororem desponsurus eam rogat, num nubere velit, & illa verbis suam voluntatem declarat. Quod & supra notavimus, ubi de tutoribus ageremus *tradit Ferretus cons. 55. n. 21. Benevent. in suo cons. 4. concluf. & cons. matrim. 84. Italorum.* Dixi filia præsente: nam si † ea absente sponsalia constituantur, tum demum ea firma erunt, ubi ea rata habuerit vel tacite vel expresse. 6 Et apud veteres ut plurimum liberos parentibus eorum nomine sponsalia contrahentibus, non contradicendo, hoc est, tacite consensisse, ex iis quæ supra *cap.* . cumulavimus, manifestum est. Neque enim in sacris vel prophanis literis ullum extat vestigium, quo demonstrari possit, filias expresse sponsalibus verbis consensisse. Nam in sacris literis omnia committuntur voluntati paternæ, cui filiæ tacitè acquieverunt, usque adeo, ut ne verbum quidem inter desponsendum prolocutæ sint. Ita Rebecca desponsetur viro, neque eam de sponsalibus rogatam legitur. Unde Ambrosius *cujus verba in cap. honorantur 32. q. recensentur:* Puella, *inquit*, non sponsalibus consulitur, sed judicium exspectat parentum. Ac desponsa virgo de die profectionis consulitur. Abraham non legitur consuluisse filium, quam vellet uxorem: nec Rebecca rogatur, num talem vellet maritum. *Erasmus.* Quamvis Theologi recentiores Rebeccam rogatam de sponsalibus existimant. Idque ex iis verbis colligunt, quæ *Genes. 24.* extant. Vocemus puellam & interrogabimus ex ore ejus. Sed si quis hæc urgeat, & ad vivum resecet, ex iis verbis id colligi non potest. Nam illa verba ad profectionem, non ad sponsalia, quæ pridiè ejus diei constituta erant, pertinent, ut rectè Ambrosius ea accipit. Et Jacob ex pacto accipit duas sorores, nec murmurat obtrusa dormienti, nec queritur præterita, cui post hebdomadam dierum erant exspectandæ nuptiæ, ut ille inquit. Et *Deuteron. 21.* qui puellam stupravit 50. siclos patri numerat & ducit uxorem de voluntate patris. De virginis consensu verbum nullum. Tobiæ filius tradentibus parentibus accepit Saram: de consensu Saræ altum silentium. Idq; indicant verba Saræ filiæ Raguelis, quæ disertis verbis fatetur, se viros sibi à parentib. traditos suscepisse:

Virum,

Virum, inquit, cum timore tuo non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere. *Apud Statium lib. 2. Thebaidos* Adraſtus deſpondet filias Argian & Deiphilen Tydeo & Polynici illis verbis, *quæ ſuprà cap. 1. enumeravimus.* De filiarum autem expreſſo conſenſu altum ſilentium. Quamvis Papinius narrat, Adraſtum filias accerſi viſſe ut ſponſos viderent, antequam ſponſalia pararet, & vicißim ipſæ viderentur. Sic enim Poeta:

---- Tum Rex longævus Areſten
(Natorum hæc altrix, eadem fidißima cuſtos
Lecta, ſacrum juſtæ Veneri occultare pudorem)
Imperat acciri, tacitoq; immurmurat aure.
Nec mora, præcepti cum protinus utraq; virgo
Arcano egreſſæ thalamo (mirabile viſu)
Pallados armiſonæ pharetrataq; ora Dianæ
Æqua ferunt, terrore minus nova deinde pudori
Viſa virum facies pariter pallorq; ruborq;
Purpureas hauſere genas, oculiq; verentes
Ad ſanctum rediere patrem. -----

Et Siphridatæ filia abſens deſpondetur Cotyri ab Ageſilao de voluntate patris, neq; filia rogatur. *Xenophon lib. 4. hiſtor. Græcar. verba infra ſubjecimus, cap. 9. §. 7.* Quid quod Scipio Africanus filiam minorem abſentem & ejus rei inſciam inter cœnandum Senatu id petente Gracho deſpondit: *Livius lib. 8 de bello Macedon. ut ſuprà notavimus.* Cato ducturus filiam ſcribæ ſui Solonii quæſivit, num filiam verè deſpondiſſet? cum id Solonius negaſſet, at ego, inquit, idoneum generũ tibi repperi. Cum Solonius oraret, ut ipſe filiam clientem ejus collocaret cui vellet; Cato faſſus eſt, ſe puellam ſibi uxorem expetere. Ibi Solonius etſi ſciret ſe longe inferiorem natalibus, ſetio tamen agere Catonem videns aſſenſus eſt, in forum profecti ſtatim nuptias pacti ſunt. Quæ magno argumento ſunt, filias tacite conſenſiſſe & acquieviſſe voluntati paternæ. Idq; ſapientiſſimè à veteribus conſtitutum & obſervatum fuit, quod fœminæ ſuis commodis conſulere nequeant: imò ſæpe contra proprium commodum laborent, ut ait Jureconſultus. Itaq; merito deligendi ſponſi curam parentibus committunt, qui προγεγῆ innata eis non minus benè cupiunt, quàm ipſæmet ſibi. Nam experientia notum, eſt fœminas pleraſq; in cauſis connubii

nubii judicio falli, ut viros vitiosos, iracundos, stupidos, sanguinarios, vinosos, bonis & cordatis anteponant. De quibus recte scripsit Poeta Hispanus, eas luparum naturam habere in maritis deligendis. Nam lupa ex multis lupis masculis, qui eam sectantur & ad concubitum sollicitant, vilissimum ac putidissimum dicitur accipere. Atque ab illo ingenio luparum nomen ad mulieres translatum esse, quod & Vives notat. Contra viri non tam facile fœminarum amore capiuntur, nisi vel fortunæ, vel corporis & ingenii bonis commendentur. Qua de causa & leges illis magis indulgent. Plutarchus scribit incredibile & fabulosum videri, quod de Pasiphae Poetæ scribunt, eam Regi nuptam bovem amasse: cum interim quotidie videamus multas mulieres, quæ severos, cordatos & temperantes aspernentur, viris autem intemperantibus & libidinosis, quasi canibus & hircis sese subijciant: in præceptis connubialibus. Idque hac fabula innuere voluisse Poetas scribit Vives. Sed & veteres filias despondentes manu tradebant præsentes viris *ut supra ostendimus cap. 3.* Et hujus rei Deum authorem habent, qui Evam Adamo tradidit, eoipso significare volens, patris esse despondere & manu tradere. Quæ vero ita se tradi patiebatur, & non reclamabat, factis ipsis & verbis declarabat, se in matrimonium consentire. Quid enim interest, populus voluntatem suam verbis declaret, an verò rebus ipsis & factis? *l. sed & ea de legib.* Etsi autem ex iis quæ hactenus explicavimus constat, in sponsalibus contrahendis tacitum filiarum consensum sufficere, tamen rectius facere parentes, & tutius palam est, qui liberorum consensum expressum verbis minimè obscuris, hoc est, claris & apertis requirunt: idque testato. Nam sæpe comperi, sponsalia à parentibus recte constituta his de causis in dubium revocata & irrita facta esse, quod puella causaretur se nunquam iis consensisse. Vel quod verba, quibus promisisset, propter ambiguitatem & obscuritatem eluderet, vel quod ea sibi excidisse diceret. Quibus rebus fiebat, ut ad jusiurandum tanquam ultimum remedium decurrere necesse est. Sed his incommoditatibus occurri facillime potest, si expressus consensus à muliere requiratur. Idque uno ore tradunt Theologi ex illis verbis, quæ *Genes. 24.* leguntur, vocemus puellam & interrogemus os ejus.

§. 2. SUMMARIA.

1 *An tacitus consensus sufficiat, quando curatores vel tutores puellis despondent?*

2. *Apud veteres expresso consensu collocatas esse puellas à tutoribus ex antiquitatibus demonstrat auctor.*

1 SEd quid si fratres, consanguinei, tutores vel curatores puellas desqondeant, an & hic tacitus consensus sufficiat? Et non sufficere sed expressum requiri Doctores uno ore testantur. *Gloss. in c. tuæ. Abbas in cap. ex parte. de restitut spoliat. Joannes Andreæ & alii in c. final. de sponsalibus. Joannes de Imola, in d. cap. tuæ. Ubi Præpositus dicit hanc esse communem opinionem; quam etiam secutus Abbas & Felinus in c. nonne. de præsumpt. Didacus Covarruvias cap. 4. partit. 2 num. 4.* Nam major est parentum in liberos potestas, quàm tutorum in pupillos. Adde quod jura præsumunt, parentes magis studere liberorum commodis propter στοργὴν Φυσικὴν quàm tutores. Et apud veteres ex-
2 presso † consensu collocatas esse puellas à tutoribus vel fratribus Plauti authoritate confirmatur *in Trinummo*. Nam miles sororem antequam desponder, interrogat num nubere velit, ut ex verbis quæ supra retulimus, constat Et *apud Euripidem in Phœnissis* Antigòne nubere non vult filio Creontis, cui frater eam desponderat ipsa tacente. Verba ita habent: An vivens nubam filio tuo. R. Necesse est ut nubas; Quomodo enim effugies has nuptias. ANT. Nox illa me habebit Danaidum unam,

§. 3. SUMMARIA.

1 *Consensus tacitus an sponsalia de præsenti constituat.*

2 *Sponsalia veterum quæ plerunq; à parentibus contraherentur, filiis tacite annuentibus non fuerunt sponsalia de futuro, sed de præsenti.*

1 SEd hic inquirendum est an consensus† ille tacitus sponsalia de præsenti, ut loquuntur constituat. Et recepta sententia est, vera esse sponsalia seu de præsenti, si parentes liberorum præsentium & tacentium nomine ea constituant *cap 1. §. final. de desponsat impuber in sexto.* Nam consensus ille paternus expressus & præstitus tacente filio vel filia exterius signum & judicium præbet consensus à liberis præstiti. Quamvis Bonaventura ita demum sponsalia de

lia de præsenti contrahi existimat, si consensus verbis exprimatur, vel nutu, vel alio quocunque signo. Unde & illud efficitur, vetcrum sponsalia ut † quæ plerunque à parentibus contraherentur filiis tacite annuentibus, non fuisse sponsalia de futuro, sed de præsenti.

§. 4. SUMMARIA.

1 *An & quatenus liberi parentibus, ubi de nuptiis agitur, morem gerere & obedire debeant.*

2 *Patri major potestas in filia collocanda conceditur quàm in filio.*

3 *Pater si generum filiæ deligat frugi, honestum, an patri obtemperare atque nubere debeat?*

4 *Filiæ rebus etiam turpibus parentibus obsecutæ sunt.*

SEd † quia de consensu filiarum dicere cæpimus, hoc loco dispicere operæ pretium est, an & quatenus liberi parentibus, ubi de nuptiis agitur, morem gerere & obedire debeant? Et primum quidem de filiabus, postea de filiis dicemus. Nam † major potestas patri in filia collocanda conceditur quàm in filio, propter sexus fragilitatem, & quod, ut diximus, sæpe indignum digno præferunt, & eos amant, qui nihil in se habent, quod amore dignum sit. Quæ satis magno argumento sunt, eas rationem & judicium in consilium non adhibere, sed cupiditatibus & animo morbis impelli, & quasi præcipites ruere. Quæritur itaque, si pater † generum filiæ deligat frugi, honestum, & illa dignum, an patri obtemperare, eique nubere debeat? Et filiabus in deligendo marito à parentibus vix dissentire licuisse ex Vlpiano colligitur, cujus verba sunt hæc *l. 12. de sponsalibus.* Tunc solum dissentiendi à patre licentia conceditur, si indignum moribus vel turpem generum pater eligat. Ubi Græci interpretes notant, filiam alias regulariter consentire cogi: id que moribus Romanorum convenire tradit *gloss. cap. 1. in verbo consentit, de desponsat. impub.* Quo spectat illud *apud Plautum in Sticho*, ubi Panegiris mulier de suis loquens nuptiis. Hoc, inquit, in patris potestate situm est: faciendum id nobis, quod parentes imperant. Nam & si displiceret nuptiæ, divortio liberari poterant filiæ. Quo spectant verba *auctoris ad Herennium.* Nulla te afficio nata injuria. Sin probus est, bene locavi; sin est improbus, divortio te liberabo incommodis. Idem ostendunt versus *Catulli*:

exemplum Scipionis Africani supra allegatum. Et eo jure, † quod rigidum & durum esse videtur, veteres usos esse dubium non est. Imo & rebus turpibus filias parentibus obsecutas fuisse colligitur ex *Herodoto lib. 2.* Qui scribit Cleophonem cum rei nummariæ inopia laboraret filiam prostituisse. Et Loth illis, qui ædes ipsius expugnare conabantur filias se stuprandas daturum pollicetur *Gen. 19.*

§. 5 SUMMARIA.

1. *Filia si patri qui frugi & idoneum maritum ipsi deligit, assentiri nolit & nullam habet causam refragandi?*
2. *Legibus Athenienſium filias abdicare licuit, si patri in rebus honestis non paruissent;*
3. *Pater habet jus eligendi, si plures sint competitores qui filiam in uxorem petant.*
4. *Filia justam habens contradicendi causam non tenetur patri obedire.*
5. *Maritus indignus quis dicatur Dd.*
6. *Historia memorabilis ex Vive desumpta.*
7. *Filia justam habet recusandi causam, si Pater velit dare homini multis liberis onusto, vel filium dare viduæ, multorum liberorum matri.*
8. *Vitrici non adeo oderunt privignos, sed ut plurimum amant.*
9. *Vitrici apud veteres male audiunt.*
10. *Pœna secundarum nuptiarum.*

SEd quid si † filia patri qui frugi & idoneum maritum ipsi delegit, assentiri & morem gerere nolit, & nullam vel probabilem saltem causam refragandi non habeat? Et si quidem in conditione quærenda pater judicium & diligentiam adhibuit (quemadmodum facere debet & veteres fecisse supra ostendimus) generumq; filia dignum invenerit (ut de Stilicone narrat *Claudianus.* 1.

Dubius toto quærebat ab axe
Dignum conjugio generum thalamisq; Serenæ)

cui de sententia & judicio & propinquorum & magistratus, etiam filia recte collocari possit, & illa, quod alibi animum amori deditum habeat, patri obstinate refragetur, tum patri filiam reprehendere, culpare & sua potestate in illa coercenda uti, & illam castigare, tamquam immorigeram & refractariam jus esto. Idque juri civili est consentaneum, quo etiam propinquis senioribus, minorum vitia potestas corrigendi conceditur *l. unica Cod. de emendat. libero.*

Quisquis parentes ple vivens colit
Hic vivens morienſq; Deo carus eſt.

Scribit *Nazianzenus* ſe ea de cauſa ex Ponto, quo propter presbyterii ordinationem aufugerat, domum rediiſſe, ne benedictionem patris amitteret, quam veterum quidam ſanctorum ſuffuratus etiam & eius gratia patri ſuo edulio, & pilorum fictione impoſuiſſe, quodque bonum non eſt, non recte per inſidias abripuiſſe dicitur; *in Apologetico*. Et Simoiſius *apud Homerum*, quod parentibus alimenta ac pietatem non præſtitiſſet, inter breve ætatis ſpacium hoſtiliter interemptus eſſe dicitur. *Iliad lib. 4. & lib. 17.* Nam qui parentes ludibrio habent, maledictionis pœna plectuntur: quo liberis nihil poteſt accidere acerbius, neque calamitoſius. Itaque recte *Plato lib. 7. de legibus.* Nihil imprecatione parentum, ſi juſta de cauſa fiat, liberis eſſe pernitioſius Et preces parentum adverſus filios à Diis axaudiri. Oedipum contemptum à filiis malè illis imprecatum eſſe, quæ Dii exaudierint & executi ſint. Amyntora quoque Phœnici filio iratum male dixiſſe, & Theſea Hyppolyto & alios multos, quorum preces axauditæ ſint. Execrationis autem & maledictionis exemplum de Amyntore, cuius Plato meminit, apud Homerum extant. Phœnix Amyntoris filius pædagogus & alumnus Achillis fuit. Amyntor amicam habebat pulchram, quam uxoris pene loco amabat: uxorem autem contemnebat. Uxor id ægre ferens quotidie filium Phœnicen obſecrabat, ut cum pellice patris concumberet, ſperans fore, ut illa patrem ſenem contemneret: cui filius obſecutus cum ea conſuetudinem habuit. Pater ubi id comperiſſet, Phœnicen cum concubia ſua rem habuiſſe, eum execratus eſt, invocatiſque Erynnibus illi imprecatus eſt orbitatem liberorum, & ne quiſquam ex illo naſceretur, quem avus ſuper genua collocare poſſet. Quam imprecationem Dii inferi, & imprimis Pluto ratum fecerunt. Atque ibi tum Phœnix, quem pater in ædibus ferre non poſſet, relicta Helade in Phthiam ad regem Peleum ſeſe contulit & ibi educavit Achillem, ea de cauſa, quod cum illi à Deo denegaretur, ut pater eſſet generatione, ſaltem educando pater eſſet. *lib. 9. Iliad.* Aliud de Althea matre, quæ filio Meleagro necem imprecata eſt, & contabuit. Addit *Plato* non ſolum à Diis parentes exaudiri, quoties

quoties à liberis contemnuntur, verùm etiam quando honorantur. Ideoque cum læti bene liberis precantur, eos similiter exaudiri Nam alioqui in bonis distribuendis Dii justi non essent, quod dicere religio est. Itaque nullum honoratius simulachrum apud Deos nos posse habere, quàm parentes & avos senio confectos matresque similiter; quibus honoratis Deus gaudet. Parentum enim simulacrum dignius & admirabilius esse debere, quàm imagines rerum inanimatarum. Nam qui animam habent, quando à nobis coluntur, pro nobis orare & bene velle: quando spernuntur, imprecari: contrà quæ anima careant, horum neutrum facere. Ex quibus concludendum, qui parentes & avos cæterosque honorat, eum ad Deum sibi conciliandum omnium simulachrorum optima possidere. *Hucusque Plato*: quæ omnia liberis inculcanda esse pietas & ratio suadet.

3. Idem dicendum est, si † plures sint competitores, qui filiam in uxorem petant, patri jus eligendi tribuendum esse; qui pro ϛοργῇ innata & ætate rectius providere filiæ potest, & velle præsumitur, quàm ipsamet sibi. Itaque filia patris hac in re consilium, authoritatem & consilium syncerum sequetur potius, quàm suum arbitrium insulsum, & fortassis cæco amore impeditum. Idque veteres secutos esse supra ostendimus exemplis ex tota antiquitate petitis *cap. 6. 3.* Et facit *32. q. 2. c. honorantur.* Si qua mulier vult nubere, nubat in
4. Domino, ita ut electionem mariti parentibus deferat. Nec appetentiæ æstimetur author si ipsa de nuptiis electionem sibi vindicet. Aliud dicendum † si justam contradicendi causam filia habeat. Ve-
5. luti si pater eam indigno collocare velit. Indignum autem maritum † Dd. accipiunt, qui turpitudine vitæ & infamia aliqua laborat. *Gail. 2. observat. 95. bene.* Quo spectant illa, quæ *Gellius* disputat *lib. 12. Noctium Atticarum c. 7.* Si pater imperet uxorem ducere infamem, propudiosam, criminosam, non scilicet parendum; quoniam accedente aliquo turpitudinis numero, desinunt esse per sese hæc media, atq; indifferentia. Itaque si pater filiam homini scelerato, impuro, ebrioso, homicidæ, crudeli, vel aliis vitiis inquinato, vel valetudinario, lue Gallica infecto, aut elephantiasi, deformi, gibboso, seni dementi vel simili nævo insigni propter divitias dare conetur, filia impune patri conrradicere & adversari potest. Idque expresse tradit,

tradit *l. 12. supra allegata.* Si indignum moribus aut turpem generum pater eligat. Atque ea in re, quantum à parentibus & ipsis contrahentibus peccetur, experientia testis est. Nam eò res redit, ut in contrahendis nuptiis pessimo exemplo

Protinus ad censum de moribus ultima fiat
Quæstio,

ut inquit Juvenalis Satyr. 3. An dives omnes quærimus nemo, an bonus. *Seneca.* Item, Ubique tantum quisque quantum habuit, *Cicero Plutarchus.* Non oculis, neque digitis uxorem ducere decet, quemadmodum plerosque solum computare videmus, quantum dotis afferat uxor, minime autem reputare, quomodo secum victura sit. *In præcept. conubial libe.* Quo spectat illud *Senecæ*: Uxores digitis numeramus. Et *Phocylides.* Equos generosos quærere per domos solemus, taurosque robustos & præferoces catulos. Sed bonam uxorem ducere non contendimus stulti. Neque improbum respuit mulier si dives sit. Idem iisdem penè verbis *Theognides* queritur. Et Anacroon

In amore negliguntur Imagines avorum.
Mores jacent & artes. Solum intuentur aurum.
Pereat male expetendi qui primus auctor auri.
Hinc cura nulla fratris: Spernuntur hinc parentes.
Hinc & cruenta bella quod maximorum est.
Quicunq; amamus, omnes per hoc perimus unum.

Et *Petrarchia in Africa:*

Vis quanta metallo
Dii pudor, alma fides, uni succumbitis auro.

Unde recte *Tertullianus.* Injustitiæ authorem, & dominatorem totius seculi nummum scimus omnes *lib. 4. adversus Marcionem.*

Scilicet uxorem cum dote, fidemq;, & amicos,
Et genus, & formam Regina pecunia donat.

Sed quàm fortunata sint illa conjugia, eventus ostendit. Nam veninnt à dote sagittæ, *Juvenalis Satyr. 6.* Dotibus deliniti utroque uxoribus serviunt. Et alia incommoda † & infortunia consequuntur, 6. qua de re memorabilis apud Vivem extat historia. Justina puella Romana formosissima homini locupleti sed stolido & furenti à parentibus locatur, qui propter formæ præstantiam eam suspectam

habere cæpit, & tandem Zelotypiæ furore correptus cervicem uxoris conſpicatus inclinantis ſeſe ad exuendum calceum, uxorem obtruncavit, de qua illud Epigramma.

Immiti ferro ſecuit mea colla maritus,
Dum prospero nivei ſolvere vincla pedis.
Durus & ante thorum quo nuper cepta coivi
Que cecidit noſtra virginitatis honos.
Nec culpa meruiſſe necem bona numina teſtor,
Sed jaceo fati ſorte perempta mei.
Diſcite ab exemplo Juſtinæ, diſcite patres,
Ne nubat fatuo filia veſtra viro.

Ergo ſi indignum pater elegerit, filiam caſtigandi & coercendi jus patri denegandum, & filiæ potius querendi & contra patrem agendi poteſtas concedenda eſt. Idque veterum exemplo *apud Enniam* filia his verbis patrem aggreditur & increpat.

Injuria abs te afficior indigna pater.
Nam ſi indignum eſſe Creſſontem exiſtimaveras
Cur me huic locabas nuptis; ſin eſt probus
Cur talem invitum invitam cogis linquere?

Et hic obiter notandum, Enniumindignum probo opponere. Nam cum leges ſervis durius habitis aut inſigni contumelia affectis ſubveniant, multo magis liberis ac pupillis conſulendum eſt adverſus parentum & tutorum fraudes & iniquitatem, qui ſe ſuumque commodum exliberorum incommodis quærunt, ex parentibus Tyranni fiunt. Quemadmodum *apud Alciatum* filia patrem Mezentium nominat, hoc eſt, Tyrannum crudeliſſimum, quod contagioſo & morboſo eam collocaret. Verſus hi ſunt:

Dii meliora pii Mezenti! cur age ſic me
Compellas emptus, quod tibi dote gener,
Gallica quem ſcabies dira & mentagra perurit,
Hoc quidnam eſt aliud dic mihi ſæve pater,
Corpora corporibus quàm jungere mortua vivis,
Efferaq; Hetruſci facta novare Ducis?

Et *apud Lucianum* mulier Cyzica indigno nubere recuſavit his verbis. Nequaquam, inquit, cum virum accepero, qui ipſe quoque viro 7 indiget, *in Pſeudologiſta*. His adjicio † & hanc cauſam. Si pater filiam

filiam dare velit homini multis liberis onusto, vel filium nubere viduæ, quæ ex primo marito numerosam sobolem habeat. Nam & hanc probabilem recusandi causam existimaverim propter summum vitricorum & novercarum in privignos & contra, odium. Nam recte *Lucianus* Vides, *inquit*, ut omnes arbitrantur privignos esse invisos novercis omnibus, etiamsi probæ fuerint, eosque hanc ceu communem quandam mulierum insaniam insanire: *in abdicato*. Et miserrimus est maritus, quisquis inducit filio novercam, quod uxorem non videtur utramque posse amare. *Quintilian. declamat. 1. Item.* Facinus est quod bonos privignos novercæ facilius decipiunt, nec levius oderunt. *Declam. 2.* Et Epigrammate Græco novercæ exagitantur, quod privignus quidam, cum novercæ coleret sepulchrum, à delapsa ex eo columella interemptus sit. Vitrici tamen † 8 non sic oderunt privignos. Imo ut plurimum eos, ut filios amant. Imo historiæ testantur, regna privignis à vitricis relicta. Ratio hæc est, quod sano judicio præditi vitrici recte judicent, nullas esse inter vitricos & privignos odiorum causas, nisi ipsi suis moribus & factis id conciverint, ut recte *Vives* disputat. Interim tamen † & vitrici 9 male audiunt apud veteres. *Hieronymus ad furiam*: Superducit mater filiis, non nutricium sed hostem; non parentem sed Tyrannum; inflammata libidine obliviscitur uteri sui, & inter parvulos suas miserias nescientes lugens dudum nova nupta componitur. *Item.* Si evenerit ut ex secundo marito habeas filios domesticos, oritur pugna, intestinum prælium. Non licebit tibi amare liberos nec æquis aspicere oculis, quos genuisti. Clam porriges cibos, invidebis mortuo. Et nisi oderis filios, adhuc eorum videberis amare patrem. Quod si vir de priore uxore sobolem habens, domum te introduxerit, etiamsi clementissima fueris, omnes comœdi & mimographi in novercam sævissimam declamabunt. Si privignus languerit, & condoluerit caput, infamaberis ut venifica. Si non dederis cibos, crudelis: si dederis maleficia diceris. Et quod nulla litium sit fertilior quàm seges inter vitricos, novercas & privignos, experientia adeò notum est, ut demonstrare non sit necesse, ut qui filium vel filiam in has nuptias collocat, in seditionem & perpetuas insidias coniicere videatur. Idque cum alia antiquitatis historia testatur, tum vero

exemplum *apud Herodotum lib.* 4. de Etearcho, qui amissa uxore filiæ suæ Phronimæ novercam induxit: Ea ut erat, ita reipsa se novercam præstitit, & filiam patri, quod impudicam mentiretur adeò exosam reddidit, ut pater negotiatori cuidam Tæreo filiam in mari demergendam traderet. Quibus de causis Legislatores mulierem secundo nubentem variis pœnis mulctandam censuerunt, & inter alias, ut proprietatem omnium bonorum, quæ a marito & filiis primi matrimonii habet, perdat *l. fœmina l. cum alii C. de secund. nupti.* ut & maritus similiter. *Et authent. de nuptiis*, dicitur: Mulierem nuptias repetentem tria negligere & oblivisci: Deum, memoriam defuncti, & amorem erga liberos. Item animam defuncti nuptiis repetitis contristari. *Novell. 22.* Quo spectat illud *Homeri Odyss.* 15. Nosti enim, qualis in fœmineo pectore mens est. Illius, cui nupserit vult domum juvare & ditare. Nec priorum filiorum aut viri defuncti qui nullam prius habuit aliam uxorem non amplius meminit, aut de illo amplius requirit. *Verba Minervæ.* Itaq; si ab hujusmodi viduis abhorreat vel filius vel filia, eisque nubere recuset, audiendos existimaverim.

§. 6. SUMMARIA.

1. *Pater si cogere omnino velit filiam, ut moribus indigno nubat, quid faciendum erit filiæ?*
2. *Actio κακώσεως liberis contra parentes dabatur apud Athenienses.*

1. SEd quid, si pater obstinate † operam det, & filiam cogere velit ut, moribus indigno aut turpi, crudeli, aliisve vitiis contaminato nubat? Nempe hic filia remedio quod *Gell. lib. 2. cap. 7.* prodidit utetur. Ea quæ obsequi non oportet, hoc est, in quibus parentibus mos gerendus non est, leniter ac verecunde ac sine detestatione nimia sive approbatione acerbæ reprehensionis declinanda sensim esse, & relinquenda magis quàm respuenda, hoc est, patris animum officiis, verecundia, modestia flectendum, verbis amantissimis & precibus mitigandum & expugnandum esse, qualia sunt illa *apud Terentium.*

Ego hanc amare pater, si id peccare est fateor id quoque
Tibi pater me dedo, quidvis oneris impone, impera.

Congruit *cap. 101. Genevensium*: *que l' enfant, qui ne voudroit accepter le parti-*

Digitized by Google

parti que ſon pere lui vendroit donner s'en puiſſe excuſer gardant tuſiours modeſtie e reverent ſens que pour tel refus le pere lui en face aucune punition. Ita patrem ſe flexiſſe Penelope teſtatur *apud Ovidium in Epiſt. Heroid.* ut ex his verbis colligitur:

Ille tamen (ſcilicet pater) pietate mea, precibuſq; pudicis
Frangitur & vires temperat ipſe ſuas.

Quod ſi ne tunc quidem pater æquior cogendi atque imperandi modum finemque faciat, ſeque exorari ſinat, magiſtratus officium invocabit filia *argum. l. 19. 'qui libe. de ritu nuptia. & l. 1. & 20. in conjunct. de ritu nuptiar.* Apud Athenienſes pœna erat † male tractationis, dabaturque actio κακώσεως liberis contra parentes, ſi ab iis male tractati eſſent. *Sigonius late de Republ. Athenienſ.* Quam etiam ego locum habuiſſe exiſtimo contra parentes, qui liberos invitos in nuptias coniicerent. Hujus actionis malæ tractationis exemplum eſt *apud Senecam in declamationibus. l. 5. declam 3. & l. 3. declam. 7.* Uxor item maritum malæ tractationis accuſabat. *declamat. lib. 4. declamat. 6. Et lib. 5. declamat. 3.* de duobus ſtatribus Pancratiaſtis. Et hæc quidem optima ratione conſtituta ſunt. Nec enim ex voluntate patris tantùm pendet hoc negotium, ſed & filiæ quoque hoc caſu, cum turpem aut improbum generum pater eligit, cui nubere cogitur filia. *d. l. 12. ſed quæ patris & l. non cogitur, de ritu nupt.* Magiſtratus verò conſideratis cauſæ circumſtantiis ex æquo & bono, quod juſtum videbitur conſtituet, (nam ad ejus officium pertinet diſpicere, ubi probabilem refragandi cauſam parentes vel liberi habeant) dabitque operam ne honos patri debitus violetur, neve filia in nuptias ſeſe indignas, quas juſta de cauſa reſpuit, invita coniiciatur.

† 2.

§. 7. SUMMARIA

1. *Filia ſi cauſam contradicendi nullam adferat, & tamen ſancte affirmet ſe prorſus ab eo quem pater deſtinavit & elegerit virum tota pectore abhorrere, neq; ulla ratione adduci poſſe ut eum in mariti locum diligat an audienda?*
2. *Inter homines arcana quædam eſt & occulta naturarum affinitas aut odium.*
3. Ἀντιπάθεια.
4. *Coactum omne habet tragicum exitum.*

5 *Parentes qui liberos invitos cogunt, peccant contra Deum & legem naturæ.*
6 *Authoris opinio.*

1 RUrsus quæritur, si † filia causam contradicendi nullam afferat, neque alibi animum amori deditum habeat, & tamen sancte affirmet, se prorsus ab eo, quem pater destinarit & elegerit virum, naturæ inclinatione toto pectore abhorrere, neque ulla ratione adduci posse, ut eum in mariti loco diligat, an audienda sit? Et eius excusationem accipiendam, minimeque eam cogendam existimaverim, ut invita ei collocetur, quem odit. Nam si vera loquitur, dissentiendi causam habet gravissimam & sufficientem. Quis enim animi cruciatus maior excogitari potest, aut servitus durior, quàm cum eo vivere, ætatem exigere, corpore jungi, cuius vultum & consuetudinem ferre non possit? Etenim experientia † notum est, arcanam quandam & occultam inter homines esse naturarum affinitatem, aut odium, vel naturæ quadam occulta vi, vel astrorum influentia, vel propter morum, religionis regionisque diversitatem: quo fit ut aliquis ab altero toto pectore abhorreat, in alterum verò propensus sit, nec interrogatus causam dicere possit, cur hunc amet illum oderit. Quo spectat illud *Catulli*.

Non amo te Sapidi, nec possum dicere quare.
Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Similis est oratio puellæ *apud Theocritum, Idill. 27.*

πολλοί μέ μνώοντο, νόον δ' ἐμὸν ἔτις ἔαδε·
Multi nuptias meas ambiunt, sed nullus animo meo placet.

Item: *Ausonius.*

Hanc volo, quæ non vult, illam, quæ vult, ego nolo.
Hanc amo, quæ me odit contra hanc, quæ me amat odi.

Et Alexander Aurelius *apud Capitolinum* de sorore Theoclia, quam nuptum collocare volebat scribit his verbis. Timeo ne soror mea Græcis mundiciis erudita barbarum socerum ferre non possit. Et Artabanus Rex Parthorum Antonino Imperatori eius filiam petenti in uxorem, respondet: Romano minimè congruere barbarum matrimonium: nullam enim inter conjuges fore concordiam qui neque lingua congruerent, & lingua habitusque inter se dissiderent. *Herodianus lib. 6.* Etsi autem huic affectui in filiabus causantibus se illum,

Digitized by Google

illum, quem pater obtrudere vult, non posse amare, indulgendum non esse videatur, quod (ut sunt fœminarum animi leves) momentaneus ut plurimum sit, tamen si certis indiciis & argumentis constet, eum perpetuum & invincibilem esse, non expedit, ut Erasmi verbis utar, προμαχεῖν, sed indulgendum est arcano naturæ sensui, qui & in omnibus animantibus & herbis acplantis deprehenditur, Græci ἀντιπαθείας †nominant, hoc est, naturarū inter se repugnantiam, *de qua Plutarchus lib. 2. convival. quæst. cap. 7.* Itaque pater hic pro sua erga filiam στοργῇ despiciat, quid minimo cum periculo fieri possit. Et si quidem filia supplex patri fiat, seque ab eo, quem pater dare vult, liberari cupiat; patrem commonendum existimaverim, ut de suo jure decedat potius, quàm ut patria potestate abutatur, filiamque invitam & repugnantem in nuptias coniiciat, majoris mali vitandi causa, quod ejusmodi attrahere solent conjugia. Nam recte *apud Plautum* mulier Panegyris patrem alloquens, qui eam invitam locare volebat. 3

Stultitia est, inquit, *venatum ducere invitos canes.*

Et subiicit hunc versum

Hostis est uxor quæ invita ad maritum nuptum datur.

Qua de re *Erasmus in Chiliad.* plura. Et *Aristoteles* omne coactum esse triste scribit, quia fiat †cum animi angustia, & habere tragicum exitum. *Bald. l. neq; ab initio C. de nupt. Et cap. 2. de sponsal.* Matrimonia coacta difficiles habere exitus dicitur. Ut enim amor inter virum & uxorem omnium maximus, *ut refert Artemidorus*, ita dissidium nullum est capitalius & diuturnius, ubi semel radices egerit. Plena est historia exemplorum. Hermione queritur se invitam nupsisse Neoptolemo seu Pyrrho, ut ostendunt versus hi *in epist. ad Orestem.* 4

Surdior ille freto clamantem nomen Orestis
Traxit inornatis in sua tecta comis.

Item:

Quod potui tenui, ne non invita teneret.
Cætera fœmineæ non potuere manus.

Nam Pyrrhus Troja domum reversus cum audivisset eam Oresti etiam promissam eam raputt. Itaque illa eius conjugium maximo odio habuit, eiusque vitæ insidias struxit. Et cum Orestem amaret,

amaret, clam eum monuit, ut Pyrrhum interimeret, se enim hac ratione ab eo liberari posse. Cui obsecutus Orestes, Pyrrhum in templo Apollinis interemit, & Hermionem duxit. *Dictys, Pausanias, Hygynus, Virgilius.* Aliud & quidem memorabile exemplum *apud Procopium extat lib. 1. de bello Goth.* Vitiges Rex Gothorum Matasſuntam filiam Amalesſunthæ uxorem invitam & nolentem duxit, ut hac ratione Theodorici familia & cognatione sibi devincta, regnum stabiliret. Illa quod coacta illi nupsisset, eius vitæ insidias struxit. Itaque eum Ioannem Ducem Romanorum Bellizarii comitem Ariminum venturum accepisset, ad eum misit clam, qui de nuptiis & proditione cum eo quædam communicaret & ageret. Atque deinceps semper ultro citroq; alter alterum quid ageretur certiorem reddidit, & quid consilii caperet Vigites uxor enunciavit. Postea cum Gothi re frumenraria laborarent, Bellizarius custodias asservari jubet, ne Gothis commeatum inferrent. Et cum frumenti vim magnam in horreis à Gothis recognitam accepisset, Matasſuntæ Vitigis uxoris imperio & technis effecit, ut horrea unà cum frumento comburerentur. Quæ res Gothis exitio fuit. Nam & Vitiges ipse fusus fugatusque postea cum uxore captivus Constantinopolim deductus est. Quem tamen Justinianus humaniter excipit, barbarorum multitudinem pro eximia corporis specie ac magnitudine miratus. *Procop. lib. 3.* Deinde quod ubi invitæ collocantur, puellæ verendum sit, ut ait Pontifex, ne contra Domini Apostoliq; præceptum aut reatum diffidii aut crimen fornicationis incurrant: cujus peccati malum in eum redundare constat, qui eam conjunxit invitam & reni-
5. tentem *c. de neptis q. 2 distinct 31.* Nam peccant parentes † contra Deum, & legem naturæ, qui liberos invitos cogunt, & in nuptias, ut ait ille, coniiciunt. Non minus autem peccat filia, quæ simulat se non propter amorem nuptias recusare, sed quod ab eo, quem ei pater dare vult, prorsus abhorreat. Etsi autem illa patrem fallit, excusationem falsam adferendo, adhuc tamen patri persuadendum est, ne in re dubia & incerta acerbè patriam potestatem exerceat, & ut de suo jure potius cedere velit, quàm filiam invitam in nuptias, à quibus affirmat se penitus & toto pectore abhorrere, coniiciat: cum ex duobus malis minus eligendum sit. Sacrosancta quidem in hoc

negocio

& salva parentibus esse authoritas debet. Interim tamen media tenenda est ratio ut sponte & mutuo consensu inter se contrahant vir & mulier. Id autem fiet, si parentes liberos lucri cupiditate, & alterius emolumenti causa nubere non coegerint, quos non ament; sed potius eos generos elegerint, quibus filiæ de consilio parentum non invitæ nubant. Interim mihi probatur, quod † Theologis quibus- 6
dam placuisse video, monendam esse puellam à propinquis & iis, quibus animarum cura commissa est, & ostendendū quantum ea in re peccet, & quod patri adversetur, ut quod ei verba det, quem reveri oportebat, & quod ea re pœnas sibi accersat gravissimas. Nam verendum est, nè tandem in nuptias infelicissimas coniciatur, & vitam brevem exitumq; tragicum sortiatur; juxta illud *Homeri de Simoisio Iliad. δ.*

——οὐδὲ τοκεῦσι
θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε μυνηθέν περ ἐόν περ.

Hoc est,

——*Parentibus nulla*
Reddidit præmia, itaq; brevis ipsi vita fuit.

Ex quibus efficitur, filias sine maximis & gravissimis causis parentibus, ubi de earum nuptiis agitur, refragari, aut ab iis dissentire non debere: & si id fecerint graviter adversus Deum, eiusque mandatum delinquere. Quod quidem peccatum non tantùm reprehensione, sed & pœna coercendum vereres legislatores existimaverunt. Nam filia si patri eam volenti locare nuptum, & dotem dare, non paruerit, sed viam luxuriosam elegerit, exhæredari potest. αἰτίαν ἔσον ἐπιλέξηται, ut habet Græcus textus *Novell 115. ut cum de appellatione cognoscitur cap. 3.* Sed ego utrumque requiri existimo, ut exhæredari possit. Nam ubi duo conjunctim requiruntur, alterum non sufficit *l. si hæredes, de conditio. Institut.*

§. 8. SUMMARIA

1 *Filia an sit electio, si plures sint proci vel compositores, an vero patris?*
2 *Theologorum recentiorum & JCtorum opinio hac in re.*
3 *Melanthonis opinio.*
4 *Auctoris opinio.*
5 *Historici filiarum nomina notarunt, quæ parentibus inconsultis viris nupserunt.*

1 RUrsus quæritur, si † filia conditionem idoneam invenerit, hoc est, virum frugi & honestum, eique fidem dederit, pater vero competiores plures habeat, viros bonos & idoneos; an illa patri morem gerere, an vero pater de suo jure decedere & permittere debeat, ut filia ei, quem delegit, nubat? Species facti est *apud Ovidium de Cydippe*. Versus hi sunt.

Promisit pater hanc, hæc adjuravit amanti.
Ille homines, hæc est testificata Deum.
Hic metuit mendax, sed & hæc perjura vocari:
Num dubitas hic sit major an ille metus.

Ad eam quæstionem si veteres Romanorum leges & instituta spectemus respondere facile est, reverentiam scilicet quæ parentibus debetur, & obedientiam hoc postulare ut filia patri obtemperet, & ei quem pater elegit nubat. Nam uno saltem casu filiæ recusandi facultas fuit, si pater indignum eligisset. *l. tunc autem de sponsal. Et nos ea de re supra late.* Et quod ex multis competioribus sæpe unum
2 elegerit, & quidem abjectiorem & viliorem. Idque iis licuisse in † filiabus collocandis ostendunt versus Martialis supra relati, & historiæ testes sunt. Recentiores Theologi & Jureconsulti quibus hæc duriora videntur, remedia adhibere conantur, etiamsi ipsi sibi non constent in hac quæstione explicanda. Nam alii sponsalia à filia contracta insciis & inconsultis parentibus cum viro honesto & patris conditionis temere non esse dissolvenda, statuunt, *ut Klingius tract. caussar. matrimonial. Mauserus* ea sponsalia quandoque toleranda, & patri persuadendum esse scribit, ne acerbe patriam potestatem exerceat, præsertim si aliæ accedant circumstantiæ, idque suadeant, ut si sint pares moribus & genere; juxta *l. viduæ C. de nuptiis*, & ita in Consistorio pronunciari solere. Quanquam optarem, inquid, hac in re certas constitutiones à Principibus fieri, quas in pronunciando sequi oporteret. Ne scilicet affectio esset judex, sicut communiter fit, ita ut hodie admittatur, eras dirimatur matrimonium liberorum propter dissensum parentum. Hactenus ille, *quem*
3 *sequitur Schmadelvinus Tit. de nuptiis institut. num. 32.* Melanchon † ad officium judicium pertinere scribit, judicare ubi parentes habeant probabilem retragandi causam, vel ubi non sit probabilis causa. Unde colligur hæc omnia judicis arbitrio committenda. Leges Genevenses

nevenſes & Cythræus diſtinguunt, ut ſi filius annum 20. puella vero 18. non exceſſerint parentes ſponſalia diſſolvere poſſint, etiamſi diſſentiendi cauſam graviorem nullam habeant. Ubi vero eam ætatem exceſſerint & parentes rogati nullas filiis conditiones quærant liceat liberis iis nubere quos ipſi elegerint. Ego in hac † Theologorum & Jureconſultorum diſſenſione ita diſtinguendum exiſtimaverim. Sin plures ſint competitores, quibus recte filia collocari poſſit eam patri obtemperare, & ei nubere debere, quem pater ſuo judicio elegerit. Nam æquitas & reverentia poſtulat, ut illa plus judicio paterno quam amori, quo fortaſſis capta eſt, tribuat. Quod niſi fecerit, patrem pro ſua authoritate ſponſalia diſſolvere & nuptias impedire poſſe, etiamſi illa 18. annum egreſſa ſit, niſi de ſuo jure decedere velit, quod Tyndareus fecit in Helena collacanda, & Callias *ut infra. cap. 6. diximus.* Neque injuria pater liberos prohibere videtur, qui conditiones honeſtas quærit, & filiæ offert, *l. qui liberos de ritu nuptiar.* etiamſi filiæ judicium non probet. Imò culpanda eſt maxime, quæ pater in ſuam ſententiam pertrahere, & ei parere poſtulat, Quaſi vero pater eum, quem filia cupit, ei dare cogatur, cum illa patris conſilium & juſſum ſequi, neque ab eo, ſine graviſſimis cauſis diſſentire debeat. Itaque & † hiſtorici filiarum nomina notarunt, quæ parentibus inconſultis viris nupſerunt. *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 4.* Tarquinius, inquit, duxit Tulliam ipſius tantum voluntate, nec patre, nec matre probantibus. *Et paulo poſt.* Ut vero conjuncta ſunt duo ingenia neſaria, &c. Sin vero pater conditiones nullas filiæ quærat & tamen conſentire nolit, ei quem ipſa invenerit, exiſtimaverim filiam 18. annos natam ſuo arbitrio nubere poſſe, & ſponſalia à magiſtratu ratificanda eſſe, dum tamen digno nubat *dict. lib. viduæ.* Nam hoc caſu pater injuria prohibere videtur, qui nec conditiones quærit, nec quæſitis vult conſentire, idioque ſua poteſtate abutitur. Et hic Theologorum & ICtorum recentiorum veram exiſtimaverim ſententiam, an pater probabilem habeat cauſam refragandi, alias minimè. Nec obſtat *lex viduæ C. de nuptiis.* Nam illa de viduis loquitur quæ ſuo arbitrio nubunt, *ut late ſupra.* Et hæ quidem cautiones niſi adhibeantur, liberi facillime omnia jura, quæ conſenſum parentum requirunt, eludere poterunt. Nulla enim puella erit, quæ non facile aliquem

4

5

reperiat sibi parem genere & moribus, & hac ratione patrem consentire coget.

§. 9. SUMMARIA.

1 *Consensus filiorum liberior.*
2 *An filiif. tacitus consensus sufficiat ad contrahenda sponsalia.*
3 *Filiusf sine patris consensu uxorem ducere non potest.*

1 NUnc de filiorum consensu, quod † is liberior videatur, despiciendum, sic enim habet textus *lib. 13. de sponsalibus.* Filiofamilias dissentiente, sponsalia eius nomine fieri non possunt. & *l. 12. nec filium C. de nuptiis.* Nec filiumfamilias invitum ad uxorem ducendam cogi legum disciplina permittit. Igitur sicut desideras sociare conjugio tuo quam volueris, non impedieris. Ex quibus colligitur semper ei potestatem à patre dissentiendi concedi, neque uno saltem casu id ei permitti, ut filiæ cui tum demum dissentire licet, si indignum moribus vel turpem sponsam pater ei eligat *l. sed & quæ: 2. De ritu nuptiar.* Nam lex de filio tacet cujus non est tantus pudor, & major patri contradicendi potestas. Idque responso Celsi confirmatur *l. 21. de ritu nuptiar.* Non cogitur filiusfamilias uxorem ducere, Et *l. sequenti 22.* Si patre cogente ducat uxorem, quam non duceret si sui esset arb.trii, contraxit tamen matrimonium quod inter invitos non contrahitur, maluisse videtur. Potiùs enim hoc recusare, in eo persistere, quod si non fecit, maluitque paternæ tandem quàm suæ voluntati concedere, firmum justumque erit matrimonium, quia non tam invite, quàm gravate patri censetur obsecutus. Et apud me nondum † satis exploratum est, an filii consensus tacitus sufficiat ad contrahenda sponsalia, quod jura de tacito consensu de filiafamilias loquantur. *l. 12. sed quæ patris, de sponsalib. & l. 7. in sponsalib. in fin. eod. Harmenop. lib. 4. T. 1.* Et quod filii ipsi sponsalia contraxerint (quamvis & parentes quoque eorum nomine *ut supra c. 3. notavimus.*) & parentes eorum consensum expressum requisierint argumento est, quod *Judic. 14.* legitur, Samsonem rogasse parentes ut eam quam viderat in Thimnath uxorem sibi peterent: sic enim habent vrba. Hanc mihi accipe, quia oculis meis placuit. Et quamvis initio parentes ei refragarentur, quod dicerent, cum de

2

3

suis

suis popularibus uxorem petere debere, tamen de suo jure decedunt, eamque illi uxorem petunt. Idem colligitur *ex Terentio act. 1. scen. 5. Andriæ* ex verbis adolescentis Pamphili.

Uxorem decrerat dare sese mihi hodie: nonne oportuit
Præscisse me ante? nonne prius communicatum oportuit?

Et *Actus 2. scen. 3.*

Pamph. *Cedo igitur quid faciam Dave?* Da. *Dic te ducturum.* Pamph. *hem.* Da. *quid est?*

Pa *Egone dicam?* Da. *Cur non?* Pa. *nunquam faciam.*

Et *act. 3. scen. 2.*

Præteriens modo mihi apud forum, inquit,
Uxor tibi ducenda est Pamphile.

Ubi Donatus nuptiarum, inquit, jus & potestas in patre non est. Eodem spectant verba *in Hecy. act. 1 scen. 3.*

Pater Pamphili orare occipit uxorem ut ducat.
Cum acrius instaret, fecit animi incertus ut foret,
Tundendo atq; odio denig; efficit senex.
Despondit ei guatam hujus vicini proximi. Item:
Quandoquidem ducenda est, ego habeo propemodum quam ducam, ait Clitipho, *in Hearton.* Ex quibus manifestum est, filios non tam arcto jure teneri ut filias, & majorem patri potestatem concedi in filiabus collocandis, quàm filiis: idq; propter sexus fragilitatem, & consilii infirmitatem. Et quod hic non tantum sit periculi ut in filiabus, quæ fraudibus & captionibus obnoxiæ sunt. Item filiorum consensum expressum requisitum fuisse, quamvis & suis verbis etiam plerunque parentes filiis uxores desponderint, *ut supra demonstravimus cap. 3.* Interim † tamen filiusfamil. sine patris consensu uxorem ducere non potest *l. nec filium Cod. de nuptiis. l. in sponsalib. in fin. de sponsal. l. 2. ff. de ritu nupt. l. Paulus respondit de statu hom.* etiamsi miles sit, quibus tamen multum jura indulgent, *l. 3. §. filiusfam. de ritu nuptiar.*

§. 3. SUMMARIA.

1 *An filiusfam. patri imperanti ut uxorem ducat obsequi debeat?*
2 *Filii ut plurimum parentum consilium & auctoritatem in uxore ducenda secuti sunt.*

1 SEd an † filius patri vel avo imperanti ut uxorem hanc vel illam ducat obtemperare & obsequi debeat, quæritur? Et *Gellius lib. 2. cap. 7.* ubi disputat, an semper in omnibus patris jussis obsequendum sit, Philosophorum, Græcorum & Latinorum sententias recenset, & tandem concludit: Mediam sententiam optimam ac tutissimam esse. Quædam esse parendum, quædam non obsequendum. Quæ sua vi recta & honesta sunt, ut fidem colere, ut patriam defendere, ut amicos diligere, ea fieri, &c. sive imperet pater, sive non imperet. Sed quæ his contraria, quæq; turpia, & omnino iniqua sunt, ea ne si imperet quidem. Quæ vero in medio sunt, & ea Græcis tum ἀδιάφορα tum μέσα appellantur: ut in militiam ire, rus colere, honores capessere, causas defendere, uxorem ducere, quoniam hæc & his similia per sese ipsa neq; inhonesta sunt, neque turpia, sed perinde ut a nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda fiunt aut reprehendenda. Propterea in eiusmodi omnium rerum generibus patri parendum esse censent. Veluti si uxorē ducere imperet, aut causas pro reis dicere. Quod autem utrumque in genere ipso per sese neq; honestum, neq; turpe est; idcirco si pater jubeat, obsequendum est. Sed enim si imperet, uxorem ducere infamem, propudiosam (h.e. à qua pudor & pudicitia, ut ait Festus procul sint. *Arnob. lib. 4.* Nec cum fœminis tantum sed cum viris propudiosos flagitiososq; miscere concubitus) criminosam, aut pro reo Catilina aliquo ut C. Bibulo aut P. Clodio causam dicere: non scil. parendum, quoniam accedente aliquo turpitudinis numero desinunt esse per sese hæc media atq; indifferentia. Similis est Musonii *apud Stobæum* disputatio, an patri per omnia parendum sit? Ubi tandem concludit immorigerum non esse eum qui patris præceptis turpia imperantis non paruerit, sed eum qui recte monenti & præcipienti non optemperat. In quam sententiam & *Epictetus in Enchirid. & Simplicius* descendere videntur, & *Lucian in Abdicato* Neq; enim inquit, concedit patri, ut quidvis imperet, neq; filio necesse est in omnibus omnino parere. Quædam enim mandata sunt hujusmodi ut si non parueris, non sis obnoxius pœnæ. Quædam vero id genus, ut nisi obtemperaveris ita supplicioq; dignus sis. Et quāvis hæc rigore plena esse videantur, quoque scil. filius in deligenda uxore patri parere debeat; tamen si rem ad amussim velim resecare, & quid pietas, quid

quid reverentia, quæ parentibus debetur, postulet, ponderare voluerimus; fateri cogimur non longe à scopo aberrasse Gellium, reliquos Philosophos, qui patri jubenti uxorem ducere parendum esse existimant, idque maximè si causa aliqua necessaria, & æquissima (quam *Bonaventura* rationabilem & voluntariam causam appellat & de ea disputat) subsit *lib. 4. dist. 29. q. 3.* Veluti si pater inimicos plures habeat capitales, quibus reconciliari non posset, nisi filius virginem ex ea cognitione ducat. Vel si filius puellæ alicui fidem dederit se eam ducturum tum patri imperanti filium parere debere. Vel si puella de patre bene sit merita, ut quia eum è carcere vinculis absciſsis liberasset: quod Aristomenes feciſse legitur: historia supra ex Pausania recitata est *cap. 6.* vel si pater filio adversetur & † prohi- 2
beat malam uxorem ducere. Et quidem apud veteres tam Hebræos quam Græcos & Romanos filios ut plurimum parentum consilium & authoritatem in uxore ducenda secutos esse sacræ literæ & bonorum auctorum scripta ostendunt. Isaac patri uxorem ei prospicienti non adversatur, sed eius consilium summa cum voluntate amplectitur *Genes 24.* Meminerint ergo huius exempli omnes adolescentes, & discant revereri authoritatem parentum & divinæ ordinationis sanctitatem. *Lutherus.* Et Jacob de mandato & consilio patris uxorem ducit nimirum filiam Labani, & patri, ut id faciat imperanti, paret, ut ex illis verbis colligitur. Ne ducas uxorem ex filiabus Cánaan surge vade & duc tibi uxorem de filiabus Laban avunculi tui *Genes. 28.* Et Hyllus Herculi patri mandanti ut Iolen ducat, paret, verba ex Euripide supra adscripsimus. Et Hemon *apud Sophoclem* patri Creonti vetanti ne Antigonem ducat obtemperat his verbis.

Mi pater tuus sum; & tu recte sentiens me corrigas
Te, sequar. Nullas enim uuptias anteferam tibi recte monenti.

Quæ supra cap. 6. notavimus. Idem ex Terentio colligitur ubi hæc exstat filii Pyrrhi oratio licet simulata *And. scen 3.*

Ego hanc amare fateor, si id peccare est, fateor id quoq;
Tibi pater me dedo, quidvis oneris impone, impera,
Vis me uxorem ducere hanc, vis amittere,
Ut potero feram.

Idem *act. 4. scen. 4 Hecyr.*

Ego

Egi tecum, atq; oravi uxorem ut duceres
Tempus dixi esse, impulsu duxisti meo.
Quæ tum obsecutus mihi feciſti ut decuit.
Et *Hegra Act. 3 scen. 1.*
Nunquam ausus fui recusare, quam mihi obtrudit pater,
Act. 5. scen. 5.
Ea lege huic ignoscam si id faciat, quod hunc
Aequum censeo Cliti. *Pater omnia faciam impera.*
Chrem. *Uxorem ut ducas.* Clit. *Pater.* Ch. *nihil audio.*
Sed tandem obtemperat & Philumelam ducit.
Item:
Tundendo, atq; odio deniq; effecit senex
Despondit ei gnatam hujus vicini proximi.
Item:
Pudorine an amori obsequetur magis.
Act. 1. scen. 2. Item:
Hodie uxorem ducas volo. Item:
Uxorem his moribus dabit nemo.

Ita pamphilus à Glycerio depellitur & Antipho à sponsa sua in Phormione, nisi utrique error subveniſſet. Et hæc quidem omnia legi divinæ sunt consentanea, quæ jubet parentibus parendum esse juxta illud *Pauli ad Coloss.* Filii obedite parentibus vestris per omnia, cujus expressa vestigia in Ethnicorum libris passim occurrunt, quale est illud *Senecæ lib. de bnuficiis.* Nulla vi verborum nulla ingenii facultate exprimi potest, quantum opus sit, quàm laudabile, quamque nunquam ab hominum memoria exiturum posse hoc dicere: Parentibus malis parui, cessi imperio eorum, sive æquum sive iniquum fuit, obsequentem submissumque me præbui. Ad hoc unum contumax fui ne beneficiis vincerer. *Nazianzenus.*

κρεῖσσον ἅπαν ὀφείλοντα φέρειν πάτηρ ἢ παρ' ἄλλων εὖ μάσχειν.
Melius est parentem ferre improbum, quam ab aliis beneficia accipere.

Quo spectat illud, quod veteres scriptum reliquerunt, parenti quamvis ingrato sicut legi auſterè parendū esse. Et si quid ignorent morbi aut deceptionis vitio consolari, atque docere oportet, odisse nequaquam: *Stobæus.* Scribit *Ælianus* adolescentem Eretricum, qui scholam Zenonis multos annos frequentasset interrogatum, quid

nam ibi didicisset: Qui cum se id ostensurum dixisset; pater commotus eum verberavit. Id ille molestè patienterque ferens. Hoc ipsum, *inquit*, didici, ut iram patris moderatè feram.

§. 3. SUMMARIA.

1 *Quibusdam ex causis licuit filiis dissentire à parentibus.*
2 *Prima causa.*
3 *Alia causa dissentiendi.*
4 *Alia causa dissentiendi.*

SEd & quibusdam † ex causis filiis apud veteres à parentibus dissentire licuisse deprehendo. Qualis hæc est. Si † filius à uxore uxoria abhorreat & vitam cælibem instituat, eum à patre cogi non posse, etiamsi in eius sit potestate *Harmenop. lib. 4. T. 4. in fine juxta l. 21. non cogitur, de ritu nuptiar. Et l. neq; ab initio C. de nuptiis. l. qui liberis de ritu nuptiar.* Nam et hæc justa dissentiendi causa est. Idem dicendum † est, si pater cogat filium ducere indignam moribus, propudiosam, criminosam vel simili nævo inquinatam *l. 72. de sponsalibus.* Veluti quæ famæ sit parum honestæ. Rectè *Cicero* perditissima ratio est diligere formam, negligere famam *ad Heren. 4.* Et bona existimatio pecuniis præstat. *Plutarch.* Non oculis decet neque digitis uxorem ducere, quemadmodum pleriq; supputant, quantum in dotem afferat, neq; quamadmodum se conjunctura sit reputant. *in præcept connubial.* Nam non minimum habet momenti præ judicium fama. Et non absurdè dixit *Hesiodus,* Non de nihilo esse, quod fama populari jactatur. Et qui conjugium quærit prosperum, & sine labe is ante omnia niti debet, ut uxorem deligat de qua mentiri fama veretur, ut Ausonii verbis utar, & *idem Ausonius in precatione matutina.*

1
2
3

——Nec vero crimine lædar
Nec maculer dubio, paulum distare videtur
Suspectus vereq; reus.

Itaque rectè ab Olympiade Philippi conjuge juvenis notatus est, qui uxorem duxerat formosam sed famosam. Demens, inquit, oculis duxit uxorem non auribus. Etenim si Cæsar meritò ob adulterii suspicionem uxorem repudiavit, quod diceret, Cæsaris uxorem non

Seneca colligitur *lib 5. declamat.* 3. Quidam habebat filium frugi & luxutiosum: abdicabat luxuriosum. Et *Lucian. in Abdicato Facit c sicut §. his ita 32. q. 2.* Quod cum dicto Pauli congruit *ad Corinth.* Propter fornicationem suam unusquisq; habeat uxorem, & unaquæq; suum habeat maritum. Item. Hoc autem dico propter incontinentiam vestram. Ita *in Andria* Chremes ait, se nullam objurgandi causam habere, si filius nolit uxorem ducere. Sed si propter amorem nolit uxorem ducere eam, esse injuriam, quæ objurgandi cogendique causam præbeat. Eodem spectant verba de Pamphilo tandem coacto ducere.

Cum pater orare uxorem ut ducat occipit,
Ille prius se negare, sed postquam acrius instat
Pater, facit animi incertus ut foret.

§. 8. SUMMARIA

1 *An deformitas sit legitima causa dissentiendi.*
2 *Deformitas in muliere magnum dedecus.*
3 *In conjugio ante omnia forma spectatur.*

1 SEd quid † si deformitatem aut corporis vitium alleget filius vel filia, an audiendi sint tanquam legitimam dissentiendi causam allegantes, cur eum eamve, quem quamve pater obtrudit accipere in matrimonium nolint? Et *apud Terent.* hanc excusationem adfert Clitipho, cur Panocratæ filiam ducere nolit, qui dicat eam ruffam esse, cæsiam, sparso ore, adunco naso, hoc est, deformem. Caricles item apud Achillem Statium uxorem, inquit, mihi pater dare studet, eamque deformem, duplici ut malo mulcter. Nam cum magnum malum sit formosa mulier, qui poterit deformis non duplo majus esse. Sed pater meus divitiis inhians affinitatem istam affectat: me miserum, pecuniæ trador, ut uxori mancipium sim. Et *apud Herodotum lib. 5.* refertur Amphioni fuisse filiam claudam Labdam nomine, quam ducere nemo voluerit Bachiadarum. Refert Nicætas Philippen Petebini Antiochem filiam recusasse nubere Augusto Constantino Calamano, quem Imperator manuem serat, ut eam duceret, & ab Andronici amore, cur conjugium promiserat, avelleret, quod brevitatem staturæ eius irrideret: atque ipsum imperatorem qui Philippe sororem in matrimonio habebat, insectaretur

qui

qui inepte putaret ipsam despecto inclyto & nobilissimo heroe Andronico ei nupturam. quia familia obscura ortus nuper admodum nosci cæpisset. Nam & homines pusillos & staturæ exiguæ, dicteriis exagitare solent. Cicero cum generum suum Lentulum exiguæ staturæ hominem longo gladio cinctum vidisset, quis inquit, generum meum ad gladium alligavit Sed nec fratri Ciceroni pepercit. Nam cum in provincia quam ille rexerat, vidisset clypeatam imaginem eius ingentibus lineamentis, utique ad pectus pictam (erat autem ipse Quintus staturæ parvæ) ait: Frater meus dimidius major est, quàm totus *Macrob. lib. 2. cap 3.* Et quidem id ipsum satis causæ videtur cur filius patri refragetur & bona conscientia & impune nuptias recusare posset, præsertim si insignis sit deformitas *Vives.* Exiguum bonum & momentaneum est forma, nec deformitas impedire conjugium debet, si adsint reliqua, modò ne omninò fœdissima sit & portentosa. Nam & jure divino marito uxorem repudiandi jus est, si eam in re aliqua fœdam reperiat. *Deute. 24.* Et tritum est illud. Deformem ferre grave, formosam servare difficile. Deformitas enim † in muliere magnum est dedecus, ut è contrario forma magnum decus adfert mulieribus, & quasi altera dos est. Et Aspasius dixisse fertur fieri non posse, ut is qui omnino deformis sit, bonus sit. Et quod rarò in corpore deformi generosus, formosusque animus habitet, *scripsit Panorm. c quia diversita. de conceſſo prabend.* Quo spectant *Ecdori* Poetæ Græci versus apud Stobæum.

μορφὰς ἀπρεπεῖς ὁ θεὸς κεκτημένῳ
παρεμφερεῖς τὰν τὰς τρόπους ἔχεις.
Faciem aspectu deformem habenti
Mores etiam consentaneos habes.

Et *Augustinus.* incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis: Qua de re plura congessit *Tiraquellus in l. connubial. lib. 3. gl 1. part. 3.* Itaque *Nicephorus lib. 10. cap. 4.* de virgine, quæ Athanasium fugientem occultavit & fovit. Verum, *inquit*, esse videtur quod à majoribus dictum est. Qualia sunt corpora, tales etiam esse animos. Quin etiam è diverso totus ad animorum instituta corporum quoque mores conformentur. Et in conjugio ante omnia forma spectatur propter quam etiam homines dirissimi pauperculas ducunt.

1 RUrsus quæritur, si † filia conditionem idoneam inveneric, hoc est, virum frugi & honestum, eique fidem dederit, pater vero competiores plures habeat, viros bonos & idoneos; an illa patri morem gerere, an vero pater de suo jure decedere & permittere debeat, ut filia ei, quem delegit, nubat? Species facti est *apud Ovidium de Cydippe*. Versus hi sunt.

Promisit pater haec, haec adjuravit amanti.
Ille homines, haec est testificata Deum.
Hic metuit mendax, sed & haec perjura vocari:
Num dubitas hic sit major an ille metus.

Ad eam quæstionem si veteres Romanorum leges & instituta spectemus respondere facile est, reverentiam scilicet quæ parentibus debetur, & obedientiam hoc postulare ut filia patri obtemperet, & ei quem pater elegit nubat. Nam uno saltem casu filiæ recusandi facultas fuit, si pater indignum eligisset. *l. tunc autem de sponsal. Et nos ea de re supra late.* Et quod ex multis competioribus sæpe unum
2 elegerit, & quidem abjectiorem & viliorem. Idque iis licuisse in † filiabus collocandis ostendunt versus Martialis supra relati, & historiæ testes sunt. Recentiores Theologi & Jureconsulti quibus hæc duriora videntur, remedia adhibere conantur, etiamsi ipsi sibi non constent in hac quæstione explicanda. Nam alii sponsalia à filia contracta insciis & inconsultis parentibus cum viro honesto & patris conditionis temere non esse dissolvenda, statuunt, *ut Klingius tract. caus. matrimonial.* *Mauserus* ea sponsalia quandoque toleranda, & patri persuadendum esse scribit, ne acerbe patriam potestatem exerceat, præsertim si aliæ accedant circumstantiæ, idque suadeant, ut si sint pares moribus & genere; juxta *l. viduæ C. de nuptiis*, & ita in Consistorio pronunciari solere. Quanquam optarem, inquid, hac in re certas constitutiones à Principibus fieri, quas in pronunciando sequi oporteret. Ne scilicet affectio esset judex, sicut communiter fit, ita ut hodie admittatur, eras dirimatur matrimonium liberorum propter dissensum parentum Hactenus ille, *quem*
3 *sequitur Schneidewinus Tit. de nuptiis institut. num. 37.* Melanthon † ad officium judicium pertinere scribit, judicare ubi parentes habeant probabilem retragandi causam, vel ubi non sit probabilis causa. Unde colligur hæc omnia judicis arbitrio committenda. Leges Genevenses

nevenſes & Cythræus diſtinguunt, ut ſi filius annum 20. puella vero 18. non exceſſerit parentes ſponſalia diſſolvere poſſint, etiamſi diſſentiendi cauſam graviorem nullam habeant. Ubi vero eam ætatem exceſſerint & parentes rogati nullas filiis conditiones quærant liceat liberis iis nubere quos ipſi elegerint. Ego in hac † Theologorum & Jureconſultorum diſſenſione ita diſtiguendum exiſtimaverim. Sin plures ſint competiores, quibus recte filia collocari poſſit eam patri obtemperare, & ei nubere debere, quem pater ſuo judicio elegerit. Nam æquitas & reverentia poſtulat, ut illa plus judicio paterno quam amori, quo fortaſſis capta eſt, tribuat. Quod niſi fecerit, patrem pro ſua authoritate ſponſalia diſſolvere & nuptias impedire poſſe, etiamſi illa 18. annum egreſſa ſit, niſi de ſuo jure decedere velit, quod Tyndareus fecit in Helena collacanda, & Callias *ut infra. cap. 6. diximus.* Neque injuria pater liberos prohibere videtur, qui conditiones honeſtas quærit, & filiæ offert, *l. qui liberos de ritu nuptiar.* etiamſi filiæ judicium non probet. Imò culpanda eſt maxime, quæ pater in ſuam ſententiam pertrahere, & ei parere poſtulat, Quaſi vero pater eum, quem filia cupit, ei dare cogatur, cum illa patris conſilium & juſſum ſequi, neque ab eo, ſine graviſſimis cauſis diſſentire debeat. Itaque & † hiſtorici filiarum nomina notarunt, quæ parentibus inconſultis viris nupſerunt. *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 4.* Tarquinius, inquit, duxit Tulliam ipſius tantum voluntate, nec patre, nec matre probantibus. *Et Paulo poſt.* Ut vero conjuncta ſunt duo ingenia neſaria, &c. Sin vero pater conditiones nullas filiæ quærat & tamen conſentire nolit, ei quem ipſa invenerit, exiſtimaverim filiam 18. annos natam ſuo arbitrio nubere poſſe, & ſponſalia à magiſtratu ratificanda eſſe, dum tamen digno nubat *dict. lib. viduæ.* Nam hoc caſu pater injuria prohibere videtur, qui nec conditiones quærit, nec quæſitis vult conſentire, idioque ſua poteſtate abuitur. Et hic Theologorum & ICtorum recentiorum veram exiſtimaverim ſententiam, an pater probabilem habeat cauſam reſragandi, alias minimè. Nec obſtat *lex viduæ C. de nuptiis.* Nam illa de viduis loquitur quæ ſuo arbitrio nubunt, *ut late ſupra.* Et hæ quidem cautiones niſi adhibeantur, liberi facillime omnia jura, quæ conſenſum parentum requirunt, eludere poterunt. Nulla enim puella erit, quæ non facile aliquem

4

5

reperiat sibi parem genere & moribus, & hac ratione patrem consentire coget.

§. 9. SUMMARIA.

1 *Consensus filiorum liberior.*
2 *An filiif. tacitus consensus sufficiat ad contrahenda sponsalia.*
3 *Filiusf sine patris consensu uxorem ducere non potest.*

1 NUnc de filiorum consensu, quod † is liberior videatur, despiciendum, sic enim habet textus *lib. 23. de sponsalibus.* Filiofamilias dissentiente, sponsalia eius nomine fieri non possunt. & *l. 12. nec filium C. de nuptiis.* Nec filiumfamilias invitum ad uxorem ducendam cogi legum disciplina permittit. Igitur sicut desideras sociare conjugio tuo quam volueris, non impedieris. Ex quibus colligitur semper ei potestatem à patre dissentiendi concedi, neque uno saltem casu id ei permitti, ut filiæ cui tum demum dissentire licet, si indignum moribus vel turpem sponsam pater ei eligat *l. sed & quæ 12. De ritu nuptiar.* Nam lex de filio tacet cujus non est tantus pudor, & major patri contradicendi potestas. Idque responso Celsi confirmatur *l. 21. de ritu nuptiar.* Non cogitur filiusfamilias uxorem ducere, Et *l. sequenti 22.* Si patre cogente ducat uxorem, quam non duceret si sui esset arbitrii, contraxit tamen matrimonium quod inter invitos non contrahitur, maluisse videtur. Potiùs enim hoc recusare, in eo persistere, quod si non fecit, maluitque paternæ tandem quàm suæ voluntati concedere, firmum justumque erit matrimonium, quia non tam invite, quàm gravate patri censetur obsecutus. 2 Et apud me nondum † satis exploratum est, an filii consensus tacitus sufficiat ad contrahenda sponsalia, quod jura de tacito consensu de filiafamilias loquantur. *l. 12. sed quæ patris, de sponsalib. & l. 7. in sponsalib. in fin. eod. Harmenop. lib. 4. T. 1.* Et quod filii ipsi sponsalia contraxerint (quamvis & parentes quoque eorum nomine *ut supra c. 3. notavimus.*) & parentes eorum consensum expressum requisierint argumento est, quod *Judic. 14.* legitur, Samsonem rogasse parentes ut eam quam viderat in Thimnath uxorem sibi peterent: sic enim habent vrba. Hanc mihi accipe, quia oculis meis placuit. Et quamvis initio parentes ei refragarentur, quod dicerent, cum de

suis

ſuis popularibus uxorem petere debere, tamen de ſuo jure decedunt, eamque illi uxorem petunt. Idem colligitur *ex Terentio act. 1. ſcen. 5. Andriæ* ex verbis adoleſcentis Pamphili.

Uxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie: nonne oportuit
Præſciſſe me ante? nonne prius communicatum oportuit?

Et *Actu 2. ſcen. 3.*

Pamph. *Cedo igitur quid faciam Dave?* Da. *Dic te ducturum.* Pamph. *hem.* Da. *quid eſt?*

Pa *Egone dicam?* Da. *Cur non?* Pa. *nunquam faciam.*

Et *act. 3. ſcen. 2.*

Præteriens modo mihi apud forum, inquit,
Uxor tibi ducenda eſt Pamphile.

Ubi Donatus nuptiarum, inquit, jus & poteſtas in patre non eſt. Eodem ſpectant verba *in Hecy. act. 1 ſcen. 3.*

Pater Pamphili orare occipit uxorem ut ducat.
Cum acrius inſtaret, fecit animi incertus ut foret,
Tundendo atq; odio deniq; efficit ſenex.
Deſpondit ei gnatam hujus vicini proximi. Item:
Quandoquidem ducenda eſt, ego habeo propemodum quam ducam, ait Clitipho, *in Heauton.* Ex quibus manifeſtum eſt, filios non tam arcto jure teneri ut filias, & majorem patri poteſtatem concedi in filiabus collocandis, quàm filiis: idq; propter ſexus fragilitatem, & conſilii infirmitatem. Et quod hic non tantum ſit periculi ut in filiabus, quæ fraudibus & captionibus obnoxiæ ſunt. Item filiorum conſenſum expreſſum requiſitum fuiſſe, quamvis & ſuis verbis etiam plerunque parentes filiis uxores deſponderint, *ut ſupra demonſtravimus cap. 3.* Interim † tamen filiusfamil. ſine patris conſenſu uxorem ducere non poteſt *l. nec filium Cod. de nuptiis. l. in ſponſalib. in fin. de ſponſal. l. 2. ff. de ritu nupt. l. Paulus reſpondit de ſtatu hom.* etiamſi miles ſit, quibus tamen multum jura indulgent, *l. 3. §. filiusfam. de ritu nuptiar.* 3

§. 3. SUMMARIA.

1 *An filiusfam. patri imperanti ut uxorem ducat obſequi debeat?*
2 *Filii ut plurimum parentum conſilium & auctoritatem in uxore ducenda ſecuti ſunt.*

1 SEd an † filius patri vel avo imperanti ut uxorem hanc vel illam ducat obtemperare & obsequi debeat, quæritur? Et *Gellius lib. 2. cap. 7.* ubi disputat, an semper in omnibus patris jussis obsequendum sit, Philosophorum, Græcorum & Latinorum sententias recenset, & tandem concludit: Mediam sententiam optimam ac tutissimam esse. Quædam esse parendum, quædam non obsequendum. Quæ sua vi recta & honesta sunt, ut fidem colere, ut patriam defendere, ut amicos diligere, ea fieri, &c. sive imperet pater, sive non imperet. Sed quæ his contraria, quæq; turpia, & omnino iniqua sunt, ea ne si imperet quidem. Quæ vero in medio sunt, & ea Græcis tum ἀδιάφορα tum μέσα appellantur: ut in militiam ire, rus colere, honores capessere, causas defendere, uxorem ducere, quoniam hæc & his similia per sese ipsa neq; inhonesta sunt, neque turpia, sed perinde ut a nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda fiunt aut reprehendenda. Propterea in eiusmodi omnium rerum generibus patri parendum esse censent. Veluti si uxorẽ ducere imperet, aut causas pro reis dicere. Quod autem utrumque in genere ipso per sese neq; honestum, neq; turpe est; idcirco si pater jubeat, obsequendum est. Sed enim si imperet, uxorem ducere infamem, propudiosam (h. e. à qua pudor & pudicitia, ut ait Festus procul sint. *Arnob. lib. 4.* Nec cum fœminis tantum sed cum viris propudiosos flagitiososq; miscere concubitus) criminosam, aut pro reo Catilina aliquo ut C. Bibulo aut P. Clodio causam dicere: non scil. parendum, quoniam accedente aliquo turpitudinis numero desinunt esse per sese hæc media atq; indifferentia. Similis est Musonii *apud Stobæum* disputatio, an patri per omnia parendum sit? Ubi tandem concludit immorigerum non esse eum qui patris præceptis turpia imperantis non paruerit, sed eum qui recte monenti & præcipienti non optemperat. In quam sententiam & *Epictetus in Enchirid. & Simplicius* descendere videntur, & *Lucian in Abdicato* Neq; enim inquit, concedit patri, ut quidvis imperet, neq; filio necesse est in omnibus omnino parere. Quædam enim mandata sunt hujusmodi ut si non parueris, non sis obnoxius pœnæ. Quædam vero id genus, ut nisi obtemperaveris ita supplicioq; dignus sis. Et quãvis hæc rigore plena esse videantur, quoque scil. filius in deligenda uxore patri parere debeat; tamen si rem ad amussim velim resecare, & quid pietas, quid

quid reverentia, quæ parentibus debetur, postulet, ponderare voluerimus: fateri cogimur non longe à scopo aberrasse Gellium, reliquos Philosophos, qui patri jubenti uxorem ducere parendum esse existimant, idque maximè si causa aliqua necessaria, & æquissima (quam *Bonaventura* rationabilem & voluntariam causam appellat & de ea disputat) subsit *lib. 4. dist. 29, q. 3.* Veluti si pater inimicos plures habeat capitales, quibus reconciliari non posset, nisi filius virginem ex ea cognitione ducat. Vel si filius puellæ alicui fidem dederit se eam ducturum tum patri imperanti filium parere debere. Vel si puella de patre bene sit merita, ut quia eum è carcere vinculis absciss liberasset: quod Aristomenes fecisse legitur: historia supra ex Pausania recitata est *cap. 6.* vel si pater filio adversetur & † prohi- 2
beat malam uxorem ducere. Et quidem apud veteres tam Hebræos quam Græcos & Romanos filios ut plurimum parentum consilium & authoritatem in uxore ducenda secutos esse sacræ literæ & bonorum auctorum scripta ostendunt. Isaac patri uxorem ei prospicienti non adversatur, sed eius consilium summa cum voluntate amplectitur *Genes 24.* Meminerint ergo huius exempli omnes adolescentes, & discant revereri authoritatem parentum & divinæ ordinationis sanctitatem. *Lutherus.* Et Jacob de mandato & consilio patris uxorem ducit nimirum filiam Labani, & patri, ut id faciat imperanti, paret, ut ex illis verbis colligitur. Ne ducas uxorem ex filiabus Canaan surge vade & duc tibi uxorem de filiabus Laban avunculi tui *Genes. 28.* Et Hyllus Herculi patri mandanti ut Iolen ducat, paret, verba ex Euripide supra adscripsimus. Et Hemon *apud Sophoclem* patri Creonti vetanti ne Antigonem ducat obtemperat his verbis.

Mi pater tuus sum; & tu recte sentiens me corrigas
Tege sequar. Nullus enim nuptias anteferam tibi recte monenti.

Quæ supra cap. 6. notavimus. Idem *ex Terentio* colligitur ubi hæc extat filii Pythi oratio licet simulata *And. scen 3.*

Ego hanc amare fateor, si id peccare est, fateor id quoq;
Tibi pater me dedo, quidvis oneris impone, impera,
Vis me uxorem ducere hanc, vis amittere,
Ut potero feram.

Idem *Act. 4. scen. 4 Hegr.*

Ego

Egi tecum, atq; oravi uxorem ut duceres
Tempus dixi esse, impulsu duxisti meo.
Quæ tum obsecutus mihi fecisti ut decuit.

Et *Hecyræ Act. 3 scen. 1.*

Nunquam ausus fui recusare, quam mihi obtrudit pater.

Act. 5. scen. 5.

Ea lege huic ignoscam si id faciat, quod hunc
Æquum censeo Cliti. *Pater omnia faciam impera.*
Chrem. *Uxorem ut ducas.* Clit. *Pater.* Ch. *nihil audio.*
Sed tandem obtemperat & Philumelam ducit.

Item:

Tundendo, atq; odio denique effecit senex
Despondit ei gnatam hujus vicini proximi.

Item:

Pudorine an amori obsequetur magis.

Act. 1. scen. 2. Item:

Hodie uxorem ducas volo. Item:
Uxorem his moribus dabit nemo.

Ita pamphilus à Glycerio depellitur & Antipho à sponsa sua in Phormione, nisi utrique error subveniisset. Et hæc quidem omnia legi divinæ sunt consentanea, quæ jubet parentibus parendum esse juxta illud *Pauli ad Coloss.* Filii obedite parentibus vestris per omnia, cujus expressa vestigia in Ethnicorum libris passim occurrunt, quale est illud *Senecæ lib. de bnuficiis.* Nulla vi verborum nulla ingenii facultate exprimi potest, quantum opus sit, quàm laudabile, quamque nunquam ab hominum memoria exiturum posse hoc dicere: Parentibus malis parui, cessi imperio eorum, sive æquum sive iniquum fuit, obsequentem submissumque me præbui. Ad hoc unum contumax fui ne beneficiis vincerer. *Nazianzenus.*

κρεῖσσον ἅπαν οὐσοῦντα φέρειν πάντ' ἤπαρ ἄλλων εὖ μάσχειν.
Melius est parentem ferre improbum, quam ab alio beneficia accipere.

Quo spectat illud, quod veteres scriptum reliquerunt, parenti quamvis ingrato sicut legi austeræ parendū esse. Et si quid ignorent morbi aut deceptionis vitio consolari, atque docere oportet, odisse nequaquam: *Stobæus.* Scribit *Ælianus* adolescentem Eretricum, qui scholam Zenonis multos annos frequentasset interrogatum, quid

nam

nam ibi didicisset; Qui cum se id ostensurum dixisset; pater commotus eum verberavit. Id ille molestè patienterque ferens. Hoc ipsum, *inquit*, didici, ut iram patris moderatè feram.

§. 3. SUMMARIA.

1 *Quibusdam ex causis licuit filiis dissentire à parentibus.*
2 *Prima causa.*
3 *Alia causa dissentiendi.*
4 *Alia causa dissentiendi.*

SEd & quibusdam † ex causis filiis apud veteres à parentibus dissentire licuisse deprehendo. Qualis hæc est. Si † filius à re uxoria abhorreat & vitam cælibem instituat, eum à patre cogi non posse, etiamsi in eius sit potestate *Harmenop. lib. 4. T. 4. in fine juxtal. ei. non cogitur, de ritu nuptiar. Et l. neq; ab initio C. de nuptiis. l. qui liberis. de ritu nuptiar.* Nam et hæc justa dissentiendi causa est. Idem dicendum † est, si pater cogat filium ducere indignam moribus, propudiosam, criminosam vel simili nævo inquinatam *l. 72. de sponsalibus.* Veluti quæ famæ sit parum honestæ. Recte *Cicero* perditissima ratio est diligere formam, negligere famam *ad Heren. 4.* Et bona existimatio pecuniis præstat. *Plutarch.* Non oculis decet neque digitis uxorem ducere, quemadmodum plerique supputant, quantum in dotem afferat, neq; quamadmodum se conjunctura sit reputant. *in præcept connubial.* Nam non minimum habet momenti præ judicium fama. Et noo abs re dixit *Hesiodus.* Non de nihilo esse, quod fama populari jactatur. Et qui conjugium quærit prosperum, & sine labe is ante omnia niti debet, ut uxorem deligat de qua mentiri fama vereatur, ut Ausonii verbis utar, & *idem Ausonius in precatione matutina.*

——Nec vero crimine ladar
Nec maculer dubio, paulum distare videtur
Suspectus vereq; reus.

Itaque recte ab Olympiade Philippi conjuge juvenis notatus est, qui uxorem duxerat formosam sed famosam. Demens, inquit, oculis duxit uxorem non auribus. Etenim si Cæsar meritò ob adulterii suspicionem uxorem repudiavit, quod diceret, Cæsaris uxorem non

1
2
3

tantùm crimine vacare oportere sed omni criminis suspitione: quanto justius juvenis eius recusabit nuptias, quæ licet innocens sit, tamen populari sermone traducitur, & lingua *Φιλοκερτόμη* circumtertur? Quis enim non mallet surdastrum ducere, quàm talem, quæ malè audit, & marito dedecori futura est? Huc refer si pater filium cogat ducere puellam, genero & eius natalibus indignam, ut subulci vel Agasonis filiam, quod & in Ægypto turpe fuisse refert *Herodotus*. Apud Ægyptios, *inquit*, soli omnium subulci non ingrediuntur templum, neq; aut filiam aut cujuspiam eorum filiam in matrimonium ducere, Ipsi inter se subulci dant, accipiuntq; filias. Idem dicendum, si pater filium jubeat † spuriam seu notham ducere. Nam
4 & hæc quodammodo infamis est, & de nothis semper malè suspicantur, & sentiunt homines Quamvis ex concubitu illicito sæpè videmus nasci viros optimos, & fœminas lectissimas. Interim tamen hic nævus justam excusationem meo judicio præbet filio recusandi nuptias. Nam nothi ut plurimum matris indolem referunt: Et quia negliguntur, plerumque animum ad malas artes applicant; quod latius *Erasmus* explicat *in lib. de Christia. matrim.* Sed etsi alia sit probabilis saltem causa, cogendū filium non existimaverim, ut quia sanctè affirmet, se prorsus ab ea quam pater obtrudere vult, abhorrere, quam tamen toto pectore, ut dicitur, amare debeat, vel inclinatione & occulta quadam vi naturæ, vel alia de causa, & pertinaciter eam recuset, ut ille apud Terentium, se non posse eam ducere, quam pater illi obtrudere vult. Interim tamen non ilicò, ut rectè Erasmus monet, obtemperandum erit illius affectibus, sed dandum aliquod temporis spatium si fortè corrigatur cupiditas. Verùm si durat affectus non omninò absurdus, erit humanitatis parentum de suo jure aliquid concedere, quemadmodum apud Comicum Clitiphonti reiicienti, quas mater offerebat nuptias, pater concedit illam ducere filio, quam expetebat. Nam etsi maximè culpandus sit filius, qui patris consilium & auctoritatem aspernatur, tamen patris est cum filio moderatè agere, & de suo potius jure decedere, quàm filium invitum & repugnantem in nuptias conjicere. Neque verendum est, ut potestate sua parentes abutantur, propter summam in liberos affectionem, quæ crudelitati maximè est inimica, eamque repellit. Itaque neminem tàm inhumanum reperiri posse exi-

existimo, qui non hac ἐπιεικείᾳ potius, quàm summo jure uti velit. Nam στοργὴ πρὸς τὰ τέκνα, hoc est, naturalis affectio erga conceptam sobolem id suadere imò imperare videtur, quam conculcare dæmonicum est, ut recte scripsit *Procopius Gazæus in Deuter.* Quantum autem liberis parentes indulserint, quaque moderatione usi sint, ostendunt exempla *apud Valerium Max.* & imprimis Lucii Gellii *lib. 5. T. 9 Seneca de patre filium abdicante & domo expellente*: Quanto, *inquit*, cum dolore pater membra sua resecat? Quot suspiria ducit illa resecans? Quoties lacrymatur ubi illa resecaverit, & cupit illa in locum suum reponere. Et *idem Seneca libr. de beneficiis.* Huic rei non imposuimus legem, quando satis natura caviſſet, quomodo nulla lex amare parentes indulgere liberis jubet. Supervacaneum est, inquit, in naturæ jus impelli, *lib. 4. cap. 17.* Quæ his verbis explicat *Erasmus.* Hanc causam esse arbitror, quod nullum extet speciale præceptum, quo parentes jubentur diligere liberos suos, quemadmodum nemo jubetur seipsum diligere. Hanc legem sic insculpsit intimis omnium affectibus natura, ut supervacanea videatur naturæ lex. Atque & spectat responsum Pauli *l Titia. de verb. oblig.* Cum parentes de matrimonio liberorum convenissent, & adjecta esset pœna, respondit nihilominus liberum esse negligere parentum conditionem & repudiare pactas nuptias, nec propterea pœnam committi. Idem *ex Terentio* colligi posse videtur. *And. Act. 3. Scen. 2.*

Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubium est mihi
Si nolit, quin eum merito possim cogere.

Unde constat propter promissionem cogi potuisse filium, quæ si non intervenisset, cogi non potuisse. Huc facit illud *Luciani* ubi Bacchus ita loquitur: Ad Symnichen divertit Charinus, cuius gratia tantas iras parentum sustinuit, cum divitem illam uxorem ducere negaret, quæ quinq; in dotem talenta allatura erat. Item cuivis rei argumentum est, utiq; illud, quæ neq;, nunc uxorem duxit, sed cum à patre cogeretur, & vim prope pateretur, tamen negavit ducere. Interim tamen justam filios cogendi veteribus causam fuisse, si propter amorem & turpem libidinem nuptias recusassent constat, idq; tradit expresse *Harmenop. lib. 4. T 4.* his verbis: Filius qui in potestate est luxuriosè ac intemperanter se gerens, nuptias recusare non potest. Et luxuriosum filium abdicari, h. e. familia & domo eiici potuisse ex

Seneca colligitur *lib 5. declamat.* 3. Quidam habebat filium frugi & luxutioſum: abdicabat luxurioſum. Et *Lucian. in Abdicato Facit c ſicut* §. *his ita 32. q. 2.* Quod cum dicto Pauli congruit *ad Corinth.* Propter fornicarionem ſuam unuſquiſq; habeat uxorem, & unaquæq; ſuum habeat maritum. Item. Hoc autem dico propter incontinentiam veſtram. Ita *in Andria* Chremes ait, ſe nullam objurgandi cauſam habere, ſi filius nolit uxorem ducere. Sed ſi propter amorem nolit uxorem ducere eam, eſſe injuriam, quæ objurgandi cogendique cauſam præbeat. Eodem ſpectant verba de Pamphilo tandem coacto ducere.

Cum pater orare uxorem ut ducat occipit,
Ille prius ſe negare, ſed poſtquam acrius inſtat
Pater, facit animi incertus ut foret.

§. 8. SUMMARIA

1 *An deformitas ſit legitima cauſa diſſentiendi.*
2 *Deformitas in muliere magnum dedecus.*
3 *In conjugio ante omnia forma ſpectatur.*

1 SEd quid † ſi deformitatem aut corporis vitium alleget filius vel filia, an audiendi ſint tanquam legitimam diſſentiendi cauſam allegantes, cur eum eamve, quem quamve pater obtrudit accipere in matrimonium nolint? Et *apud Terent.* hanc excuſationem adfert Clitipho, cur Panocratæ filiam ducere nolit, qui dicat eam ruffam eſſe, cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo, hoc eſt, deformem. Caricles item apud Achillem Statium uxorem, inquit, mihi pater dare ſtudet, eamque deformem, duplici ut malo mulcter. Nam cum magnum malum ſit formoſa mulier, qui poterit deformis non duplo majus eſſe. Sed pater meus divitiis inhians affinitatem iſtam affectat: me miſerum, pecuniæ trador, ut uxori mancipium ſim. Et *apud Herodotum lib. 5.* refertur Amphioni fuiſſe filiam claudam Labdam nomine, quam ducere nemo voluerit Bachiadarum. Refert Nicætas Philippen Petebini Antiochem filiam recuſaſſe nubere Auguſto Conſtantino Calamano, quem Imperator manuem ſerat, ut eam duceret, & ab Andronici amore, cur conjugium promiſerat, avelleret, quod brevitatem ſtaturæ eius irrideret: atque ipſum imperatorem qui Philippe ſororem in matrimonio habebat, inſectaretur

qui

qui inepte putaret ipsam despecto inclyto & nobilissimo heroe Andronico ei nupturam. quia familia obscura ortus nuper admodum nosci cœpisset. Nam & homines pusillos & staturæ exiguæ, dicteriis exagitare solent. Cicero cum generum suum Lentulum exiguæ staturæ hominem longo gladio cinctum vidisset, quis inquit, generum meum ad gladium alligavit Sed nec fratri Ciceroni pepercit. Nam cum in provincia quam ille rexerat, vidisset clypeatam imaginem eius ingentibus lineamentis, usque ad pectus pictam (erat autem ipse Quintus staturæ parvæ) ait: Frater meus dimidius major est, quàm totus *Macrob. lib. 2. cap 3.* Et quidem id ipsum satis causæ videtur cur filius patri refragetur & bona conscientia & impune nuptias recusare posset, præsertim si insignis sit deformitas *Veres.* Exiguum bonum & momentaneum est forma, nec deformitas impedire conjugium debet, si adsint reliqua, modò ne omninò fœdissima sit & portentosa. Nam & jure divino marito uxorem repudiandi jus est, si eam in re aliqua fœdam reperiat. *Deute. 24.* Et tritum est illud. Deformem ferre grave, formosam servare difficile. Deformitas enim † in muliere magnum est dedecus, ut è contrario forma magnum decus adfert mulieribus, & quasi altera dos est. Et Aspasius dixisse fertur fieri non posse, ut is qui omnino deformis sit, bonus sit. Et quod raro in corpore deformi generosus, formosusque animus habitet, *scripsit Panorm. c quia diversita. de concesso prabend.* Quo spectant *Ecdori* Poetæ Græci versus apud Stobæum.

μορφὰς ἀπεργεῖς ὁ θεὸς κεκτημένος
παρεμφερεῖς τὰν τὰς τρόπας ἔχεις.
Faciem aspectu deformem habens
Mores etiam consentaneos habes.

Et *Augustinus*, incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis: Qua de re plura congessit *Tiraquellus in l. connubial. lib. 3. gl 1. part. 3.* Itaque *Nicephorus lib. 10. cap. 6.* de virgine, quæ Athanasium fugientem occultavit & fovit. Verum, *inquit*, esse videtur quod à majoribus dictum est. Qualia sunt corpora, tales etiam esse animos. Quin etiam è diverso potius ad animorum instituta corporum quoque mores conformentur. Et in conjugio ante omnia forma spectatur propter quam etiam homines dirissimi pauperculas ducunt.

Neque enim Deus, *ut ait Theologus*, eos damnat aut reprobat, qui formam in conjuge ſpectant, quod illa electio ſine peccato fiat. Itaque nemo putabit ſe peccare, ſi formoſam deformi præferat. Quod etiam fieri debet in jungendis conjugiis. Idque non obſcurè innuit *Martialis*.

Ingenuam malo, ſed ſi tamen illa negetur,
Libertina mihi proxima conditio eſt.
Extremo eſt ancilla loco, ſed vincit utramq;
Si facie nobis hæc erit ingenua.

Et de formitas quidem Chremeti idonea cauſa viſa eſt, ut de ſuo jure remitteret, & filio eam ducere permitteret quæ placeret. Itaque Clitipho *quandoquidem* inquit, *ducenda eſt.*

Ego habeo propemodum quam ducam,
Nunc laudo Gnate, Clitip. *Archodinis filiam.* Soſt. *Perplacet.*

Quamuis etiam deformis aliquando propter morum & ingenii elegantiam: ametur, ut ſcripſit *Lucretius*

Nec divitiæ interdum Veneriq; ſagittis
Deteriore fit, ut forma muliercula ametur.
Nam facit ipſa ſuis interdum fœmina factis,
Morigeriq; modis & mundo corpore culta,
Ut facile inſueſcat vir ſecum degere vitam.

Hinc *Euripides*: non forma mulierum ſed virtutes delectant maritos. *Ovidius*.

Certus amor morum, formam populabitur ætas.

Sed nos de iis quæ ἐπὶ τὸ πλεῖσον accidunt, loquimur. Nam quæ nunquam aut rarò uſu veniunt, ea non curant legislatores. *l. jura cum tribut. ſeq. ff. de legib.* Qua de re ſupra latius. Ex quibus efficitur non poſſe patrem neque debere cogere filium, ut invitus eam ducat, quam ei pater obtrudit, maxime ſi probabilem recuſandi cauſam habeat, quales ſunt illæ, quas commemoravimus. Filium vero patri parere debere recta monenti, & conditionem idoneam quærenti, neque ab eo ſine maxima & graviſſima cauſa diſſentire. Quod ſi fecerit & ſine cauſa ei refragetur, peccatum eſſe maximum, quod tandem impune laturus non ſit. Nam rectè *Vives*: Magno & perpetuo rerum uſu, atque experimentis dehrehenſum eſt, rarò eſſe fortunata conjugia, quæ clanculum inter puellam & juvenem cõjerunt.

runt. Contra perpauca infelicia, quæ sunt parentibus autoribus confecta & confirmata: *de officio mariti & conjugis.*

§. 13. SUMMARIA.

1 Liberi quibus casibus absq; parentum consensu sponsalia contrahere possint?
2 Filia emancipata absq; parentum consensu nuptias non contrahit.

NUnc videndum quibus † casibus liberi absque parentum consensu sponsalia contrahere possint: Et quidem si pater furiosus sit, consentire nuptiis non potest. Ideoque nec eius consensus requiritur *l. 9. si nepos, de ritu nupt. l. si furioso C. eod.* 2. Si pater absens sit vel ab hostibus captus & liberi absque eius consensu matrimonio jungi possunt: S. tamen eius adventum triennium expectaverint, & liberi illis nubant, quorum conditionem certum sit patrem non repudiaturum, hoc est, quas nuptias verisimile sit patrem tolerare posse. *l. eod. si pater, & l. si filius de nuptiis,* hoc est, si indignum genere vel moribus sponsum vel sponsam non eligant, sed frugi & generi convenientem. Triennium est tempus legale *l. 2. C. de repudiis.* Filius emancipatus itidem absque patris consensu uxorem ducere potest, *l. filius familias emancipatus 25. de ritu nuptiar, & l. 3. §. si emancipatus ff de contra tabul. possessione,* summo jure, &c. Quod tamen ita moderandum & temperandum est, ut in matrimonio contrahendo patrem in consilium adhibeant, eiusque judicium explorent. Idque honestatis ratio flagitare videtur. Accursius. Filia † 2 tamen emancipata quoad vigesimum quintum annum attigerit non modò primas sed ne secundas quidem nuptias sine patris consensu contrahit *l. viduæ. C. de nuptiis l. 20. in conjunct. eod* Nam plus periculi est in filia quàm filio, propter sexus & consilii infirmitatem. Idioque arctiori jure tenetur 4. Si pater durus sit & liberos iniuria nubere prohibeat vel indignum eligat generum vel sponsam filio, absque eius consensu sponsalia inita rata erunt, qua de re suprà latissime 5. Si majores 25. annis sint puellæ suo arbitrio inconsultis parentibus contrahunt sponsalia impune, nec eam ob causam exhæredari possunt. *Novella, ut cum de appellatione cognoscitur, §. causas.*

Filii

§. 14. SUMMARIUM.

Filii majores viginti quinque annis, an suo arbitrio absq; parentum voluntate contrahere sponsalia possint:

SEd an filii etiam majores 25. suo arbitrio absque parentum voluntate contrahere sponsalia possint, quæritur? Et existimaverim non posse, quod lex de filia saltem loquatur, eique permittat post annum 25. nubere inconsulto patre. His haud dubiè de causis lata, quod puellarum nuptiæ absq; periculo tam diu protrahi & differri non possint ac masculorum. Nam filia matura viro & plenis nubilis annis patrem etiam tacite rogat, ut viro collocetur, *ut ait Menander*: namq; patris monet negligentiam ætas virginis, *ut Terentius loquitur*: & quod periculum in mora, verendumque sit, ne si pater id negligat vel nubere prohibeat, illa ad malas artes animum applicet, & aliquod dedecus in se admittat, ut est natura hominum proclivis ad libidinem. Nam pudicitiæ asservandæ custodes constituere difficile est, ut recte dixit *Juvenalis*.

Custode & cura natura potentior omni. *Sat. 4.*

Ideoque puellarum nuptias maturandas nullamque moram his fieri aut adferri oportere, sapienter legislatores statuerunt, quod grandiusculæ & provectiores ætate à nemine expetantur & negligantur: eaque procrastinatione castitati & famæ puellarum, labes quodammodo aspergatur. Unde ille *apud Plautum*.

Virginem habeo domi grandem, dote cassam atq; inelocabilem.
Neq; eam locare possum cuiquam.

Quibus de causis major licentia patri conceditur in filia collocanda quàm filio. Nam præses provinciæ filiæ potest in provincia conditionem quærere, filiis verò provincialem uxorem ducere volentibus consentire non potest. *l. etsi contra, C. de nuptiis.* Et tutor filiam suam pupillo in matrimonium dare non prohibetur. *l. liberum, §. ult. de ritu nuptiar.* Quæ omnia in masculis cessant. Nam eorum nuptiæ citra periculum pudicitiæ (quæ in viris pro nihilo habentur) Item famæ existimationisq; damnum differri possunt non tantū ad 25. sed & ad annū trigesimū, & ultra. Et tātum abest ut ea res illis probro sit, ut etiam

ut etiam Plato & Hesiodus & Solon ante annum trigesimum illos nolint uxores ducere. Imo Aristoteles *in Politicis* annum conjugii trigesimum septimum masculis prostituit, puellis verò annum 18. ut suo loco latius explicabitur. Ex quibus efficitur, filium etiam post vigesimum quintum annum patris consensum in nuptiis requirere debere, & patri obtemperare, iis tamen cautionibus adhibitis, quas suprà notavimus. His adjice & hanc exceptionem, si pater suo juri renunciet, & liberis concedat pro arbitrio conjugem eligere, quod Tyndareum & Callium fecisse suprà notavimus. Vel si amicis & procuratoribus mandet, ut filiabus maritos eligant, idq; se ratum habiturum: certè sponsalia hæc, quin rata sint, dubitandum non est. Idq; de Cicerone referunt, qui cum longius abfuturus esset, ne de nuptiis filiæ ad se referrent, egerunt quod probassent. *Apud Xenophontem* Gobryas Cyro filiam committit ut eam pro suo arbitrio collocet. Pecunias has tibi dono, inquit, Cyre, ac filiam hanc in potestatem tibi trado, ut de ea, sicut ipse voles, statuas *lib. 5. Cyripædias*. Eam Cyrus postea despondit Hystaspæ ut refert idem *Xenophon lib 8.* cujus verba adscribimus. Tibi verò, inquit Cyrus, mi Gobrya virum filiæ dabo. Me igitur dabis ait Hystaspis. Tum Cyrus. Num tibi, inquit, sunt facultates, quæ puellæ bonis respondeant. Ita me Jupiter amet, ait, quæ vel multò etiam pluribus pecuniis respondeant. Et ubinam, inquit Cyrus, has facultates habes? Hoc ipso loco ait Hystaspis ubi tu quoq; sedes, qui mihi amicus es; id verò sufficit mihi: subjécit Gobryas statimq; porrecta dextera. Da hunc mihi Cyre, ait, quia eum accipio, Græce δίδω ὦ κύες δέχομαι ὦ. Et prænensa Cyrus Hystaspæ dextra Gobryæ illam accipienti dabat. Ita & Siphridates interrogatus ab Agesilao num Cotyi uxorem filiam dare vellet; respondit se perlubenter facturum, quicquid Agesilao videretur. Igitur, inquit, Agesilaus, mihi videtur ut tu Sephridata Cotyi filiam des uxorem: tu verò Cotyi eam ducas: *Xenophon libr. histor. Græcar. Qua de re infra.*

§. 15. SUMMARIA.

1 *Liberi inconsultis parentibus sponsalia contrahentes quæ pœna afficiendi.*
2 *Abdicationis mos apud Græcos.*
3 *Abdicationis formula.*

4 *Explicatur* L. abdicatio C. de pat. potest.

5 *Exceptio regulæ.*

6 *Parentes si filio vel filiæ delictum condonarint, an nihilominus magistratus in eum animadvertere possit.*

1 SEd an liberi †impune inconsultis parentibus clam sponsalia contrahere possint, an verò propter auctoritatem spretam coercendi sint, vel pœna carceris vel pecunia, vel alia extraordinaria? Et coercendos existimaverim. Nam ut honos parentibus tribui aut haberi major nullus potest, quàm si de eorum consilio & judicio animum ad nuptias adjiciant, ita contumelia nulla indignior illis infertur, quàm si illis spretis & inconsultis sponsalia & nuptias ineant, ut recte ille *apud Terentium* queritur.

Adeon' impotenti esse animo, ut præter civium morem
Atq; legem, & sui voluntatem patris:
Tamen hanc habere studeat, cum summo probro.

Itaq; merito & recte coercendi & puniendi sunt. Nam cum nemini injuriam inferre impune liceat, multò minus parentibus, qui post Deum secunda causa ut simus sunt, ut Procopii verbis utar. Injuria autem est & contemptus insciis & inconsultis parentibus ea tractare & agere, quæ parentes agere decet, & quæ à parentum consilio & voluntate maxima ex parte pendent, quæq; ad totius vitæ cursum feliciter aut miserè peragendum pertinent. Lege Mosaica qui parentibus maledixerat capite pœnas luebat, & lapidibus obruebatur. *Levit. 20. Deut. 27. Exod. 22.* Et proverbio dicitur: Oculum subsannantem patrem, contumeliamq; patris senio parantem corvi torrentium eruent. Legis Serviæ hæc erant verba, ut Festus Pompejus tradit. Si parentem puer verberaverit, ast olle plorassit parentes, puer divis sacer esto. ast, inquit, prò certo plorassit, proclamarit, id est, capitale supplicium irrogandum est ei, eatenus ut lacrymæ, vox & clamor meritum dolorem testificentur. Alii Romuli legem fuisse existimant. Etsi autem filius, qui nescio patre nuptias contrahit, patri neq; maledicat, neq; colaphos infringat, tamen certum est, eum ludibrio & contemptui patrem habere, & vehementissimis doloribus afficere. Quid enim indignius, quàm cum parentum contemptu & neglectione nuptias quærere? Itaq; optandum esset, ut liberi in hoc ipso negocio parentum consilium & authoritatem sequerentur semper, aut

cum

cum contra faciunt à magistratu in eos animadverteretur, *ut Lutheri verbis utar*. Et quidem jure civili infamia notatur, qui sciens, inconsulto eo cujus in potestate est, uxorem duxerit *l. 1. de his qui notant. infam.* Pœna autem erit, si quidem tenuioris fortunæ sint, ut in custodia collocentur, & ibi biduum aut triduum macerentur. Vel si locupletiores sint, ut mulctam pecuniariam pro modo facultatum exsolvant, in usus pauperum erogandam. Qua de re extat lex *Platonis lib. 11. de legibus*. Si quis in hac civitate parentes, minus quàm decet colat: Qui ita negligitur vel per se, vel per alium ad tres de legum custodibus seniores rem deferat, & ad tres de connubiorum procuratoribus, qui re patefacta, in eos, qui injuriam intulerunt animadvertant. In viros quidem nondum triginta annos, & mulieres quæ quadragesimum annum non excesserint, vinculis atq; verberibus. Quod si ætate provectiores sint, neq; desinant parentes negligere, imo eos affligant, in jus vocentur. Judicent autem cives seniores, & condemnatus solvat patiaturve quod ab iis constituetur, ita ut nihil prætermittatur, quod dare hominum aliquis, pative possit. Similis lex fuit, ut liberi parentes alant, aut vinciantur. *Seneca declam 1. & 7.* Vel ut ipsis parentibus in eos animadvertere liceat, quemadmodum veteres feciisse, historiæ testantur. Apud Græcos quidem levissimis de causis liberi abdicantur à parentibus, hoc est, cum infamia domo ejiciebantur, *ut Nonius scribit*, & dicebatur abdicatio. Cujus duæ erant formæ, *ut scribit Quintilianus lib. 7. cap. 5.* Altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor vel adulter. Altera imperfecti velut pendentis, & adhuc in conditione positi: quales sunt in quibus abdicatur filius, quia non pareat patri: Quam tamen *Plato* vult fieri cum causæ cognitione, & de consilio propinquorum, hoc est, agnatorum & cognatorum, eorumq; suffragiis. Et si plura quam dimidiæ partis suffragia pater habuerit, liceat ei filium abdicare, aliàs minime. *lib. 11. de legibus.* Causas autem has recenset *Lucianus*. Si filius noctu foris cubuisset, si commessationibus deditus esset, si lenones pulsasset, si libidinibus sese contaminasset. Item, qui voluntati paternæ repugnasset, abdicari poterat. *Quintilianus in declamationibus declam. 9.* ubi ita filius loquitur. Neque inficior fuisse me lentiorem quàm ut oportuit, tametsi hoc præcipue videor habere patris simile. Item. Non ego æs alienum luxuria contraxi, nec profusus in vitia

fortuna noſtra male uſus ſum. *Et paulò poſt.* Quo tandem patereris animo, ſi delicatus adoleſcens tempeſtiva convivia, & pervigiles ludos advocata ſodalium turba ſolutus atq; affluens agerem, cum abdicatione dignum putes, & ultimo patriæ poteſtatis fulmine coercendum, quare mendico ſeni porrexerim. Non redempta meretrix, non egeſtum conviviis fœnus, non lenonum paraſitorumq; chara adulatio in crimen venit. Et *Lucianus:* quod obſequium, quam curam filio indignam prætermiſi; quando foris cubui; quas intempeſtivas potationes; quas commeſſationes objicis? Qui luxus; quis leno pulſatus eſt; quis accuſavit? Nemo profecto. Atq; hæc ſunt, ob quæ præcipue permittit lex abdicare. Exemplum *apud Lucianum in Abdicato.* Quidam à patre juſſus, ut novercam ſanaret inſania correptam, id facere recuſavit; ea de cauſa abdicatur, etiamſi probabilem refragandi cauſam habeat, quod dicat morbum curari non poſſe, & quod ſine ſuſpicione eam curare non poſſit, ſi quid ipſum fallat aut vos deſtituat. Eandem facti ſpeciem recitat *Seneca in declama. lib. 4. declam. 5.* Et Danaus Hyperimneſtram in jus vocavit, quod illa maritum ſuum non interemiſſet, & ſola ex omnibus filiabus patris imperata facere neglexiſſet. Nam ſe ab ea maximâ injuria affectum inrerpretabatur. At filia Argivorum ſententiis abſoluta fuit, & in ejus judicii memoriam Venerem Nicephoræ dedicavit, quam ſe vidiſſe *Pauſanias refert lib. 2. Et apud Senecam ea de re plura in lib declam.* Ubi propter nuptias etiam abdicationes factas eſſe oſtenditur *lib. 1. declam.* de filio qui ab Archipiratis captus petiit à patre, ut redimeretur: Cum id parentes negligerent, Archipiratæ filia eum jurare coegit, ut ſi dimiſſus eſſet, ſe uxorem duceret. Promiſit juratus. Relicto patre illa adoleſcentem liberatum ſecuta eſt, & paulò poſt eum duxit. Poſtea orba puella inventa eſt, quam genere proximus ducere cogitur, pater ei imperavit, ut Archipiratæ filiam dimittat & orbam ducat: cum id recuſaret, eum abdicavit. Item *lib. 2. declam. 2.* Vir & uxor juraverant, ut ſi quid alteri humanitus accidiſſet, alter moreretur. Vir peregre profectus eſt, miſit nuncium uxori qui diceret ſe deceſſiſſe, uxorq; jurejurando ſatisfaceret, ſe ex alto præcipitavit; poſtea recreata pater jubet ut virum relinquat: Non vult; abdicatur. Aliud *lib. 5.* de patre qui filium coegit repudiare uxorem filiam inimici ſui, quam duxerat patre abſente. Et ea de cauſa filium nolentem repudiare abdi-

car-

cat. Ita & Simo Pamphilum abdicare voluit, patris nomen recusans, quod contra ipsius voluntatem Pamphilus clam duxisset uxorem. Sic enim loquitur.

Quid mi pater? Si. quasi tu hujus indigeas patris?
Domus, uxor. liberi inventi invito patre.

Hi mores, *inquit Erasmus*, minantur abdicationem: Pamphilus autem supplex sit patri, veritus ne domo ejiciatur.

Tibi pater me dedo, quidvis oneris impone, impera.
Vis me uxorem ducere hanc, vis amittere,
Ut potero feram.

Mos autem † abdicationis hic fuit apud Græcos, ut pater per præconem coram omnibus enunciari curaret, & abdicaret, ne amplius secundum leges esset filius. *Plato l. 11. de legib.* Unde ἀπεκήρυξεν apud Græcos pater, filius ἀποκηρύττεται dicitur. Infamiam autem & labem hunc abdicandi morem aspersisse liberis *ex Luciano* colligitur, ubi ita adolescens loquitur. Iterum à familia alienor, ceu ob id ipsum ad breve tempus receptus, ut majori cum infamia sæpius ejicerer domo. *in Abdicato.* Deinde & domo ejectum esse & familia remotum esse eum, qui abdicaretur, neq; deinceps in liberorum loco numeratum esse, sed & à bonis expulsum, quoad viveret pater, *Valla tradit lib. 5.* Neq; abdicatum pater alere tenebatur, imò pauperrimum & vestib. spoliatum dimittebat, neq; is hæres patris erat. Sed & ad tempus fiebat abdicatio, ita ut filius domo & familia aliquando exularet, & postea reciperetur, *ut ostendit idem Lucianus de Abdicato.* qui cum patrem infamia laborantem sanasset, denuo receptus est in familiam, qui ita queritur. Videtis igitur quam mercedem cutationis feram, cum rursus ab illo abdicor, iterum alienor à familia seu ob idipsum ad breve tempus receptus, ut majore infamia rursus ejicerer domo. Sed abdicatio hæc apud magistratum fiebat. Nam pater filium, qui eum injuria affecisset, aut dicto audiens non fuisset, in jus vocabat, causas allegabat, cur filium aut filiam familia removerer. Et filius contradicens & sese excusans audiebatur: tandem causa cognita & probata admittebatur abdicatio. Idque *ex eodem Quintiliano* colligitur, apud quem loquitur abdicatus, quanquam causas abdicationis pater altius repetit: Cur, inquit, cum ego inimicum haberem pauperem, tu amicum filiū ejus habuisti? *decl. 9.* Apud Lucianum verò hæc sunt verba: Neque

enim legislator omnibus istam potestatem permisit, neque uti quoslibet filios, neque quoties libuerit abdicent, neq; quibuslibet de causis. Eaque gratia jussit, ne liberi essent & citra judicium vindicta: sed ad judices vocat, æstimatores comstituit, qui neq; per iracundiam, neq; per calumniam quod justum sit judicent. Quare noluit rem injudicatam agi, neque indefensa causa liberos statim capi vincirique: verùm & aquam infundit & ratio redditur, & nihil excussum relinquitur. Quando quidē hoc solum authoritatis datur patri, ut ad judices vocet, verùm judicandi authoritas an meritò accuset, penes vos est, qui judicio præsidetis. Abdicationis formula *apud Valer. Max.* ex-
3 tat, qua L. Manlius usus est. Cum Silanum filium meum pecunias à sociis accepisse probatum sit, & Republ. & domo mea filium meum pecunias à sociis accepisse probatum sit, & Republ. & domo mea indignum judico, protinusq; è conspectu meo abire jubeo. *Valerius Max. lib. 5. c. 8.* Ad breve etiam tempus abdicare licuisse patribus Lucianus ostendit, *Seneca lib. controversiar. 3.* Etsi autem patri filium licuit abdicare, non tamen filio abdicare patrem jus est. *Aristotel. Ethic. lib. 2. c. 14.* Abdicatio autem, quæ apud Græcos fuit usitatissima, Romanis legibus non fuit comprobata, ut scribunt Diocletianus & Maxi-
4 minus. *C. de patria potest. l. abdicatio.* Quod tamen apud me nondum exploratum est, & exempla apud Valer. Max. aliud innuere videntur. Nam Celetes eques Romanus Cæsari jubenti, ut quem filiorum abdicaret, respondit: Celerius mihi Cæsar omnes filios eripies, quàm ex his ego unum domo pellam mea. Et Torquatus junior domo paterna ejectus, præ mœrore extinctus est. *Valex. Max. lib. 2.* Themistoclem ferunt à patre abdicatum fuisse, matremq; præ dolore ignominiæ filio illatæ voluntaria morte vitam finivisse. *Plutarchus.* Sed utut sit, ad continendos in officio liberos, & ut parentibus debitus honor exhibeatur, hunc abdicandi morem in visum vitæ deductum esse nemini obscurum est. Nam si liberi parentibus sint immorigeri, si improbis sint moribus, si parentibus maledicant, aut injuriam inferant, quidni liceat eos vestibus spoliatos & nudos domo & familia ejicere, saltem ad tempus aliquod breve: cum apud Romanos impune occidere, vendere & apud Hebræos lapidare licuerit? Quibus & ego hanc causam adjicio, si insciis & spretis parentibus sponsalia ineant, ut parentib. eos ad aliquod tempus domibus & larib. ejicere liceat:

liceat: vel alia ratione in eos animadvertere. Quod si liberos exhæredare parentib. jus est qui iis inconsultis & insciis nuptias contraxerunt: *Novell. ut cùm de appellat. cognoscitur. §. si vero.* cur non & eadem ratione etiam in eos animadvertere & punire liceat, qui saltē sponsalia contraxerunt? Nam & hic patriam potestatē violatam esse, nemini est obscurum. Ex ordinatione Electoris Saxonię liberi qui absq; parentū consensu sponsalia contrahunt, pro qualitate causæ usq; ad dimidiū legitimæ, vel etiam prorsus exhæredari, carcere puniri, & ex ejus ditione exterminari possunt. *T. von Ehe gelöbnussen. fol. 99. ex l. Tauri 49. f. 429.* puniuntur amissione omniū bonorū. Idq; in Ducatu Slesuicensi frequentari & in filiab. obtinere scimus, præsertim si ad spōsalia concubitus accesserit. Et Carolus V. anno 1540. idem statuit. Et nuper Henricus IX. Rex Galliæ: His autem pœnis non subjiciuntur illi liberi, qui absq; parentum consensu nuptias contrahere possunt. Quales sunt liberi furiosi, absentes. Item emancipati, patris injuria liberos prohibentis nubere, vel concedentis, ut pro arbitrio nubant, de quibus singulis paulò ante diximus.

His adjice & hanc exceptionem, si † parentes liberis culpam 6
deprecantibus delictum condonaverint Nam pro peccato magno paulum supplicii satis est patri, *ut ille apud Terentium loquitur.* Itaque *Divus Ambrosius epist. 23.* Sisynium laudat, quod filio qui eo inconsulto uxorem duxerat, offensam remiserit. *Verba Ambrosii hæc sunt:* Quod filio nostro remisisti meo rogatu, qui te inconsulto uxorem acceperat, pietati magis tribuo, quàm nostro amori. Plus enim est pietatem ipsam de te impetravisse, quàm cujusquam petitionem. *Et paulò post:* Pulchrè itaque gestum, ut te patrem recognoscerēs simul, quia justa indignatio fuit, quoniam venturam in locum filiæ debuisti eligere judicio, cui fieres pater. Fuit ergo quod succenseres, sed fuit etiam quod remitteres. Feciſti igitur quod boni parentes, ut citò ignoscerēs, sed obsecratus. Nam antequam rogareris, non erat ignoscere, sed factum probare. Deinde diutius differre veniam, & tibi acerbum & illis inutile. Neque enim paterna viscera diutius tolerare possent. Et *Josephus l. 4 c. 8.* parentes ad ignoscendum propensos esse debere tradit, si liberi reprehensi & moniti resipiscentiā testentur, & culpam deprecentur Hoc enim ad legislatoris clementiæ laudē, & ad parentum felicitatē pertinere, si nec filium nec filiam legibus dare pœnas videant.

videant. Sin verò obstinati parentes neglexerint, tum eos suo jure uti debere. Ignoscendi autem causæ justissimæ hæ sunt: Si filius vel filia non indigno nupserit, sed ei quem verisimiliter parentes, si in consilium adhibiti essent, non fuissent repudiaturi. *argumento l. si pater & filius. de rit. nuptiar.* Vel si filius puellæ matrimonium promisit, quæ eum in discrimine vitæ versantem servarit. Qua de re *apud Senecam in declamationibus* extat facti species, *lib.* 1 paulò ante recitata. Vel si mora patris absentis conditioni à filio quæsitæ impedimentum esset allatura, & damnum irreparabile, quod Sidonius Apollinaris de quodam clerico refert Vel etiam simili de causa quæ patri pro sua erga liberos στοργῇ satis esse debet. De pœna, qua liberi, qui insciis parentibus nuptias contraxerunt, afficiendi sunt, alibi.

6 Sed † hic rursus quæritur. An si parentes filio vel filiæ delictum condonarint & remiserint, nihilominus in eum vel eam magistratus animadvertere possit & debeat. Et ita dicendum videtur. Nam cum non tantum patrem sed etiam Ecclesiam suo facto offenderit, æquum est, ut in eum exemplum edatur, quo in posterum alii ab ejusmodi incepto deterreantur, ne si impune id ferat, plures ad delinquendum invitentur: cum impunitatis spes maxima sit peccandi illecebra. Et ita sentit *Lutherus Tom. 4. fol. 601.* Ac optabilius erat ut aut liberi in hoc ipso negocio parentum autoritatem & consilium sequerentur semper, aut cum contra faciunt, à magistratu in eos animadverteretur. Quid enim indignius, quàm cum parentum contemptu aut neglectione nuptias quærere?

§. 16. SUMMARIUM.

Forma sententiæ, qua clandestinas nuptias contrahentes ad mulctam solvendam condemnari solent.

FOrmula autem sententiæ, qua sponsalia clandestina dirimi, & qui clanculum contraxerunt, condemnari ad mulctam solvendam solent, hæc est.

WJr Superintendens vnd verordente des Consistorii N. erkennen zu Recht auff vorgehende gnugsam Verhör vnd der Sachen eingenommenen Bericht. Nach dem N. N. vnd N. N. sich heimlich mit einan-

einander verlobet/vnd die heimliche Verlöbnis allen geschriebenen Rechten/vnd der Erbarkeit zu widern seyn/daß solche beschehene Zusage/so N. N. jhme N. N. vnnd sie jhme N. N. wiederumb in geheim gethan/ zu Recht nichtig vnd krafftloß sey. Vnd daß derwegen jhnen beyden anderwerdt sich zu verheyrathen vnbenommen. Dieweil sie aber mit solcher jhrer That/dem heiligen Ehestande/welcher öffentlich bestettiget/vnd also auch öffentlich angefangen werden sol/verunehret. Also weisen wir sie beyde der weltlichen Obrigkeit in gebührende Straffe anheim/ von Rechts wegen.

Hoc est:

Nos judices ordinarii hujus Consistorii audita & cognita causa de jure pronunciamus Quandoquidem N. & N. sibi mutuo matrimonium clam reprômiserunt, sponsalia autem clandestina juri scripto & honestati contraria sint, ejusmodi promissionem, quam ille N. & è contrario illa N. sibi mutuò in occulto fecerunt, de jure non subsistere sed irritam esse. Et ea de causa N. & N. non impediri, quo minus alias sibi conditiones quærant. Interim tamen cum hoc suo incepto matrimonii constitutionem, quod ut publice stabiliendum ita & palam inchoandum est, de honestarint: ad magistratum Politicum eos pœna convenienti & digna afficiendos & mulctandos remittimus.

CAPUT VIII.

§. 1. Sponsalia alia esse pura, alia conditionalia.

§. 2. Conditiones alias esse honestas & possibiles: alias esse inhonestas & turpes: alias impossibiles: easq; vel præsens vel præteritum vel futurum respicere.

§. 3. Si quis sub conditione conjugium primæ promiserit, & ea pendente, secundæ purè fidem dederit, utram ducere teneatur?

§. 4. An pendente conditione sponsalibus renunciare possit sponsus vel sponsa.

§. 5. De distinctione conditionum, quæ ad conjugium pertinent, & quæ ad conjugium non pertinent.

§. 6. Conditiones impossibiles vitiare sponsalia, contra communem.

§. 7. Si quis sub conditione duabus fidem promiserit, utri fides servanda sit.

§. 8. De conditionibus turpibus & earum affectibus.

§. 9. Conditio, si te virginem invenero, an inter turpes referenda sit.

§. 10. De conditionibus, quæ tacitè insunt.

§. 11. An promissio sub conditione facta matrimonium appellari possit, ea pendente.

§. 12. An existente conditione sine ullo alio actu sponsalia rata sint, & matrimonium constituant.

§. 13. De sponsalibus quæ sub modo contrahuntur.

§. 14. An ratum sit matrimonium ea lege contractum, ne alter in alterius complexum veniat.

§. 15. Sponsalia etiam in diem promitti. Item cum causæ adjectione.

§. 16. De sponsalibus juratis & eorum affectibus.

§. 17. De promissione jurata facta uxori, se eam non repudiaturum.

§. 18. De sponsalibus quæ sub pœna contrahuntur.

§. 19. An is qui sub pœna promisit, pœna tanquam superflua rejecta matrimonium consummare cogatur?

§. 20. An pignus dari possit ad firmanda sponsalia?

§. 21. Fidejussores etiam dari in contractu sponsalium.

§. 22. Præmii spe aliquem ad nuptias invitare licere.

§. 23. Lucri spe etiam invitare licere ad nuptias.

§. 24. Ma-

§. 24. Matrimonium in alterius arbitrium conferri non posse.

§. 25. Consensum conjugii liberum, nec statuto nec aliqua lege imminui posse.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Sponsalia vestita quæ dicantur Dd.*
2 *Pura sponsalia quæ.*
3 *Purum quid sit.*
4 *Sponsalia conditionalia quæ.*
5 *Conditio quid.*

HActenus de sponsalibus, quæ pure contrahuntur, egimus. Nunc de aliis, quæ vel conditionem, modum, diem, causam, pœnam, lucrum vel juramentum annexum habent, dicendum est, quæ Doctores vestita appellant. Et primum † de illis, quæ sub conditione contrahuntur. Nam ut reliqui contractus ita & sponsalia conditionem recipiunt. §. *omnis, de verbor. oblig. Institut.* Itaq; interpretes dividunt in pura & conditionalia. *toto titul. de condit. appositis.* Pura quando † quis sine adjectione illius conditionis, hoc est, absq; mora & dilatione conjugium promittit ita, ut statim inde efficax nascatur obligatio & actio, ad compellendum eum, qui nuptias consumere recusat. *Panormitan. cap. super eo. de condition. appos.* Nam † purum, *ut ait Baldus l. quanquam Cod. ad leg. Falcidiam.* est id, quod in sui essentia vel substantia non suspenditur. Ejus generis sunt omnia sponsalia de quibus suprà egimus. Conditionalia † sunt quibus cohæret conditio sub qua promittuntur. Est autem † conditio futurus eventus qui existere potest, in quem obligatio vel actio suspenditur. Qua de re late *Doctores l. cum præsens ff. si cert. petatur, & in l. conditio. de verbor. signification* Veluti: Ducam te in uxorem, si parentibus placuerit. Ita *apud Euripidem* Orestes promittit Hermioni conjugium, si patri placuerit. Verba sunt hæc;

1
2
3
4
5

Ecce dimitto Hermionem à nece,
Et promitto conjugium si dederit pater.

Saul pormittit filiam Michol Davidi in matrimonium, si centum præputia Palæstinorum illi attulisset. *Regum. 1. cap. 18.* Laban filiam Jacobo promittit si septem annos illi inserviisset. Nam Jacobus his verbis paciscitur & despondet sibi filiam Labanis. Serviam tibi septem annis pro Rachaele filia natu minori. Laban respondit: Satius est ut eam tibi dem, quàm alteri. Ejusdem generis sunt & sponsalia inter Ruthaam & Booz inita, qui conjugium sub hac conditione Ruthæ promisit, si propinquior ducere noller. Et hic obiter notandum, sponsalia conditionalia filiorum nomine à parentibus etiam & *νυ-φίοις* contracta esse ut plurimum, non ab ipsis liberis, quemadmodum in puris eandem rationem secutos esse veteres suprà late explicavimus.

§. 2. SUMMARIA.

1 *Conditionis distinctiones.*
2 *Conditio de re præterita vel præsenti concepta.*
3 *Conditiones futurum respicientes.*
4 *Conditio si est contingens.*
5 *Sponsalibus conditionalibus si concubitus accesserit, in pura resolvuntur.*
6 *Species facti proponitur.*
7 *Forma sententiæ.*

1 CONditiones autem † aliæ sunt honestæ & possibiles, aliæ inhonestæ vel turpes, aliæ impossibiles. Quarum distinctiones à Doctoribus & subdistinctiones traduntur, quas nos ut supervacaneas persequi non decrevimus: Idq; quod multò brevior & expeditior sit ratio, totam hanc rem explicandi, cujus hæc summa est.
2 Res in conditione † posita vel præsens vel præterita est vel futura. De conditione autem honesta loquimur. Prioribus duobus casibus, quando scilicet de re præterita vel præsenti conditio concepta est. Veluti. Promitto conjugium, si pater tuus consulari dignitate fungitur, si vivit vel mortuus est, si mille in dote habes, vel si virgo es. vel non vidua, si liberos nullos habes, vel si pater consensit: tunc si conditio extet, sponsalia rata sunt. Sin verò ea deficiat, nihil actum esse intelligitur. Et hæ propriæ conditiones non sunt, quia sui natura certæ sunt. *l. institutio talis. de condit. instit.* Sin verò † futurum conditio re-
3 spiciat

ſpiciat & verbis in futurum concepta ſit, tunc ſi neceſſaria eſt, id eſt, ejuſmodi, quæ ordine naturæ aut aliàs omninò eſt extitura, & certè hæc ſponſalia non impedit aut ſuſpendit, ſed pro impleta habetur. Veluti: filiam tibi do, ſi cras ſol oriatur vel occidat. Nam quod fieri neceſſe eſt, & ordine naturæ vel aliàs certum eſt, præſens eſſe videtur, & contractus ſub tali conditione conceptus purus eſſe cenſetur. Ideoque matrimonium promiſſum & obligationem natam cenſeri conditione rejecta, tanquam ſuperflua & ludicra, *ut tradunt Hoſtienſ. Card. Abbas & Præpoſitus c. per tuas. de condition. appoſit. per l. hæres meus. de condit. & demonſtrat.* Quo ego & hanc promiſſionem referendam exiſtimaverim: contraho & promitto tibi matrimonium ſi Titius moriatur. Nam & hæc certa eſt. Non poteſt enim non exiſtere *ut JC. d. l. hæres 79. de condit. & demonſtrat.* Itaque rectè *Pontanus.*

Certius eſt quàm mors, quàm mors incertius eſt nil.

Et *Propertius:*

Longius aut propius mors ſua quemq; manet.

Item, Morte nihil certius, hora mortis nihil incertius. Unde conſequens eſt ſponſalia pura eſſe ſub hac conditione contracta, ſi morietur filius: & obligationem ortam eſſe. Ad hujus ſententiæ confirmationem facit, quod id quod ſub hac cõditione debetur, novari poſſit *l. ſi Stichum. §. 1. de novationib.* Sed ſi obligatio nulla orta eſſet, non poſſet ea novari. *lib. 1. ff. de novationib.* Unde efficitur, obligationem etiam antequam Titius moriatur ortam eſſe, neque diem ejus mortis exſpectandam, *ut Jaſon. l. impoſſibilis de verb. obligat.* hac ratione motus, quod etſi certum ſit Titium moriturum, tamen diem vel horam mortis incertam eſſe, & ideò contracta ſponſalia non videri antequam dies venerit. Quæ & Bartoli ſententia fuit *l. ita ſtipul. de verb. oblig.* Huc facit *l. nam ſi cum moriar 17. de condict. indebit.* ubi dicitur, promiſſum ſub hac conditione, ſi moriar, & ſolutum repeti non poſſe, *& l. ſequent. 18.* Quod ſub ea conditione quæ omninò extitura eſt, debetur, ſolutum repeti non poteſt. Unde ſequitur, ante diem obligationem ortam eſſe. Sed hæc quæſtio cum nullum vel exiguum in vita uſum habeat, à me latius non explicabitur. Si quis de ea plura cognoſcere cupiat, interpretes Juris Canonici evolvat *in c. per tuas. de condition. appoſitis. & Didacum 2. partis c. 3. num. 10. de ſponſalib. & matrim.* qui hanc ſententiam amplectitur & rectè. Nam ad

4 † alterum distinctionis membrum transeamus. Sin conditio est contingens, seu casualis, hoc est, quæ ab incerto eventu pendet, antequam ea existat, neque sponsalia, neque matrimonium promissum esse censetur. Veluti: promitto conjugium, si parentes consenserint: si religionem Christianam amplecti volueris: si mihi decem in dotem attuleris. Qualis est illa *apud Terentium* Phormionis.

Et etiam nunc si vult de nupto dare quantum
Ab hac accipio, quæ sponsa est mihi.
Nullam mihi malim, quàm hanc uxorem dari,

quod consensus ex futuro eventu pendeat ut & conditio. Quæ si impleta non fuerit, dirimit contractum, neque ex ea agi potest ad matrimonium. *cap. super eo, de condit. appos.* Et hæc propriè sponsalia conditionalia appellantur, quæ contractum suspendunt, donec venerit conditio, cujus generis sunt illa quæ initio hujus capitis recensuimus, Orestis, Saulis, Jacobi, Booz, &c. Idque verum est, ut etsi consensus verbis præsentis temporis exprimatur, adjecta conditione, nihilominus suspendatur contractus in eventum conditionis, ut accipio te vel duco si patri placuerit. Nam ea pendet à potestate patris & non contrahentium. Id tamen † hac cum moderatione
5 accipiendum esse Doctores tradidere, nisi verba ad rem conferantur, hoc est, concubitus accedat, non exspectata conditionis impletione. Nam etsi conditio impleta non sit, tamen sponsalia imò matrimonium contractum esse omnes sentiunt, hac ratione adducti, quod partes convenientes videantur à conditione recessisse *c. per tuas de condit. appos. Melanthon in tractatu de conjugio.* Idque usque adeo verum esse, ut etsi vir ante concubitum verbis disertis & expressis protestetur, se à conditione recedere nolle, nihil ei prosit protestatio, ut se inde extricare possit, ut quæ facto contraria sit. Ubi enim accedit concubitus non exspectato conditionis eventu ea conjunctio conjugium esse censetur, *gl. & Dd. d. c. per tuas. Schurfius consil. 57. cent. 1.* Unde ad quæstionem, quam de facto habuimus,
6 respondere facile est. Quidam mulieri promisit conjugium si vidua esset viri alicujus defuncti, & à nemine corrupta esset, & antequam id exploraret, cum ea rem habet. Videtur à conditione recessisse. Itaq; licet illa vidua non sit, sed ab aliquo corrupta, eam ducere

cere tenetur. Quod tamen latius expendendum. Hoc autem † casu ita pronunciari solet.

VNser freundlich Dienst zuvor/ehrwürdige/hochgelehrte gute Freunde/als jhr vns Klage vnd Antwort/ vnd geführtes Gezeugnis zugeschicket/ vnd euch des Rechtens darüber zuberichten geberen habet/ N. Klägerin an einem vnd N. Beklagten anders Theils. Demnach vnterrichten wir verordente Commissarien des Consistorii zu Wittenberg darauff für Recht. Nach dem Beklagter gestehet/ daß er der Klägerin ein Ehe/ so fern sein Mutter vnd Brüder wolte/ zugesaget/ vnd daß er folgends nach solcher Zusage die Klägerin fleischlich erkandt/ sie auch schwanger worden. Vnd also durch erfolgetes Beyschlaffen von der Condition/ da seine Mutter vnd Bruder willigen/ abgetreten. Da es nunmehr dafür zu halten/ daß solches Ehegelübt ohne eines Anhang oder Condition geschehen so ist er auch die Klägerin/ seines Fürwendens vngeachtet/ zu ehelichen schuldig. Dazu wird er in Vorwegerung von der weltlichen Obrigkeit durch gebürliche Mittel compelliret vnd angehalten/ Von Rechtswegen.

§. 3. SUMMARIA.

1 *Si quis primæ fidem dederit adolescens de conjugio sub conditione, & ea pendente conjugium secundæ promisit purè, utram ducere tenetur?*

2 *Explicatio* l. 11. potior. §. videamus, qui pot. in pign.

3 *Auctoris opinio.*

4 *Ad Panormitani objectionem respondetur.*

4 *Alia quæstio.*

IN hac disputatione de conditionibus, hæc etiam quæstio 1
ardua & difficilis, & de qua in utramque partem probabiliter disputari potest, sese offert. Si † quis primæ fidem dederit adolescens, & conjugium sub conditione honesta promiserit, si pater vel mater consenserit, & ea pendente, conjugium secundæ promiserit purè verbis in præsens conceptis, & pater postea consentiat, utram ducere teneatur? Vel pater filiam primo despondet sub ea conditione, si primi pater domum quam habet in vico lapideo ei dare velit ad inhabitandum. Et antequam pater puellæ certior factus esset, quid animi primi pater habeat, secundo filiam despondet purè, primi pater re cognita assentitur, & domum filio se daturum pollicetur,

& ita

& ita impletur conditio. Quæritur utrum primus ducere teneatur, an quæ primo desponsa est, an verò quæ secundò? Interpretes Juris Canonici uno ore statuunt, posteriora sponsalia prioribus anteponenda & firma esse. Interpretes *c. super eo in verbo alieno, & gl. in d. c. per tuas de condit. apposit.* & ibi Panormitan. his rationibus moti, quod sponsalia conditionalia sponsalibus de futuro æquiparentur. Itaque quemadmodum sponsalia de futuro per ea, quæ de præsenti sunt, tolluntur, ita & conditionalia cedere puris *c. sicut ex literis de sponsalib.* 2 Sed his vehementer obstat, *ut ait Albericus l. 11. potior. §. videamus. qui potio. in pignore, & l. qui balneum.* Cujus hæc est summa. Si debitor creditori domum suam sub conditione oppignoraverit, & pendente conditione eandem rem alii purè pignori opposuerit, conditione existente & impleta eum creditorem potiorem & aliis præferri, cui res primo oppignorata sit. Cum enim semel conditio extitit, perinde habetur ac si obligatio illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione contracta esset, & conditio postea purificata retrahitur ad tempus prioris contractus, ut Doctorum verbis utar. Ergo in sponsalibus, quæ ut plurimum interveniente stipulatione constituuntur idem dicendum, ut scilicet ad instar aliarum conditionum & contractuum conditionalium, ipso conditionis eventu perfecta & pura ab eo tempore, quo obligatio inita est, fuisse censeantur & ius præferantur, quæ postea contracta sunt. Neque ullæ differentiæ ratio adferri potest, cur in sponsalibus, quæ ut plurimum naturam aliorum contractuum imitantur, aliud jus statuendum sit. Ita sponsalia conditionalia adveniente conditione statim sine alio actu consensum exprimente pura esse censentur, & ut Doctores matrimonium constituunt ad exemplum aliarum conventionum sub conditione contractarum. *Abbas in cap. de illis, in cap. super eo de, condit. apposit. Didacus 2. parte c. 3. num. 5.* Huc facit, quod sponsalia sub conditione nullius sint futura momenti, ut quæ semper aliorum sponsaliorum constitutione eludi & enervari possint, cum in arbitrio sit contrahentium vel conventioni stare & ludibrio eum, cum quo cõtraxit habere, sese extricare, quo nihil fidei humanæ magis est contrarium. Idque cum in reliquis contractibus tum verò in hoc fœdere tàm sancto minimè ferendum est, *l. sient, de actio. & obligation.* Adde quod res mali sit exempli, bina sponsalia contrahere, ideoque

infamia

infamia notatur qui id faciat. *l. 1. & l. 13. Quid ergò de his qui not. infam. Harmenop. lib. 4. t. 1.*

Quare sic statuo, conditionis eventum exspectandum esse, neque cum alio sponsalia contrahi posse, quæ hisce præferenda sint: Et 3
in ea sententia fuisse Lutherum ex his verbis colligitur. Vnd ob per verba de futuro, oder per conditionem auch öffentliche Verlöbnis geschehen/vnd die Condition geriethen/ achte ich/ man solle sie halten/wie in allen andern Verlöbnissen / da man Glauben zu halten schüldig ist / wo nicht anders grosse / wichtige vnnd redliche Vrsachen darzwischen fallen/ daß man mit Gott vnd Rechte den Glauben nicht halten köndte. Nam verba fidem in sponsalibus sub conditione contractis non secus ut in reliquis contractibus servandam satis arguunt, à reliquis contractibus ea non differre hoc casu. Nec obstat quod † Panormitanus & 4
alii adferunt, sponsalia conditionalia vim habere sponsaliorum de futuro, ideoq; tolli per sequentia pura. Nam id nulla lege probatur, sine qua loqui erubescimus. Imo sponsalia de futuro nulla esse suprà demonstravimus, itaq; nullos effectus habent. Et jus civile expresse contrarium statuit, convenrionem scilicet sub conditione puræ præferendam esse, ubi conditio extiterit, & ad eum diem & momentum retrahendum esse, quo promissio facta est. Et ex eo die vel momento consensum absolutum & purum fuisse videri *d. l. potior. & l. qui balneum*, quod in sponsalibus de futuro secus habet, quæ ab initio purum consensum de præsenti non habent, sed tantùm promissionem de futuro continent, ut interpretes loquuntur. Et ex communi Dd. sententia consensus sub conditione præstitus, existente conditione sine ullo actu aut novo consensu vera constituit sponsalia seu matrimonium, ut suprà diximus. Secundo non obstat, quod à plerisq; objicitur, ante eventum conditionis non esse natam obligationem neque actionem *l. cedere diem, de verb. signif.* Ideoq; nec dirimere, nec impedire posse eam, quæ postea subsequitur conventionem purè contractam. Et per consequens, sponsalia conditionalia præcedentia non obesse sequentibus puris. Respondeo, etsi nondum sit nata obligatio pendente conditione, tamen ubi ea extiterit, quasi in utero semper fuisse videtur, & pro nata habetur juris interpretatione, ubi de commodis ejus agitur ex eo tempore, quo concepta hoc est contracta sit, *argumento l. qui in utero sunt, de statu hominis*, & ad eum diem,

ut ita loquar, conceptionis retrotrahitur conditio *d. l. potior argumento l. nec emptio. §. de contrahend. empt.* Ut cum editus esset partus jam tum, cum contractum esset negotium, venditio facta intelligatur, & medio tempore, hoc est, pendente conditione obstitit, ne qua obligatio eis commodis adversa, & in ejus perniciem & interitum contrahi posset. Unde sequitur de jure non subsistere, aut valere sponsalia pura, postea contracta, nec priora infirmare posse, etsi sub conditione contracta sint. Ita nec ad rem facit, quod conditio eo tempore, quo impletur & existit matrimonium, reperiat interjectum, & in medio positum quod intercedit, & obstat, quo minus conditio retrotrahi possit, præsertim si verbis de præsenti contractum sit. Panormit. *c per tuas de condit. apposit. in fine* Nam ut suprà late demonstravimus, matrimonium revera non est sed pactum tantùm seu futurum vel initiatum, quod à sponsalibus nihil differt. Itaq; hic locum habebit regula vulgata, sponsalia priora posterioribus anteponenda esse, de qua infra. Et hanc ego existimo veram esse sententiam, licet interpretes
§ contra sentiant omnes Panormi. secuti. Si tamen prior † sententia in iudicio tanquam verior reciperetur, & sponsalia conditionalia puris præferrentur, an impune id ferre debeat qui alterum ludibrio habuerit, & sub conditione nuptias promiserit quæritur? Minime. Nam à magistratu pœna arbitraria coercendum existimaverim, & parti in id quod interest condemnandum. *Quod latius explicabitur infra cap. 17.*

§. 4. SUMMARIUM.

Sponsalibus sub conditione contractis an alteruter contrahentium conditione pendente sponsalibus renunciare possit.

EX his autem, quæ diximus, alia oritur quæstio: An sponsalibus sub conditione contractis alteruter contrahentium, conditione pendente renunciare sponsalibus possit, si eum conventionis pœniteat. Verbi gratia, Booz Ruthæ promisit conjugium ea conditione, si eam propinquior ducere nollet, & antequam propinquorum mentem exploraret, promissionis eum pœnitet. Et breviter dicendum, pœnitentiæ locum non esse, sed conditionis impletionem exspectandam, ut & in aliis contractibus, *ut Panormit. c super eo. de conditio. apposit.* ubi expresse dicit. Quod sicut alii, qui negociis contrahen-

Digitized by Google

hendis implicantur pendente conditione in contractu resilire non possunt, imo eventum conditionis exspectare necesse habent *l. petitur. l. qui balneum. 9. qui petio. in pigno.* sic & illi qui sponsalia sub conditione contrahunt. Idq; *ex d. c. super eo*, colligitur ex illis verbis Nisi voluntas patris postmodum intercedat, nequaquam est ad matrimonium cogendus. Ergò si intercesserit voluntas, cogendus erit. Nam, ut in quæstione præcedenti diximus, conditione impleta contractus ab initio purus fuisse censetur, cum inter matrimonium & reliquos contractus nulla possit reddi ratio diversitatis. Et *ut Panormit.* Ego non benè, *inquit*, video rationem diversitatis, *d. c. super eo.* Quæ sententia fuit *Abb. & Præpos. quam etiam sequitur Tiraquellus late de retraict. lignagier, § 1. gl. 10. num. 43.* Et æquitati maximè est consentanea, ne homines matrimonium pro deridiculo & delectamento habeant. *Didacus num. 6. cap. 3. part. 2. Et Jacobus Tomingius decis. 10 Schneidewinus in Institut. T. de nuptiis*, contra sentit, sed male, secutus ea in re Mausserum.

§. 2. SUMMARIA.

1 *Conditionum distinctio, quæ in pertinentes ad conjugium & non pertinentes abeunt, ab auctore non probatur.*

2 *Stipulationes præpostera quæ.*

3 *Conditio hæc: filiam meam tibi in matrimonium promitto, qui illi tertio gradu es cognatus, si quidem magistratus permittat.*

4 *Forma sententiæ.*

QVod autem quidam conditiones peregrinas, hoc est, non pertinentes ad conjugium, distinguunt ab iis, quæ ad substantiam matrimonii pertinent, mihi non probatur, qui statuo quod conditiones omnes, quacunq; ex parte ad conjugium pertineant, obligare contrahentes. Idque authoritate veterum, qui ejusmodi sponsalia constituerunt, ut historiæ testantur. Achilles Priami filiam sibi uxorem petiit, ea lege & conditione, si daretur, se cum suis Mirmidonibus domum rediturum. Hecuba respondit sibi eam placere conditionem si Priamo placeat. Priamus conventus ea de re, Achilli pollicetur se daturum filiam, si perpetuo pax fiat, exercitus discedat, fœderum jura faciantur, &c. *Dares de bello Trojan.* Laban Jacobo filiam promisit, si annos septem illi inservisset. Saul filiam Michol

1

Davidi ſi 100. præputia Palæſtinorum attuliſſet, ut ſuprà notavimus. Et *apud Homerum* Penelope ſe ei nupturam pollicetur, qui arcum Ulyſſis tendere poſſet. Quæ conditiones etſi dotis cauſam non reſpiciant, tamen non minus implendæ fuerunt, quàm aliæ magis ad ſubſtantiam matrimonii pertinentes. Idq; notius eſt quàm ut demonſtratione egeat. Et inter viros principes ejuſmodi ſponſalia ſervientibus bellis uſitatiſſima eſſe hiſtoriæ & experientia quotidiana teſtatur. Nec his obſtat, quod Jureconſultus Celſus ſcribit, *l. ſi ita ſtipulatus, § ſi tibi nupſero, decem dari ſpondes cauſa cognita denegandam actionem puto,* Nec raro cauſa probabilis ejuſmodi ſtipulationis eſt, ſi vir non eo modo in dotem ſtipulatus eſt. Reſpondeo, matrimonium ſub conditione contrahi non poſſe, ut quod ad inſtar aliorum actuum legitimorum conditionem nullam admittit, *ut ſuprà cap. 3 late tradidimus.* Verba autem, ſi tibi nupſero, non ad ſponſalia, ſed ad nuptias ſeu matrimonium pertinent, & ſunt executiva, ut ita loquar, & matrimonum vitiant ſeu impediunt, quo minus coeat. Nam pendente conditione matrimonium nullum eſt. At hæc conditio, ſi tibi nupſero, ejus eſt naturæ & qualitatis, ut impleri non poſſit niſi factis nuptiis, hoc eſt, conſummato matrimonio *l. cum fuerit. de condit & demonſt.* Conditionem nubendi tunc impletam eſſe, cum uxor ducta fuerit. Matrimonium autem verbis de præſenti & quidem pure contrahi debet, & conſummari non poteſt, niſi conditione impleta. Itaq; mirum videri non debet, ſi hæc conditio rejiciatur, cum conditionis impletio matrimonium & nuptias præcedere debeat, at hoc caſu nuptias præcedere oportet, antequam conditio impleri poteſt. Eſtq; ὕστερον πρότερον, ut ſic dicere liceat, hoc eſt, præpoſteratio, cum id quod primo loco fieri debet, ſcilicet conditionis impletio, ſecundum
2 in orationis ordine poſſidet. Unde & præpoſteræ † ſtipulationes dicuntur, quæ ſtipulationem ante conditionis eventum conſtituunt. Itaq; ex his ſtipulationibus qui naſci vult obligationem, filiam ante matrem ſuam naſci poſtulat. *l. præpoſteri, C. de teſtamen. § item ſi Juſtinian. de inutil. ſtipul.* Deinde, quod hæc donatio nuptiis demum conſummatis peti poſſet, & per conſequens inter virum & uxorem facta cenſeatur, quod leges prohibent. *tot. titul. de donat. inter vir. & uxor.* At ſi mulier à viro ſtipuletur, ſi tibi nupſero, decem donationis propter nuptias cauſa dare ſpondes, valet ſtipulatio. *Accurſius d. l. ita ſtipulatus,*

Digitized by Google

latiu, §. ult. Idem dicendum, ſi vir à muliere ſtipuletur. Si te duxero decem in dotem dare ſpondes: nam & tum valet ſtipulatio, cum dos nuptiis ſubſecutis demum debeatur, ideoque matrimonium non vitiat. Dos enim ſine matrimonio eſſe non poteſt. Et ubicunque matrimonii nomen non eſt, nec dos eſt, *l. 3. de jure dotium.* Et dos ipſius filiæ & uxoris proprium eſt patrimonium, *l. 3. §. quid ergo, de minoribus viginti quinq; annis.* Atque in hanc ſententiam ego hæc verba accipio. Item, ſi vir à muliere eo modo non in dotem ſtipulatus eſt, hoc eſt, denegandam actionem eſſe, niſi vir à muliere ſub hac conditione, ſi te duxero, decem in dotem ſtipulatus ſit. Et ita Accurſius in verbo, accipit, Interim tamen conjugium promitti, hoc eſt, ſponſalia contrahi poſſe ſub hac conditione, ſi dotem mihi dederis, dubium non eſt. Idque expreſsè conſtituit Alexander III. *in cap. de illis, de condit. appoſit.* cujus hæc eſt ſumma. Si quis juratus promiſerit ſe puellam ducturum ſub ea conditione, ſi centum dediſſet, perjurii eum reum non eſſe, ſi illam ante impletam conditionem ducere recuſet. Ex quibus efficitur, conditiones ſponſalibus adjectas, etiamſi ad ſubſtantiam matrimonii non pertineant, dum tamen honeſtæ ſint, implendas eſſe, quod eo jure ſubſiſtant. Nota † de illa conditione. Ego filiam meam tibi in matrimonium promitto, qui illi tertiò gradu es cognatus, ſiquidem magiſtratus permittat: in qua † ſic pronunciari ſolet. 3 4

VNſer freundlich Dienſt zuvor/ Würdige/ wolgelehrte/ erbare/ fürſichtige/ gute Gönner vnd Freunde/ auff die Rechtsfrage in Eheſachen/ N. eines/ vnd N. anders Theils belangendt/ darauff jhr euch des Rechtens zu berichten gebeten/ vnterrichten wir verordente Commiſſarien des Conſiſtorii zu N. für Recht: Haben ermelten N. vnd N. ſo ein andern im dritten Grad vngleicher Linien der Blutfreundſchafft verwandt/ zuwieder jrem Seelſorger vnd Verwarnung offentlichen vnd per verba de præſenti ſich mit einander ehelichen verſprochen/ vngeacht/ daß euch des Breutigams N. Vater (ſeinem Vorwenden nach) darein anders nicht willigen wollen/ dann ſo fern es zu Recht ſeyn köndte/ vnd die Obrigkeit ſolche Ehe leiden oder verſtatten wolte/ ſo mag nunmehr jetztgedachter N. deſſenwegen/ daß die Obrigkeit jhme mit Landes Verweyſung zu ſtraffen bedrewet/ das öffentliche Verlöbnüß darfür er durch die

Prædicanten vnd Vater vorwarnet/ mit gutem Gewiſſen nicht hinterziehen/ Vnd hette dem Vater nicht weniger als jhme dem Sohne ſelbſt/ auff beſchehene verwarnung vnd habende gnugſame Wiſſenſchafft des Verbots/ der Obrigkeit wol gebühret/ das öffentliche Verlöbnüß ſo lang einzuſtellen/ biß er der Obrigkeit Erklärung vnd Gemüth dißfals gebührlicher Weiſe erlanget vnd erfahren hette.

Mag demnach des Vaters vorgewandte vnd vermeindte Conditional Bewilligung zu Hinderdringung gedachtes offentlichen Ehegelübts/ das in Gottes Wort vnd Keyſerlichen Rechten außtrücklichen nicht verboten füglicher Weiſe nicht angezogen werden. So viel auch der Obrigkeit zeitliche Straffe belanget/ iſt dieſelbe der Gewiſſen Verletzung vnd Verwirrung in keinem Wege vorzuziehen/ ſondern dahin dißfals vornemblichen zu ſehen/ daß beyde gegen einander ehelich vnd offentlich verlobte Perſonen Gott mit gutem vnverſehrten Gewiſſen anruffen mögen. Derentwegen ſie aus Furcht der weltlichen Straffe/ oder dieſelbe zufliehen mutuo diſſenſu eins dem andern die Ehe nicht auffkündigen noch zutrennen können/ von Rechts wegen.

§. 6. SUMMARIA.

1 *Conditiones impoſsibiles an vitient ſponſalia.*
2 *Joco promittens non obligatur.*
3 *Conditio impoſsibilis potius tendit in diſſenſum quàm conſenſum.*
4 *Explicatur* c. fi. de condit. appoſ.
5 *Conditio ſi jure ſit impoſsibilis, quid ſtatuendum.*

1 CONditiones impoſsibiles † ex communi interpretum, & Theologorum ſententia non vitiant ſponſalia, ſed pro adjectis non habentur. Ideoque illis veluti ſuperfluis rejectis non minùs valent obligationes, quàm ſi purè contractæ eſſent. Veluti filiam ſpondeo, ſi Turcam interfeceris: ſi mare pedibus tranſieris, ſi cœlum digito tetigeris C. *final. de condit. appoſit.* Vel ſi quis ita promittat conjugium mulieri. Si tu es virgo accipio te uxorem, quam ſciat eſſet corruptam, quæ peperit. Quo exemplo Eraſmus utitur. Et hæc in favorem matrimonii ſtatuiſſe videtur jus Canonicum, ut ſentiunt interpretes, ſicut jus civile ultimis voluntatibus favet, à quibus

bus conditiones impoſſibiles excludit, & pro non ſcriptis habet, *l. 1. de condit. inſtit. l. obtinuit. de condit. & demonſtrat.* Nam jus canonicum præſumit ex intentione contrahentium & favore matrimonii, conditiones illas non eſſe adjectas ut conſenſum ſuſpenderent, ſed ſponſalia purè contracta eſſe. Quibus Melanthon adſtipulatur hac ratione ductus, quod gubernatores Sophiſticam & petulantiam in decipiendo miſero & imbecilli ſexu prohibere voluerint, ideoq; ratis manentibus ſponſalibus conditiones rejecerint. Sed hæc ſententia etſi vulgò recepta, vix defendi poteſt, cum ei jus civile apertè refragetur, & alia non levioris momenti argumenta. Et primò conſtat, matrimonium abſq; conſenſu contrahi non poſſe *l. conſenſus. de regul. juris.* Is verò qui ſub conditione impoſſibili promittit, non intelligitur conſentire *l. non ſolum. de action. & obligat* Non ſolum, inquit, ſtipulationes ſub impoſſibili conditione applicatæ, nullius momenti ſunt, ſed etiam cæteri quoque contractus. Quia in ea re, quæ ex duorum pluriumve conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur, quorum procul dubio in hujuſmodi actu talis cogitatio eſt, ut nihil agi exiſtiment, appoſita ea conditione, quam ſciant impoſſibilem eſſe. Sponſalia autem veterum ſtipulationibus interpoſitis conſtituta eſſe oſtendit *l. . . ff. de ſponſalib. & nos ſupra latè tradid. mus cap. 3.* Et hodie plerunque etiam conſtituuntur vel pactis, unde ſequitur ea adjectione ejuſmodi conditionum impoſsibilium vitiari prorſus. Idem ex præſumpta contrahentium voluntate colligitur. Nam qui hac oratione utitur, nubam tibi ſi cœlum digito tetigeris, vel mare vado tranſieris, tantum abeſt, ut conſentire aut nuptias velle videatur, ut conjugium pro deridiculo & delectamento habeat, & ludat potius quàm rem ſeriam agat, quod in fœdere iſto ſanctiſsimo minimè fieri debet. Joco autem † promittens non obligatur, *qua de re ſupra cap. 4.* 2
Poſtremò coñditio † impoſsibilis potiùs tendit juxta communem 3
uſum loquendi in diſſenſum quàm conſenſum. Cur enim conditionem impoſsibilem obligationi adjicit alteruter contrahentium, niſi quod ſcit, rem in obligationem deductam fieri non poſſe, ideoque ſe non obligari aut teneri, quod re infecta ſeſe extricare & liberare poſsit? Idque ex iis verbis colligitur, quorum procul dubio in hujuſmodi actu talis cogitatio eſt, ut nihil agi exiſtiment, ut *Eraſmi* verbis utar. Etenim, qui ſtipulatur, quod fieri non poteſt, declarat ſe non conſen-

consentire, ubi igitur illud axioma, sine consensu non coire matrimonium? *libel. de Christ. matrimon.* Neque his † obstat, *cap. final. de condit. appos.* nam loquitur de matrimonio contracto. Et in hanc sententiam, quæ jure civili verissima est, descendit *Erasmus* his verbis. Nulla satis, inquit, gravis causa afferri potest, cur conditio impossibilis tum faciat matrimonium *l. 3.* Et *Beza* à quo etiam Durandus dissentire non videtur, qui disertis verbis ait, se hanc difficultatem aliis peritioribus solvendam relinquere. Et *Didacus*, qui eam latè persequitur, & tamen quod concludat vix habet *2 part. c. 3. num.* 5 8. Sed † an idem jus statuendum sit de conditione jure impossibili? & idem dicendum existimaverim. Veluti. Promitto conjugium, si in templo rem divinam feceris, si habueris concionem. Sunt enim illi actus mulieribus interdicti jure, & earum respectu inhonesti, & ea de causa de jure impossibiles censentur. Et his etiam casibus is, qui matrimonium ea conditione promisit, potius lusisse & jocatum esse, quàm rem seriam egisse censetur. Ideoque ex ea promissione non tenetur, argumento eorum quæ diximus. Ejus generis est illa conditio cujus *Didacus* meminit *cap. 3. part. 2. num. 7.* Si quis matrimonium promittat sub ea conditione, si inter conjunctos nuptiæ intra quartum gradum contrahi possunt. Nam & hæc impossibilis est, præsertim in iis locis & terris ubi jus canonicum viget.

§. 7. SUMMARIUM.

Si quis sub eadem conditione duabus promiserit matrimonium, utri fides servanda.

ANgelus de Clavasio aliam movet quæstionem. Si quis sub conditione, si centum mihi dederis primæ conjugium promiserit; & paulò post sub eadem conditione secundæ: & utraq; eodem tempore 100. dederint: utra promissio efficax sit & prævaleat? Et statuit neutram propter incertitudinem valere *ex l. duo sunt Titii de testamen. tutel.* Et quod promissio sub conditione demùm impleta conditione efficax sit. *l. cedere diem de verb. signif.* Sin verò alterutra earum alteram præveniisset, & conditionem impleviisset, eam alteri præferendam & pro sponsa habendam. Quod mihi verisimile non sit. Nam certum est, primam cui promissio facta est, conditioni parere

Digitized by Google

rere paratam, audiendam & admittendam & secundæ præferendam esse. Idque argumento eorum, quæ suprà *ex l. potior § videamus §. qui balneum, de contrah empti.* tradidimus, nimirum conditionem impletam retrotrahi ad eum diem seu momentum, quo contractus initus est, non secus ac si initio purus fuisset. Qua de causa nec ei secunda, etiamsi illi prævenisset & citius decem dedisset, præjudicare potuit, obstante scilicet obligatione & promissione, quæ quodammodo in utero est, & pro jam nata habetur. Ideoq; enervari aut infirmari non potest, à secunda obligatione subsecuta, *ut latius suprà tradidimus.*

§. 8. SUMMARIUM.

Conditiones turpes quem habeant effectum.

TUrpes & inhonestæ conditiones sponsalibus insertæ, si contra substantiam sint matrimonii, contractum inutilem reddunt. Veluti promitto conjugium, si sterilitatis medicamenta sumpseris, si corpore quæstum feceris, aut te prostitueris. Itaq; nec sponsalia constituunt, nec matrimonium, etiamsi accedat concubitus *cap. final. super eo. de condit. apposit.* Nam parte substantiali remota res consistere non potest. Huc refero & illas conditiones, quæ ad matrimonii impeditionem spectant. Veluti promitto conjugium, si soror tua cælebs manserit, si pater tuus rursus uxorem non duxerit, *l. hæres meus, de condit, & demonstrat.* Nam omnes hæ conditiones, quibus quis à matrimonio avocatur, vel ad nubendum invitatur, inutiles sunt & jure damnatæ. Quo spectant verba legis. Quod in fraudem legis ad impediendas nuptias scriptum est, vim nullam habet. Veluti Titio patri 100. si filia quam in potestate habet, non nupserit, hæres dato. Quamvis interfit, utrum legatis adjectæ sint an obligationibus. Nam legata valent, & conditio rejicitur, obligationes verò penitus infirmantur. Idq; favore ultimarum voluntatum introductum est, quas ratas esse pietas postulare videtur, quod in obligationibus secus habet. Itaq; si quis testamento Sejæ centum legaverit, si arbitratu Lucii Titii nupserit, hæres legatum solvere tenetur, etiamsi illa arbitratu Titii non nupserit. *l. cum tale, § rescriptum, de condition. & demonstration.* Nam cælebs vita Romanis maximè odiosa fuit, ut & jure divino *Valer. Maxim. libro undecimo cap. 222.* Et lege Julia jusjurandum libertis remitte-

mittebatur ea lege impositum, ne uxorem ducerent, *l. abigere, de jure patronat.*

Conditiones turpes si non sint contra substantiam matrimonii, rejiciuntur ratis manentibus sponsalibus. Velut, promitto conjugium, si Deo maledixeris, si hominem interfeceris, si te nudam conspiciendam præbueris. Item, Si mihi copiam tui feceris. Achilles Polyxenam Priami filiam à fratre Hectore petit in matrimonium. Hector se illam daturum pollicetur, si universum exercitum Achilles prodat. Achilles soluturum se bellum Polyxena tradita promittit. Sed eam conditionem Hector recusavit accipere. Conditio ab Hectore proposita turpis fuit. Achilles verò sub conditione honesta nuptias stipulatus est. *Dictys lib. 3.* Ejus generis est conditio seu pactum, cujus meminit *Seneca lib 3. controvers. 11.* Vir & uxor juraverunt, ut si quid alteri obtigisset, alter moreretur, & quod apud Indos usitatum esse referunt Historici, nimirum ut sponsa sibi sponsum deligat eique nubat, ea lege & conditione, ut ipsa marito mortuo eadem pyra & igne comburatur, & mortem oppetat. *Alexander ab Alexandr. lib. . cap. 34.* Ex *Strabone* etiam eo fœdere & conditione Antonio nupta fuisse Cleopatra dicitur, ut si fatale quippiam aut diri casus alteri contigisset, alter tanquam pœnæ socius eandem fortunæ aleam subiret, sociique & comites essent tàm adversæ quàm prosperæ fortunæ, hoc est, συναποθνησκόντες, quod etiam servarunt. *Plutarchus in Antonio*: Ipse & Cleopatra vitæ genere, quod immutabile dicebatur, dimisso aliud instituerunt, quod mollicie, luxuq; & delitiis illi minime concederet, eamque vitam commorientium appellabant: amici enim inter se unà morituros abscribebant. *Alexander lib. 1 cap. 26. Genial. dier.* Quæ conditiones omnes turpes sunt, cum nemo membrorum suorum dominus sit, *l. 11. ad legem aquil.* & è vita discedere & sibi mortem consciscere fas non sit, antequam is qui eam concessit, excedere jubeat, *ut elegantissime apud Platonem in Phædone Socrates disputat, & Cicero libr. 6. de Republic.* Piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis; nec injussu ejus, à quo est ille vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus à Deo assignatum defugisse videamini. *Macrob. lib 1. cap. 11.* in somnium Scipionis ex Platone, qui ait, eos qui potestatis imperio truduntur in carcerem, non oportere inde diffugere, priusquam potestas ipsa quæ clausit, abire permiserit, idque religio-

ligioni Christianæ est consentaneum. Ideoq; hæ & similes conditiones propter turpitudinem rejiciuntur, ratis manentibus sponsalibus, non secus ac si pure contracta essent. Nam ea, quæ turpia sunt, ea nec nos facere posse credendum est. *cap. 1. & ulti. de condit. apposit.* Huc pertinet & illa conditio: Ducam te, si ex me gravida facta fueris. Nam explorare volo utrum sterilis sis. Itaq; etsi mulier ex concubitu gravida facta non sit, nihilominus ex promissione tenetur vir. Et habetur conditio pro non adjecta, *cap. final. de condit. apposit.* quia ad delinquendum invitat, *l. convenire. de pactis dotalibus.*

§. 9. SUMMARIA.

1 *Conditionis, si te virginem invenero, effectus.*
2 *Virginitatis probatio difficilis.*

SEd de hac † conditione, si te virginem invenero, quæri 1
solet, utrum ea inter honestas ac turpes referenda sit? Et *gloss. in cap. per tuas. de condit.* turpem esse conditionem sentit, ideoq; rejiciendam, cum ad periculum carnalis copulæ referatur, *quam ibi Dd. sequuntur.* Deinde, quod † impossibilis esse videatur, cum virginitatis 2
probatio non minus difficilis sit, quàm custodia, ut Erasmi verbis utar, & periculum in puella ea de causa fieri grave sit. Quam sententiam *Philippus Melanthon sequitur. Præpositus & Cardinalis*, hanc conditionem honestam esse sentiunt, si ad actum licitum referatur, scilicet, si virgo inventa fueris per aspectum honestarum matronarum, & *Aretinus consil. 82. Angelus in summa.* Sed quàm sæpe fallant harum indicia latissime demonstravit *Laurentius Joubertus Medicus, libro 5. cap. 4. in libro qui inscribitur Erreures populaires an faict. de medicine*, ut recte dixerit *Cyprianus*, manus obstetricum & oculos sæpe falli, quæ verba in jus Canonicum relata sunt, *27. quæst. 1. cap. nec aliqua.* Ego Cardinalis sententiam veram existimaverim, & eum, qui sub hac conditione promisit, si virgo es vel inventa fueris, non teneri ducere, si docere & signis evidentissimis planum facere possit, eam cui nuptias promisit, à viro integram non esse. Quid enim si lac in uberibus gestet, si gravida sit, si in locis suspectis vel in crimine deprehensa, si prostituta sit,

si pepererit, vel non suo tempore pepererit, vel obstetricum testimoniis certissimis, & minime dubiis, & Medicorum judicio corrupta esse pronuncietur, vel aliis argumentis infallibilib. convinci possit, *quæ Decius refert in c. proposuisti, de probationibus.* Nam & naturalis ratio non repugnat, quin si conditio, quam excipit contrahens matrimonium, sit ejus momenti, ut verisimile sit, non coiturum fuisse matrimonium, nisi latuisset vitium, solvi possit. Et hanc nostram sententiam juvat, quod apud Judæos ad probationem admittebatur maritus, qui causabatur se uxorem virginem non reperisse. Quo spectant verba. Non juveni in ea signa virginitatis *Deut. 22.* hoc est, ut explicat Vatablus & alii, lintea infecta sanguine rupti Hymenis indice virginitatis. Unde constat hanc conditionem apud Hebræos turpem non fuisse, imo tacite semper subintellectam fuisse. Nam & ea de causa sub chuppa conveniebant sponsus & sponsa, ut ex aspectu linteaminum virginitatis fieret exploratio, idque ex Dei præscripto & mandato. Quod & adhuc hodie apud quasdam gentes, ut Afros, obtinet. *Qua de re infra suo loco latius.* Itaq; inter conditiones, quæ tacite insunt & subintelliguntur, referendæ videntur. Et ita sentit *Erasmus in lib. de Christian. matrimon* cujus hæc sunt verba. Rursum non video cur conditionem hanc habeant pro turpi: Accipio te in matrimonium si te comperero virginem. Quum enim puella sibi conscia sit, non debet fallere excipientem, quod honestum est. Nam *Deut. 22.* severe quidem animadvertitur in eum, qui quam pro virgine duxit, fingit se comperisse vitiatam. Convictus enim & cædibus & pecunia mulctatur, at multo severius in sponsam cujus virginitas non erat servata sponso. Reducebatur extra civitatem & lapidabatur à populo. Hic certe probanda Christianarum legum clementia. Nunc autem gravior est causa qua virginitatem puellæ depaciscì posset sponsus, quod ut Digamus arceatur à sacerdotio qui pro virgine vitiatam duxerit, etiam imprudens. Fortassis quotidianæ fierent rehibitiones, si daretur stipulatio virginitatis, cujus probatio non minus difficilis, quàm custodia. Sed hanc corruptelam docuit legum indulgentia Si placet igitur has odiosas quæstiones excludere, saltem ne obstet ad sacerdotium, quod insciens duxerit vitiatam. Unde efficitur conditionem hanc inter turpes minime referendam esse.

§. 10. Sum-

§. 10. SUMMARIUM.

Conditiones quæ tacite insunt.

SEd & aliæ sunt conditiones, quæ tacite insunt aut intelliguntur, quæ à voluntate contrahentium non pendent, sed ex juris authoritate præcedunt. Et hæ quidem sponsalia conditionalia non constituunt, gubernant tamen exitum ejus, quod ad obligationem pertinet. *l. conditiones de condit. & demonstrat.* Quales sunt hæ. Si Deus voluerit, si Deo visum fuerit, si vixero, si honestè potero, salva legis & superioris authoritae, si à viro integra es & honesta. Item, si honestè & pudicè vixeris, si fidem mihi servaveris in conjugio. Quæ posteriores conditiones exprimi verbis non solent, siniſtræ suspicionis & mali omnis vitandi causa: Et hæ quidem conditiones sponsalia non impediunt aut suspendunt, imò purè contracta sponsalia censentur.

§. 11. SUMMARIUM.

Conditione pendente ad matrimonium dici possit.

QVæritur an pendente conditione nihilominus matrimonium dici vel censeri possit? Et certum est matrimonium nullum esse, cui conditio adhæret. Nam ut supra latè demonstravimus, matrimonium conditionem nullam recipit *ex l. actus legitimi, de regul. juris.* Itaque malè interpretes, qui hac ratione utuntur, matrimonium sub conditione contrahi. Nam ad matrimonium consensus requiritur expressus, certus & minimè dubius, & verbis de præsenti vel æquivalentibus, & quidem consensus tradendis & accipientis uxorem, *q. 2. lib. 4. dist. 29.* Conditionatus autem consensus, ut Durandi verbis utar, certus non est, cum conditioni inhæreat, eaque nitatur, quæ ab incerto eventu pendet. Itaque matrimonium constituere non potest. Nam qui conditionem adjicit ejusmodi, quæ necessaria non est, sed contingens, in incertum loqui præsumitur, etiamsi postea res certa esse comperiatur. Itaque purè consensisse non videtur; quod tamen in nuptiis requiritur. Loquimur autem de vera conditione, hoc est, de contingenti seu casuali.

Nam quæ certitudinem habent conditiones ſponſalia pura conſtituunt, ut ſupra explicavimus.

§. 12. SUMMARIUM.

Conditione exiſtente ſponſalia ſtatim rata & firma ſint, nullo alio actu interveniente.

SEd an conſenſu verbis præſentis temporis præſtito ſub conditione, abſque alio actu vel novo conſenſu, conditione exiſtente ſtatim ſponſalia rata & vera ſint, ut matrimonium promiſſum intelligatur? Et interpretes uno ore ipſo conditionis eventu ſponſalia vera conſtitui ſtatuunt, hoc eſt, matrimonium pactum ſeu promiſſum ad inſtar alterius alicujus conventionis. *Innocent. & Abbas c. de illis, & cap. ſuper eo, de condit. appoſit.* Quod ego rectè dici exiſtimo, & tamen ita accipi velim, ſi metus intervenerit, nam tunc ſponſalia nulla erunt. *Panormit. cap. eum locum. de ſponſalib.* vel etiam ex metus præſumptione. *Ripa cap. cum de conſtit. num. 80.* Matrimonium autem verum vel conſummatum conſtitui non exiſtimo. Nam id conſenſu tradentis, accipientis & poſſidentis uxorem fieri & conſummari. Et quidem in nuptiis, quibus uxor accipitur, & promiſſio prius facta ratificatur, & quodammodo geminatur, ſupra latè explicatum eſt. *Didacus* hoc loco receptam ſententiam oppugnans fallitur *2. part. c. 3. num. 5.* Et hactenus de conditionibus, quæ in tria genera contrahi poſſe videntur. Quædam enim impediunt, ſed habentur pro non adjectis, ut impoſſibiles, ex communi interpretum ſententia. Item quæ concubitu firmantur. Et quæ in futurum conceptæ ordine naturæ certæ ſunt & neceſſariæ. Item quæ tacite inſunt. Quædam verò ſuſpendunt & impediunt ſponſalia & matrimonium, ut conditiones de rebus futuris contingentibus conceptæ. Et hæc *à Bonaventura lib 4. diſtinctio. 28. quæſtion. 3.* aliiſque tradita diſtinctio expeditior multo eſt, quàm illæ interpretum noſtrorum diviſiones, plura etiam complectitur.

§. 13. SUMMARIA.

1 *Sponſaliorum, quæ ſub modo contrahuntur, effectus.*

2 *Modus*

2 *Modus quid.*
3 *Modus non ſuſpendit ſponſalia.*

HActenus † de ſponſalibus, quæ ſub conditione contrahuntur. Nunc de illis videndum quæ ſub modo. Eſt autem † modus generaliter omnis diſpoſitio ſeu qualitas adjecta contractui, quæ non ſuſpendit conventionem, quod conditionis proprium eſt, ſed tantum moderatur, hoc eſt, ei modum præſcribit, vel ut *Baldus* definit *de condition. & demonſtrat.* Quædam adjectio cujuſdam intrinſeci vel extrinſeci gravaminis emolumentum determinans vel coarctans. Veluti do fundum Eccleſiæ, ea lege, ut ex fructibus quæ percipi poſſunt, puellæ indotatæ nuptum collocentur. In eo autem conditioni ſimilis eſt modus, quod ut conditionem, ita & modum conventioni adhærentem, ſi tamen is honeſtus ſit & poſſibilis, contrahentes implere cogantur. Nam & conditionum diſtinctio ſuprà recitata etiam in modo locum habet. *Angelus in ſumma in verbo matrimonium, numero 13.* Conditio autem ut plurimum per conjunctionem, *ſi*, concipitur. Modus verò per conjunctionem, *ut*. Et ſi quid ſub conditione promittitur, effectum nullum habet, antequam exiſtat conditio: ſub modo autem promiſſum ſtatim obligat. Sed ſi modus præſcriptus non ſervatus fuerit, reſolvitur contractus, *ut tradit Guilielmus vetus interpres.* Sponſalia verò ut conditionem recipiunt, ita & modum. Matrimonium autem ut conditionem, ita nec modum recipit. Quod tamen ita accipiendum eſſe ſtatuimus, ut modo, qui præſcriptus eſt non ſervato, diſſolvatur matrimonium. Nam matrimonium conſummatum diſſolvi non poteſt. Talis eſt promiſſio Saulis, Davidi filiam Meroben deſpondentis, *lib. 1. Regum cap. 18.* Filiam majorem tibi uxorem dabo, modò ſis fortis & domi belia geras. Et alia *apud Plautum* licet ridicula in Curculio.

Tu iſtam deſponde modo huic miles, ego dotem dabo.
Phæd. *Quid dotis?* Curcu. *Ut ſemper dum vivat meabat.*
Et *in Aululatia.*
Filiam deſponde mihi. Eucl. *At nihil eſt dotis quod dem.*
Quid nunc etiam mihi deſpondes filiam Lucl. illis legibus.
Cum illa dote quam dixi tibi.

Factus

Facito hoc. Memineris convenisse, ne quid dotis ad te mea adferat filia. Quæ sponsalia ea lege & modo contracta esse palàm est, ut filia indotata collocetur, cum alioqui regulariter pater filiam pro modo facultatum dotare cogatur. Talis est *apud Theocritum*, ubi puella paciscitur cum Daphnide, ne eam post concubitum deserat. Hem ut ei extruat thalamos, domum, stabulum, *Idyll. 27.* Othryonæus filiam Priami Cassandram omnium pulcherrimam sibi pactus erat, ut qui sponsponderat Priamo, se hostes ab ora Trojana fugaturum, nisi recederent. *Homerus Iliad. lib. 13.* Quo spectant verba. Othryonem equidem tibi patrias inter omnes mortales tribuo gloriæ partes, si modo exolvas quicquid Priamo promisisti, pro quo invicem ille tibi uxorem despondit. Quid vos? Profectò eadem tibi promittimus & exsolvemus, ut pulcherrimam filiarum Agamemnonis ex Argo accersitam tradamus uxorem, dum tamen Trojam nobiscum evertas. Quocirca sequere me, ut apud naves de re uxoria ac sponsalibus transigamus. Ejus generis est & illa promissio, licet turpis apud Plautum.

Ut quidem emoriatur priusquam ducam,
Quæ cras veniet, perendie feratur foras,
His legibus, quàm hi dare vis, cedo, nuptias adorna.

Ita Calojoannes Imperator Trapezuntinus, patrum nostrorum memoria, filiam suam Dispinam Regi Persarum Usumcassam nuptum collocavit, ea lege & conditione, ut religionem Christianam uxori colere permitteret. Quam ille conditionem accepit, & cum ea multos annos conjunctissimè vixit. Jonius & *Bezarus in historia Persica.* Et sub modo videtur Ladislaus Rex Ungariæ Reginæ Beatrici conjugium promisisse his verbis, quæ supra *capite quarto* enumeravimus. Spondere se Reginam ex Antistitum Procerumq; voluntate ducturum. Atque haud scio an huc referri possit modus & cautio, quam veteres tabulis matrimonialibus inseruerunt & adscripserunt, ut conjuges non nisi liberorum procreandorum causa concumbant. *De quæ Augustinus libr. 1. de nupt. Valeriani, & nos suo loco latius.* Ejus generis & hæc est, quæ aliquando in Consistorio nostro agitata fuit desponsatio. Spondeo filiam tibi ea lege, ut conveniamus, & de dote inter nos transigamus Calend. Maij, secundum leges patrias. Nam vera sponsalia his verbis contracta esse minimè obscurum est. Idque

quod

quod hæc sponsalia, & alia id genus contractum non suspendunt, aut impediunt. Ideoq; pro puris habenda sunt *cap. quarto, de condit. appositis.* Nam res data Ecclesiæ sub modo statim fit Ecclesiæ, *ubi gloss. in verb. conditio.* ut rectè dixerit vetus interpres Guilielmus & eum secutus Albericus, quod licet sponsalia conditione contrahi possint, ita ut ea non existente corruant & infirmentur, tamen si sub modo contrahantur, statim rata esse, & cogendum esse eum qui promisit, modum servare & implere. Verbi gratia. Si in proposita facti specie postrema alteruter ad eum diem qui præfinitus est transactioni de dote non adsit, vel adsit quidem & tamen de dote inter eos convenire non possit, nilominus rata erunt sponsalia, ut quæ modum annexum habent, non conditionem. Idq; quod exitum facilem invenire possint, cum contrahentes de dote secundum patrias leges constituenda inter se pacti sint. Jus autem certum est; & si inter sese dissenserint, judicis arbitrio constituetur *l. cum potest, §. genere. de jure dotium.* Et id genus cautiones, modos seu leges in instrumentis dotalibus reperire licet, quæ non suspendunt sponsalia vel matrimonium, sed moderamen præscribunt, cui contrahentes parere oportet. Et eo spectat *T. de pactis conventis super dote.*

§. 14. SUMMARIA.

1 *Matrimonium ea lege initum, ne conjuges corpore conjungantur, an valeat?*
2 *Nuptiæ ad procreandam sobolem instituuntur.*

SEd hic quæritur an jure subsistat & tatum sit matrimonium † ea lege & cautione initum, ne conjuges corpore conjungantur? vel ne alter in alterius complexum veniat? Tale dicitur conjugium fuisse inter Regem Anglorum Egfredum & Etheltrudim conjugem. Nam alter alterum nunquam attigit. Polydorus de Kunigunda uxore Imperatoris Henrici commemorat, quod uterq; perpetuam virginitatem servaverit. *Blondus lib. 3. Romæ triumphantis.* Ammonius Ægyptius ab uxore abstinuit annos 18. & mensibus ... *Tripartita lib. 1. c 2.* Sed & alia conjugum paria annotarunt veteres, quæ in conjugio concubitu abstinuerunt. Julianus Martyr & Basilia. Alexandriæ vero Chrysantus ac Daria, & Amos cum uxore sua. Malchus item Monachus à conserva illa sua abstinuit, cujus vitam Hieronymus

mus ſcripſit. De Avo Ægyptio adoleſcente idem refert *Suidas*. Nam cum is à re uxoria abhorreret, tandem cognatis urgentibus ut uxorem duceret obtemperavit, & virginem duxit: cui tamen, antequam congrederentur, perſuaſit, ut vitæ mundanæ valediceret. Idq; ambo cum feciſſent, in Nitriæ montem ſeceſſerunt, & exiguo tempore una exercitati, poſtea ſeorſim idem fecerunt. Hujus Avi animum in cœlum recipi vidit Antonius. Et certe ejuſmodi pactionem tanquam matrimonio repugnantem non valere exiſtimaverim. Ideoq; rato manente matrimonio modum tanquam turpem rejiciendum eſſe, quæ Gulielmi veteris interpretis fuit ſententia, & Alberici, & recte, pugnat enim cum lege divina, quæ diſertis verbis jubet homines liberis operam dare *Geneſ. 1.* Creſcite & multiplicamini. Unde Hebræi tria ex lege Moſis maritum uxori præſtare debere [*eonetho ſearèh cesutho*] hoc eſt, veſtem, alimentum & concubitum, *Exod. 21* Et ita ſentiunt ſponſalia nulla eſſe ea conditione contracta, ne alter alteri χάρεν debeat, *cap. 2. de ſponſalibus.* [*ithmar chiduſchin ſcheaen meſſurim lebiah Abay amar haim chiduſchin robo amar lo hauu chiduſchin amar robo bar abino aſſbero li chi gikaeh ihſch ihſche vbaelo chiduſchin haniſſurim lebioh hauu chiduſchin ſcheen meſſurin lebioh lo hauu chiduſchin.*] Adde, quod ubi matrimonium cojerit ſemel vir amplius ſui corporis poteſtatem non habeat, neque mulier, ut ait Apoſtolus, qui etiam expreſſe vetat ne conjuges ſeſe invicem defraudent. Quod etiam Ethnicis non ignotum fuit, *ut ex Plutarcho colligitur ex libro de amore & legibus connubial. cujus hæc ſunt verba.* Hic mos meo judicio matrisfamilias eſſe debet, ut neque defugiat, neque averſetur illa χάρεν exordiente viro, neq; occipiat ipſa. Quæ ſuprà notavimus. Solonis lege ſponſam cum ſponſo includentes malum cydonium comedere una jubebant, & maritus ter ut minimum ſingulis menſib. cum uxore congredi jubebatur. Nam eo modo etſi liberi nulli naſcebantur, tamen is honor mulieri pudicæ exhibitus, atque comitas utriuſque multis, quæ in conjugio incidere ſolent, moleſtiis liberat, neque abalienari eorum prorſus à ſe invicem propter diſſidium animos patitur. *Plutarchus in Solone.* Et re-
2 cte. Nam nuptiæ ad † procreandam ſobolem inſtituuntur *l. 14.*

quæri-

quæritur, de edil. edict. Atque huc ſpectat, quod ſcribit Auguſtinus, tabulis veterum inſerta fuiſſe hæc verba, ut non concumberent niſi liberorum procreandorum cauſa. Itaque idem *Auguſtinus ad Quodvuldeum cap. 87.* damnat Ruſticanam Abellianorum hæreſin in Hipponenſi agro, qui uxoribus non miſcebantur, ſed adoptabant utriuſque ſexus, quos quaſi ex ſe natos liberos hæredes adſciſcebant. Refert *Diogenes Laertius lib. 8.* Pythagoram deſcendiſſe ad inferos, eumque illic vidiſſe ferunt, cruciari eos, qui uxorum congreſſum refugerent, κολαζομένους τὰς μηθέλοντας συνεῖναι ταῖς αὐτῶν γυναιξίν. Quod etſi fabuloſum eſt, tamen oſtendit, quæ veterum de his nuptiis fuerit ſententia. Et ut reliqua taceamus, quantum incommoditatis ex ea re & periculi oriatur, & exſpectandum ſit, oſtendit exemplum ſuprà allegatum de Etheltrude Angliæ Regina, nam ea bis nupta fuit, primum marito qui poſt nuptias non diu ſuperſtes fuit, & uxorem à ſe integram reliquit, deinde Egfredo Regi Angliæ circiter annum 700. Chriſti, cum quo annos 12. vixit, ita, ut nunquam in ejus complexum venerit. Cum verò Egfredus ſobolis procreandæ deſiderio flagraret, & neque precibus, neque minis uxorem ad concubitum permovere poſſet, quod illa cauſaretur ſe Deo virginitatem conſecraſſe & dedicaſſe, ut nihil intentatum relinqueret, tandem rem ad VValfredum Archiepiſcopum Eboracenſem detulit, cui uxor plurimum fidebat, eique negocium dedit, ut quacunque poſſet ratione uxorem de ſua ſententia & intentione dimoveret, ſed ne ille quicquam hic profecit. Et cum maritus acrius inſtaret, Etheltruda aſſiduis precibus fatigare orareque maritum, ut ſibi ejus voluntate conjugali vinculo ſolutæ cœlibem vitam agere liceret: idque tandem impetravit. Itaque relicto marito illa ſeſe contulit ad amitam mariti Egfredi, quæ eo tempore monaſterio Coldingamenſi præerat (quod in finibus Scotiæ ſitum eſt) & monaſterium ingreſſa eſt, ibique diem extremum clauſit, & mortua in Divorum numerum relata eſt, ut teſtantur *Polydorus lib. 3.* & alii, qui res Anglicas memoriæ prodiderunt. Etſi autem hiſtorici Etheltrudam ſummis laudibus evehunt, ob obſervatam virginitatem etiam in

conjugio, tamen tantùm abeſt, ut laudanda videatur, ut culpandæ maximè ſit, ut quæ mariti congreſſum refugerit, & virum hanc ob cauſam deſeruerit & diverterit contra legem & mandatum Dei expreſſum, Quod peccatum maximum fuit. Quanto ſatius fuiſſet juxta Pauli præceptum viro ὀφειλομένην ὄνοιαν præſtitiſſe, in matrimonio permanſiſſe, libetosq; reliquiſſe, qui ſe mortuo Deum colerent & prædicarent. Recte itaque Hieronymus reprehendit Celantiam, quod perpetuam continentiam foviſſet marito inconſulto. Nam id jus uxor non habet. Verba ita habent. Sed illud quoque didici, quod non mediocriter angit ac ſtimulat, te videlicet tantum hoc bonum continentiæ abſque pacto viri ſervare cœpiſſe, cum hoc Apoſtolica omnino interdicat authoritas. Uxor, inquit, ſui corporis poteſtatem non habet ſed vir. Tu verò quaſi oblita fœderis nuptialis pactique hujus, & juris immemor, inconſultò voviſti domino caſtitatem, ſed periculoſe promittitur quod in alterius poteſtate eſt. Et neſcio quàm ſit grata Deo donatio, ſi unus offerat rem duorum. Etſi autem Auguſtinus *libro 11. de conſenſu Evangeliſtarum*, exemplo Mariæ & Joſephi demonſtrare conatur, etiam matrimonium inter conjuges eſſe, qui congreſſum mutuum refugiunt, idque veriſſimum ſit (nam nuptiæ non coitu ſed animorum conjunctione præcipue conſtant, *l. 57. ſi cui, de condit. & demonſtra. l. cum hic*, §. *ſi mulier, de donat. inter vir. & uxor.*) tamen in conſequentiam trahendum non eſt illud unicum & ſingulare conjugium virginis matris, quod omni prorſus exemplo caret carebitq;. Fuit enim verum matrimonium inter Joſeph. & Mariam, mentis ſanctitate non curnis incorruptibilitate, ut dixit Auguſtinus, ut allegatur dictum illud *ſerm. 38. de temp.* Quodq; à reliquis in multis tum eo maximè diſcrepat, quod Maria Joſepho liberorum procreandorum cauſa non nupſit *c. beata Maria 27. q. 2. conjunx*, alii vero conjuges gignendæ ſobolis ſtudio coeant, & ad eum ſcopum deſtinata ſit omnis ducentis & nubentis intentio. Quo ſpectant verba Auguſtini *c. non eſt dubium 27. q. 2.* Non eſt dubium, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua commixtio ſexus non docetur fuiſſe. Item *in Soliloquio*. Non eſt perfectum conjugium ſine permixtione ſexuum.

§. 15. Sum-

§. 15. SUMMARIA.

1 *Sponſalia etiam in diem promittuntur,*
2 *Sponſalibus cauſa adjicitur.*

SPonſalia etiam † vel matrimonium in diem promitti ſo- 1
let. Veluti promitto conjugium, vel ducam te quando ſol ingredietur arietem. Exemplum eſt apud Apollonium, ubi Jaſon Medæ promittit, ſe illam ducturum domum, ὅτ' ἂν ὡς ἑλλαδα γαῖαν ἱκώμεθα νοστήσαντες, hoc eſt, ſimul atque in Græciam reverſi eſſent. Talis fuit promiſſio inter Clitiphontem & Melitem apud Achillem Statium *lib. 5.* ut ex his verbis colligitur. Juravimus, ego quidem perſancte, me illam amaturum: illa verò me ſibi conjugem aſcituram, rerumque ſuarum omnium dominum habituram. Quæ quidem ita inter nos firmata ſunt, ut non antè promiſſa fierent, quàm Epheſum applicuiſſemus. Ego cum Brunello hac promiſſione teneri exiſtimaverim eum, qui his verbis fidem dedit, ut ei contrahere cum alia liberum non ſit. Nam promiſſio pura eſt, etiamſi executiæ, hoc eſt, nuptiæ in certum diem conſtituantur & differantur, ideoque antequam dies venerit, promiſſor compelli non poſſit.

Nonnunquam & † cauſa ſponſalibus adjici ſolet, quæ tamen ſive vera ſit ſive falſa ea non dirimit, nec infirmat. Imò pro non adjecta habetur. Veluti ego te ducam quia dives es, vel quia illius viri filia es. Nam etiamſi illa neque locuples, neque hæc illius viri filia ſit, rata nihilominus erunt ſponſalia. Aliud dicendum, ſi error ſit perſonæ vel conditionis. Nam ille ſponſalia & matrimonium infirmat, de qua latius infrà.

§. 16. SUMMARIUM.

Sponſaliorum juratorum effectus.

SEd & ſponſalia juramento firmari ſolent. Unde Doctores ſponſalia alia appellant jurata alia injurata. Jurata quorum promiſſionibus adhæret jusjurandum, quorum exempla ubique extant, tàm in ſacris literis quàm prophanis. Ut in hiſtoria Ruthæ *cap.* 4. Quod ſi ille te ducere nolit, qui genere proxumus eſt, ego te ducam, vivit Dominus, id eſt, juro me te ducturum. Et hæ promiſſio-

Digitized by Google

nes juratæ, vel à partibus interponebantur vel ab ipsis κυρίοις, hoc est, iis qui puellas in sua potestate habent. Ita *apud Homerum* Juno *Iliad. 14.* promittit Somno, se illam unam juniorum Charitum uxorem daturam raptui. Age, inquit, jura per stygium flumen, altera manu tellurem tenens, altera mare tenens, ut nobis testes sint omnes Dii, inferi, subterranei orbis Saturno assidentes, te daturam unam mihi juniorum Charitum Pasitheam scilicet. Juno in illius verba juravit in testimonium vocatis omnibus Diis inferis. Ita *apud Ovidium* quæritur quædam quod decepta sit ab eo qui juratus fidem dederat.

Jura, fides ubi nunc, promissaq; dextera dextræ?
Quiq; erat in falso plurimus ore Deus?

Et paulò post:

Per mare quod totum ventis agitatis & undis,
Per quod sæpè ieras, per quod iturus eras:
Perq; tuum mihi juraſti (nisi fictus & ille est)
Concita qui ventis æquora mulcet, avum.

Eodem spectant verba *Thesei ad Ariadnam,*

Cum mihi dicebas, per ego ipse pericula juro,
Te fore, dum nostrum vivet uterq;, meum.

Et *apud Valerium Flaccum lib. 7.* Argonauticῶn Jason Medeæ, quam abducturus erat, conjugium promittit juramento per Stygiam paludem præstito.

Respice ad hæc voces, & jam precor annue conjux,
Per te quæ superis divisq; potentior imis,
Perq; hæc ergo tuo redeuntia sydera nutu,
Atq; per has nostri juro diſcriminis horas,
Unquam ego si meriti, noctis simq; immemor hujus,
Si te sceptra domum, si te liquisse parentes
Senserit, & meæ tum non hæc promissa tenentem:
Tum me non tauros juvet evasisse, ferasq;
Terrigenas, &c.

Ejus generis sunt & ille promissiones *apud Terentium*, qui sine illa jurabat nullum se victurum diem. Ita Cajus Caligula amissa uxore Lucia in partu Euniam Noemiam uxorem cohortium præfecti ad stuprum sollicitavit, addita promissione de matrimonio, si potitus

potitus imperio fuiſſet, deque ea re & Chyrographo & jurejurando cavit, *Sueronius in Caligula.* Atq; eorum ſponſaliorum ea erat firmitas, ut qui jurati promiſiſſent conjugium, conſummare cogerentur, neq; repudium ſponſæ remittere poſſent, quod qui id feciſſent pejurii rei eſſent, & haberentur. Idq; ex Valerio Flacco colligi poſſe videtur, qui Medeam introducit ita loquentem, poſtquam eam remittere in patriam Jaſon ſtatuiſſet, poſt fidem datam de conſilio Argonautarũ.

——Vereor fidiſſime conjux
Nil equidem, miſerere tamen, promiſſaq; ſerva
Uſq; ad Theſſalicos ſaltem connubia portus,
Inque tua me ſerva domo, ſcis te mihi certo,
Non ſocios juraſſe tuos, hi reddere forſan
Jus habent, tibi non eadem permiſſa poteſtas.

Et de Jaſone deliberante an relinquat Medeam *idem Poeta lib. 8.*

Quanquam jura Deum ſacri filij conſcia pacti
Religio, dulciq; movent primordia tedæ.

Idemque inculcat Regina Areto cum Rege Æte de his ſponſalibus diſputans.

——Perjurus Jaſon,
Si patri reddatur, erit. lib. 10.

Elegans facti ſpecies apud Ovidium extat de Acontio & Cydippe, quam cum Acontius amaret, & ſibi uxorem cuperet, hanc technam commentus eſt. Pomo pulcherrimo duos hoſce verſus inſcripſit:

Juro tibi ſane per myſtica ſacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem, ſponſamq; futuram.

vel ut alii volunt,

Me tibi nupturam felix erat omen Aconti,
Juro quam colimus numina magna Deæ.

Pomum autem illud abjecit ante pedes puellæ in æde Deliæ Dianæ, ubi conventus virginum celebrabatur. Puella hujus fraudis ignara imprudens hos verſiculos legit & pronunciavit, atque in animum induxit, ſe ea recitatione juraſſe & promiſiſſe Acontio conjugium, ſeque perjurii ream fore, niſi fidem datam ſervaret. Nam lex erat, ut quæ ante Deos in templo Dianæ Deliæ dicerentur, rata eſſent. Pater Cydippes ejus rei ignarus, alii eam deſpondit. Illa paulò poſt in morbum incidit. Ibi tum Acontius puellæ perſuadere conatus eſt, morbum

bum illum à Diana immissum quod fidem datam non servaret, quodque perjurii rea esset, ut colligitur ex epistola Ovidii, cui lemma est Acontius Cydippe. Etsi autem perjura dici non potest Cydippe, quæ nihil jurata promisit, sed saltem verba in formam juramenti concepta legit, ut ex eo versu colligitur.

Non ego juravi, legi jurantia verba.

Item:

Sed si nil dedimus præter sine pectore vocem,
Verba suis frustra viribus orba tenes.

Tamen inde non obscurè colligitur, quæ fuerit veterum sententia de sponsalibus, quæ juratus quis promisisset, perjurii scilicet reum esse, qui fidem datam non servasset, ut supra scripsimus. Atque eo spectant hi versus:

Hæc mihi se pepigit, pater hanc tibi primus ab ika,
Sed propior certè quam pater ipsa sibi est.
Promisit pater hanc, hæc adjuravit amanti,
Ille hominem, hæc est testificata Deum.
Hic metuit mendax, sed & hæc perjura vocari
Num dubitas hic sit major, an ille metus.

Item:

Consulit ipsa tibi (Diana scilicet) *nèu sis pejura laborat.*
Et salvam salva te cupit esse fide.

Item:

Inque caput nostrum dominæ perjuria quæso
Eveniant, pœna tuta sit illa mea.

Item:

Nil opus est istis, tantum perjuria vitâ
Teque simul serva, meque, datamque fidem

§. 71. SUMMARIUM.

De promissione jurata conjugiorum.

QVid quod conjuges pacisci solebant, idque juramentò firmare, se nunquam repudiaturos uxores. Atq; eo casu eis repudiandi jus non erat. Idq; ex Suetonio colligitur, qui scribit Tyberium equiti Romano jurisjurandi gratiam fecisse, ut sibi uxorem, quam se nunquam

nunquam repudiaturum juraverat, in ſtupro generi deprehenſam, dimittere liceret. *Ovidius* etiam videtur uxori idem promiſiſſe idque juratus, ut ex iis verſibus qui 5. *Faſtorum* extant colligitur:

Chara fuit conjux prima mihi chara juventa,
Cognita nunc ubi ſit quæritis, urna tegit,
Huic ego juratus, vobis in verba vocatis,
Conjugio dixi ſola fruere meo.

Et hæ nuptiæ perpetuæ dicebantur, ut quas divortio dirimere fas non erat. *Apuleius lib. 7.* Vobis, inquit, perpetuæ erunt nuptiæ. Beroaldus, perpetuus dixit, ut doceat hoc connubium nullo divortio divelli diſſungiq; debere. Et in verbo ſemper illa dictione præſcribit nullum futurum inter cupidinem Pſychen divortium, dum vult ut ſemper amorib. perfruantur ſine ullo diſſidio. Et *apud Valerium Flaccum* Arete refert Iaſonem perpetuos thalamos Medeæ ſpoſponduſſe *lib 40. Perpetuos ſpondet thalamos & fœdera lecti.* *Ovidius in Ibin* de uxore ſua.

Perpetuoq́; mihi ſociata fœdere lecti,
Non patitur miſeri funera flere viri.

Quo & hæc referri poſſunt.

Per tibi tot juro teſtes, pompamq́; Deorum,
Te dominam nobis tempus in omne fore. Ovid.

Horatius irruptam appellat copulam *lib.1. Od.* 13.

Felices ter & amplius
Quos irrupta tenet copula,
Nec malis divulſa querimoniis
Suprema citius ſolvet amor die.

Et *Virgilius* connubium ſtabile appellare videtur.

Connubio jungam ſtabili, propriamq́; dicabo.

Sed de effectibus ſponſaliorum quæ juramento firmata ſunt, infra ſuo loco latius diſputabitur *cap.* 13.

§. 18. SUMMARIA.

1 *Sponſalia etiam ſub pœna contrahi ſolent & de earum effectu.*
2 *Pœna in ſponſalibus promiſſa inhoneſta.*
3 *Difficultas excuſat à pœna.*

1 SEd & ſponſalia ſub pœna contrahi ſolent, ut id quod pœnæ nomine promiſſum eſt, exſolvat is qui matrimonium conſummare recuſat. Verbi gratia. Pater alicui filiam promittit in matrimonium, & cum ſponſo paciſcitur, ut ſi ille nuptias nolit, pœnæ nomine eo. ſolvat patri. Vel ſi patrem promiſſionis pœniteat, & filiam dare recuſet, eo. ſponſo ſolvat pœnæ nomine. Quæritur an pecunia pœnæ nomine promiſſa, ſi alteruter conventioni non pareat, peti & exigi poſſit. Reſpondeo pœnæ promiſſionem non valere, imò ipſo jure nullam eſſe. Ratio eſt, quod matrimonia libera eſſe, neq; metu pœnæ ea obſtringi conveniat, *l. Titia de verb. oblig. c. gemma de ſponſalib. l. neq; C. de nuptiis l. 5. §. final. C. de ſponſalib. & arr. ſponſal. in fine hũ verbis.* Si cautio pœnam ſtipulationis continens interpoſita fuerit, ea nullas vires habebit, quamvis arrhæ reddendæ ſint. Ratio eſt, quod metus amittendi illam pecuniam, quæ promiſſa eſt impedit liberum & benevolum conſenſum, qui in matrimonio requiritur, quod amore & benevolentia conciliari debet. *Bonaventura lib. 4. ſentent. diſt. 28. q. 3. & Doctores d. l. Titia T. aut l. reprehendenda C. de inſtitut. & ſubſtit.* conjugalem concordiam omni lucro præferendam eſſe, Adde quod pœna promittitur in eum caſum, ſi alteruter contrahentium nuptias nolit, ut ſoluta pœna liberetur à promiſſione, & per conſequens in diſſolutionem & odium matrimonii. Itaq; recte *Alexius Comnenus in Conſtitutione ſua*, quando, inquit, ſolis pœnis corroborantur ſponſalia, eæque adſcribebantur, datione etiam earum in firmabantur, & diſſoluebantur. Qua de cauſa vetat, ne ea poſt illud tempus inſtrumentis dotalib. adſcribantur. Quo ſpectat illud JCti. Inhoneſtum eſt vinculo pœnæ matrimonio obſtringi, ſive futura, ſive jam contracta. Unde † concludunt Dd. pœnam in ſponſalib. promiſſam inhoneſtam & contra bonos mores eſſe, ſive ab ipſis promiſſæ ſint ſponſis, ſive ab eorum parentibus aut tutoribus, aut aliis penes quos matrimonii eſt poteſtas, Idq; uſque adeò verum eſſe cenſent, ut etſi ſub juramento pœna promiſſa ſit, tamen non valeat, quod juramentum contra bonos mores non ſit obligatorium; & ne quidem etiamſi pœna promiſſa ſit exiguæ quantitatis. *Abbas communiter receptus, de c. gemma, & Bartol. d. l. Titia.* Et hæc non tantum locum habent, quando partes inter ſeſe ſponſalia contraxerunt, ſed etiam quando parentes liberorum nomine ſponſalia conſtituerũt. Species

2

facti

facti est ea de re in constitutione Comneni de quodam, qui nuptiarum repromissionem liberorum nomine contraxerat. Deinde sponsaliorum contractum, quod nuptiæ ipsi cordi non essent, rescindere conaretur, & in eo insisteret, ut pœnæ instrumento sponsaliorum comprehensæ præstarentur, & sponsalia dirimerentur. Sed etsi filiorum impuberum nomine sub pœna sponsalia inita sint, pœnam non deberi, nec exigi posse Doctores statuunt. Idem statuendum, si quis promisisset, qui sponsum aut sponsam jure sanguinis attingeret, ita ut timor pœnæ adjectæ aliquâ ex parte contrahentes spectaret. Veluti si frater promisisset, vel aliis genere proximus, vel qui parentum loco sit, ut tutor vel alii penes quos est matrimonii potestas. Nam in conjunctis & necessariis viri vel mulieris eadem ratio est, quæ in patre & matre *gloss. in l. mulieri & Titio, l. hæres, §. final de condition. & demonstrat. Doctores in d. gemmæ & l. Titia.* Sed si extraneus, hoc est, aliquis qui partibus conjunctis non est, promitteret se curaturum, ut Titia mihi nubat, idq; sub pœnâ, valeret quidem promissio, sed tamen liberaretur promissor, si eam quam posset diligentiam adhiberet, id est, maximam, & tamen eo rem perducere non posset ut Titia nubat. Nam difficultas † superveniens facit, ne pœna committatur. *l. si vehenda §. item juris ad legem Rhodi de primo act. l. 2. §. si quis cautionib.* Et difficultas excusat à perjurio, multo magis à pœna. *cap. brevi de jurejurand.* Et pœnæ in universum, quibus matrimonij libertas aliqua ex parte imminuitur, legibus improbantur. Idque non tantum in pactis, sed testamentis locum habet. Veluti Titio patri 100. delego, si filius ejus non nupserit 10. dato, *l. hæres meus, de condition. & demonst.* Nam quod in fraudem legum ad impediendas nuptias scriptum est, vim nullam habet. Itaque in stipulationibus tota obligatio infirmatur, nec quicquam peti potest. Legata verò debentur, & conditio tanquam turpis rejicitur. Nam veteres voluerunt, ut quoad fieri posset raræ essent ultimæ voluntates, qui favor in obligationibus non est. Aliud dicendum, si ab extraneo ita concipieretur stipulatio. Si Titia nupserit vel non nupserit Cajo 100. dare spondes. Nam valet stipulatio, cum nemo hoc casu meum pœnæ ad nubendum astringatur. Nam ad Titium vel Cajum nulla potest redire commoditas vel incommoditas, ut eorum voluntas coacta dici possit. Et maximè quando is stipulatur, qui nullam habet in

contrahentes poteſtatem. Hic enim verendum non eſt, ut illos cogat. Et hæc quidem jure civili obtinent. Leo autem Imperator *Conſtitutione. 8.* expreſſe ſtatuit, pœnam in ſponſalibus conſtitutam exigendam eſſe, idque conſuetudine introductum eſſe, quæ, ut ipſius verbis utar, non minus ſit probabilis, quam quæ legibus ea de re ſancita ſunt. Nam qui ſub pœna promiſit, non tam facilis erit ad diſſolvenda ſponſalia, quam qui arrhæ perditione aut in duplum reſtitutione ſolum tenetur. Cum ille gravius damnum ſibi imminere videat, nimirum jacturam ejus pecuniæ, quæ ſub pœna promiſſa eſt, hic arrham ſaltem amittat. Ideoq; pœna adjecta homines leves & inconſtantes in officio contineat, & tardiores ad diſſolvenda ſponſalia efficiat. Et hanc ſententiam ſecutus eſt *Harmenop. libr. 4. T. 1.* qui jus à Leone conſtitutum in ſuam Epitomen redigit his verbis: Pœna, inquit, præſtita mulctetur, quiſquis ſponſalia reſcindit, quod id conſuetudine firmatum ſit. Unde conſtat apud Græcos in morem perductum fuiſſe, ut pœna ſponſalibus adjiceretur, quam is, qui ea infringeret, ſolvere coactus fuerit. Idque in Holſatia accidiſſe ſcimus inter viros primarios. Nam pater filiam alicui promiſerat ſub pœna 400. thalerorum. Filia poſt peracta ſponſalia à ſponſo abhorrere cæpit, ut ei nubere nollet. Pater potius quam illam cogeret, ſummam pecuniæ pœnæ nomine promiſſam, exſolvere maluit. Eamque conſuetudinem valere καὶ τοῖς γαμηλίοις συναλλάγμασι μᾶλλον συμφέρειν, hoc eſt, nuptialibus contractibus magis conducere & convenire, ut Leonis verbis utar, exiſtimaverim. Idque Hebræorum Juriſprudentia probat qui inſtrumenta nuptialia, quibus matrimonium ſub pœna promittitur literas [*Kenaſſ*] appellat.

§. 19. SUMMARIUM.

An is qui ſub pœna promiſit matrimonium conſumere cogatur?

SEd quæritur, an conſuetudine ceſſante pœna tanquam ſuperflua rejecta nihilominus is qui promiſit, conjugium conſummare cogatur? Et apud veteres coactum non fuiſſe eum, qui ſub pœna promiſiſſet conjugium *ex l. 13. 4. Titia de verbor. obligationib.* colligi poſſe videtur. Quæ expreſſe tradit, in ſtipulationibus quæ in fraudem legum fiunt, ad impediendas nuptias (quarum una hæc eſt) totam infirmari obligationem. Idq; apud veteres ita ſervatum fuiſſe

ex Co-

ex Comneni constitutione colligitur, qui expresse scribit, quando sponsalia pœna firmarentur, & eæ adscriberentur, earum præstatione dissoluta & infirmata fuisse sponsalia. Quod & Leo Imperator ostendit *constitutione 18.* qui ea de causa pœnam in sponsalibus constituam exigendam cavit, quoad fidem servandam impellerentur & quasi cogerentur illi, qui nuptias promisissent, si non aliam ob causam saltem ob jacturam & damnum, quod iis impenderet. Quod utique constituere supervacaneum fuisset, si absq; pœna ad nuptias consummandas adstringerentur ii, qui sponsalia promisissent. Quo spectant verba *Novellæ 18. Leonis.* Ex arrhæ quidem perditione faciles sponsaliorum eversiones video, ex pœnæ persolutione non item. Nam gravius dispendium vel invitum cohibens, animi inconstantiam acquiescere illis, quæ antea de sponsalibus placuerunt, compellet. Item ex pacto definitæ pœnæ gravius damnum sibi obvenire videns inconstans ille, tardior omninò ad divellenda sponsalia fiet. Deinde, qui sub pœna promittit, alternative promittere videtur, hoc est, ut vel ducat, vel pœnam solvat. In alternativis autem electio est debitoris *c. in alternativis de reg. jur.* Ideoque iniquum esset eum, qui sub pœna promisisset, hoc est, ea intentione ut alterutrum faciendo liberari posset, ad unum præcise teneri. Adde quod sub conditione promisisse censetur, qui promittit matrimonium sub ea nimirum conditione, ut nisi promissis stet 100. solvat pœnæ nomine. Conditiones autem, quæ ad impediendas nuptias contractibus inseruntur, obligationem inutilem reddunt & prorsus infirmant, *l. hæres meus, de condit. & demonstrat.* & nos ea de re supra latius. Interim maxime hanc apud veteres controversiam & ancipitem fuisse quæstionem ex *Novella Comneni* colligitur, qui scribit, judicium in diversas sententias divisum fuisse, cum de facto ea incidisset. Quidnam enim existimarunt, liberum esse præstatione pœnæ dissolvere sponsalia. Alii contra sponsalia indissoluta manere, neq; datione pœnæ rescindi debere, præsertim quæ liberorum puberum consensu & sacris precibus obsignata essent. Itaque *Comnenus* ea de re consultus respondit: Sponsalia in quibus sacra peragitur benedictio, quæque nuptiis præstitutum tempus habent, minimè dissolvenda esse, quod Dei interventu ea inita sint τῷ πρώτῳ & θεῷ συναγομογῷ διὰ τῶν ἱερατικῶν εὐχῶν προσεμπεδῶντος & κεκλίνοντος.

conditione, ut is, qui fidem dedit, matrimonium consummare cogatur. Neque potest dici, eum qui pignus dedit, cogi, aut metu pignoris amittendi impelli, cum libera voluntate id fecerit, neq; in eum casum, ut pignore pro derelicto habito, liberari possit, quod in præcedenti facta specie usu venire videmus, sed ut eo firmior sit obligatio. Nam nihilominus is qui promisit, ducere cogetur, neque liberabitur pignoris jactura & amissione. Aliud dicendum existimaverim, si quis promiserit nuptias & pœnæ nomine stipulatus sit pignusque dederit in eum casum, ut si conventis non steterit, illud amittat, hoc est, in dissolutionem matrimonii, *dict. l. si ita*, §. *si ita stipulatus, de verbor. obligation.* Quamvis *Angelus in summa* Antonii de Butrio opinionem veriorem esse existimat.

§. 21. SUMMARIUM.

Fidejussores dantur in contractu sponsalium.

SEd apud nostrates fidejussores dari solent, qui pro sponsa aut sponso fidejubent & spondent de fide servanda & nuptiis consummandis. Quod & ipsum juri civili consentaneum esse videtur, & apud veteres frequentatum esse Isodorus notat. Sponsus, inquit, à spondendo vocatus Nam ante usum tabularum matrimonii cautiones sibi invicem emittebant, in quibus spondebant se invicem consentire in jura matrimonij, & fidejussores dabant. Quod totidem verbis *Servius in illud 10. Aeneid.* Gremiis abducere pactis, annotavit, & *Macrobius, libro 1. Saturnal. capite 6.* Asinæ cognomentum Corneliis datum est, quoniam princeps Corneliæ gentis empto fundo, seu filia data marito cum sponso res ab eo solenniter poscerentur, asinam cum pecuniæ onere produxit in forum, quasi pro sponsoribus præsens pignus. Nam si cui legatum sit sub conditione, si Mæviã duxerit, cavere debet, se illam ducturum antequam legatum accipiat. *l. Titio. §. Titio. de condit & demonstr.* Deinde ejus quod interest nomine recte fidejussor datur. Id autem peti posse, si uxor non detur aut accipiatur, infra *cap. 12.* demonstratum est.

§. 22. SUMMARIUM.

Præmii spe aliquam ad nuptias invitare licere.

Præmii

magno argumento sunt, veteres virtuti & fortitudini præmia proposuisse, & nuptiis ad virtutem & res præclare gerendas invitasse. Deinde parentes in deligendis generis, virtutes & animi dotes magis, quam divitias & fortunæ bona spectasse. Quo spectant verba illa Pyndari *eadem Oda*. Multi eius conjugium expetebant παῖδὲ ἦ θυγατρὶ Φυτάλιον κλεινὸ πέρον γάμον. Pater ei illustrius conjugium parabat & moliebatur, ad imitationem Danai, qui generos virtute & fortitudine præstantes reliquis anteponendos censebat. Postremo quanta fuerit parentum in filias potestas, hinc colligere licet, quod eas præmia proponerent iis, qui in certaminibus sese strenuo gessissent & victores extitissent. Similis extat historia *apud Herodotum lib. 6.* de Clistene, qui filiam Agaristiam ei nuptum dare pollicebatur, quem præstantissimum Græcorum invenerit.

§. 23. SUMMARIUM.

Lucri spe aliquam ad nuptias invitare licere.

LUcri etiam & dotis spe aliquem ad matrimonium invitare fas & jura sinunt. Exempli gratia. Si quis Titio mille leget ut Mæviam uxorem ducat. Ita Demosthenis pater moribundus filiam accersitis testibus Demophonti despondet, & duo talenta dotis nomine legavit, uxorem item suam Cleobulam cum dote 80. minarum Aphobo despondit. Uterque dotem legatam exegit, filiam verò & matrem ducere recusarunt. Nam Aphobus spreta vidua Demosthenis filiam Philonidæ Melitensis duxit. Qua de causa etiam Demosthenes illi dicam scripsit, ut videre licet ex oratione in Aphobum. Camiola Toringasenensis vidua ditissima civis Missinensis Rolando Petri Regis Siciliæ fratri in carcere hærenti, hanc obtulit conditionem: se pro illo λύτρον soluturum, & è carcere eum liberaturum, si se uxorem ducere vellet. Quod ille se facturum recepit. *Fulgosius lib. 5. cap. 3.* historia infra recitatur, Nam quæ ad matrimonium invitant, legibus comprobantur. Unde Papinianus *l. Titio, §. Titio, de condit. & demonstrat.* Titio, inquit, 100. relicta sunt, ut Mæviam uxorem ducat. Conditio non remittitur (id est, legatum consequi non poterit, nisi caveat se ducturum Mæviam) *l. final. in verbo potestas C. de sponsal.* Huic sententiæ non refragatur, quod si quis pecuniam promittat ea lege, si Mæviam uxorem non ducat. Prætor a-

actionē denegat. Aliud est enim pœnæ metu eligendi matrimonii libertatem auferre, aliud ad matrimonium præmii vel lucri spe invitari. Itaque Aphobus & Demophon meritò à Demosthene accusantur, quod legatum acceperint, & conditioni parere recusarint.

§. 24. SUMMARIUM.

Matrimonium in alterius arbitrium conferri non potest.

QUibus de causis nec matrimonium in alterius arbitrium conferri potest. Veluti si testator sic legat. Si arbitratu Lucii Titii Seia nupserit, hæres meus illi fundum dato. Hæc conditio pro non adjecta habetur, eò quod liberam nubendi voluntatem impediat & restringat, ut debetur legatum etiamsi Seia sine arbitratu Lucii Titii nupserit *l. cum tale, §. rescriptum. de condit. & demonstrat.*

§. 25. SUMMARIUM.

Consensus matrimonii liberis nullo statuto aut lege imminui potest.

UNde concludunt Dd. matrimonii libertatem nec statuto, nec lege aliqua imminui posse. Itaq; si statuto caveatur, ne matrimonium absque consilio & consensu hujus vel illius (quod tamen de κυρίοις & tutoribus non est accipiendum) contrahatur, & qui secus faxit puniatur, aut beneficio juris vel privilegio privetur, id statutum nullius esse ponderis ut communiter receptum tradunt *Francisc. Curt. in additione ad Paulum de Castro l. 1. de institut. & jure. Didacus Covarruvias de sponsalibus part. 2. cap. 3. § 8. num. 8. Vivius lib. 1. opin. 24. & Julius Clarus.* Talis fuit lex à Rogerio Siciliæ Rege qui anno Domini 1300. vixit, lata, ne quis filiam absque venia & permissione curiæ non impetrata, nuptum collocaret, *ut refert Hugo Falcandus.* Quæ lex ut impietatis plena fuit, ita maximis motibus ansam præbuit, effecitque ut Rex in invidium & odiam apud omnes ordines adductus, tandem captus in custodiam traderetur à subditis conquerentibus, quod filiæ innuptæ toto vitæ tempore domi desedissent, aliæ verò effœtæ demum nupsissent, & cum sobolis nulla spes esset amplius, aliæ etiam perpetua virginitate damnatæ, sine spe conjugii discessissent. Nec enim filias absque permissione Curiæ locari fas fuisse, eamq; permissionem difficulter impetrati potuisse,

Itaque

Itaque Rex meritas pœnas dedit. Quamvis ille imprudentia & simplicitate peccarit potius, quàm malitia, ut qui Matthæi cujusdam Notarii, quem ille ad ſummum dignitatis gradum evexerat, & in regno adminiſtrando ſolo conſiliario uteretur, dolis deluſus & circumventus ſit. *Verba Hugonis Falcandi.* Fuit hic Mātthæus familiaris Curiæ notarius, poſtea verò unus ex iis, qui ſolus conſilio Reges intererat cum Syracuſano electo & Regem Siciliæ negotia diſponebat, &c.

CAPUT IX.

§. 1. Quæ perſonæ ſponſalia & nuptias conſtituere poſſint.

§. 2. Nuptiæ ratione ętatis tàm minoris quàm majoris legibus prohibitæ ſunt & quidem minoris ætatis ratione.

§. 3. Inter impuberes ſponſalia conſtitui poſſe, nuptias non poſſe. Et quibus de cauſis id legibus ſancitum ſit.

§. 4. Sponſalia inter minores ſeptem annis contracta prorſus inutilia eſſe.

§. 5. Effectus ſponſalium inter majores ſeptem annis initorum.

§. 6. An alteruter pubes factus exſpectare debeat, quoad alter pubeſcat.

§. 7. An annus decimus quartus in maſculis & duodecimo in fœminis requiratur ad contrahendū matrimoniū, & quid Hebræi & Plato ea de re ſanxerint.

§. 8. Ratione majoris ætatis ætas ſenibus impedimento eſt, quo minus nuptias contrahere poſſint.

§. 9. Ratione cognationis.

§. 10. De computatione graduum.

§. 11. De cognatione spirituali.

§. 12. Ratione affinitatis.

§. 13. Prohibentur etiam nuptiæ ob impedimenta tàm animi quàm corporis, ubi variæ quæstiones.

§. 14. Sponsalia & inter præsentes & absentes recte contrahi.

§. 15. Nuptias etiam imaginarias inter absentes contrahi.

§. 16. Speciale mandatum requiri, quoties per procuratorem sponsalia constituantur.

§. 17. De formulis quibus sponsalia inter absentes constituuntur.

§. 18. Absentem desponderi non posse, nisi qui nobis notus sit.

§. 19. Quæstio ex Pandectis Hebræorum: Si quis tribus negotium dederit, ut sibi uxorem expetant, an duo testes & tertius procurator esse censeatur.

§. 20. Sponsalia per epistolam recte contrahi.

§. 21. Sponsalia per epistolam non contracta videri, nisi is qui epistolam accepit, statim in ea consenserit & voluntatem suam declararit.

§. 22. Quid si is animum mutet qui epistolam dedit, antequam puella respondeat.

§. 23. An sponsalia per epistolam probari possint.

§. 24. An ex eo, quod vir & mulier in literis sese conjuges appellant, convinci possit inter eos esse contracta sponsalia vel matrimonium.

§. 1. SUMMARIUM.

Quæ personæ sponsalia contrahere possunt.

HActenus de causa efficiente sponsaliorũ, hoc est, consensu, & quibus is verbis constituatur, dictum est. Nunc ordo postulat

postulat ut videamus, quæ personæ sponsalia contrahere possint. Et quidem inter eas personas recte sponsalia contrahuntur, inter quas nuptiæ consistere possunt. *l. si quis tutor. §. quamvis l. tutor 36. l. oratione 16. de ritu nuptiar.* Econtra ubi nuptiæ interdictæ sunt, ibi nec sponsalibus quæ ad nuptias aditum patefaciunt, locus est, *cap. cum quis. de regulis juris in sexto.*

§. 2. SUMMARIA.

1 *Impuberes non possunt contrahere nuptias.*
2 *Pubertas in fœminis auspicatur anno duodecimo.*
3 *Fœminæ anno duodecimo ætatis votum vovere possunt.*
4 *Vesticeps puer quis.*
5 *Investis quis dicebatur.*
6 *Duodecimus annus cur à veteribus nuptiis præfinitus sit?*
7 *Fœminæ cur duobus annis citius nubant quàm mares?*
8 *Fœminis citius quàm maribus nomina indere solebant veteres.*
9 *Viri & mulieres quæ ætate debeant conjungi.*
10 *Maribus annus vigesimus præscribitur quo uxores ducant.*
11 *Maribus annum trigesimum septimum præscribit Aristoteles.*
12 *Viris quodnam tempus præscribant Hebræi.*
13 *Proverbium Germanorum.* Frühe auffstehen vnd frühe freyhen/ soll niemand gereuen.
14 *Fœmina citius quàm masculi nuptum collocandæ.*
15 *Pater si filiam promittat ubi ad annos nubiles pervenerit, quodnam tempus spectandum?*

NUptiæ ratione ætatis tàm minoris quàm majoris legibus prohibitæ sunt. Et quidem minoris ætatis ratione prohibentur nuptias contrahere impuberes, † id est, masculi 14. annis & 1 fœminæ 12. annis minores §. *Instit. de nupt.* Nam à duodecimo † anno 2 in fœminis pubertatem auspicari prudentibus placuit, & ex eo tempore viris collocabantur, & viri potentes dicebantur. Quo anno etiam votum † vovere possunt. *20. quæst. 1.* Pubes *inquit Festus*, qui jam 3 generare potest, is incipit esse ab annis 14. Fœmina viri potens à duodecimo. Item Vesticeps dicitur. Vesticeps † puer est, qui jam ve- 4 stitu, est pubertate, cujus contrarium Investis, qui nondum pubertate vestitus est. *Tertull.* Commune † est nomen viri masculi Inve- 5 stis.

ſtis. Item ſi virgo mulier non eſt, nec vir inveſtis eſt. Si non operitur virgo, quia mulier non ſit, operiatur inveſtis quia vir non ſit. Duodecimus autem annus perfectus ad nuptias maturitatis terminus eſt, *inquit Dion.* Cur autem duodecimus annus à veteribus nuptiis præfinitus ſit, quæritur? Plutarchus *in Numa* id ea de cauſa inſtitutum refert, quod ea ætate mulieres ad conjugum mores adſuefieri, & ad obſequium virorum flecti poſſent. Sed verius eſt quod Macrobius *lib. 1. cap. 6.* ſcripſit, quod illa ætas ad pariendum ſit apta. Nam poſt annos biſſenos fœminæ pubeſcunt. Tunc enim incipit moveri vis generationis in maſculis & purgatio in fœminis. Itaque in maſculis tutela eo anno finitur, quod jam virile quodammodo robur adſit. *Tertullianus:* Tempus etiam Ethnici obſervant, ut ex lege naturæ ætatibus ſua jura reddant. Nam fœminas à duodecim annis, maſculum verò à duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis non ſponſalibus aut nuptiis decernentes. Item, Jam & vox obſoleta facta eſt, & membra cõpleta ſunt, & pudor ubiq; veſtitur, & menſes tributa deſendunt. *Seneca.* Nunc puerilium dentium lapſus, nunc ad ſurgentem jam ætatem, & in robuſtiorem gradum tranſeuntem pubertas, & ultimus ille dies fugienti vitæ terminum ponens. Inſita ſunt nobis omnium ætatum, omniumque artium ſemina, magiſterque ex occulto producit ingenia *lib. 4. de benef.* Omnium autem elegantiſſime hoc ætatis diſcrimen expreſſit Solon verſibus, *qui apud Philonem extant libro 1. de opificio mundi, & Clementem lib. 1. Stromatum.*

παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἐπὶ νήπιος ἕρκος ὀδόντων
Φύσας ἐκβαλλει πρῶτον ἐν ἑπτ' ἔτεσιν
τοὺς δευτέρους ὅτε δὴ πλήσει θεὸς ἑπτὰ ἐνιαυτοὺς
ἥβης ἐκφάνει σήματα γεννομένης. id eſt:

Puer impubes adhuc infans ſeptem dentium
Producit primis ſeptem annis.
Poſtquam verò alios ſeptem ei conceſſerit Deus annos,
Pubis indicia generationis apta apparent.

Idem tradit *Heſiodus lib. 2.*

ἡ δ' γύνη τετὰς ἥβάνη, πέμπῳ ἢ γαμοῖτο,
Mulier anno 14. pubeſcit, decimo quinto nubat.

Idque etiam populum Dei obſervaſſe tradit Tertullianus *lib. de*

velan-

velandis virginibus. Et ideò, *inquit*, penes Israel illicitum est, ad virum tradere, nisi post contestatam sanguine maturitate, ita ante hunc diem acerba res est. Item, sed ex quo se intelligere cœperit, & sensum naturæ suæ intrare, & de virginis exire, & pati novum illud, quòd alterius est ætatis (intelligit mensium purgationem) Quibus omnibus confirmatur, impuberes à nuptiis arceri, quod ad generandum inepti sint, & imbecilles Quibus accedit altera ratio, quod judicio & intelligentia careant, quæ requiritur in re tanti momenti, ut Bonaventura rectè disputat *distinctione 37*.

Sed cur duobus † annis citiùs fœminæ nubant quàm mares quæ- 7
ritur? Macrobius *lib. 7. cap. 7.* hanc adfert rationem, quod fœminæ citiùs quàm masculi idoneæ sind ad generandum, quia calidiores sunt. Qua de causa Aristoteles *lib. 7. histor. animal.* fœmini sexus animalia citiùs absolvi, & ad perfectionem venire, quàm mascula, scribit. Ideò fœminis citius testamentum facere licèt quàm masculis. *l. qua ætate ff. de testament.* Eandem ob causam † veteres citiùs fœ- 8
minis quàm masculis nomina indere solebant, quòd citiùs pubescerent. Masculis quippe nono die, fœminis octavo die nomina imponebant. *Alexand. ab Alex. genialium dierum.* Ita & fœminæ propter votorum festinationem maturius biennio legibus liberantur, hoc est, propter doli capacitatem & malitiam ætatem supplentem. Deinde propter periculum, ne in corpus suum peccent, quòd illa ætate libido in fœminis excitetur, & vis ἀφροδισιακὴ nascatur, *Aristoteles lib. 8. de natur. animal.* Et annum quidem 12 & 14. nuptiis præstituerunt veteres, non quod præmatura Venere juventutem enervari vellent, sed ne laqueum inicerent illis, qui ea ætate libidinum flammis agitati, matrimonio jungi vellent, ut his indulgerent potiùs, quàm ut turpe quiddam in se admitterent, neminem tàm intemperantem & libidinosum existere, ut ante illud tempus nuptias cupiat aut inire necesse habeat. *Justinianus novella 100.* Compertum, *inquit*, habemus, qui quàm maturrime nuptias contrahunt, non minores annis quatuordecim ad eas accedere. Interim tamen viri qui 9
sapientiæ laude claruerunt noluerunt viros & mulieres conjungi, antequàm ad plenam pubertatem venissent, ne immaturus & præproperus congressus corpora imbecillia læderet, interimeret, neve soboles infirma & invalida nasceretur; ob semen adhuc liquidum &

non

non satis concoctum. Solon viris annum 35. præscripsit, *ut ex Philone colligitur, qui hos versus recitat.*

Quintus maturum jam nuptias moliri suadet.
Et liberorum suscipere posteritatem.

Hesiodus annum † trigesimum maribus præfinivit, decimum quintum fœminis. Verba eius latinis versibus reddita hæc sunt:

Junge tibi uxorem dum firmus adhuc vigor adsit,
Annos cum numeras ter denos, plusve minusve,
Aptum est conjugium: decimo sed fœmina quarto
Anno pubescit, nubat mox deinde sequenti.

Aristoteles *in Politicis lib. 7. cap. 17.* maribus annum trigesimum septimum, mulieribus annum decimum octavum constituit, & rationes eius rei subjungit. Cujus verba elegantissima adscribimus, prout ea à Camerario conversa sunt. Atq; istam societatem legibus oportet constituere, respicientes ad ipsas personas, & ipsius vitæ tempus, ut ad unum momentum ætatibus illæ aptæ convenient, neque vires absonæ sint. Sic vir ut gignere quidem adhuc ille valeat, mulier verò nequeat parere: sive hæc ut valeat, ille nequeat. Ita enim fit, ut dissidia inter conjuges & alienationes existant. Respicere deinde debent ad successionem liberorum. Debent enim liberi non nimium ætatibus posteriores esse patribus, quod neque utilis habere præstarique à liberis gratia decrepitis parentibus, neque tales patres opitulari liberis possint. Non debent etiam nimis propinqui esse. In hoc enim multum est difficultatis. Et minus enim in talibus verecundia est, tanquam æqualibus: & propinquitas illa in re familiari querelarum & accusationum causas dare solet. Videndum quoque est, ut corpora procreatorum ad legislatorum voluntatem congruant. Atque hæc omnia ferme una diligentia ac cura conficiuntur. Quia enim finis procreationis, ut quàm longissime hic oratione nostra abducatur, ultimus definitus est annorum septuaginta numero, in mulieribus quinquaginta, initium conjugii secundum ætatem ad hæc tempora aptè convenire debet. Juniorum autem copulatio ad liberos suscipiendos mala est, quod omnium animantium imperfecta sit soboles, & tunc nascantur plures fœtus fœminei sexus, & forma pusilli, ut de hominibus idem fieri necesse sit. Estque argumento, quod in quibuscunque civitatibus moris est utriusque

sexus

ſexus juniorum nuptias jungi, ibi imperfecti ſunt corporibus & parvi. Præterea in partu gravius laborant juniores mulieres, & plures intereunt. Et ideo ſunt qui perhibent, hanc ob cauſam oraculum redditum eſſe Trœzeniis, quod multæ interirent, propterea quod juniores in matrimonium collocarentur, neq; illud ad frugum fructuumque perceptionem pertinere. Conducit etiam ad temperantiam collocari ætate provectiores: Videntur enim in concubitus uſum juniores iſtæ eſſe petulantiores, & in corporibus virorum incremento damnum dari, ſi quando adhuc augeſcente ſemine conſueſcant. Habet enim illud definitum tempus, quod abundans jam ſuperare non ſolet. Quocirca concinnum eſt conjugium, ſi nuptiæ jungantur circiter annum mulieris decimum octavum, viri circiter trigeſimum ſeptimum aut paulo minus. Nam horum conjugium erit corporibus vigentibus, & apte conveniet temporibus oportunis ad ceſſationem liberos procreandi. Succeſſio præterea evadet liberum tum ætatis vigentis initio, ſi conſentanea ratione ſtatim procreatio exiſtat, tum effœta jam ætate ad numerum octoginta annorum, &c. *Hactenus Ariſtoteles.*

Quibus conſentanea Plato tradit *lib. 5. πολιτείας.* Sobolem naſci debere ex ætate vigentibus *ἐξ ἀκματόντων.* Et *ἀκμὴν*, id eſt, vigentem ætatem definit in muliere annum vigeſimum, in viro annum trigeſimum. Et mulierem parere debere ab anno vigeſimo uſq; ad annum quadrageſimum, virum generare ad annum ætatis quinquageſimum quintum. Et *libro 6.* nuptiarum terminum puellæ quam longiſſimum ſtatuit ab anno decimo ſexto uſque ad annum vigeſimum; adoleſcenti ab annis triginta uſque ad annos triginta quinq;. &c. Quæ omnia penè eodem recidunt. Hebræi in ſuis Pandectis maſculis annum decimum octavum, & vigeſimum præſcribunt. Quo 12
ſpectant verba quæ in pandectis illorum extant [*beu ſchemoneh eisreh*] Id eſt, filius natus annos octodecim ad [*le chuppa*] id eſt, nuptias. Nam chuppa, ut ſupra explicavimus, eſt umbraculum ſeu tegumentum ſub quo ſponſus & ſponſa copulantur. Item qui annos viginti natus libidinis flammis excarnificatus uxorem non duxit, eum peccare in legem, creſcite & multiplicamini. Veteres quoque Germanos ante annum vigeſimum nuptias non contraxiſſe, nec mulieris notitiam habuiſſe refert C. Julius Cæſar *libro ſexto de bello Gallico*, Qui diu-

tissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem. Hoc ali staturam, ali hoc vires nervosq; confirmant. Intra annum verò vigesimum fœminæ notitiam habuisse in turpissimis habent rebus, Cujus rei nulla occultatio est, quod & promiscui in fluminibus perluuntur, & pellibus aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda, &c. Et hoc tempus maximè probat Lutherus his verbis.

Wer sich nicht findet geschickt zur Keuschheit, der thue bey zeit darzu, daß er etwas schaffe, vnd etwas zu arbeiten habe, vnd wage darnach in GOttes Namen, vnnd greiffe zur Ehe, ein Knabe nicht lenger wann er zwantzig, ein Mägdlein, wann es funffzehen oder achtzehen Jahr alt ist, 8 so sind auch noch gesund vnd geschickt, etc Hinc & proverbium † apud Germanos vulgatum, Frühe auffstehen vnd frühe freyen, sol niemand gereuen. id est, neminem unquam pœnituisse, quod diluculo surrexerit & mature conjugium injerit. Itaque recte Genevenses, qui lege lata caverunt, ne masculi ante annum decimum octavum, neve fœminæ ante annum decimum quartum mariti fiant, aut nubant. Et ut non tantùm ætatis anni numerentur, sed & corporis temperatura & affectio expendatur. *que auec l'aage on ait esgard, a ce que la corporance porte a, &c. cap. 99.* Nam quædam corpora tam male constituta sunt, ut prius consenuerint, quàm ad juventutem pervenerint, non dicam ad senectutem. Quædam contra tàm felicia sunt & temperata, ut anno decimo quarto ad plenum maturuerint, *ut recte Erasmus disputat.*

14 Etsi autem † de tempore discrepant Philosophi, Jurisconsulti & Theologi, tamen omnium consentientes sunt sensus, fœminas citius quàm masculos nuptum collocandas esse, quod citius ad perfectionem veniunt, & propter periculum. Item, quod juventutem præmatura Venere nolint enervari. Interim tamen tempus maribus ab Aristotele præstitutum, longiusculum videtur, & à Platone etiam damnatum, ut qui legibus suis cavit, si quis cælebs usque ad annum trigesimum quintum vixisset, nullo dignus honore, omnium postremus haberetur. Quare Hebræorum & Theologorum sententia retinenda erit, qui vitandæ libidinis causa nuptias maturandas, & in primo ætatis flore masculos maritos fieri volunt. Quod & exemplo Patriarcharum defenditur. Nam Judas filius Jacobi cum in Ægyptum

ptum deſcenderet, annorum fuit ſaltem 42. & tamen eo tempore pater quinque liberorum fuit, & ex quarto nempe Phares duos habuit nepotes, Heſrontem & Hamal, *Geneſ. 46.* Unde colligunt Judam primum filium Er genuiſſe ætatis anno decimo octavo, eumque maritum factum eſſe anno ætatis decimo ſeptimo. Sed & Divus Hieronymus narrat Salomonem adhuc puerum, filiam & nutricem quandam ex puſione quodam, qui cum cubabat, gravidam factam eſſe. Sed hæc quia rara ſunt & prodigioſa, non oportet in exemplum vocare neque ea legislatores curant. *l. jura 3 ff. de legibus.* Puellis autem tam ii qui ſapientia, quàm qui religionis laude claruerunt, annum decimum quintum, decimum ſextum, decimum ſeptimum, & decimum octavum præſtituunt. Neque minorem nuptum collocandam ſtatuo, fretus auctoritate tàm veterum quàm recentiorum. Heſiodus, ut ſuprà notavimus, annum decimum quintum præſcribit puellis. Terentius annum decimum ſextum florem ipſum appellat. Anni ſedecim flos ipſe. *Actus 3. Scen. 2. in Eunucho.* Et Ægyptii annum decimum ſextum nuptiis ſtatuerunt. Nam ut Orus notat, voluptatem deſignaturi annum decimum ſextum pingunt, quod ea ætate homines ſobolis deſiderio capiantur. Lutherus decimum quintum & decimũ octavum. Quamvis ſatius ſit ad annum decimum ſeptimum vel decimum octavũ nuptias prorogari. Nam ea ætate virgo matura viro & plenis nubilis annis. Unde illa apud Lucianum. An te putas annorum octodecim ſemper fore? Item. Tu verò annos octodecim nata es. Et illa ætate inter ephebos referebantur pueri. *Sigonius de Republ. Athenienſium late.* Ariſtoteles quoque annum decimum octavum puellis præſcribit, & recte. Quem Vives ſequitur. Quo ſpectat Epigramma Oreſti.

Ὅτι με παρθενικῆς τέρπῃ γάμος, ὅτι γεραιᾶς,
τλὼ μὲν ἐπεικτείρως τλὼ δὲ καταδέομαι
εἴη μητ' ἄμφαξ μητ' ἀσταφὶς ἥ δὲ πέπερος
ἐς κύπριδος θαλάμης ὥρια καλλοσύνη,

Velius ita tranſtulit:

Non ego vel vetulæ tangor, vel amore puellæ,
Illius miſeret prorſus, at hanc veneror,
Una nec agreſtis, nec paſſa, ſed aucta juvabit,
Maturæ Paphies aptaq; forma thoro eſt.

Unde quæritur: Si † pater filiam promittat alicui se daturum,
15 ubi ad annos nubiles pervenerit, quodnam tempus spectandum sit? Et siquidem jus civile spectamus, anno duodecimo completo patrem oportebit locare eam quam promisit. Sed quia id tempus, ut diximus, iis indultum est à legislatoribus qui nuptias cupiunt, libidine impellente, ideo patrem invitum cogendum non eximarim, ut anno duodecimo filiam dare cogatur: sed anno decimo quinto vel decimo sexto. Imò hic non tantùm tempus vel etatem spectandam, sed & corporis χρᾶσιν seu constitutionem expendendam putaverim, utrum conjugio apta sit illa quæ promissa est. Et ejus respectu vel maturius vel serius collocanda erit arbitrio boni viri, qui corporis & temperamenti habita ratione hic statuet, quod ex usu fiet.

§. 3. SUMMARIA.

1 *Impuberes recte sponsalia contrahunt.*
2 *Sponsalia quæ parentes infantibus in cunis vagientibus parant nullius sunt momenti.*
3 *Liberi non cogendi à parentibus ad consummanda matrimonia quæ parentes ius septem annis minoribus pepigerunt.*
4 *Aristoteles triplicem hominis statum constituit.*
5 *Infantes dicuntur νήπιοι, & quare.*

1 SEd hæc regula ætatis minoris ratione exceptionem admittit. Nam etsi ii qui ex ephebis nondum excesserunt, hoc est, impuberes, nuptiis conjungi non possunt, tamen recte eorum nomine sponsalia constituuntur. *l. 14. de sponsal.* Ubi traditur à primordio ætatis sponsalia effici posse, si modo id fieri ab utraq; parte intelligatur, id est, nisi sint septem annis minores. Quo spectat titulus Juris Canonici *de desponsatione impuberum*, & Novella Cæsaris Leonis, *Ne intra septimum ætatis annum sponsalia ineantur*. Quam Comnenus etiam approbavit edita constitutione, & μνήστειαν ἀπέλυσε appellat. Itaq; sponsa-
2 lia quæ parentes vel cognati infantibus † in cunis vagientibus parant, nullius sunt momenti *30. q. 2. cap. 1. & c. 1. 2. & 4. de desponsat. impub.* Idq; locum habet non tantùm si uterque septem annis minor sit, sed etiam si alteruter tantum. *c. cum, de desponsat. impub.* Itaque nec liberi
3 † cogendi sunt à parentibus ad consummanda matrimonia, quæ paren-

parentes vel cognati iis ſeptem annis minoribus pepigerunt, vel ſub pœna vel certis conditionibus adjectis. Idque ſumma ratione conſtitutum eſt, quod ſeptem annis minores nihil intelligere, neque conſentire credantur, cum adhuc pueri ſint, quos † Græci νήπιος, 4
hoc eſt, ſtultos appellant. Itaque Ariſtot. triplicem hominis ſtatum conſtituit. *lib. 7. Ethicor.* Primus, quando homo nec per ſe intelligit, nec ab alio erudiri aut inſtitui poteſt. Secundus, quando quis ab alio percipere poteſt, etſi per ſeſe non intelligit, neque ſapit. Tertius, quando ab alio poteſt percipere, & per ſe ſapere & intelligere. Primum ſtatum obtinet homo, antequam ſeptem annos expleverit. Et ea de cauſa, ut nec reliquos contractus, ita nec ſponſalia inire poteſt. Nec enim videri poteſt conſentire, qui de re de qua agitur per ætatem intelligere nequit. Ubi verò ſecundum ſeptennium ingredi homo cæperit ea eſt ætate, in qua nec prorſus intelligētiæ expers eſt, nec tamē ſatis intelligit omnia Et quamvis judicio non valet, tamen aliquam rerum habet cognitionem, maximeq; docilis eſt eorum quę traduntur, & quadammodo intelligere videtur, quæ ab illis aguntur, in quorum poteſtate eſt, & quæ ad ipſius perſonam pertinent, ad quæ percipienda ratio naturalis citius convaleſcit. Qua de cauſa etiam non ineptus videtur ad ea promittenda & contrahenda, quæ tractum temporis habent, & futura reſpiciunt, hoc eſt, Sponſalia. Sed tamen quia ætas nondum firmata eſt, neque judicium perpetuo ſeſe obligare non poteſt: Itaque nec matrimonio jungi poteſt. Imò invitus deſponderi intelligitur qui ſeptimum annum non implevit. Itaque Pomponius *in leg. invitum, de ſervitut. urban. prad.* infantes & furioſos quorum nulla eſt voluntas, invitos rectè dicit. Huc facit quod Zonaras *tomo 3. annalium* refert. Cum tutores Imperatoris Conſtantini, filii Leonis pueri ſeptennis multa pro Imperio gererent, ac de multis ſupplicium ſumerent, qui nihil tale meriti eſſent, quidam ex judicibus eos ab hujuſmodi incepto retrahere conatus eſt, his verbis: Cur vos iſta facitis injuſſu Imperatoris, qui cum puer ſit, in ea quæ geruntur conſentire non præſumitur. Græcè ita ſe habent verba: ἐπεῖ παῖς ὢν ὁ βασιλεὺς τῶις πραττομένοις ἐ συναινεῖ, quaſi dicat eo invito omnia geri. Idque † quod *teſte Pomponio* infantes quorum nulla eſt voluntas, inviti rectè dicantur. Itaque & Græcis uſque ad annum ſeptimum infantes νήπιοι, hoc eſt, ἄφρω- 5

νες ἀνόητοι καὶ ἀπερβάλευτοι imprudentes & ſtulti dicuntur *Clementi Alexandrino lib. 1. pædagi capite 6.* Duo ſignificat τὸ νήπιον infantem videlicet & ſtultum. Imo ignorare ea præſumuntur nec intelligere quæ geruntur, *l. Julianus, de divortiis, & Papinianus l. ultim. ff. de juris & fact. ignor.* Impuberes ſine tutore agentes nihil poſſe vel ſcire intelliguntur. His adde quod ante tempus pubertatis vir & mulier generare non poſſunt, nec libidinum ſtimulis incitantur, cum ad Venerem inepti ſint. Ideo lex eos matrimonio jungi poſſe vetuit, præſertim cum ante eam ætatem inſtabiles animos gerant, matrimonium verò conſenſum firmum & perpetuum & immutabilem requirit.

Nec his adverſatur vulgò dici quod ſolet, pupillum vel minorem obligari, ubi de ejus commodis agitur. Nam id verum eſt ubi de acquiſitione rerum agitur, in matrimonio verò locum non habet, ubi quis ad ſervitutem & mutuum amorem ultrò citroque obligatur, quod Deus vult liberrima utriuſque voluntate & conſenſu, mutuoque amore conciliari. In quo illud admiratione dignum eſt, quod vir in una aliqua muliere eam gratiam & benevolentiam, affectionem ſeu complacentiam εὐδοκίαν, *ut Bonaventuræ verbis utar*, inveniat, quam in alia nunquam invenire poſſet. *36. diſtinct. q. 2.*

§. 4. SUMMARIA.

1 *Sponſalia inter minores ſeptem annis inita prorſus inutilia ſunt.*
2 *Sponſalia inter impuberes apud veteres frequentata*
3 *Hebræi ſponſalia impuberum prorſus damnant.*
4 *Sponſaliorum impuberum, qui ſeptimum annum egreſſi ſunt, quis effectus.*
5 *Facti ſpecies.*
6 *Forma ſententiæ.*

1 ET quidem †ſponſalia inter minores ſeptem annis inita, prorſus inutilia ſunt, ut ne tractu quidem temporis convaleſcant. Imo pueri ubi adoleverint, novo conſenſu ea ratificare debent, quod *ut ſupra explicavimus*, pueri ante illam ætatem intelligentiæ prorſus ſunt expertes, ne quidem honeſtatis publicæ juſtitiam inducunt. Et ideo nuptiæ inter pupilli conſanguineos contrahi poſſunt, niſi juvenis puellam nondum annos ſeptem natam, tentaverit co-

Digitized by Google

rit cognoscere. Tunc enim consanguineam ducere prohibetur, *cap. juvenis. de sponsalib.* Cur ergo, inquiet aliquis, ineuntur ejusmodi sponsalia & matrimonium promittitur? Promittitur ipsum nihil in re, quod est aliquid in spe propter bouum pacis, *ut ait Bonaventura 36. q. 2. c. ubi, de despons. impub. & 29. dist. 4. late.* Interim tamen id genus † sponsalia apud veteres frequentata fuisse, historiæ testes sunt. 2
Atys Ismenen infantem sibi despondit, *ut testatur Statius lib. 1. Thebaid. his verbis.*

Pactus Athanoream primis Atys ibat ab annis
Ismenen Tyrii juvenis non advena belli.
Quamvis Cyrrha domos soceros, nec tristibus ausis
Aversatus erat, sponsam cui castus amanti
Squallor & indigni commendat gratia luctus.

Octavius adolescens sponsam habuit P. Servilii Isaurici filiam adhuc infantem. Quam tamen non duxit, sed ea spreta Claudiam Fulviæ ex P. Clodio filiam sibi matrimonio junxit. *Suetonius in vita Octavii.* Et Claudius Cæsar filiam suam despondit Syllano nondum puberi. *Suetonius in Claudio cap. 24.* Et patrum nostrorum memoria inter Principem Birtinianum & Raimundi Cardoni Proregis Neapolitani uxoris sororem, dum infantes essent, inita fuere sponsalia. Sed princeps major factus eam uxorem noluit, & Leonis X. sororis filiam duxit. *Bembus libro decimo quinto epistolarum Leonis X. nomine scriptarum.* Et innumera sponsaliorum exempla, quæ parentes filiorum in cunabulis vagientium nomine contraxerunt, suppeditant historiæ, quæ partes ubi adoleviſſent, rata non habuerunt. Nam ut plurimum hæc sponsalia monstri aliquid alunt. Quemadmodum enim homines, *ut Melanthonis præceptoris mei verbis utar*, aliis sæpe rebus abutuntur, ita conjugii umbra stultis ac malis cupiditatibus prætexitur. Sæpe propter pecuniam aut præsidia fiunt pacta de impuberum conjugiis, cum in hoc fœdere perpetuæ conjunctionis honestum judicium & benevolentia mutua horum ipsorum qui junguntur, requiri & valere debeat, nec deceat corpora natorum venalia esse propter pecuniam, aut alia πλεονεκτήματα. Et puniat Deus hanc ordinis depravationem pœnis manifestis. Addit vir quidam nostri seculi doctissimus, maximā partem earum calamitatum, quibus jactata est Europa ab hinc annis octoginta, ejusmodi intempestivis

pestivis conjugiis acceptam ferendam esse. Et rectè. Nam historia & experientia ipsa testis est, parentes cognatos vel tutores, qui ejusmodi sponsalia ineunt non tam liberorum quam suis ipsius commo-
3 dis ludere, & sub prætextu matrimonii suas res agere. Itaque † Hebræi hæc sponsalia prorsus damnant: expressus *textus cap. 2. de sponsalib.* [*ossur leodom schetschadesch eth bithou ad schebie kohanoch ad schibagdel Uthomer plumni aeni rozch*] Id est, vir prohibetur filiam impuberem despondere, quoad adoleverit, & dicere possit: Hunc vel illum volo. Quamvis autem veteres Romani sponsalia hæc tolerarunt, non tamen magnopere ea probarunt. Idque ex eo liquet, quod præmiis & lucro quibus imprimis inhiant contrahentes, ea honestari noluerunt. Augustus Cæsar præmia iis qui mariti fierent, lege Papia lata proposuit. Cum autem quidam infantes sibi desponderent ea lege & conditione, ut fructus quos ferre eorum bona possent perciperent tantisper, quoad adolevissent, lege lata cavit, ne qua rata essent sponsalia, nisi statim post biennium nuptiæ subsequerentur, hoc est, ut puellæ non minores decem annis desponderentur. Nam annus duodecimus puellarum conjugio præfinitus est, *ut scribit Zonaras tomo 2. fol. 165.* Quo spectant verba Suetonii *in Augusto.* Cum immaturitate sponsorum & matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coarctavit, & divortiis modum imposuit. Sed eam rem latius explicat *Dionys. lib. 54.* Verba hæc sunt: Cum quidam infantes sibi desponderent, ea lege, ut præmiis conjugum fruerentur, cæterum effectum rei & conjugum opus non præstabant: id ut corrigeret, edixit, ne qua sponsalia firma aut rata essent, nisi ea postquam duobus annis transactis, domum duci sponsa posset. Hoc est, ut virgo decennis omnino desponderetur, ut ejus frui bonis sponsus posset. Duodecimo namque anno virgo matura & nubilis existimatur, ut rectè Brissonius vertit. Dionis verba hæc sunt. *ὡς δ' νῦν βρέφη τίνες ἐγγνώμονοι τὰς μνᾶς τίμας τῶν γαμικῶν ἐκαρπῶντο τὸ δ' ἔργον αὐτῶν ἀπαρέχοντο, ᾠρισε τάξε, μηδε μίαν ἐγγύᾶν ἰσχύειν, μεθ' ἣν ἂν δυοῖν ἐτοιν διελθόντων γαμήσῃ τις τηνικ' ἔστι, δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι τοῦτο γὰρ ἀεὶ αὐτῆς ἀπολαύσουσαν. Δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις τὸ γάμικ ὥραν ἔτη πλήρη καθάπερ εἴπον νομίζεται.* Et *lib. 56. in oratione Augusti ad celibes.* At ego, *inquit*, teneras adhuc puellas, & viris immaturas ut ambiretis, vobis permisi, ut

cum

cum ſponſorum nuptias propediem celebraturorum nomen ferretis, & magis rem familiarem curaretis. Unde efficitur quod ſuprà notavimus, Sponſalia quidem anno ſeptimo contrahi potuiſſe, ſed ex iis nihil commoditatis aut lucri ad ſponſum rediiſſe, niſi quis cum virgine decem ut minimum annos nata contraxiſſet.

De illis autem † qui ſeptimum annum exceſſerunt hæc tenenda eſt regula. Sponſalia diſſenſu contrahentium, hoc eſt, contraria voluntate diſſolvi poſſe, nec aliter rata eſſe, niſi novo puberum conſenſu expreſſo vel tacito renoventur & ratificentur. Itaq; his aſſentior, qui negant matrimonium ratum eſſe, niſi vel verbis expreſſis vel ſignis quibuſdam renovatus & reiteratus ſit ſponſalium conſenſus. Ineſt enim illis tacita conditio: Si majores facti rem ratam habuerint ii, quorum nomine ſponſalia inita ſunt, vel niſi malitia ætatem ſupplente concubitus acceſſerit. *30 q. 2. & c. 7. 8. 9. de deſponſat. impub.* Nam & ſponſalia cum minore ſeptem annis contracta, per mutuam cohabitationem poſt ſeptennium convaleſcunt. *c. 12. duo pueri, de deſponſat. impub.* Unde efficitur his ſponſalibus non plene & pure obligari impuberes, quibuſcunq; etiam verbis ea concepta ſint, cum ſub conditione, & quidem in futurum tempus fiant. Ideoq; ea tantùm ſponſalia de futuro nominat Melanthon. Nam promittunt parentes vel tutores conjugium contractum iri inter eas perſonas, quæ nondum per ætatem conjungi poſſunt, & quidem promiſſione in id tempus collata, quo vir pubes & puella nubilis facta ſit. Ideoq; non refert quibus ea verbis concepta ſint. Nihil enim actum videtur donec conſenſus qui nuptias conſtituit acceſſerit. Nec enim ante id tempus conſenſiſſe videntur, cum is ſtatus ſeu ætas ad rem tanti momenti dijudicandam non ſatis idonea ſit, & per conſequens nec ad conſentiendum. Qua de cauſa multum temporis intercedere inter ſponſalia & nuptias impuberum voluit vetuſtas, ne alteruter cauſari poſſet, ſe in ignotum incidere. Quod ſi tot annos adoleſcentium conſenſus & affectus mutuus perſeveraſſet bonam ſpem concipiebant parentes, firmas & auſpicatas fore nuptias. Itaq; & ſponſalia vel matrimonium pactum, quod propter ætatis defectum nullum eſt, tractu temporis non convaleſcit. *Bald. conſil. 201. num. 2 tom. 3.* Unde ſi duo etiam per verba de præſenti inter ſe matrimonium pacti ſunt, & puberes facti à judice petunt, ut illud nullum pronunciet,

4

possunt alias sibi conditiones quærere. *Hoteman. consil. matrimon. 39.* Unde † sic pronunciari in hoc casu solet.

5 *Casus.*

ES hat vnser Vnterthaner N. N. eine Jungfraw an Kindes stat aufferzogen/welche er vor sechs Jahren / als sie noch vnmündig gewesen/einem N. N. genandt ehelichen versprochen. Dazumal sie jhme auch angezeigt/ daß sie jhm in allen ehrlichen vnd billichen Sachen folgen wolte/etc. Aber jetzo/ als dieselbige Jungfraw mündig worden / hat sie sich mit des N. N. Sohn verehelichet / vnnd ein Mahlschatz von jhm angenommen / Ist derwegen an euch vnser gütlich gesinnen / jhr wollet vns hierüber des Rechten / welches Verlöbnis am kräfftigsten/ vnnd dem andern vorzuziehen seyn solte/berichten vnd belernen/etc.

6 *Sententia.* †

HAt N. N. eine Jungfraw an Kindes stat aufferzogen / derwegen sie jhm in allen ehrlichen vnnd billichen Sachen zu gehorchen zugesagt/ vnd er hat sie darauff vor sechs Jahren/ da sie noch vnmündig gewest/ einem N. N. genandt/ ehelichen versprochen: Weil aber aus den Bericht nicht erscheinet / daß sie hernach/ da sie mündig worden/ in solche Zusage gewilliget/ sondern sie hat sich in jhren mündigen Jahren / mit einem andern N. N. geheissen/ beständiglichen verlobet/ vnnd ein Mahlschatz darauff genommen / so wird auch dasselbige jhr eigen Verlöbnis billich vorgezogen/von Rechts wegen/ etc.

§. 5. SUMMARIUM.

Sponsalium cum majore septem annis initorum effectus.

1 INterim tamen sponsalia cum septem annis majore inita inutilia prorsus non sunt, sed suos habent effectus. Nam & affinitas quædam inita esse videtur, quæ efficit, ut inter sponsum & consanguineos sponsæ sponsalia & matrimonium contrahi non possit. Et tantisper ab eorum nuptiis abstinendum sit, quoad pubertas subsecuta hujus rei exitum monstraverit. *c. literas, cap. duo pueri, de despons. impub.* Narrat *Nicetas*, Sebastocreatorem filiam Theodoram impuberem Ibanco viro strenuo; sed barbaro despondisse. Cum autem Imperator nuptias ob puellæ teneros annos in legitimum tempus differri jussisset: Ibancus sponsæ suæ ætate immatura considerata, &

matris

matris ejus Annæ forma curiosius inspecta, nuptiis amplioribus inhians, quid mihi, inquit, rei est cum lactante adhuc agna, cum ove indigeam ad coitum apta. Græce τί μοὶ καὶ τῷ ἀγαλαξον ἐρνείῳ ἀμναδὸς πρὸς ὄχειαν ἢ ἄϊγα τελειας ἐπιδεομένῳ. Interim tamen expectare coactus fuit, quoad illa pubes facta esset, quod filia sponsa relicta, & quidem impubere, matrem ejus ducere non posset, propter affinitatem intervenientem. Itaq; & Theodoram sponsam sibi mitti petiit, cum desertor factus esset *fol. 257. Idem Nicetas* narrat Ibantum affinem generum Imperatoris factum esse, sponsalibus cum nepte impubere contractis. *fol. 253.* καὶ γαμβρὸς ἐπεὶ θυγατρὶ παιδὶ τῷ βασιλεῖ γεγονώς. Secundo non potest impubes à sponsalibus cum impubere factis discedere, & nuncium alteri remittere, antequam pubertatis tempus advenerit, *cap. 7. & 13. extra eod.* Idq; quod ante id tempus eo statu & ætate sint, ut nec nihil intelligant, nec tamen satis intelligentes esse videantur, antequam puberes facti sint. Et quia leves sunt, & puerili sententia sæpe inter se paciscerentur de conjugio, & contraherent, & rursus dissentirent, propter ætatis fragilem constantiam. Et quamvis uterq; impubes sponsalia dissolvi peteret, audiendus non esset. *Præpositus, cap. de illis, de desponsat. impub.*

§. 6. Summarium.

Pubes factus alteruter an expectare debeat, donec alter pubescat.

An autem alteruter qui ad annos pubertatis pervenerit, tantisper exspectare debeat, dum alter cui fidem dedit, pubescat, & ante id tempus dissentire num possit, juris controversi est. Exemplum suprà retulimus de Claudio Cæsare, qui filiam suam puberem Syllano impuberi despondit. Et quamvis quidam eum expectare debere sentiunt, tamen verior est sententia, ut siquidem alteruter pubes factus dissenserit, sponsalibus renunciare possit, neque exspectare necesse habeat, quoad alter pubes factus sit. Nam frustra exspectaretur eventus cujus nullus esset futurus effectus. Et jam ea est ætate quæ nuptiis esse apta videtur, & satis intelligentiæ habet ad declarandam voluntatem. Quemadmodum

autem is, qui prius pubuerit dissentire potest, ita & alter qui postea pubes factus fuerit. Atq; ea sententia rationi est consentanea, quod iniquum esset, quatuordecim annos egressum frustra exspectare tantisper, quoad puella septem vel octo annos nata, quam ducere non constituit, pubescat.

Deinde si pubes altero impubere pubertatis annos ingresso dissentire potest, non video cur ei puberi facto statim dissentire non liceat. Idque sequitur *Panormitanus cap. de illis, de desponsat. impuber. Communem refert Covarruvias. Beza* contra sentit, sed male. Ex quibus efficitur, si vir contraxit sponsalia cum muliere impubere, & antequam ea pubesceret aliam uxorem duxit domum, dissolvi priora sponsalia per matrimonium subsequens rupta, tanquam vinculum fortius *cap. 2. extra de sponsa duor. & notatur dict. cap. de illis consil. 2. matrimoniali.* Idque usque adeo verum esse statuunt, ut si puella cum quatuordecim annis minore sponsalia iniviſſet, etiam verbis in præsens tempus conceptis, idque auctoritate superioris & juramento accedente, nihilominus ei liberum sit, cum majori quatuordecim annis matrimonium contrahere, non obstante jurejurando & auctoritate superioris. *Domini de Rota decisione 265. in novis consiliis 63. matrimoniali. Et consilio Italorum.* Ubi species facti est de puella quæ annos undecim & aliquot menses nata conjugium promisit alicui puberi, & juravit se id ratum habiturum. Concludit consultus Doctor, eam non teneri matrimonium consummare, maximè cum in detrimentum puellæ vergat ejusmodi promissio jurata. Quamvis *Covarruvias* contra disputet *1. parte cap. 5. §. 1. num. 3* qui censet impuberem contrahentem sponsalia juramento accedente minime dissentire, aut ab eis resilire posse, si tamen pubertati proximus nec intelligentiæ expers sit.

§. 7. SUMMARIA.

1 *Annus 14. completus in masculis & duodecimus in fœminis completus, an requiratur ad contrahendum matrimonium?*

2 *Auctoris opinio*

3 *Explicatur* cap. attestationes, & c. continebatur, de desponsat. impub.

4 *Puella minor duodecim annis non poterat concubinæ loco haberi.*

5 *Puber-*

5 *Pubertatem ex quibus Hebræi æstiment.*
6 *Mulier cum veste exuit pudorem.*
7 *Proverbium, Ante pilos sapientia.*

SEd hoc loco † quæritur: An annus decimus quartus in 1
masculis, & duodecimus in fœminis completus requiratur, ut puberes facti consensum exprimere possint? Et Leo Imperator statuit sponsalia firmari non posse novo consensu, nisi sponsa decimum tertium ingressa, & sponsus decimum quartum egressus sit. Idque secutus est Imperator Comnenus & Harmenopolus, qui eam constitutionem in suam Epitomen redegit, *lib. 4. tit. 1.* Et ita sentit Panormitan. *cap. fin. ext. de desponsat. impub.* quamvis die penultimo anni duodecimi aut decimi quarti id fieri posse concedit: Et ita sentire *Joannem Andreæ, Hostiensem & Vicentium.* Quamvis *Hostiensis* scribit, id judicis arbitrio permittendum. Et mihi Harmenopoli † pla- 2
cet sententia, annos completos requiri, nisi princeps intra annos præfinitos sponsalia suo decreto firmaverit. Nam iis quibus à Deo rerum potestas permissa est, licet suprà legem qua subditi reguntur, dispensare, *ut ait Leo Novella sua.* Imprimis autem si virgo sit jam matura viro & plenis nubilis annis. Idque ex constitutione corporis statuendum, & imprimis in nuptiis spectandum esse Lycurgus lege lata cavit, *teste Plutarcho.* Reprobant, *inquit,* eas quas ducerent non parvas, neque viro immaturas, sed adultas & viro tempestivas. Et *paulò post in vita Numæ Pompilii.* In reliqua virginum educatione earumq; in matrimonium elocatione constat, Lycurgi maturas ac propter ætatem Veneris jam appetentes nuptum dantis consilium fuisse, ut coitus natura jam postulant fieret, ac gratiæ & amoris initium esset, non odii & timoris (quod futurum putabat, si ætate nondum ferente, cogerentur nubere) utque corpora earum ad ferendum & edendum partum satis roboris haberent, quippe conjugii nullum alium quàm liberorum procreationem, finem putabat Romani contra duodecim annos aut minus etiam natas conjugio copulabant, ita potissimum & corpus intactum, & mores castos incorruptosque se sponso tradituros judicantes. Et est in promptu, Lycurgum liberorum generandorum causa ad naturam, hos propter consuetudinem vitæ jucundiorem, ad morum rationem prorsus respexisse.

3 ſpexiſſe. Nec † obſtat, *cap. atteſtationes & cap. continebatur, de ſponſat. impub. in ſexto.* Ubi dicitur ſi puella undecim annos compleverit, aut annum circiter undecimum nata fuerit, firma videri ſponſalia. Nam hi textus loquuntur de ſponſalibus quibus acceſſit attentio ſeu niſus ad copulam, *ut Canoniſtæ loquuntur. Panormitan. & alii.* Multò minus ad rem facit, quod teſtamenta ab iis condi poſſunt qui nondum decimum quartum annum egreſſi ſunt *l. qua ætate. de teſtament.* Nam id favore ultimarum voluntatum ita conſtitutum eſt, cujus in matrimonio tanta non habetur ratio. Nec enim quenquam tàm effrenatæ libidinis leges reperiri exiſtimant, ut non poſſit uſque ad annum decimum tertium & decimum quintum cohibere impetum & Veneris uſum. Ego ſic ſtatuo, fœminas non poſſe ſponſalia vera contrahere niſi poſt duodecimum annum, neque maſculos niſi poſt decimum quartum annum completum *l. minorem, de rit. nupt. cap. 1. & 3. cap. ex literis, de deſponſat. impub. & cap. 2. in verb. pervenerit,* quod verbum perfectionem arguit. *l. urbana, §. pernoctare, de verbor. ſignif. & eſt textus apertus in l ſancimus. C. de nupt. In verbis, Non eſſe tempus inſpiciendum, in quo nuptiarum ætas vel fœminis poſt duodecim annos acceſſerit, vel maribus poſt decimum quartum annum impletum, &c.* Sed nec † puella
4 minor duodecim annis concubinæ loco haberi poterat. *l. 1. ff. de concubin.* Imò ſi minor duodecim annis domum deducta eſſet, non ante juſta & legitima uxor fiebat quàm annum duodecimum impleviſſet, *l. 1. l. 4. ff. de ritu nupt.* Itaque & Comnenus parentes puniendos eſſe ſtatuit, qui liberos intra tempus præſtitutum conjungi & nubere paſſi ſunt, vel incuria & negligentia id commiſerint. *f. 85.* Huc facit quod Hebræi maribus præſcribunt annum decimum tertium & unum diem, quibus elapſis puberes cenſentur, *ut ſupra cap. 5. annotatum eſt, & ſtatim explicabitur.* Interim † hoc loco annotare viſum
5 eſt, Hebræos ex ipſius pubis & earum partium quæ deformem habent aſpectum, pubertatem æſtimare. Quo ſpectant verba illa in capitulo primo [*chiduſchin*] ſeu ſponſalium: [*xbibo mekabel chiduſche baktaunoh dleth loh jad lekabel chiduſchin abal naeroh deith loh jad lekabel chiduſchin chadiſch ihi naſſchoh vetiſchkal caſſpo*] Hoc eſt, pater filiæ nomine arrham accipit quando filia impubes eſt, neque ſuæ poteſtatis; ſed pubes facta habet poteſtatem accipiendi arrham, & promittendi conjugium, & argentum ponderandi: Vocem [*naeroh*]

explicat

explicat Hebræus interpres [*miſchebioh ſchithe ſaeruth gedoloh lechol dobor lechot eonnſchim ulmemon ſchemikchoh mekach umemcero mencar ihi makadeſch nafſchoh*] Hoc eſt, mulier quæ pubertatis ſigna edidit, & apta eſt omnibus negotiis & pœnis ad parandas divitias, quæ dat & accipit, emit & vendit, illa per ſe conjugium promittere poteſt. Et in libro [*mitzvot lo teſih*] dicitur impuberem eſſe eam quæ pilos duos non produxerit: Verba ita habent [*gam haktanim pſſulin vehu koton ad ſcheiobi ſchithe ſaeroth achar ſchlech eſſre ſchonoh*] Hoc eſt, teſtes impuberes non admittuntur. Impubes autem eſt tantiſper quoad pilos duos produxerit poſt annum decimum tertium. Item paulò poſt, [*kotem ſcheba lelal ſchnothou ſchrou bou ſimone gadloth milmaeloh aenou zorich bedikoh veim aenou lo mekablin edothon ad ſchegibadak*] Hoc eſt, minor qui ad ætatem perfectam pervenit, ita ut pubertatis ſigna in eo appareant ſuperius, ibi nulla opus eſt exploratione. Sin minus ejus admittunt teſtimonium, antequam exploratio præceſſerit. Ita nec vovere quicquam poteſt filius, niſi annos natus tredecim & diem unum. Verba ex Pandectis Hebræorum *ſupra cap. 5.* enumeravimus, Nec juvenis ſacerdotis officio fungi poteſt antequam pubertatis ſint indicia. *præcepto negativo 208.* Idque Plato ab 6
Hebræis acceptum in ſuam Rempl. transtulit, *ut videre licet, libr. 11. de Republ.* Ubi ſtatuit ætatem ad nuptias idoneam æſtimari inſpectione corporis, quamvis fœminarum corpora nudari non velit. Et rectè. Nam bene ſcripſit *Herodotus* ἅμα τῷ χιτῶνι συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ ἡ γυνὴ, *id eſt*, Mulier cum veſte exuit pudorem. Idque ſecutos Græcos ex eo colligitur, quod ephebos eos appellant, qui pubertate veſtiti ſunt, ab ἥβη quod eſt pubes. Huc facit quod de Oro & Ephialte refert *Homerus*. Jovis ex Latona filius ambobus priuſquam temporibus pubes ac genis lanugo florentibus appareret, exſtinxit. Apud Saxones quoque idem ſervatum eſſe, ex Speculo Saxonico colligitur. *lib. 1. cap. 2.* Welches Mannes Alter man nicht weis/ hat er Haar in dem Bart/ vnd danider auff dem heimlichen Gliede / vnd vnter jeglichem Arme / ſo ſol man wiſſen/ daß er zu ſeinen Jahren kommen iſt. Romani verò non tantum ex annis, ſed ex habitu corporis pubertatem æſtimavere, ut ſcilicet is demum pubes haberetur, in quem utrumque concurreret, & habitus corporis, & numerus annorum. Et hanc Priſci ſententiam fuiſſe

teſtatur

teſtatur Ulpianus cap. 11. Inſtitut. Itaque ei decimum quartum annum compleviſſent, & ſimul pubeſcerent, puberes habebantur. Qua in re cum Hebræis illis cõvenit, ut ex iis quæ paulò ante ſcripſimus cõſtat. Nam & Acron ſcribit Romæ moris fuiſſe, ut comæ pueris uſque ad pubertatem nutrirentur. Videntur eo ſpectare verſus *Horatii*,

Inſperatæ tuæ cum veniet pluma ſuperbiæ,
Et quæ nunc humeris volitant, deciderint comæ.

Unde & eos Veſticipes appellarunt. *Feſtus Pompejus.* Veſticeps puer, qui jam veſtitus eſt pubertate, contra Inveſticeps puer, qui nondum pubertate veſtitus eſt. *Budæus.* Puer jam impubes. *Apulejus Apolog. 2.* Inveſtem à nobis accepiſti, veſticipem illico reddidiſti, &c. *Nonius Marcellus* Inveſtes nominat. Virgines non ſolùm fœminæ, verùm etiam pueri inveſtes. Nam qui ex ephebis exceſſerant, devirginati dicebantur. *Gellius.* Sed arrogari non poteſt niſi jam veſticeps. *libro quinto capite decimo nono. Tertullianus de anima.* Mater familiæ vocatur, licet virgo, & pater familiæ, licet inveſtis. *Macrobius lib. 3. cap. 8. Saturnalior.* Romani pueros puellasve nobiles & inveſtes Camillos & Camillas, Hebræa vox ablactatos notat, appellant. *Pallad. lib. 12. cap. 14.* Inveſtis puer hoc aut aliquis ſatis purus efficiar. Inveſtis, *inquit Iſidorus, libro decimo Etymologiarum*, ſine veſte. Nondum enim habet ſtolam, quod eſt ſignum maritalis virginitatis. Inveſtes dicuntur impuberes, quibus propter teneram ætatem nulla pars corporis pilat. *Vergilius.*

Aurea Cæſaries illi, atq; aurea veſtis. *Nonius.*

Sed hæc omnia in deſuetudinem abierunt. Nam Juſtinianus edita conſtitutione noluit ex inſpectione corporum pubertatem æſtimari. Et rectè. Nam omnes qui ſana mente ſunt, ea quæ natura occultavit, removere ab oculis debent, *ut Cic. 1. lib. officior. tradit. Verba Juſtiniani hæc ſunt.* Indecoram obſervationem in examinanda marium pubertate reſecantes, jubemus quemadmodum fœminæ poſt impletos duodecim annos omnimodo puberes judicantur, ita & mares poſt exceſſum quatuordecim annorum puberes exiſtimentur, indagatione corporis inhoneſta ceſſante. Idque etiam temporibus Tertulliani obſervatum fuiſſe, *ex libero de velandis virginibus* colligere licet. Tempus, *inquit*, etiam Ethnici obſervant, ut ex lege naturæ jura ſuis ætatibus reddant. Nam fœminas à duodecim annis, maſculos

maſculos à duobus amplius ad negotia mittunt. Facit illud *Epicteti in Enchiridio. αἱ γυναῖκες οὕτως ἀπὸ τεσσάρακα καὶ δέκα ἐτῶν ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίας καλοῦνται.* Et recte, Nam hac ætate ut plurimum pubeſcunt tam mares quàm fœminæ, licet apud quaſdam nationes ſerius pubertas contingat, nec eodem anno omnes, licet ejuſdem regionis, puberes fiant. In cauſa eſt corporum diverſus habitus, & educatio ſinceriot vel corruptior. Verùm hac ratione Princeps conſultum eſſe voluit pudori ac reverentiæ vel ætatis vel ſexus, cum antea pubertas corporum inſpectione ſit explorata, *ut recte Eraſmus tradit.* Quo ſpectant verba *Macrobii libr. 1 cap. 6. in ſomn. Scipion.* Poſt annos bis ſeptem ipſa ætatis neceſſitate pubeſcit. Tunc enim incipit moveri vis generationis in maribus, & purgatio fœminarum. Ideo & tutela pueris quaſi virile robur abſolvitur, de qua tamen fœminæ proter votorum feſtinationem maturius biennio liberantur. Et *lib. 7. Saturnaliorum cap. 7.* Nec hoc tacebo, quod cum calor ſemper generationis cauſa ſit, fœminæ ideo celerius quàm pueri fiunt idoneæ ad generandum, quia calent amplius. Nam & ſecundum jura publica duodecimus annus in fœmina, & quartus decimus in puero definiunt pubertatis ævum.

Etſi autem abſurdum videri poteſt, ex pilis de ætate & ſapientia judicium fieri, quod veteres, ut oſtendimus, fecerunt, tamen experientia notum eſt, ante pubertatem ſeu pilos homines nec corporis firmitate, neque ingenio valere. Quo ſpectat illud. Ante † pilos ſapientia. Itaq; Perſius falſe ridet illos, qui imberbes pulchre ſibi ſapere videntur, his verſibus, εἰρωνικῶς accipiendi ſunt. † 7

Scilicet ingenium & rerum prudentia velox
Ante pilos venit; dicenda tacendaq́, calles.

Quo ſpectat proverbium. Ante barbam ſenes doces, cum imberbis natu majorem docet. Idque elegantiſſime tradit Clemens *lib. 3. Pædagog. cap. 3. Verba Clementis hæc ſunt:* Deus enim voluit fœminam quidem eſſe glabram ac levem, ſola coma, ſicut equum juba ſponte naturæ exultantem. Virum autem cum ſicut Leones barba ornaſſet, virilem etiam fecit hirſuto pectore, quod quidem eſt roboris & imperii indicium. Ita etiam Gallos qui pro gallinis decertant, criſtis quaſi galeis ornavit. Hos autem pilos Deus tanti facit, ut eos ſimul cum prudentia jubeat adeſſe hominibus, atque adeo honeſta-

te delectatus, gravitatem honoravit venerenda canitie. Itaq; Lacon quidam senex interrogatus cur barbam promissam gestaret, ut, inquit, intuens canos pilos, nihil illis committam indignum.

§. 8. Summaria.

1 *Senes etiam propter ætatem nuptias contrahere non possunt.*
2 *Lex Papia Poppæa.*
3 *Legis Papiæ Poppææ ferendæ causa.*
4 *Sexaginta annos nati in insula Coo aconito vitam finire coacti sunt.*
5 *Sexagesimo tertio anno senes plerumq; intereunt.*
6 *Senum nuptiæ peculiaribus nominibus notarunt veteres. & improbarunt, & quibus.*
7 *Senum nuptiæ ab omnibus cavillis dicteriisq; exagitantur.*
8 *Proverbium Germanicum.* Ein alter Mann/ vnd eine junge Frawe/ gewisse Kinder.
9 *Legis Papiæ abrogatio*
10 *Sexagenarii liberos generare possunt.*
11 *Senum nuptiæ multas incommoditates adferunt, & ideo culpandæ multis rationibus adductis.*
12 *Magistratus laudatur, qui senum nuptias non ita indistincte concedunt.*
13 *Lex Genevensis de nuptiis senum.*
14 *Senum nuptias etsi Magistratus impedire prorsus non possit, tamen earum usum cohibere & refrenare debet.*
15 *Exempla senum qui in summa ætate liberos generarunt.*
16 *Vetularum & anicularum quæ annum quinquagesimum egressæ, nuptiæ an concedendæ, multis explicatur.*

1 SEd † & ætas Senibus impedimento est, quò minus recte
2 nuptias contrahere possint. Nam lege † Papia Poppæa (quæ à Papio Mutilo & Poppæo secundo lata fuit, qui parte ejus anni consules neque uxorem neque liberos habebant, *ut scribit Dion lib. 8.*) cautum fuit, ne mulier quinquaginta annis minor viro sexagenario nuberet, neve vir qui nondum quinquagesimum annum attigisset, fœminam quinquagenariam in uxorem duceret. *l. penult. C. de nupt.* Cujus & *Seneca in libris naturalis philosophiæ* meminit. Quid ergò est, *inquit*, cur apud poetas fallacissimus Juppiter desierit liberos tollere. Utrum sexage-
3 narius factus est, quod illi † lex Papia fibulam imposuit. *Lactantius lib. 1. cap. 16.*

l. cap. 16. Causa hujus legis ferendæ hæc fuit, quod ejusmodi nuptiæ non liberûm quærendorum, sed libidinis tantùm explendæ causa contraherentur, & præcipuo conjugii fine carerent, & *ut Plutarchi verbis utar: μηδὲν ἔργον γαμήλιον ἔχουσαι, μηδὲ τέλος*, id est, neque actionem neq; finem conjugii haberent. Etsi enim nuptiæ non coitu sed animorum conjunctione præcipue constant, tamen ad sobolem procreandam ineuntur *l. quæritur. ff. de ædil. edict.* Sexagenarios autem generare posse, nec quinquagenarias parere vulgo existimatur. *l. si sterilis, ff. de act. empt. Aristot. in Politicis, ut suprà notavimus*, viros post annum septuagesimum non gignere, nec post annum 50. mulierem parere scribit Et *lib 1. de natur. animal* raro contingere scribit, ut usq; ad annum septuagesimum vir generet, frequentius verò anno quinto & sexagesimo generationis vires consumi. Quid quod & lege Mosaica vir sexaginta annorum & suprà, quindecim tantùm siclis æstimabatur. Fœmina decem siclis; Juvenis verò ab anno vigesimo ad sexagesimum annum sexaginta siclis æstimabatur, quoties quis nocuisset? *Levitici cap. 27* Et Levitæ ad annum quinquagesimum manebant in ministerio, 25. autem admittebantur *Numer. cap. 8.* Quod sexagenarii viribus ingenii & corporis exhausti maximam vitæ partem exegissent, & à morte non procul abessent. Quo spectant verba *apud Stobæum*, quæ latine ita sonant;

Ubi sexagesimum solem respexisti,
O Grylle, Grylle moritur, cinicq; fiat.
Cæcum est quicquid inde sequitur temporis.

Et *Seneca de brevitate vitæ.* Lex à quinquagesimo anno militem non cogit, à sexagesimo anno senatorem citat. Cui consentanea est lex Servilia Glaucia, ne judex minor annis triginta, major sexaginta legeretur, *de quo Sigonius libr. 2.* & anno sexagesimo missio à militia dabatur. *Juvenalis Satyr. 14.*

Ut locupletem Aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat. ——

Et *apud Lucianum in Tyranno* Cloto sexagenarios ita alloquitur. Vos qui plus sexaginta annis nati estis adeste. Sed quid hoc? Anne aures eorum annis sunt obstructæ, ut me non exaudiant inclamantem, &c. Hinc & depontani senes dicebantur, quia sexagenarii de ponte dejiciebantur. *Festus.* Et in insula Coo ad Hellespontum † lex fuit,

ut annos nati ſexaginta aconito vitam finirent, ne ipſi veluti inutiles & ignavi alimenta juvenibus præriperent & abſumerent. *Alex. Genial dier. lib.* . . Sed & ſenes ſexageſimo † tertio anno plerumq; aut
5 morte naturali aut clade interire *notat Gellius lib 15. cap. 7.* quod is annus ſit climactericus. Qua de re libellus viri ampliſſimi & nobiliſſimi Henrici Rantzovii Equitis Holſatii extat lectu dignißimus. Et quidem hiſce de cauſis ſenum nuptias improbovit antiquitas. Quod & ſenex *apud Terentium* innuit *in Adelphis* Demeæ hortanti ut uxorem ducat, reſpondens:

Satin' ſanus es?
Ego novus maritus anno demum quarto & ſexageſimo fiam?
Atq; anum decrepitam ducam, id ne eſtis auctores mihi?

Eodem ſpectat illud *Plauti in Mercatore*, ubi Eutychus ſexagenariis veluti ad Venerem ineptis, leges præſcribit:

Annos natus ſexaginta qui erit, ſi quem ſcibimus
Seu maritum ſeu cælibem ſortarier,
Cum eo hac lege agemus.

Itaque nec præmiis ejuſmodi nuptias à ſenibus aut vetulis initas, honeſtandas exiſtimaverunt. Septitia mulier effœta ſeni nupſit filiis exhæredatis. Auguſtus nuptias mulieris & teſtamentum improbavit. Nam filius hæreditatem maternam habere, dotemq;, quia non procreandorum liberorum cauſa interceſſerat, ad virum pertinere noluit *lib. 2. cap 7.* Simile exemplum eſt *apud Plinium* de Accia Variola, quam pater octogenarius exhæredaverat, novercæ odio adductus.

Sed & † ejuſmodi nuptias & veteres, & noſtra ætate viri do-
6 cti, & humanarum rerum periti improbarunt, & nominibus peculiaribus notarunt. *Plutarchus* ἀώρους καὶ ἀχαρίτους γάμους nominat, id eſt, intempeſtivas, & nullam gratiam habentes. Item nuptias contra naturam, vel quib. naturæ vis inferitur. *Verba Plutarchi in Solone hæc ſunt.* Dionyſius matri effœtæ petenti, ut ſe marito alicui collocaret, reſpondit, leges quidem civitatis per Tyrannidem ſe evertiſſe, ſed non poſſe ſe legem naturæ violare ipſa in matrimonium collocanda. Græce τῆς δὲ τῆς Φύσεως οὐκ ἔστι δύναμον βιάζεσθαι. Itē nuptias οὐ κατ' ἡλικίαν, id eſt, nuptias præter ætatem *in vita Catonis.* Impares item nuptias Juriſconſulti dixere. *Ulpianus in fragmentis.* Si major quinquage-

naria

Digitized by Google

naria minori sexagenario nupsisset, impar matrimonium appellabatur. Et *l. penultim. Cod. de nupt.* impares nuptiæ, & *l. si major, C. de legit. hæredib.* Aristophanes nuptias incestas, item Oedipi nuptias nominat, hoc est, ubi mater filio nupsit. Verba juvenculæ ad anum juveni nubere volentem.

Non enim ea est ætate ut tecum concumbat,
Cum ejusmodi sit, quoniam ipsi mater magis
Esses quàm uxor. Quare si hanc legem constituisti,
Terram omnem Oedipodu implebis.

Plinius nuptias perversas, seras. *Lib. 4. Epistolarum* dicit se velle uxorem ducere, hoc quoque sicut alia perverse. Audies brevi nuptias lugentis, nuptias senis, quorum alterum immaturum, alterum serum est. *Erasmus* prodigiosas, fœdas appellat. Verba paulò post subjiciemus.

Omnes autem uno † ore eas cavillis dicteriisque exagitant, 7
imprimis autem *Plutarchus in Solone, his verbis.* In civitate nunquam toleranda est ea confusio, ut connubia ejusmodi jungantur ætate à nuptiis aliena, & in quibus neque gratia, neque actio, neque finis conjugii sit futurus. Itaque magistratum aliquis gerens, aut legislator, seni puellam ducenti rectè ita dixerit, ut alicubi Phyloteta compellatur.

Ecquid conjugium appetis, miser.

Et juvenem in uxoris vetulæ domo saginatum & pinguem factum (ut ferunt perdicibus à coitu contingere) transferat ad virginem viro indigentem, &c. Eodem spectant verba *Plutarchi de Catone*, qui senex uxorem duxit filiam liberti sui. Cato propter nuptias præter & dignitatem & ætatem suam contractas usque parvam neque inanem in reprehensionem incidit. Nequaquam enim decebat eo usque provectum ætate, filio adulto, nuruique filiam ministri sui supra cervicem inducere. Et sive id voluptatis causa fecerit, sive ira motus, ut de scorto in filium vindicaret, turpia & factum sunt, & prætextus, &c. *Flaccus Tibullus apud Fulgentium.* Tune amare audes edentule & capularis senex? *Plautus in Mercatore.*

Tune capite cano amas senex nequissime?
Si unquam vidisti pictum amorem: hem illic est.

Item:

est, quod & ipsi vidimus, si mulier sexaginta sex annos nata nubat juveni vix annum vigesimum egresso. Nam vir quamvis senex ex puella potest suscipere liberos, anus ex juvene mater fieri non potest, &c. Hinc illud † Germanorum proverbium vel dicterium potius 8
quo nuptiæ illæ senies exagitantur. Ein alter Mann und eine junge Frau, gewisse Kinder, id est, senex decrepitus & puella pueri certissimi. Nam etsi pueri non nascantur, ipsi pueri sunt. Subjicit Erasmus: In utroque tamen fœda species. Nam talis sponsus non cum uxore sed cum filia dormire videtur, & talis sponsus filiæ nupsisse non conjugi. Sed ejusmodi nuptias si conciliat divitiarum amor, fœdæ sunt, si libido fœdiores. Eas tamen leges Ecclesiasticæ non rescindunt, quamvis popularibus salibus & dicteriis flagellentur, &c. Sed † hoc 9
legis Papiæ caput Tyberius Cæsar abrogavit, idque quod experientia constaret, sexagenarios † liberos generare posse. *Sueto. lib. 3. c. 33.* 10
Capiti, *inquit*, Papiæ Poppeæ legis Tyberius Cæsar quasi sexagenarii generare non possent abrogavit: *Et post illum Severus. Tertullianus in Apologetico.* Nonne vanissimas leges Papias, quæ ante liberos suscipi cogunt, quàm Juliæ contrahi, excluſit Severus. Quibus de causis & quod senes libidinosi, & anus salaces plurimæ reperirentur, qui nuptias cuperent, Justinianus motus, post Tyberium & Severum hanc legem tollendam censuit permisitque ut viri sexaginta annis majores, & fœminæ quinquaginta annis majores matrimoniū inire possent, neq; eas nuptias impares videri, *l. si major, C. de legib. hæredib.*

Sed ut ut sit, certum est, illas † nuptias magnas incommoditates afferre, & ea de causa culpandos qui ejusmodi nuptias impares contrahunt. 1. Quod in conjugio vita suavis esse non potest, si alter conjugum adhuc validus, alter senecta debilitatus sit & effœtus. Et quod ea res dissidiis ansam præbeat, *teste Aristot.* Hinc *Eurip. in Danae.* 11

Et nunc juvenes adhorter omnes,
Ne in senectute nuptias celebrent:
Sed paulatim in juventute liberos procreent.
Nil enim voluptatis habet,
Et res est inimica mulieri senex.

Et *in Phœnice.*

πικρὸν γυναικὶ πρεσβύτης ἀνὴρ.
Amara res est uxori maritus senex.

Deinde,

Deinde, quod ejuſmodi nuptiæ ſtupris & adulteriis feneſtram aperiunt. *Theognis.*

Nunquam utilis eſt mulier juvenis ſeni.
Non enim gubernaculo inſtar navis regi poteſt,
Neq; anchoris detineri. Abrumpens verò vincula,
Sæpe de nocte habet alium portum.

Quos verſus & Clemens Alexandrinus *lib. 6. Stromatum* allegat, & alium ex Ariſtophane.

ἀχρεῖον νέᾳ γυναικὶ πρεσβήτης ἀνήρ.
Turpis res juveni uxori ſenex maritus.

Et Sapphus cujus verſus Stobæus annovit.

Si nobis amicus es lectum juvenilem ſequere,
Ego enim natu grandior tecum converſari non poſſum.

Quin & hoc mali hæ nuptiæ habent, quod parentes ætate graves liberis opitulari, eorumq; commodis proſpicere non poſſint, ut bene monet Ariſtoteles. Prius enim è vita decedunt quàm conditiones eis quærere queant. Quo ſpectant verba *Simplicii in Epictetum.* Seni ducendam uxorem non eſſe, ne cum tempus hinc diſcedendi adfuerit vocatus ſarcinis onuſtus deprehendatur, & recens ductam uxorem & liberos lamentetur. Adde quod cum luxuria omni ætati, tum verò ſenectuti turpiſſima eſt. Duplex enim inde malum eſt, quod & ipſa ſenectus dedecus concipit, & facit adoleſcentium intemperantiam impudentiorem. Nam ubi ſenes & anus impudicæ ſunt, ibi neceſſe eſt juvenes impudiciſſimos eſſe, *teſte Platone*: Quos tamen juvenibus continentia præire & prælucere convenit.

Turpe, namque *ſenex miles, magè turpe ſenilis amator.*

12 Ex quibus efficitur, ejuſmodi nuptias impares nævo non carere, ideoque frequentandas non eſſe. Et laudandum magiſtratum, qui in ſuis territoriis modum præſcribunt, ut Genevenſes, qui lege lata caverunt, ne mulier quadragenaria viro nubat decem annis minori. Et ne mulier quadrageſimum annum egreſſa, viro quinq;
13 annis minori nubat. Item ne vir ſexageſimum annum egreſſus, virginem aut mulierem ducat dimidio ſe minorem. Verba legis hæc ſunt. *Que l' homme ajant ſoixante ans paſſees, ne puiſſe prendre fille ou femme en mariage moins aage de luy que de la moytié.* Nam & in nuptiis ætatis habendam rationem ratio ſuadet. *De quare Stobæus cap. 60.* Etſi autem magi-

Digitized by Google

magistratus ejusmodi nuptias prorsus impedire non potest, ut nunc 14
sunt mores, & quod legibus permissæ sint, tamen earum usum cohibere & refrenare debet, quod ut diximus, inrempetivæ sint, quod ἀκαίρως γίνει contra naturam, præter ætatem, impares, feræ, prodigiosæ, fœdæ, omnium ludibrio & cavillis expositæ, & multarum incommoditatum & peccatorum causæ. Et quod paritas animos & amorem conciliet.

Sed objiciat aliquis, Cum masculi ad annum 65. saltem generent, rarissime verò anno 70. *teste Aristotele*, mulieres verò post annum quinquagesimum non concipiant: merito à nuptiis viros septuagenarios & fœminas quinquagesimum annum egressas arcendas esse, non secus ac Spadones, quod à vero conjugii fine aberrent. Nam etsi consensu contrahitur matrimonium, tamen liberorum procreandorum causa contrahitur. Deinde quod benedictio ejusmodi nuptiis non recte adhiberi possit. Ludificari enim, non rem seriam agere videtur minister, qui conjuges effœtos ad dandam liberis operam hortatur, quos scit per ætatem & annos procreare aut parere non posse. Et hæc quidem accipienda sunt de illis senibus, quos constat prorsus enervatos, & ad Venerem ineptos esse, ut τὰ τοῦ ἀνδρὸς præstare nequeant. Nam hi procul dubio nuptias contrahere non possunt, nec contractæ pro nuptiis habendæ sunt: cum tria sint dona, matrimonii, fides, proles & Sacramentum, quorum si unum deficit matrimonium nullum est, *c. nuptiæ 35. q. 2.* Sin autem ea sint corporis firmitate, ut generare possint, etiam octogenarios ad nuptias admittendos censeo. Id autem præsumendum est semper. Nam etsi *teste Aristotele* anno sexagesimo quinto virile robur & firmitas corporis magna ex parte flaccescit & debilitatur, & semen infœcundum efficitur, quod spiritus naturales extinguantur, & humores exsiccentur, ex quibus caloris beneficio semen generatur: interim tamen nemo tam senex, neq; tam effœtus & exhaustus, quin ex uxore liberos procreare possit. Neq; annorum numerus officit quo minus vir liberos suscipiat, nisi prorsus juvenilis ætatis vigor extinctus sit, ac genitales partes effœtæ emarcuerint. Quod & Medicorum auctoritate probatur & 15
aliorum. *Scribit Plin.* Masiniſſam Regem octoginta sex annos natum filium generasse, qui Methymnus sit appellatus. Idem tradit *Val. Max. Florus, Solinus.* Quamvis is ante omnes homines senectutis robore ad-

mirabilis fuit. Nam *ut Cicero refert*, nonaginta annos natus nullo unquam imbri, nullo frigore, ut capite operto esset, adduci potuit, & pedib. iter ingressus, equum non ascendit, &c De Catone idem commemorat *Plin. lib. 7. c. 13* cum octogesimo anno exacto filium è Solonii clientis sui filia procreasse. *Augustin. lib. 3. contra Julian. Pelag.* Senem quendam octogenarium sibi Lyristriam libidinis causa emisse scribit. Uladislaus item Poloniæ Rex nonagenarius duos filios procreavit. Uladislaum nimirum & Casimirum. *Æneas Sylvius in Europ. c. 25.* Levin. Lemn. refert in Suecia temporibus Gustavi senem centum annos natum virginem triginta annorum duxisse, & ex ea plures sustulisse liberos. Et apud Tungros & Brabantia usitatum esse, ut viri octoginta annorum virgines ducant, & ex iis liberos procreent, idq; testari quotidianam experientiam.

Et huc spectare videtur Proverbium à Diogeniano in collectaneis notatum ἀεὶ γέροντι νέαν ἐπιβαλλε κόρην, semper seni puellam juvenem subjice. Quamvis Erasmus alio sensu id accipiat. Ex quibus efficitur, senum etiam decrepitorum matrimonium non usque adeo damnandum, neq; prohibendum, sed tolerandum esse, quod præsumendum sit, eos ad generandum inhabiles non esse, cum cuivis contingere possit quod cuiquam potest; nisi constet eos prorsus viribus exhaustos, effœtos & adeò debilitatos esse, ut conjugii usum nullum habere possint. Nam hoc casu spadonibus rectè conferuntur, ut Martialis eos confert, hoc versu:

Cum sene communem vexat spado. &c.

26 Sed quid de vetulis † aut aniculis, quæ annũ 50. egressæ sunt statuendum? Et hic aliud dicendum videtur. Idq; quod harum ætas ad concipiendum & pariendum præteriit. Nam omnium recepta sententia est, quam & experientia confirmat, mulieres post annum 44. neque concipere neque parere, quod ut plurimum ea ætate menses subsistant, etsi quædam quæ vegeto & firmo corpore sunt, usque ad annum 50. fœcundæ sint Idq; usq; adeò certum est, ut de eo dubitare nemo possit. Itaque & hic conjugii finis præcipuus liberorum scilicet procreatio prorsus deficit. Deinde quod illis minister neque benedicere, neque ad dandam operam liberis exhortari possit, quas scit effœtas, & per ætatem exoletas parere non posse, nisi se deridendum propinare velit. Postremò quod maximè peccet & præter naturæ rationem

Digitized by Google

tionem faciat, *ut Levini Lemnii verbis utar*, vir qui divitiarum causa, quod ut plurimum fit, effœtam ducit, & quasi fundo sterili & nihil ferenti semen committit. Nam liberos, qui seminaria Ecclesiæ sunt ne nascantur suo facto impedit, & quasi intercipit, cum ex eo congressu soboles nulla existere aut nasci possit, cujus tamen propagandæ causæ conjugium institutum est, & mariti omnes fieri debent, juxta dictum: Crescite & multiplicamini. Itaq; culpandus maximè juvenis, qui cum juvenculam ducere posset, & ex ea liberos procreare, effœtam & decrepitam accipit, quod à naturali societate alienum est, semenq; & qui inde nasci debebant corrumpit & perdit: & hoc modo partem humani generis, quantum in se est, abolet, non secus ac Onan, qui semen genitale in terram effudit, quod nollet fratri liberos excitare, qui in ipsius potestate futuri non essent. Ob quod facinus Deus illum morte mulctavit. *Genes. 36.* Itaq; ut ferendus non est, qui fundum ex quo fructus colligi possunt, negligit, & incultum relinquit, ita nec ille qui agro sterili semen bonum committit, ex quo fructus nulli nascuntur. Quod fit, quoties juvenis anum quinquagenariam ducit. Frustra enim cum illa consuescit, cum ex eo concubitu soboles nulla nascatur, ac ne speretur quidem. Quo spectat Epigramma *Leonidæ ex lib. 2. Epigr. Græcor.*

γρῆυν ἔγημε Φιλικὸς, ὅτ ἰῶ νέος· ἤνικα πρέσβυν
δώδεκε τλὼ· παφίη δ' ὤφελε καὶ πρόπολις
καὶ γὸ ἄπαις διέμεινε τότε πρὸς ἐόντα ἐξαμάρτοι
τῶ δ' ἑτέρης γήμας ἀμφοτέρων στέρεται.

Id est:

Aniculam duxit Philinus adolescens, Senex verò puellam annorum
Duodecim: Venus utrobiq; intempestiva fuit.
Nam cum liberos nullos haberet sterilem agrum consuit.
Senex verò aliis uxorem duxit, & utroq;, hoc est, & conjuge & liberis, *privatus fuit.*

Quos versus Alciatus ita expressit.

Nupsit anus juveni, vetulo tibi juncta puella est:
O nimium ex omni tempore inepta Venus!
Aut aliis ducis, sterili vel conseris agro,
Conjuge nec frueris, nec frueris sobole.

Adde quod cum luxuria omni ætati, tum senectuti turpi
est, & maximè vetulis, quarum ætas ad concipiendum & parien
præteriit. Hæ enim non liberorum quærendorum, sed libidin
plendæ causa novas nuptias ineunt. Quod peccatum maximu
cum omnis congressus, quæ sobolis desiderio non fit, detestabil
Quod & apud Terentium senex innuit.

Egone anno sexagesimo quarto maritus novus fiam,
Atq; anum decrepitam ducam?

Apulejo inter alia crimina ab Æmiliano objectum fuit,
ipsius uxor Pudentilla ipsi anno sexagesimo ad libidinem nupsi
& post annos tredecim viduitatis mulier libera. *Apologia 1.* Quo
factum negat, calculoq; instituto demonstrat, illam quadrage
anno nupsisse, ideoq; culpandam non esse, adversarium men
arguit. Verba Apulei elegantissima adjicio, lectu dignissima.

De ætate meæ Pudentillæ, de qua post ita confidenter m
tus es, ut etiam sexaginta annos natam diceres nupsisse, de ea p
tibi respondebo. Nam in re tam perspicua non est necesse plu
disputare. Pater ejus natam sibi filiam more cæterorum prof
est: Tabulæ ejus partim tabulario publico, partim domo adser
tur, quæ tibi ob os objiciuntur. Porrige Æmiliane tabulas ista
gnum consideret, signa quæ impressa sunt, recognoscat, Consul
gat, annos computet. Quos sexaginta mulieri assignabat, pr
quinque & quinquaginta. Lustro mentitus est: parum hoc est:
ralius agam; nam & ipse Pudentillæ multos annos largitus est
donabo igitur vicissim. Decem annos Ulixes cum Mezentio erra
quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. Quid multi
cum quadruplatore agam, bis duplum quinquennium faciam, vi
ti annos semel detraham. Jube Maxime Consules computari
fallor, invenias nunc Pudentillæ haud multo amplius quadra
mum annum ætatis ire. O falsum audax & nimium: ô mendac
viginti annorum exilio puniendum: Dimidio tanta Æmiliane m
tiri falsa audes sesquialtera. Si triginta annos pro decem dixisses,
ses videri pro computationis gestu erraſſe, quos circulare debu
digitos aperuisse. Cum verò quadraginta quæ facilius cæteris pe
cta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non p
digitorum gestu erraſſe, nisi forte triginta annorum Pudentil
rat

ratus, binos cujusque anni Consules fiumerasti, &c. *Hucusque Apulejus*, quæ describenda existimavimus, ut ostenderemus veteres improbasse vetularum effœtarum nuptias, & ea de causa Apulejum tàm diligentem computationem instituisse, ut sese purgaret, quod effœtam non duxisset. *Idem Apologia 2.* Formam mulieris & ætatem ipsi ultro improbarunt, idque mihi vitio dederunt, talem uxorem causa avaritiæ concupisse: atque adeò primo dotem in congressu magnam rapuisse, &c. Imo anus effœtas casse vivere, & nuptias vitare debere, satis indicat Noemi vidua, quæ magnum continentiæ exemplum exhibet, *Ruthæ cap. 1.* his verbis. Ego senio confecta sum, nec marito apta, quasi dicat, anus effœtas conjugio idoneas non esse. Nam *ut Claudianus rectè scripsit:*

Nascitur ad partum mulier prolemq; futuram.

Quot autem incommoditates ex ejusmodi nuptiis imparibus existant, paulò ante attigimus, quæ hic non repetimus, ne actum agere videamur. Sed & experientia ipsa testatur, his nuptiis nihil esse infelicius, ad quam lectorem remitto, cui hæc nostra non satisfaciunt.

§. 9.

De hoc §. agitur infrà de nuptiis.

§. 10.

Hic §. explicatur infrà de nuptiis.

§. 11.

Hic §. tractatur infrà de nuptiis.

§. 12.

Vide infrà de nuptiis.

§. 13. SUMMARIA.

1 *Spadones nuptias contrahere non possunt.*
2 *Spadones variis modis fiunt.*
3 *Adulteri apud Ægyptios damno virilitatis mulctati.*
4 *Evirati qui.*
5 ἐκτομίαι *qui.*
6 θλάσιαι *qui.*

7 *Thiblæ quid.*
8 *Spado unde dicatur.*
9 *Refutatur Fuchſius.*
10 *Spadones & Eunuchi quid differant.*
11 *Eunuchi verbum late patet.*
12 *Maleficiati jure Canonico qui dicantur.*
13 *Ligati faſcino novos maritos novum non eſt, ut ex hiſtoriis probatur.*
14 *Caſtrati matrimonium inire non poſſunt.*
15 *Eunuchi libidinoſiſſimi.*
16 *Eunuchi olim in delitiis habiti.*
17 *Spadones cui tantum teſtes excĕti ſunt, abuti poſſe mulieribus, ex Pandectis Hebræorum docetur.*
18 *Spado vel Eunuchus vir non eſt.*
19 *Eunuchi immiſericordes præſumuntur.*
20 *Eunuchi ab Eccleſiaſticis muneribus arcentur.*
21 *Eunuchos antiquitas fœminarum numero habuit.*
22 *Eunuchi cum mulieribus verſabantur & muliebria tractabant.*
23 *Eunuchi fœminis ſimiles.*
24 *Eunuchi ut fœminæ podagra non laborant neque calueſcunt.*
25 *Eunuchis ut fœminis barba non creſcit.*
26 *Eunuchorum vox muliebris.*
27 *Caſtrati plerique ſumebant muliebrem veſtem.*
28 *Eunuchos nupſiſſe viris teſtantur veterum ſcripta.*
29 *Eunuchi nec viri nec mulieres, ſed tertium quoddam hominum genus conſtituebant.*
30 *Eunuchi omnibus inviſi, deteſtabiles.*
31 *Sterilitas Dei beneficio & opera Medicorum tolli poteſt.*
32 *Eunuchorum & caſtratorum olim magna copia.*
33 *Eunuchi majori pretio quàm reliqui ſervi vendebantur.*
34 *Galli ſacerdotes qui olim dicebantur.*
35 *Galli unde dicti.*
36 *Gallo vetus verbum.*
37 *Eunuchos fieri vetitum.*
38 *Caſtrandi uſus in Turcia & Perſia adhuc uſitatus.*
39 *Impotentes & frigidi an nuptias contrahant.*
40 *Faſcino vel veneficio læſi an matrimonium poſſint contrahere.*

41 *Eunuchs*

41 *Eunucho si fidem dedit mulier non ignara eum hoc vitio affectum, vel post sponsalia resciverit & nihilominus nuptias consummare cupiat, an id ei concedendum sit.*

42 *Spadoni si mulier sciens volens nupserit & matrimonium consummatũ sit.*

43 *An qui unum testiculum saltem habeat, nuptias contrahere possit.*

44 *An qui testibus integris est, & tamen cauda vel virga caret, ad matrimonium admittendus sit.*

45 *Hermaphroditi vel androgyni an matrimonium contrahere possint?*

46 *Hermaphroditi olim in delitiis habiti.*

SPadones † etiam sponsalia & nuptias contrahere prohi- 1
bentur. Sed hi quia variis † modis fiunt, ideò ratione sectionis, 2
& virilium mutilatorum & defectum, varias appellationes sortiuntur. Nam spadonum alii sunt, quibus coles, penis, vel virilitas prorsus demessa est, quod adulteris sæpe accidisse testantur veterum scripta. Ita Bibienus Romæ Carbonem Actienum in adulterio deprehensum castravit, & Publius Cervinus Pontium, quod Horatius *lib. 1. serm. Satyr. 2.* innuit.

Hunc permiserunt calones, quin etiam illud
Accidit, ut quidam testes caudamq; salacem
Demeteret ferro.

Ad quod etiam allusit ancilla Pythias *apud Terent. 5. scen. 5. Heautontim.*

Ille ubi resciit factum, frater violentissimus,
Colligavit eum primò miserè modis. &c.
Nunc minatur porrò sese id quod mœchis solet,
Quod ego nunquam vidi fieri neq; velim. &c.

Et apud Ægyptios adulteros † damno virilitatis mulctatos esse *refert Diodorus Siculus.* In Turcia adhuc eunuchis, quibus mulieres asservandæ committuntur, genitales partes prorsus amputari, referunt illi qui eam perlustrarunt. Et hi generali † voce evirati, apocopi, βάκηλοι, Galli, Eunuchi, & castrati dici possunt. Hebræi [*cerutb schofchu*] appellant, hoc est, cui veretrum est abscissum, *Deuteronom. 23.* & [*sorii*] Quæ vox *2. Regum 8. & Genes. 37.* multisq; aliis locis reperitur. 3 4

Alii autem quibus colei tantum † execti sunt Græcis ἐκτομίαι 5
dicuntur, Hebræis [*nothuk*] Quæ vox *Levit. 22.* extat. & ut Kinchi interpre-

terpretatur Eunuchum cui manu evulsi sunt testiculi, significe
Quamvis alii putant [*nothuk*] dici [*schenothak aothom eilom*]. Q
6 bus † autem testiculi sunt fracti aut comminuti Græcis θλάσται, H
bræis [*pezuar dace*] quasi dicas contusione fracti, dicuntur *Deute
nom. 23.* Item [*cothuth*] quod contusum sit notat. Quibus à ma
7 vel nutrice attriti sunt † Thlibiæ ἀπὸ τῆ θλίβειν quod frangere e
[*cernth*] quasi dicas incisus, Hebræis dicitur, cui nervus sectus
vel incisus unà cum coleis vel absque coleis, vel cui cremasteres su
evulsi vel convulsi, hoc est, nervi à quibus colei dependent, qui p
nem erigunt. Hebræi ita explicant. [*cernth hua schechoreth mikze
hachutin schehabezim theluien bohen.*] id est, cui fila quædam secta sun
quibus colei suspensi sunt, de quo *Claudianus*:

Ambiguus vitæ jacuit penitusq; supremum
In cerebrum sectis traxerunt frigora nervis,

Qui testiculos habent, sed cauda vel virga carent. Qui al
que testiculis vel virilitate progeniti sunt & editi, qualem se vidi
refert Hostiens. *tit. de frigid. & maleficiatis*, de quodam qui verru
8 magnitudine virilia habuerit, & testes instat cicerum. Qui omn
† generali spadonum appellatione continentur, à verbo σπάω quo
extraho vel evello est, ut rectè Donatus interpretatur vel ab H
bræo [*cothath*] quod conscindere, frangere, in frusta comminue
est. Idque ex Juvenali colligitur *Satyra 6.* quo in loco spadone
eum nominat, cui testiculi adempti sunt, versus hi sunt.

Ergo expectatos & jussos crescere primum
Testiculos, postquam cæperunt esse bilibres,
Tonsoris damno tantum rapit Heliodorus
Conspicuus longe cunctisq; notabilis intrat
Balnea, nec dubiæ custodem vitis & horti
Provocat à domina factus spado: dormiat ille
Cum domina.

Quo spectant verba Ulpiani: Spadonum generalis appellatio e
Quo nomine tàm hi qui natura spadones sunt, item thlibiæ & thl
siæ, sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur: Itaqu
9 longe fallitur Fuchsius † *in commentariis in Hippocratem*, qui Jureco
sultum erroris insimulat, quod spadones eos esse definiat, quibus e
secta sunt virilia, cum id tàm Græcorum quàm latinorum auctor

ta

rate defendatur. Inter Eunuchos autem & ſpadones (ut hoc obiter annotemus) hanc conſtituunt differentiam, quod Eunuchi ab ipſo ſtatim ortu exacti nihil unquam virile experti ſint. Spadones autem natu grandiores damno virilitatis mulctati ſint, idque & Lucianus indicare videtur, qui Eunuchorum conditionem peſſimam eſſe refert, ut qui ab ipſo ortu execti nihil unquam virile experti ſint, *in Pamphilo*. Caſtratos verò ſectione quidem mutari, quædam tamen ſigna naturæ cognata retinere, adamantis ſophiſta. Item Eunuchos voluptatis cauſa nullaq; neceſſitate impellente exectos. Spadones v. ob morbum caſtratos dici, ſed vix eſt ut id defendi poſſit. Nam ut ſupra ex Juvenali demonſtravimus, etiam ſpadones nominantur, qui natu grandiores evirantur voluptatis gratia, & ut cum domina dormiant. Sed & Eunuchi nomen latius patere, quàm ut id ſolis infantibus tribui debeat, judicat idem Juvenal. *Sat.* 12.

Decidere jactu
Cæpit cum ventis, imitatus Caſtora, qui ſe
Eunuchum ipſe facit, cupiens evadere damno
Teſticuli, atq; ideo medicatum intelligit inguen.

Loquitur de Catulo qui in periculo maris jactum bonorum faciebat, ne naufragium faceret, in eo Caſtora imitatus, qui ſibi teſticulos præmordet ut evadere poſſit.

2. Spadones ſunt qui membris integris ſunt, ſed tamen pharmacis & herbis emaſculati τὸ τῆς ἀνδρὸς præſtare non poſſunt. Ita apud veteres emaſculabantur ſacerdotes herbis quibuſdam, *teſte Divo Hieronymo ad Gerontium de monogamia.* Hierophonta apud Gerontium evirat virum, & æterna debilitate fit caſtus. Et Originem refert Zonaras ſibi partes genitales non præciſiſſe, ſed herba adhibita eas ita emarcuiſſe, ut mortuæ viderentur. Et noſtro etiam ſeculo religioſos pleroſq; caſtitatis ſervandæ gratia ſibi nervum circa aurem incidere, à fide dignis mihi relatum eſt. Et Hippocrates *in libello de aere, aqua, & locis*, ſcribit, homines ad generandum inhabiles reddi ſectione arteriarum, quæ poſt aures ſunt, quod cerebrum imbecille reddatur, deſtitutum influxu ſpirituum vitalium: vel ut alii exiſtimant, quod cum venis nervulus quidam præciditur, quem Andreas Veſalius in multis ſe vidiſſe dicit, qui à ſexta nervorum cerebri conjugatione deſcendat in teſtes & vaſa ſeminaria. Quò refero verſum Claudiani.

In cerebrum ſecti traxerunt frigora nervi.

Vide Valeſium: Cur fœcunditas adimitur venis & arteriis pon
reſectis? *Qua de re & VVierus lib. 4. cap. 20. de præſtigiis dæmonum.*

3. Spadones ſunt, Ἀφὰ τῶν φύσεων ἢ παθῶν, ut Suidas loqui
ut Theophilus & Harmenopolus, Ἀφὰ τὸ πάθος ἢ ψύξιν ἐνο
σαν τοῖς γονίμοις μορίοις, Id eſt, qui vel natura ſunt Spadone
propter vitium aliquod, aut frigiditatem membrorum gen
generare non poſſunt priuſquam id impedimentum ſublatum
hi ſpadones ſpecialiter & proprie dicuntur. *Harmenop lib. 2. T. 8*
ſtratis opponuntur, quod membris integris ſint, & tantùm vi
morbo affecti liberis operam dare nequeant. His addo ὑποσπα
ut Galenus nominat *lib. 15. de uſu partium*, quaſi dicas, ſubſpadon
vinculo quodam quod in extremo cole habent ita convellun
ſemen emittere non poſſint, quod meatus contortus ſemen i
flexibus & ambagibus hærens retineat, ut extrà ferri non
Quam ſententiam confirmat Cælius Rhodiginus *lib. 18. c. 10.*
bis. Quibus meatus habitu ſuo naturali privantur, vel quia o
ſunt, qui ad penem tendunt, quod ſpadonibus evenit, vel
cauſis, iis ſemen in ſedem confluit.

12 4. Ad generandum inhabiles ſunt, qui faſcino † aut venet
gati aut læſi, liberis operam dare non poſſunt. Hi jure Canon
leficiati nominantur, *de quibus toto tit. de frigid. & maleficiat. 33. q.*
ſortiarias. Idq; impedimentum novis maritis ſæpe afferri not
13 quàm ut de eo quis dubitet. Galli † *lier l' eſguilletto*, hoc eſt, ligu
gare dicunt. Neq; nova res eſt. Nam & Herodotus refert, Ama
gypti Regem faſcino læſum non potuiſſe cum uxore Ladice c
di, cum aliis mulieribus potuiſſe, donec carminibus ſolutus eſſ
concubinæ Theodorici Regis Galliæ eodem faſcino & liga
uſæ ſunt adverſus Hermenbergam uxorem, *idq; notat Paulus Æ*
vita Clotarii 2. Et ſimilia exempla ubiq; ſunt obvia & ſuppedit
tidiana vita. In Gallia etiam pueros illud exercere palam, id
pune ſcribit Bodinus.

Nunc videndum, quod ſpadonum genus à nuptiis arce

Et quidem † caſtrati quibus aut penis, aut teſticuli, aut u
14 adempta, attrita vel confracta ſint, matrimoniũ inire non p
His annumerandi ſunt & illi, quibus nervus ſectus eſt vel

Nam à præcipuo conjugii fine aberrant, ut cujus uſum nullum habere poſſunt, non magis quàm ſi calvus pectinem emat, aut ſpeculum cœcus, aut tibicinem ſurdus conducat, aut navim qui nullum mare vicinum habet, ut ille loquitur. Ideoque nec patres nec mariti fieri poſſunt. *Claudianus in Eunuchum.*

Nubas ducaſve licebit,
Nunquam mater eris, nunquam pater, hoc ferrum,
Hoc natura negat.

Qua de cauſa veteres legumlatores ejuſmodi conjugia prorſus dānarunt, ut quæ libidinis tantùm cauſa, non procreandorum liberorum deſiderio coeant. Nam tantùm abeſt, ut ex iſta conjunctione homo generetur, ut etiā plurimi qui naſci potuerunt, extinguantur & perdantur, cum Eunuchus aut ſpado muliebre ſemen corrumpat, ut non tantùm pro ſcortatore, ſed & pro homicida habendus ſit ejuſmodi homo, *ut Beza diſputat.* Itaq; rectè Leo *conſtitutione 97.* qui ad peregrinam illam, *inquit*, commiſtionem convenerunt, cum ſciant ſe ſteriles, & ad gignendum inhabiles, naturæ quaſi inſidiantur. Idq; ſimilitudine quādam confirmat. Nam ſi eum qui fundum ex quo alter aliquis fructum capere poteſt, vaſtat, & incultum relinquit, tanquam neſarium & Reipub. pernicioſum odio proſequimur, ejusq; conatus impedimus, quantò magis hominem, qui fundum ex quo germen rationale pullulat (hoc eſt, fœminæ uterum) corrumpit, & infœcundum reddit, prohibere & ab incœpto & conjunctione arcere convenit. Alter matrimonii finis eſt, ut ſit remedium adverſus incontinentiā. Sed nec illum aſſequuntur, qui ſpadonibus nubunt. Nam tantùm abeſt ut hac commiſtione libido extinguatur, ut magis incendatur, motu & titillatione ejus, qui ad procreandum inhabilis eſt, & tamen luxuria & amore ardet, ut Eunuchus. Apud † Philoſtratum Apollonius differit, Eunuchos libidinoſiſſimos, & ea de cauſa à mulierum conſortio arcendos eſſe, ſuadet Baſilius *de vera virginitate.* Quo ſpectat Synodi *6. cap. 5.* interdictio καὶ οἱ εὐνοῦχοι ἐπὶ τῷ φαλλατίσθωσαν τὸ ἄμεμπτον ἑαυτοῖς πρενοούμενοι. Idq; innuit Eccleſiaſtes *cap. 30.* Qui profligatus eſt à domino, hic oculis aſpicit, & ingemiſcit. ὡσπερ εὐνοῦχος περιλαμβάνων παρθένον καὶ στενάζων, ut Eunuchus qui virginem amplectitur & ſuſpirat. Quod & benè notavit Terentius *in Eunucho.* 15

Audieram eos, inquit, *amatores mulierum esse maximos, sed nihi*
tesse.

16 id est, uti quidem mulieribus Eunuchos, sed nullo cum effectu. Q
de causa mulieres salaces Romæ, & Reginæ Eunuchos in delitiis
bebant, quod assiduo congressu libidinem foverent, & tamen
gravidas non redderent. Quod Juvenalis disertis verbis tra
Satyra 6.

Sunt quos Eunuchi imbelles, & mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbæ:
Et quod abortivo non est opus. &c.

Quod scilicet non concipiant, neque abortum faciant, & tamen c
illis assidue consuescant, arrigant, sed semen non emittant.

Item.

---- A domina factus spado dormiat ille
Cum domina. ----

Eodem spectant versus Martialis *de Cellia lib. 6.*

Cur tantum Eunuchos habeat tua Gellia quæris,
Pannice? vult uti Gellia non parere.

Item.

Nec spado jam, nec mœchus erit, te præside, quisquam,
At prius (o mores!) & spado mœchus erat.

Item.

Cum sene communem vexat spado Dyndimus Eglen,
Et jacet in medio ficta puella thoro.
Viribus hic operi, non est hic utilis annis,
Ergo sine effectu prurit uterq; labor.
Supplex illa rogat pro se miserumq; duobus,
Hunc juvenem facias, hunc Cytheræa virum.

Et de Gallis sacerdotibus castratis idem refert Lucianus. Est a
tem, inquit amor Hierapoli, & etiam nunc durat, ut Gallos quide
concupiscant mulieres & vicissim Galli in mulieres depereant, ne
tamen quisquam Zelotypia aut æmulatione quadam commove
tur. Sed hæc res ipsis imprimis sacra censetur, &c. *in Dialogo cui titu*
17 *Syria Dea* His consentanea tradunt Hebræi *in Pandectis*, & † Rabbi
in commentariis, nimirum spadones cui tantùm testes excti sunt, abu

pos

posse mulieribus, earumque amore capi. Quod coeundi facultas illis adempta non sit nervo illæso & integro. Atque Potipharum cujus *Genesis 39* mentio fit, talem fuisse Eunuchum vel [*soris*] tradit Hebræorum doctissimus Kinchi *in libro radicarum*, his verbis, [*hojo soris bezum velo soris hagid leficach hoithoh ton ischoh*] id est, fuit testiculis privatus, sed non nervo, atque ideo uxorem habuit. Atque hoc appellant Hebræi [*pezuae dacea pezuae daco hua col schenifzeeu Bou nidceau bezim schelou afilu achath mehen*] quasi dicas excisus vel contritis testiculis, id est, cui testiculi excisi sunt vel contusi, vel alter eorum dicitur Pesua Dacce. Quibus verò nervus læsus est, Hebræi [*cruth schofchu hua col schenichrath hagid schlou venecnou jorch kilucha hasera aela schoufeth veschothoth veenouu molid*] nominant, hoc est, excisо veretro vel nervo, id est, cui nervus præcisus est, is semen vibrare atque impetu quodam emittere non potest, sed illud effundit. Unde constat Hebræos distinguere inter Eunuchos castratos, hoc est, quibus testiculi adempti sunt nervo integro, & eos quibus unà cum testiculis nervus evulsus est: Et hos matrimonio arcere, illos verò admittere. Quod etiam Alciato placuisse video *in l. spadonum, de verb. signif.* Quod tamen mihi non probatur, qui Eunuchos omnes, hoc est, testibus privatos nuptiis arcendos esse statuo, idque quod ad generandum inhabiles sint. Itaque recte Leo, Paulus, inquit, ait matrimonium contrahere quàm uri satius est. Quapropter naturalis appetitionis contemplatione conjunctio prohiberi non debet. Sed tu qui Paulum laudas, ad Pauli verba attende. Matrimonium contrahere est per matrimoniale commercium cum muliere conjungi. Si igitur tua cum muliere commistio, consociatio matrimonialis & benedictione digna est, matrimonium nomina & observa uxorem: sin ne tantillæ quidem observationis capax fueris (quæ enim aut qualis consecratio in iis, qui simul contra conditoris decretum simul contra naturæ legem conjunguntur, locum habet) quid Paulum in approbationem cælibis tui & peregrini matrimonii pertrahere audes? &c. Quid quod & Juvenal. inter alias causas cum Satyram scribere cœperit, & hanc refert, quod spadones suo tempore uxores ducerent, non liberorum procreandorum, sed libidinis causa: Quod tanquam facinus detestandum primo loco taxat. Nam si matrimonium appellatur, ut mater fiat, quæ nubit, quid magis detestandum,

quàm ſpadonem uxorem ducere, cui genitalia adempta ſunt? Ve
Juvenalis *Satyra 1.* hæc ſunt.

Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.
Cum tener uxorem ducat ſpado, Nævia Thuſcum
Tigat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

quod in theatro fiebat in conſpectu totius populi Romani. Q
autem propter domeſtica officia ejuſmodi conjunctionem quid
tolerandam eſſe exiſtimant, ſcrupulo non caret. Nam ſi conſta
utrumq; dono continentiæ præditum eſſe, tolerari poſſe vide
Sed quia ea res incerta eſt & periculi plena, adhuc ſatis cauſæ n
video, cur ejuſmodi conjunctio ferenda ſit. Et conjugium n
poſſe ea lege coire, ut alter alterius congreſſum refugiat, ſupra
ſputatum eſt. Ex quibus efficitur, nullam iſtarum cauſarum prop
quas conjugium à Deo ordinatum eſt, in peregrina illa conjunct
ne Eunuchi & mulieris locum habere. Sed & materialis cauſa hic
18 ficit. Nam ad conſtitutionem matrimonii requiritur vir & mul
Spado autem vel Eunuchus vir non eſt. Imò eviratus & emaſcu
tus nominatur. Quibus verbis Plautus & Apulejus utuntur. Cle
chus apud Athenæum de Eunucho ita loquitur, ἀνὴρ τε καὶ οὐκ ἀν
id eſt, vir non vir. Lucianus μιάνθρωπον nominat. Ovidius ſe
virum, ut & Claudianus.

Eunuchum ſi Cyrus habet, vindictaq; mundi.
Semivir exul erit.

Lactantius. Deum mater amavit formoſum adoleſcentem, & e
dem cum pellice deprehenſum ſemivirum reddidit. *lib. 1. cap. 13.*
que ea de cauſa quod viri non eſſent, à civitate, Republic. milit
ab officiis, muneribus & honoribus arcebantur. Spadones, inqu
Martertinus quaſi à conſortio humani generis extorres, ab utroq
ſexu, aut naturæ origo, aut clades corporis ſegregavit. Claud
nus.

Nec judex ductorq; fuit, &c.

Item:

—Nunquam vel in æquore puppim
Vidimus Eunuchi clavo parere magiſtri.

Theodoſius vetuit, ne Spadones inter patritios mererent:

in Jurisprudentia Hebræorum, disertè cavetur † ne spado aut eunuchus in Senatum recipiatur, quod immisericors esse præsumatur. 19
Ab Ecclesiasticis † etiam muneribus arcentur *cap.* 14. *& 1. de corpor.* 20
vitiatis, nisi per vim à Barbaris, aut de consilio Medicorum exsecentur *c.* 55. *dist.* Lucianus *in dialogo*, *An Eunuchus possit Philosophum agere.* Jam hoc hominum, inquit, genus non solùm ab ejusmodi contubernio secludi oportere, verum etiam ab ipsis sacris, & vasis puris, breviter ab omnibus publicis cœtibus ejici. *Valer. Max.* Genutium qui magnæ matris Gallus erat, & se castraverat, ex tribunali discedere jusserunt.

Imò tantum abest, ut viri censerentur † Eunuchi ut fœminarum numero eos habendos antiquitas existimaverit. Idque quod 21
virilitas amissa eos plane effœminatos, & mulieribus similes reddat, id est, effœminatos. *Aristoteles libr.* 5. *de generatione animal.* γυνὲχ ὃ γίνεται θαλακρὸς διὰ τὸ εἰς τὸ ἦλυ μεταβάλλειν. Eunuchus non calueſcit, quod in fœminam mutetur. *Philost.* Quandoquidem fœminei generis sunt, multamq; humiditatem redundantem obtinent, & ad capillos defluentem, ex qua capilli nutriuntur & augentur. Qua de causa † & cum mulieribus eos versari, & muliebria tractare 22
oportebat. *Claudianus.*

Præfecti sed adhuc vesti gemmiq; dabantur
Custodes, sacroq; adhibere silentia somno.
Militia Eunuchi nunquam progressa cubile.

Item:

Tu telas, non tela pati, tu flamina nosse,
Tu segnes operum solers urgere puellas,
Et niveam Dominæ pensis involvere lanam.

Item:

Arma relinque viris.——

Lampidius in Alexandro Eunuchos de suo ministerio abire, & uxori inservire jussit. Sed & ad Venerem inutiles reddi, non secus ac reliqua animantia experientia & bonorum auctorum scripta testantur. *Apulejus lib.* 1. Multos ego scio non modò asinos inertes, verùm etiam ferocissimos equos nimio libidinis calore laborantes, atque ob id truces vesanosque, adhibita tali detestatione mansuetos inde factos, & oneri ferendo non inhabiles, & cæteri ministerii

non

non impatientes. Denique nisi vobis suadeo nolentibus p
spatio modico interjecto, petitis è domo ferramentis, huic
praparatis, ad vos actutum redire crucemque amatorem istu
que insanum dilitis femoribus emasculare & quovis verve
tiorem reddere, &c.

23 Quin etiam † & in eo fœminis similes sunt Eunuchi, quo
24 ribus ut mulieres sint ulcerosis, nec varicosi fiant, *teste Aristotele*
quod † ut fœminæ neque podagra laborant, neque caluescunt
pocrates libr. Aphorism. 28. & 29. Plinius lib. 11. cap. 37. Defluviu
25 pillorum in spadonibus non visum. Item quod ut fœminis †
chis barba non crescat, quamvis nata manet, *Lucianus in Eunu*
Juvenalis Satyra 6.

Sunt quos Eunuchi imbelles & mollia semper
Oscula delectant, & desperatio barbæ.

Macrobius libro septimo. Calor est qui pilos creat. Unde eunuch
sunt, quorum naturam nullus negat frigidiorem. *Quintilianu*
cap. 12. Mancipiorum negotiatores robur ac lacertos barba
ante omnia, & alia quæ naturæ propria maribus dedit, parum
26 mant decora, quæque fortia si licent fierent, ut dura molliunt.
quod vox eunuchorum muliebris est ut fœminarum *Aristoteles*
blematibus. Spadonibus vocem inesse tenuem & acutam, ut
bus illis, qui seminis expertes sunt, nimirum pueris, fœminis, c
pitis. *Lucianus.* Atque hic, inquit, fœminea voce, reliquoqu
poris habitu Eunucho similis *in Eunucho.*

Sed & muliebrem vestem sumebant plerique castrati, ut
27 *Lucianus.* Galli castrati vestitum virilem amplius non haben
muliebria indumenta gerunt operamque mulierem perficiu
paulo post. Adolescens qui se castratum venit, abjectis vestibu
gna voce in medium progreditur, & ense stricto seipsum secat
ritque per urbem, & manibus ea quæ resecuit portat. In quan
que autem domum ea abjicit, ex ea & vestem fœmineam, &
tum muliebrem accipit, &c. Rationem autem subdit cur vest
liebri utantur, subjicit, quod mulier quædam Combabi ejus
auctoris, amore capta, cum accepisset eum eviratum esse, sib
mortem conscíverit. Qua de causa mœrore affectus Comb
vestem muliebrem induit, ne qua posthac mulier deciperetur.

c

cianus de Syria Dea habet fabulam Poeta vel Luciano dignam. Sed & Eunuchos † nupsisse viris testantur veterum scripta. Xiphilinus 28
de Nerone Sporam Sabinam nominavit, non solùm quod propter ejus similitudinem exsectus fuerat, sed etiam quod ut ei antea Sabina ita hic in Græcia nupsit, eumq; Tigillinus ut lex jubebat despondit, &c. Imò nec † viri nec mulieres censebantur, sed tertium quod- 29
dam hominum genus constituere dicebantur. Alexander de Genutio dicebat, ipsum amputatis sui ipsius sponte genitalibus corporis partibus neque virorum neque mulierum numero haberi debere. *Valer. Max. lib. 5. cap. 7.* Alexander tertium hominum genus esse dicebat nec videndum nec in usu habendum à viris, sed vix à fœminis nobilibus. Et Gregorius Nazianzenus *in laudibus Heronis*, eosdem insectatur, quod neque virorum neque mulierum numero habendi sint. Et *in oratione habita in funere Basilii*, τοὺς ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος τὰς ἐν γύναιξιν ἀνδρὰς ἐν ἀνδράσι γυναῖκας. τὰς τοῦτο μόνον ἀνδρίκους τῷ ἀσεβεῖαι. οἱ τὸ φυσικῶς ἀσελγαίνειν ἐκ ἔχοντες ᾧ δύνανται μόνον τῇ γλώττῃ πορνεύουσι. Id est, ex mulierum custodibus, qui inter mulieres viri sunt, inter viros autem mulieres, & impietate solum viriles. Qui cum natura lascivire non possunt, lingua scortantur.

Omnibus autem † invisos & detestabiles fuisse ex Luciano col- 30
ligitur, Si quis inquit, Spadonem aut Eunuchum aspexerit domo egressus, statim convertit pedem, nequaquam prosperas ejus diei actiones fore præsagiens. *Livius lib. 1. de bell Macedon.* ante omnia abominandi semiviri, jussuq; in mare extemplo deportari. Illud tamen notatu dignum, quod ii quibus genitalia excisa sunt, impune spiramenta pestifera hauriunt. *Dion, Xiphilinus in Nerva, & Ammianus Marcellinus.* Et de his hactenus. His alias adde rationes, cur eunuchi mariti fieri non possint, quas Leo *constitutione sua* complectitur, quod Eunuchi vel spadones consecrationis capaces esse non possint. Nec enim minister illis benè precari, neque sacra illa verba effari: Crescite & multiplicamini, h.e. ad procreationem liberorū hortari potest, quos scit ad generandum ineptos esse. Imò ludibrio habere & personas contrahentes & totam Eccles. videtur, qui eum fœtificare & generare jubet, quem scit genitalibus partibus orbatum esse vel carere. Nam ad impossibile eum obligare videtur, cujus nulla est obligatio: Item quod uterq; odio dignus sit, & culpandus. Mulier, quod cum mariti

cupida, fœcundo nubere potuiſſet, ſterilem fœcundo prætulerit. Eunuchus verò, quod ut invanum benediceret Dominus ſua impotentia effecerit, & occaſionem peccandi mulieri præbuerit, quæ virum impotentem nacta ſit. Verendum enim eſt, ne illa animum ad malas artes applicet, & ſub conjugii velamento & prætextu alium quærat cum qua conſuescat, & adulterio ſeſe polluat. Ut taceam Eunuchum male ſibi conſcium, qui nuptias cupit, & tamen ſcit ſe ad procreandū inhabilem eſſe. Sed & objectio quæ apud Leonem extat refutanda eſt, nimirum quod ſi propter ſterilitatem Eunuchi à conjugio arcentur, etiam omnes qui ſteriles ſunt, & nullos liberos procreant, ad nuptias admittendos non eſſe. Idq; quod conjuge utroq, aut alterutro ſterili exiſtente primaria conjugii cauſa locum non habeat. Sed hic reſpondendum, longe hæc differre, & quidem in eo, quod de ſterilitate non conſtat ante matrimonium, & nuptias factas: cum vitium ſit latens & occultum, & quod percipi & explorari non poteſt, niſi conſtante matrimonio, diutino victu, & uſu. Perſonæ enim ſteriles etſi non gignant, tamen ab initio ea lege & mente non convenerunt, ut liberis operam non darent. Quin potius liberorum procreandorum cauſa copulatos eſſe planum eſt: quos tamen ſpes fefellit. Atq; ea opinione & ſpe freti, bona conſcientia convenerunt Eunuchi verò quo ſeſe tueantur & defendant nihil tale habent, ut qui exploratum habentes, ſeſe ſteriles eſſe, & partibus genitalib. carere, nulla fœtificandi ſpe relicta, mulieres ducunt, & mariti fieri volunt: quod ferendum non eſt. Adde quod ſterilitas etſi aliquantiſper duret, tamen Dei beneficio & Medicorum opera & ſolertia tolli poſſit & ſanari. Idque ſemper ſperare & præſumere oportet, etiamſi ſit immedicabilis. Quod in Eunucho ſecus habet, cui recte objicitur,

-- *Nubas ducaſne licebit,*
Nunquam mater eris, nunquam pater, hoc tibi ferrum
Hoc natura negat.

Poſtremo etſi ſteriles non pariunt, neque liberos procreant, tamen eorum conjunctio naturalis eſt, & adverſus incontinentiam & libidinem remedium adfert. Itaq; & ſecundam matrimonii cauſam aſſequitur. Spadonum autem commixtio tantum abeſt, ut libidinem expleat, ut magis illam incendat. Itaq; longe aliter ſtatuendum eſt de ſteri-

ſterilium conjugio, qu'un ſpadonum conjunctione. Itaque recte Auguſtinus 32. *quæſtione ſeptima, capit. ſi quis.* Manet vinculum nuptiarum, etiamſi proles, cujus cauſa inſtitutum eſt, manifeſta ſterilitate non ſubſequatur, ita ut ſcientibus jam conjugibus non ſe habituros filios, ſeparare tamen cauſſa nuptiarum, atque aliis copulare non liceat. Quibus de cauſſis recte Leonem caviſſe cenſeo, ne ſpadones vel Eunuchi uxores ducant, ſub pœna, ut qui id fecerit, ſtupri crimine teneatur, ſacerdos qui eos copulaverit exauctoretur, & ſacerdotali dignitate privetur. Quod & ante illum Moſes ſanxiſſe videtur, *Deuteronomii 23.* his verbis [*lo gobo pezuae daco uchruth ſchoſchu bikhall*] Non ingredietur attritis teſticulis aut abſciſſo veretro in cœtum Domini. Ingredi in cœtum Domini eſt, habere commercium cum populo Dei, & jus ducendi Iſraelitidem, ut Hebræi & Vatablus explicant, quaſi dicant, virgines Iſraelitæ non nubent iis, qui confractos habent teſticulos, aut virilia amputata: [*ſchoſchu*] membrum vocat Abenezra ex quo ſemen & urina effunditur, hoc eſt, penis vel veretrum. Et quoniam ejuſmodi matrimonium ab initio nullum fuit, ideo non dicimus hic fieri divortium, vel repudium, ſed illud ἄγαμος γάμος, id eſt, nullum fuiſſe declaratur. Eaque eſt omnium penè Doctorum recepta ſententia, & legibus Genovenſium expreſſa, *capite centeſimo quadrageſimo tertio.*

Pour quelle cauſe vn mariage peut eſtre declare nul. Verba ita habent. S'il aduient, qu'une femme ſe pleigne, que celuy qu'elle aura eſpouſé ſoit maleficie de nature, ne pouuant auoir compagnie de femme: & que cela ſe trouue vray par confeſſion ou viſitation que le marige ſoit declare nul & la femme miſe en liberte, auec deſenſe a vn tel homme, de ne plus abuſer femme. Et meſmes quant le dit homme ſe trouuera. Eunuque, encores que ſa femme n'en fiſt plainte, que no antmonis telle conjunction ne ſoit nullement ſupporte me an tel abuſeur chaſtie ſelon l'exigenſe decas, &c. Id eſt, Si mulier queratur, virũ cui nupſit, natura eſſe impotentẽ, neq; ad commixtionem conjugalem idoneũ idq; verum eſſe vel confeſſione vel exploratione conſtet, conjugiũ illud nullum eſſe, & mulier libera pronuncietur, prohibitione verò facta, ne impoſterum fœminis abutatur. Et quidem ſi vir ille Eunuchus deprehendatur, & de eo mulier non queratur, tamen ejuſmodi

conjunctio nequaquam ferenda est, sed impostor ille secundum facti qualitatem cohercendus.

32 Et hactenus † de spadonibus seu castratis, quorum apud veteres semper magna fuit copia, præsertim apud eas nationes quæ ad Orientem sunt, quibus pro delectamento fuit viros emasculare, etiã Mosis tempore. Ita Potiphar cui venditus fuit Joseph Eunuchus fuisse legitur. Hebraice [*sorit*] & *2. Regum cap. 8.* Dedit ei Rex Eunuchum unum. Et Cicero meminit Eunuchorum ê Syria Ægiptioq;. Id tamen flagitium quo vis naturæ affertur, Deo non probari ostendit Moses, qui *Levitici 22.* prohibet partes genitales lædere, tam hominum quàm jumentorum. Quod & Jurisprudentia Hebræorum etiam ad fœminas extendit, easque castrari vetat. *Præcepto affirmativo 120.* Justinianus factum id contra Deum esse *Novell. 142.* asserit. Leo eos qui castrant creaturam, aliam quam qualis supremo conditori placuit, in mundum introducere conari, *Novell. 80.*

Itaque verisimile est, populum Dei castrationibus abstinuisse, quamvis Spadonum ministerio usi sint. Idque licuisse tradit Iurisprudentia Hebræorum. Aliæ autem gentes Ethnicæ lucri causa & voluptatis quàm plurimos castraverunt. Claudianus infantes ab uberibus raptos, ab Armeniis excisos fuisse queritur.

Cæpit sæpe tamen cunabula prima cruentis
Debita suppliciis, rapitur castrandus ab ipso
Ubere, suscipiunt matris post viscera pœnæ.
Advolat Armenius certo mucrone recisos
Edoctus mollire mares, damnoq; nefandum
Aucturus pretium, fœcundum corporis ignem
Sedibus exhaurit geminis, unoq; sub ictu
Eripit officium q; patri, nomen q; mariti.
Ambiguus vitæ jacuit, penitusq; supremum
In cerebrum secti traxerunt frigora nervi.

Idque ut plurimum fiebat lucri gratia, quod pueri excisi vendibiliores essent, & carius à mangonibus distrahi possent. Quo spectant verba:

Damnoq; nefandum
Aucturus pretium, &c. ——

Nam

Nam † majore pretio Eunuchi quàm reliqui ſervi vendebantur. *l. ult. C. comm. de legat.* 1. C. *de ſerv. manu.* Idquè quod iis Reginæ ſolæ uterentur, *ut ait Terentius. Quintilian.* Mancipiorum negotiatores formæ puerorum exciſa virilitate lenocinantur. Quamvis & ob morbum quidam damno virilitatis mulctarentur, idque de conſilio Medicorum, quod factum excuſari poteſt. Ita & ob religionem plurimi ſponte ſibi genitalia amputabant, quales erant in templo Deæ Syriæ Sacerdotes, qui Galli dicebantur, *de quibus Ovid. lib. 4. Faſtor.* 33 34

Cur igitur Gallos qui ſe excidere, vocamus.

Lampridius. Genitalia ſibi devinxit & omnia fecit, quæ Galli facere ſolent. *Lucianus.* Quod multi in templo Deæ Syriæ ſeipſos caſtrant, quos Gallos vocant. Erant autem ſacerdotes Cybeles, quos Archigallos nominat Tertullianus. In quos Lactantius invehitur *lib. 5. cap. 9.* Immemores, inquit, quid nati ſint, cum fœminis patientia certant, qui ſanctiſſimam ſui corporis partem contra fas omne polluant & profanent, qui virilia ſua ferro metant, & quod eſt ſceleratius, ut ſint religionis Antiſtites. Quod Origenem & Leotium feciſſe Euſebius & Theodoretus tradunt. A Gallo autem flumine, ut hoc obiter notemus Gallos dictos veteres exiſtimarunt, quod tamen non videtur probaſſe Ovidius, ut ex illo verſu colligitur.

Cum tantum à Phrygia Gallica diſtet humus.

Verius eſt ex Hebræo fonte Etymologiam petendam eſſe à voce Ga- 35
lal, quod ſaltare † tripudiare, rotare & gyros ducere eſt, qui ſunt fu- 36
rentium geſtus. Unde & vetus verbum Gallo, Gallas, inſanire, quæ & vox lingua Danica idem notat. Varro. Deum Gallantes vario inſanibant ſtudio. Eodem namque vetuſtas hic eſt gallantibus, &c. Nam hi ſacra facientes furentium more capita totabant, quando è flumine Gallo bibiſſent. *Ovidius.*

Qui bibit inde furit, procul hinc diſcedite quem eſt
Cura bonæ mentis, qui bibit inde perit.

Sed & inter ſacrificandum alter alterum verberabat. *Lucianus.* Galli autem frequentes peragunt ſacrificia, vulnerantque cubitibus, & in terga à ſe mutuò verberantur. Multi autem aſtantes ipſis tibiis accinunt, & tympana pulſant: alii autem divinitus inſpirata, ſacraque carmina cantant. Hiſce diebus & Galli fiunt. Poſtquam enim cæteri

tybiis canunt & ſacrificia peragunt, ad multos alios furor iſte pervenerit, & multi qui ad ſpectandum ſolum venerant, ſeſe caſtrarunt, Quod & Claudianus innuit *in Eutropium Eunuchum.*

Vel ſi ſacra placent, habeas pro Marte Cybelem,
Rauca Celenæos ad tympana diſce furores.
Cymbala ferre licet, pectusq; illidere pinu,
Arma relinque viris.——

Quæ omnia arguunt hanc vocem Hebræam eſſe. Nam & templum in Syria non longè ab Euphrate ſitum fuiſſe, tradit idem Lucianus in Dialogo *de Syriâ Dea.* Ubi multa è ſacris literis petita recenſet, videlicet de diluvio, de arca Noæ, de carne ſuilla non comedenda, de Adonide [*edon*] Hebraicè, de Aſtarte Hebraice [*aeſchtheroth,*] quæ vox in Bybliis aliquoties reperitur 1. *Regum* 11. Et ambulavit Salomon poſt Aſtorot Deum Zidoniorum: *& Judicum* 2. Servierunt Baal & Aſtoroth. Fuiſſe autem Aſtarten Deam Syrorum, *auctor eſt Ælianus & Tertullianus in apologetico.* Et non aliam quàm Junonem Auguſtinus putat. Alii Venerem fuiſſe exiſtimant. De Cambabo item, quem Regis Stratonites uxor ad concubitum pellexit. Quod de Joſepho hiſtoria ſacra commemorat, & inde ad Græcos manaſſe videtur, ut & mos caſtrandi ex pravo intellectu & interpretatione. Quamvis Lucianus refert; Combabum Gallis cauſam præbuiſſe, ut ſe caſtrarent, quod is cum Stratonites uxore ſolus proficiſci coactus vitandæ ſuſpicionis & periculi cauſſa virilia ſibi amputaſſet, & in vaſculum incluſiſſet melle & myrrha additis. Sed hæc fabuloſa ſunt & frivola. Sed & ſacerdotes hi βάκηλοι dicebantur, ut ex Luciano colligitur, quæ & ipſa vox ex Hebræo in Græcorum coloniam eſt deducta, à verbo [*bokae*] Bacaa quod eſt ſcindere, ſecare, divide-
37 re. Niſi quis malit à verbo [*bokak*] derivare quod evacuare eſt & exinanire. Et hæc hactenus, ad inſtitutum redeamus. Non tantum autem Deus, ut ſuprà dictum eſt, lege per Moſen lata Eunuchos fieri vetuit, ſed & Imperatores qui poſt Chriſtum natum vixerunt ut Domitianus, Philoſtratus. Εὐνάχας μὴ ποιεῖν Δομιτιανὸς ἐνομοθέτησε. Qua de cauſa & Martialis ei gratulatur.

Luſus erat ſacræ connubia fallere tedæ,
Luſus & immeritos execuiſſe mares.
Utrisq; tu prohibes Cæſar, populisq; futuris

Succur-

Succurris, nasci quos sine fraude jubes.
Nec spado jam, nec mœchus erit, te præside, quisquam
At prius (ô mores!) & spado mœchus erat.

Ammianus Marcel. lib. 18. Domitianus receptissima lege inclaruit, qua minaciter interdixerat, ne quis intra terminos suæ Jurisdictionis Romanum castraret puerum. *Suetonius in Domitiano.* Sed & successor ejus Nerva idem constituit. *Dion & Xiphilinus.* ἐνομοθέτησε μὴ εὐνουχίσειν τινα. Hadrianus *l. 3 & seq. ad l. Cornel. de sicar. l. si servus, ad l. Aquil.* & Augustinus *q. 113.* novi & veteris testamenti: Eunuchos in regno Romano fieri non licet, apud alios licet. Constantinus sanxit castranti pœnam capitalem, & domus publicationem, ubi hoc admissum fuerit. Justinianus quod nonaginta exsectis tres saltem evasissent salvi, pœnam exasperandam censuit, pœna talionis cōstituta in eos qui ejusmodi flagitium commiserint, & ut eorum bona fisco addicantur, & in gypsum damnentur, mulieres in exilium mittantur. Eadem pœna afficiantur, qui domum aut locum ad hoc præbuerint. Castrati autem libertatem consequantur. *Novell. 142.* Pœnam autem talionis, hoc est, ut castrans rursus castretur, Leo Imperator tanquam indecoram postea sustulit, *Novell. 60.* & constituit, ut castrans 10. auri libris in fiscum deferendis mulctetur, & decennium relegetur. Qui se verò administrum præbuerit, flagris cuteque tenus tensione deformetur, & in exilium mittatur. Itaque inter Christianos castrandi mos prorsus in desuetudinem abiit: & rectè. In Turcia autem † & Persia aliisque regio- 58
nib. quæ illorum imperio reguntur, adhuc ejus usum frequentissimū esse, notant illi qui regiones illas peragrarunt & lustrarunt: Qui quod sciant Eunuchos fœminas deperire & cum illis consuescere, virilitatem integram demetere solent. Et de Eunuchis vel castratis plura fortassis, quàm instituti nostri ratio postulat. Quæ tamen quia ubique obvia non sunt, magno labore conquisita lector æqui bonique consulat.

Nunc de altero spadonum genere, hoc est, de iis qui membris integris sunt, & tamen natura ob vitium vel frigiditatem cocundique imbecillitatem procreare non possunt dicendum est. Et hi temerè à nuptiis arcendi non sunt, quod opera & solertia Medicorum, & Dei beneficio vitium illud & impedimentum tolli possit.

Itaque

Itaque rectè Ulpianus, ſpadones qui caſtrati non ſunt, uxores ducere poſſe ſcribit *l. 39. de jur. dot.* Si ſpadoni, inquit, mulier nupſerit, diſtinguendum arbitror, caſtratus fuerit nec ne. Ut in caſtrato dicas dotem non eſſe, in eo qui caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium, & dos & dotis actio. Rationem explicat Theophilus, ἐπειδὴ τούτῳ ἔλπις, εἰκότως δὲ ἀπαλλάγεντας τῆς πάθους δύναμιν παιδοποιΐαν. Id eſt, quoniam ſpes eſt vitio illo liberatos generare poſſe: itaque quamdiu certò non conſtat morbum inſanabilem eſſe, ad nuptias admittendos cenſeo. Eadem tradit Harmenop. *lib. 2. tit. 8.* Qui ſpadones dicuntur, ut qui natura vel vitio ſunt Eunuchi, adoptant. Hos enim ubi morbo quo affecti ſunt liberati fuerint, ſpes eſt liberos gignere poſſe. Quod in caſtratis ſecus habet. ἀνέλπιστα γὰρ αὐτοῖς τὰ τῆς παιδοποιΐας. Quod illis omnis generandi ſpes adempta ſit. *l. 14. de manumiſſ. vind.* Si ſpado matrimonii cauſa manumittere velit, poteſt. Non idem eſt in caſtrato. Et *l. 6. ff. de ædilit. edict.* ſcribit Pomponius, ſpadonem neque morboſum, neque vitioſum eſſe. Sin autem quis ita ſpado ſit, ut tamen neceſſaria corporis pars ei penitus abſit, morboſum eſſe. Dixi temere arcendos non eſſe, ſiquidem illud ejuſmodi ſit, ut pro deſperato non habeatur, ſed ſpes ſit tolli poſſe. Sin verò certò conſtat morbum inſanabilem eſſe, idque de Medicorum ſententia, ſponſalia inita reſcindenda ſunt, neque cogendam quæ fidem dedit, matrimonium conſummare exiſtimaverim. 39 Et hi ſunt quos Jura † Canonica impotentes & frigidos nominant, nimirum qui natura tales ſunt, Μὰ τὴν Φύσιν ἢ πάθος, ut Suidas & Theophilus explicant. Quibus poſt conſummatum matrimonium etiam tempus, triennium ſcilicet conſtituunt, ſi res dubia eſt, antequam fiat ſegregatio vel ſejunctio. Quod etiam Fridericus II. Daniæ Rex expreſſe ſanxit, his verbis: Tertia cauſa propter quam conjuges ſeparari poſſunt. Si quis ſit impotens vel ad matrimonium non idoneus. Interim tamen perſona quæ illo vitio tenetur, triennium expectare & remedia quærere debet, ſi interim ſanari poſſit; idque ſi ante nuptias eo vitio affecta fuerit. Quod ſi tum ei ſuccurri non poſſit, ſeparandi ſunt. Sin poſt nuptias ejuſmodi vitium incidat, veluti alii caſus qui conjugibus accidunt, ferendum id eſt.

40 Idem de illis qui faſcino † vel veneficio læſi ſunt, dicendum & ſtatuen-

Digitized by Google

ſtatuendum exiſtimo. Nam & hi etſi ad conjugalem commixtionem inhabiles ſunt, tamen malo inſanabili non tenentur. Imò illis Dei ope ſuccurri poſſe teſtatur experientia. Ideoq; à nuptiis arcendi non ſunt. Amaſis Rex Ægypti ligatus faſcino, cum mortem uxori Ladice minatus eſſet, quod cum ea congredi non poſſet, illa ſtatuam Cyrenem ſe miſſuram vovit. Quod cum feciſſet, Rex faſcino ſolutus uxorem cognovit, eamq; deinceps chariſſimam habuit. *Herodotus lib. 2.* Refert Bodinus, apud Pictones Prætorem capitalem, Niorti fœminam quandam, anno 1560. à nova nupta accuſatam veneficii & ligati viri, in carcerem obſcurum detruſiſſe, addita comminatione, eam nunquam ex eo liberatum iri, niſi virum ſolviſſet. Ibi tum veneficam captivam poſt biduum conjugibus concubitum mandaſſe, eumque ex voto ſubſecutum, eſſe, Judicem captivam è vinculis dimiſiſſe.

Sprengerus narrat, civem Ratisbonenſem mulierem Magam quam ſuſpectam habebat, aggreſſum eſſe, minatumq; ſe eam ſtrangulaturum, niſi faſcinum quo tenebatur ſolviſſet, eamq; ad impedimentum tollendum coegiſſe. Ejusq; rei exempla plurima *in malleo maleficarum* extant. Levinus Lemnius narrat, viros robuſtos ac lacertoſos ſæpe ſibi queſtos eſſe, quod velut emaſculati & Eunuchi ad commixtionem inepti eſſent, magno ſuo damno & dolore, quibus ille amuletis & aliis herbis medicinam fecerit *cap. 20. in exhortatione ad vitam optime inſtituendam.* Itaq; Chriſtianis hic deſperandum non eſt, ſed ad Dei opem auxiliumq; confugiendum, juxta canonem 33. *quæſtion. 8* ſi per ſortiarias & maleficas artes occulto, ſed nunquam injuſto Dei judicio permittente, & Diabolo præparante, concubitus non ſequatur, ad Deum per humilem confeſſionem recurrendum eſt. Et in foro Conſtantienſi decretum fuiſſe *refert Ulricus Molitor in tractatu de lamiis*, ut quoties quis ſpado vel Eunuchus ad congreſſum ex faſcino ineptus eſſe diceretur vel accuſaretur, eum primum à Medicis inſpiciendum, utrum natura talis eſſet, vel vitio aliquo naturali affectus eſſet. Uxorem autem cum eo triennium morari & vivere debere, & periculum facere, ſi fortaſſis malum ſponte remittat. Interim eleemoſynas largiter impartiri, & erga egenos utrumque beneficum eſſe debere: ſobrie item vivere & jejunare, Deumque orare, ut is matrimonii auctor & inſtitutor, ejuſmodi malum tollere dignetur, &c.

Decretum ſane neq; impium neq; aſpernandum, *quã dere*
nus plura c. 57. in exhortatione. Mirum autem & animadverſione d
quod ab Hebræorum magiſtris paſſim traditum eſt, Diabolum
permittente in partes genitales & concupiſcentiam majus imp
& poteſtatem habere quam in reliqua membra, uſq; adeo ut re
membra eorumque facultates intercipere non poſſit, virilia a
poſſit. Itaq; allegorice dicunt ſatanam à ſerpente portari; p
pentem autem voluptatem quæ in ventrem incumbit ſigni
Philo.

Etſi autem leve malum videri poteſt, quod novis mari
fertur, tamen ſi rem ad vivum reſecare volumus, nullum ma
neq; perniciosius, ut mirum non ſit, diabolum hac techna ut
mum ludere. Primum enim homines qui naſci ex juſtis nupti
bent, hoc eſt, ſeminaria Eccleſiæ intercipit, & procreationem
dit, eo ipſo oſtendens, ſe ab initio homicidam fuiſſe, & adhuc
bus committendis delectari. Ut taceam eum vinculum illud a
& arctiſſimam neceſſitudinem, quæ inter virum & uxorem e
bet, abrumpere, & tollere, & tantùm conjuges eo impellere,
malas artes animum applicent, & adulteriis libidinibusq; ſeſe c
minent. Itaq; in eos qui ejuſmodi ſcelus admittunt non ſecu
ſicarios animadvertendum eſſet. Ego cum Tornari anno 1585
tum nomine Illuſtriſſimi Principis Adolphi Holſatiæ Ducis pi
moriæ agerem, memini me vidiſſe juvenes duos carrhis per u
vectos, & virgis cæſos, quod nodo ligulæ maritos aliquot faſ
ſent. Quod ſupplicium pro tanto peccato ſatis leve erat, m
dicio.

41 Quæritur † ſi mulier ſpadoni vel Eunucho fidem dederit
ignara eum hoc vitio affectum, vel poſt ſponſalia reſciverit, et
rum non eſſe, & nihilominus nuptias conſummare cupiat, id c
cedendum ſit? Et ſiquidem conſtiterit eum ad commixtionem
jugalem inhabilem eſſe, nuptiis illi interdicendum & ſponſal
ſolvenda exiſtimaverim. I. Quod lege divina ſpadones pro
antur mariti fieri. *Deuteronom. 23.* Itaq; nec illis mulieres nube
ſunt. II. Quod & Imperatorum conſtitutionibus id veritu
III. Quod ejuſmodi conjugium benedictionis non ſit capax.
Quod nulla iſtarum cauſarum propter quas conjugium à Dec

tutum est, hic locum habeat. V. Propter periculum, ne mulier alibi amori operam dare incipiat (ut est natura hominum proclivis ad libidinem) & conjugio, cujus usum nullum habere potest, pro velamento turpitudinis utatur. Nec ad rem facit, quod mulier sciens volens nuptias illas cupiat. Nam in re tanti momenti magistratus est partibus consulere, qui suis commodis consulere non possunt, cum perire volens audiendus non sit *l. 6. de appellat.* Nam verendum est, ut dixi, ne mulier ejus pertæsa conjunctionis alium portum quærat, quo sese recipiat, ut Theognidis verbis utar. Quibus incommodis magistratum mederi oportet, usque adeò ut etsi de viri vitio aut morbo non queratur uxor, nihilominus hisce nuptiis intercedere debeat.

Sed quid † si mulier sciens volens spadoni nupserit, & matri- 42
monium consummatum sit? Resp. sibi imputare debet, quæ ei quem scit virum non esse, nupserit. Interim tamen matrimonium ἄγαμος γάμος, id est, pro nullo habendum est, ut quod contra leges inter eas personas cojerit, quæ matrimonio jungi non possunt. Qua de causa etiamsi eum facti non pœniteat, nihilominus à viro discere debere, & si nolit, segregandam esse existimaverim. Neq; enim mulier prava & legibus prohibita sua conniventia recta efficere potest. Et conjugium confirmatur officio carnali, verum antequam confirmetur impossibilitas officii solvit vinculum conjugii *33. quæstion. 1. cap.* 1. Verba Augustini. Quamvis contra sentiat Papa Alexander, vel ut alii volunt Lucius *cap. requisivisti, 33. quæstione prima*, qui vult eas quæ pro uxore haberi non possunt, pro sororibus habendas. Quod vix est ut defendi possit. Idq; propter illas, quas commemoravimus causas: nimirum quod contra leges nupserit mulier, quod spadoni, hoc est, viro non nupserit, quod nulla causa propter quas matrimonium à Deo institutum est, hic locum habeat, quod periculum sit, ne mulier adulterio sese contaminet. Idq; legibus Genevensium expresse cautum est, cujus verba paulo ante recensuimus.

Idem dicendum si post sponsalia ejusmodi quid acciderit viro, ut vel virilia amiserit, vel morbo insanibili correptus fuerit, qui generationem impediat. Nam & hic sponsalia dirimenda esse palàm est, propter easdem causas. Interim tamē si matrimoniū cojerit tempus longiusculum leges præstituerunt, triennīū nimirum explorandę

frigiditati & medicationi, ne temere fieret ſegregatio quæ poſtea ſine magno offendiculo mutari non poſſet: Quo elapſo judex pronuntiat perſonas illas liberas eſſe, neq; unquam conjuges fuiſſe. Neq; tunc fit divortium, quia non fuit matrimonium, ſed ἀγαμ@- γαμ@-, 31. *quæſt.* 1. *c. litera cap. laudabilem, de frigid. & maleficia.* Et hæc quidem de ſpadonum altero genere, hoc eſt, de iis qui membris integris ſunt, & vel ob morbum vel faſcinum ad commixtionem conjugalem inepti ſunt, accipienda ſunt. Nam propter ſpem illos ſanari poſſe, expectare mulierem volunt leges, εἰκὸς γὰρ ἀπαλλαγέντας τῶ πάθους δύνασθαι παιδοποιεῖν, ut Theophili verbis utar. De ſpadonibus autem vel Eunuchis, cui vel coles vel teſticuli exciſi, fracti, attriti, vel nervus inciſus, vel qui cauda aut virilitate carent, aliud ſtatuendum cenſeo. Hi enim cum membris illis, quæ ad procreationem neceſſaria ſunt, carent, fruſtra remedia adhibent, & tempus fruſtra expectant. Ideoq; ſtatim ubi de vitio illo conſtiterit, eos à mulieribus ſegregandos eſſe cenſeo.

Vitio autem, morbo, aut mutilatione membrorum genitalium poſt matrimonium aut nuptias incidente, ſtatuendum eſt, conjugium non diſſolvi, ut nec furore ſuperveniente.

Quæritur † an qui cum uno teſticulo natus eſt, quive amiſit,
43 nuptias contrahere poſſit? Et omnium conſentientes ſunt ſenſus, poſſe. Nam & experientia notum eſt, eos qui ita affecti ſunt, generare poſſe. Quamvis Juriſprudentia Hebræorum etiam eum à cœtu domini ejiciendum ſentiat: [*pzuae daco hua col ſchenifzeu ou nidceu bezim ſchelou afilu achath mehen.*] id eſt, Peſuah Dacce dicitur, cui teſtes contuſi & læſi ſunt; vel alter eorum. Ego tamen à matrimonio arcendum non exiſtimo, & *ita Dd. noſtri ſentiunt.* Nam nec militare prohibetur. Et duces Syllam & Cottam eo naturæ habitu fuiſſe memorant, *l. 4. ff. de re milit. & l. Pomponius, de ædilit. edict.* Qui unum teſticulum habet, ſanum eſſe verius eſt, qui etiam generare poteſt.

Altera quæſtio eſt, an † qui teſtibus integris eſt, & tamen cauda
44 vel virga caret, ad matrimonium admittendus ſit? Et ego quidem admittendum non eſſe cenſeo. Idque ut Galenus ſcribit, ὅτι δεῖ ἀκριβῶς τεῖνεσθαι τὸ αἰδοῖον ἐν ταῖς συνουσίαις· οὐ γὰρ ἕνεκα τῆς συνουσίας μόνης ἀλλὰ καὶ τοῦ δηλᾶσθαι καὶ ἀνδρεύεσθαι τὸν πόρον· ὃν ἐπὶ πλεῖστον ἐξανύειν ἀνάγκη τὸ σπέρμα χρήσιμον ἀκριβῶς πεφανθαι τὸ αἰδοῖον, &c. Id eſt, προσ-

Digitized by Google

oportet in congreſſu membrum quàm maximè intenſum eſſe, neque enim ſolius congreſſus cauſa, ſed ut meatus aperiatur, ac dilatetur, uti quam longiſſimè ſemen emittatur, commodum eſt, pudendum intentiſſimum exiſtere, &c. Quod ſi ita eſt, ſequitur, eum qui pudendi maxima parte caret, ad generandum ineptum eſſe, ideoque à nuptiis arcendum, *Bald. in tract. feudorum.*

De mulierum morbo ac vitio quo ad commixtionem inhabiles redduntur, multa legere licet apud Juris interpretes, quæ inde ſi ejuſmodi quid incidat peti poſſunt.

Et hactenus de iis qui utroque ſexu privati ſunt, ſuper eſt, ut de iis qui utroque ſexu præditi ſunt, videamus. Nam & hæc quæſtio ad nuptias pertinet, & ab aliis tractata eſt, itaque à nobis non omittenda. Quæritur † igitur an Hermaphroditi vel androgyni 45
(hoc eſt, qui utroque ſexu vel pudendo præditi ſunt) nuptias vel matrimonium contrahere poſſint? Tales autem naſci omnium tàm veterum quàm recentiorum conſtans eſt opinio. Idq; teſtantur *Plato, Plinius, & Jureconſulti, l. quæritur, ff. de ſtat. hom. Ovid. lib. 4. Metamorphoſ. Cicero.* Quid ortus androgyni, nunquid fatale quoddam monſtrum fuit? *Martialis.*

Maſculus intravit fontes, emerſit utruma,
Pars eſt una patris, cætera matris habet.

Olim quidem in prodigiis habitos, verùm ſuo ſeculo in delitiis ha- 46
bitos ſcribit *Plin. lib. 7. cap. 3. Gellius lib. 9. cap. 4.* Imò in mare veluti monſtra deportatos & injectos fuiſſe *Plinius lib. de viris illuſtribus* annotavit. Sed ut ad quæſtionem reſpondeamus. Etſi utriuſque ſexus ſunt participes Androgyni, & marium & fœminarum conjunctione uti poſſunt, tamen ejus ſexus cenſendi ſunt, qui in iis prævalet & potentior eſt. *l. quæritur, de ſtat. homin.* Nam à potentiori ſexu hermaphroditum cenſeri placuit. Itaque alii Hermaphroditi maſculi, alii fœminei rectè dici poſſunt, qua voce & Martialis utitur. Et Hermaphroditum ſi in eo virilia prævaluerint maritum fieri, ſi muliebria in eo prævaluerint & exuberent, nubere poſſe ſtatuo. Nam & is qui virili ſexu prævalet, hæres inſtituere, & teſtamento teſtis adhiberi poteſt. *l. 6. de lib. & poſthum. l. 15. de teſtib.* quod fœminis non licet. Et Hermaphroditus in feudo ſuccedit, ſi in eo virilia prævaluerint, *arg. d. l. quæritur lib. 1. articul. 4.* Landtrecht. Et ita pronunci-

nunciant Scabini *Schurerus tract. de succeff. ab inteſt. fol. 124.* Et nupſiſſe etiam apud veteres Hermaphroditas Auſonius teſtatur. Vidit nubentem Plinius Androgynum. Et Martialis.

An Dea fœmineum jam negligit Hermaphroditum,
Amplexu teneri ſollicitata viri?

Itaque ejus ſexus, qui in eo excellit, & quem ipſe elegerit cenſendus eſt, eoque uti debet. Neque ferendum ut & fœminis & maſculis abutatur vel pro mare & fœmina ſeſe venditet, cum id turpiſſimum ſit, & contra rerum naturam. Quemadmodum de Iphi refert Ovidius. Nam Lyctus quidam uxorem duxit Telethuſam, cui gravide maritus imperavit, ut ſi maſculum pareret, educaret, ſin fœminam, exponeret. Uxor fœmellam peperit, ſimulavit tamen ſe marem edidiſſe eique avi nomen impoſuit, & Iphin nominavit, & pro maſculo educavit. Cum autem Iphis ad annum decimum tertium perveniſſet, pater ei Jantes vicini filiam deſpondit. Die nuptiis dicta Thelethuſa mater una cum Iphide templum Iſidis adiit (Iſis autem in ſomnis antea ei apparuerat, opem pollicita, eamque hortata erat, ut quicquid pareret, educaret.) ibi Iſis in marem converſa Jantem puellam duxit. Quo ſpectant verſus Ovidii.

——Nam quæ
Fœmina nuper eras, puer es.——

Item:

Vota puer ſolvit, quæ fœmina voverat Iphis. lib. 9. Metamorph.

De Hermaphrodito extat Epigramma ænigmaticum publicis lectu digniſſimum, quod hic inſerendum duxi,

Cum mea me genetrix gravida geſtaret in alvo,
Quid pareret fertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt, Phœbus ait, Mars fœmina, Junoq; neutrum:
Cumq; forem natus Hermaphroditus eram.
Quærenti lethum, ſic Juno ait, occidet armis,
Mars cruce, Phœbus aquis: ſors rata quæq; fuit.
Arbor obumbrat aquas, aſcendo, decidit enſis,
Quem tuleram caſu: labor & ipſe ſuper:
Pes hæſit ramis, caput incidit amne, taliq;
Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

Cui conſimilis eſt Gryphus nondum quod ſciam à quoquam vel intelle-

Digitized by Google

rellectus vel explicatus, qui non procul à Bononia in marmore inciſus conſpicitur. Ælia Lælia Criſpis, nec vir, nec mulier, nec Androgyna, nec puella, nec juvenis, nec anus: nec caſta, nec meretrix, nec pudica, ſed omnia. Sublata nēque fame neque ferro, neque veneno, ſed omnibus. Nec cœlo, nec terris, nec aquis, ſed omnibus.

παλλαδᾶ
γραμματικῦ συγάτηρ ἔτεκεν φιλότητι μιτεῖσα
παιδίον ἄρσενικὸν, θηλικὸν, ἠδὲ μέσον.

Id eſt:

Filia Grammatici peperit commixta marito
Maſculinam, neutram, fœmineam ſobolem.

Huc alluſiſſe videtur Auſonius.

Ruffus vocatus rhetor olim ad nuptias,
Celebri ſit ut convivio,
Grammaticæ ut artū ſe peritum oſtenderet,
Hæc vota dixit nuptiis:
Et maſculini, & fœminini gignite,
Generiq; neutri filios, &c. *Plura vide infrà.*

§. 14. SUMMARIA.

1 *Sponſalia inter abſentes quomodo contrahantur.*
2 *Proxenetæ.*
3 *Proxenetæ mercedis loco aliquid acceperūnt.*
4 *Sponſalia inter abſentes rectè conſtituuntur etiam per perſonam extraneam quamcunq; non conjunctam.*

COntrahuntur autem ſponſalia † vel inter præſentes vel inter abſentes *l. nihil intereſt, de ſponſal. Harmenop. lib. 4. t. 1.* Et quidem inter abſentes per procuratores internuncios vel alios quos conciliatores vel conciliatrices appellant. Unde Feſtus, Conciliatrix dicitur, quæ viris conciliat uxores, & uxoribus viros. *Plautus in milite.* Itaq; eſſe ancilla conciliatrix dicebat mihi. Græci προμνηστρίδας appellant & προμνήστριας. *Xenophon.* Aſpaſiam dicere ſolitā ferunt, bonas pronubas Græcè προμνηστρίδας, quæ cum veritate bona de aliis commemo- 1

memorent, plurimum ad conciliandam inter homines affinitatem valere. Quæ verò mentirentur, eas laudando nihil aliis prodeſſe. Fieri enim ut qui decepti ſunt, ſeſe oderint mutuo, atque etiam con-
2 ciliatrices ipſas, *lib. 2. memorabil.* Item † Proxenetas, hoc eſt, ut Harmenop. definit, qui nuptiis conciliandis ſeſe interpretes ac veluti ſequeſtres interponunt. Quamvis & latiori ſignificatione ad omnes referatur, qui operam ſuam navant illis, qui negotia gerere volunt. Et ut Budæus interpretatur, inventores & quaſi conglutinatores hominum, inter ſeſe quemvis contractum ineuntium. Inde dicti, quod ξένων, hoc eſt, hoſpitum & ignotorum, vel abſentium hominum negotiis ſeſe adminiſtros præbent. Hi plerumque arrhas ſponſis deferendas accipiebant. Unde arrhæ proxeneticæ dicuntur, quas proxenetæ, hoc eſt, nuncii vel procuratores ſponſi vel ſponſæ nomine dant. Ita *apud Plautum in milite*, ancilla conciliatrix heræ nomine annulum arrham dat, his verbis: Hunc annulum tui cupiente detuli, porro ab illa, quæ digitos deſpoliat ſuos, & tuos decorat. Proxenetas autem ob præſtitam operam quicquam accipere Græci vetuerunt, niſi convenerit. Si convenerit non ultra viceſimam dotis & ante nuptias donationis poſtulare. *Harmenop. lib. 4. tit. 3.* Lex hac de re in Baſilicis extat, eamque refert Cujacius *lib. 2. obſervat. & in Codicem à ſe editum* retulit Chorandas *lib. 6. de ſponſal.* Mer-
3 cedis † autem nomine aliquid accepiſſe proxenetas, ex Luciano etiam colligitur, ex his verbis: Ne prius amaveris Pari, quàm pronubam me & conciliatricem hoc judicio fueris remuneratus. Itaque parentes liberorum nomine & cognati, fratres, patrui, avunculi, & alii qui tutorum loco ſunt, pupillorum nomine rectè ſponſalia contrahunt, quamvis hi κυρίοι ſint non proxenetæ. Idque uſque adeo verùm eſt, ut & ſine mandato hæ perſonæ contrahere poſſint, ſi tamen liberi id reſciverint, quod geſtum eſt ratum habeant. *c. cum locum, de deſponſat. impub.* Nam contractus qui ſolo conſenſu perficiuntur, qualis & hic eſt, per procuratores & internuncios abſolvi poſſunt. Itaque conſtat, abſentem abſenti deſponderi poſſe, & hoc quotidie fieri Ulpian. teſtatur, *lib. 4. de ſponſal.* Quod & Hebræi his verbis exprimunt, *c. 2. de ſponſal.* [*haiſch mekadeſch bou ubiſchluchou haiſchoh mithkadeſcheth boh ubiſchlucho hoiſch mithkadeſchth aetb bithau ciſchohia naeroh bou ubiſchluchou*] Vir ſponſalia contrahit vel per ſe vel per

inter-

internuncium. Mulier vel per ſe vel per internuncium ſponſalia contrahit. Vir filiam ſuam deſpondet minorennem vel per ſe, vel per internuncium. Et paulò poſt. [*ciſchobia naerah aen ciſchobia ketanoh lo meſſayeae leh*] ſed ubi ea pravula eſt, ei id conceſſum non eſt. Rationē hanc adferunt. [*ſcheſchluhou ſchel aodom cemouthou ſchneomar vſchochetu aothou col kehal edath Iſrahel bein hoarbayim vechi col hakhal cilou ſchochetin vehalo aenou ſchochet aelo aechod aelo miaan ſchechluchou ſchel aodom cemohou*] Id eſt, quod nuncius mittentis perſonam repræſentat, juxta dictum *Exod. 12.* Et mactabunt illum omnis cœtus cōgregationis Iſrael. Et quiſnam eſt ille cœtus omnium mactantium? Et tamen nullus eſt qui mactat, præter unum. Unde colligitur internuncium vel procuratorem domino ſimilem eſſe vel æquiparari. Sed & per † aliam quamcunq; perſonam, etiam non conjunctam, ſponſalia inter abſentes recte conſtitui poſſunt, dummodo ſpeciale mandatum habeant. Cujus rei exempla apud veteres extant innumera. Abrahamus internuncium mittit cum mandatis, qui Rebeccam Iſaaco filio ſuo uxorem expetat *Geneſ. 24.* David ſervos ablegat, qui Abigailem Nabalis defuncti viduam ſibi concilient. *Reg. 25.* Et inter viros Principes hunc deſpondendi morem frequentatum fuiſſe hiſtoriæ teſtes ſunt, nimirum ut abſens abſenti deſpondeatur. Achilles Polyxenam filiam Priami uxorem petit, miſſo ſervo Phrygio. Dares. Apud Claudianum Honorius refert, ſe miſiſſe legatos, qui Mariam Stiliconis filiam ſibi uxorem expeterent. † 4

Non rapio præceps alienæ fœdera tedæ,
Sed quæ ſponſa mihi pridem, patriúq; relicta
Mandatis, uno materni ſanguinis ortu
Communem partitur avum, faſtigia ſupplex
Depoſui, geſtiq; procum de limine ſacro,
Oratum miſi proceres, qui proxima nobis
Jura tenent, fateor Stilico, non parva popoſci.

§. 15. SUMMARIA.

1 *Nuptiæ etiam imaginariæ inter abſentes fiunt.*
2 *Nuptiæ imaginariæ inter abſentes quo uſu peragantur.*
3 *Nuptiæ imaginariæ quare introductæ.*

NEque ſponſalia tantùm, ſed & nuptiæ † inter Principes
1 abſentes fiunt, miſſo procuratore, cui † principis nomine ſpon-
2 ſa traditur & copulatur, accedente benedictione conjugii, & imaginario ſeu ficto concubitu. Nam procurator vel legatus principis perſonam repræſentans, thorum conjugalem imaginarium cataphractus ingreditur, & ad eum ſponſa deducitur, & in lecto collocatum, tanquam in cubiculum ſeu domicilium mariti. Quæ imaginaria thori communicatio, meo judicio ideo † introducta eſt, quo firmior ſit
3 contractus, & ut ſponſa non tantùm pacta, ſed & tradita videatur. Et ex jure civili petita eſt, *ex l. mulierem, de nupt.* Ubi Paulus tradit, mulierem abſenti per nuncium nubere poſſe, ſi in domum ejus deduceretur. Atque hujus deductionis locum ſupplet imaginaria lecti communicatio qua ſponſa in cubiculum ejus, qui principis legatus eſt introducitur & in lecto collocatur, imaginario concubitu accedente, & matrimonium quaſi perficiente. Ita Maximilianus cum Anna Britanniæ Ducis filia nuptias fecit, per procuratorem novo more, ut Polydorus Virgilius, vel ut Ferronus, more majorum rituque regio. Nam Anna nuda thorum conjugalem, matronis multis & Principibus teſtibus, ingreſſa eſt, & procurator VVolfgangus Polyæmus Auſtriacus loco maritî, cujus in eo negotio vicarius fuit, verbis conceptis eam Maximiliano paciſcitur, & accipit, & majoris firmitatis gratia, alterum crus genu tenus inter ſtragula injecit, perinde quaſi ita cum puella cubando matrimonium pro conſummato habeatur. Sed parum valuit iſta religio apud Carolum VIII. Galliæ Regem, qui has nuptias imaginarias pro nihilo ducebat, & ſponſam illi traditam ei eripiebat. *Polydorus lib. 26 & Ferronus.* Sed & nuptiæ ſimulatæ celebratæ ſunt inter Clivenſium ducem & Joannem Henrici Regis Navarrorum & Margaritæ Valeſiæ Reginæ Navarræ regiæque ſororis filiam, ſolo imaginario concubitu cum duce Clivenſi conjunctæ. Quæ tamen ruptæ irritæque fuerunt, quod metu contractæ eſſe dicerentur: conteſtationibus etiam prolatis, quibus metus clare detegeretur, ut ſcribit Bellonus Regi Chriſtiano captivo. Iſabella abſenti nupta fuit, & procuratori tradita fictis nuptiis & concubitu imaginario accedente. Unde & id quod ſuprà tradidimus efficitur, nimirum matrimonium ſolis verbis non conſtitui, ſed acceptione, ſeu traditione & copulatione opus eſſe, ut revera ſit matrimonium.

Quid

Quid enim opus esset hac imaginaria deductione & copulatione, qua procuratori traditur puella, siquidem solis verbis constitueretur matrimonium.

§. 16. SUMMARIA.

1 *Sponsalia quando per procuratores constituuntur, speciale mandatum requiritur.*

2 *Procurator constitutus ad omnes causas & lites tam civiles quam criminales & mixtas, an etiam mandatum habere videatur ad constituenda sponsalia?*

SEd ut eo unde digressi sumus redeamus, quoties sponsalia per procuratores constituuntur, speciale † mandatum requiritur de nuptiis contrahendis, & ut certa aliqua persona designetur, quæ petenda & desponsanda sit. *Interpres c. final de procuratorib. 2 2. q. 2. c. ult. text. in c. nec illud, 30. q. 5. ex causis, de electionib. Didacus 2. part. c. 4. l generaliter, de ritu nupt.* Cujus summa est, ei cui mandatum est, ut maritum quæreret, nuptias contrahere non posse. Itaq; personam ejus patri demonstrari, qui matrimonio consentiret, ut nuptiæ contrahantur necesse esse: hoc est, ut procurator â certa persona de contrahendo cum certa mandatum acceperit. Ita Abrahami internuncius expressum mandatum habuit, ne filio uxorem exCananæis adsciscceret, sed ex suis popularibus, & quidem Rebeccam. Nisi pater procuratoris arbitrio rem totam commisisset, mandassetq;, ut is maritum filiæ prospiceret, & ne de nuptiis ad se referret, & quod ratum habere vellet quicquid procurator egisset, dubium non est, quin sponsalia etiam inconsulto patre contrahantur, cum id fieri velit, & juri suo renunciet. Ita Cicero diutius abfuturus suis mandavit, ne de nuptiis Tulliæ filiæ ad se referrent, agerent quod probassent. Atq; ita illo insscio Dolabellæ collocata fuit Tullia. Qua de re cum certior esset factus Cicero, Appio Pulchro rescripsit, si abfuisset se rem probaturum fuisse. Unde † quæritur an procurator constitutus ad omnes causas & lites tam civiles, quam criminales & mixtas, etiam mandatum habere videatur ad constituenda sponsalia seu matrimonium. Et quamvis *consil. 20. matrimon.* decidere videatur *Jacobus Canis*, ea clausula etiam contineri mandatū de nuptiis constituendis, mihi tamē id non fit verisimile, cū aliter lege cautum sit, nimirū expressum requiri man-

mandatum. *l. general. de ritu nupt.* Idque rationi eſt conſentaneum & veterum inſtitutis, qui ut oſtenſum eſt, in ſpecie negotium dederint de petendis uxoribus, & quidem nominatim expreſſis. Sed hæc latius examinanda ſunt.

§. 17. SUMMARIUM.

Formula verborum qua procurator uti debet in petenda ſponſa nomine alterius.

FOrmulam autem verborum, qua procurator uti debeat, hanc præſcribunt. Contraho tecum matrimonium nomine Titii. Vel, Titius te accipit me internuncio. Mulieri verò hanc præſcribunt. Ego tuo interventu herum tuum accipio in meum maritum. Atq; his verbis ultro citroq; prolatis, conſtitui matrimonium, Bartolus cenſet & alii, qui eum ſequuntur. *l. qui bona, §. ſi alieno, de damno infect. Alexander conſil. 149. vol. 8. Didacus.* Quamvis rectius contrahuntur ſponſalia ex Baldi ſententia verbis in perſonam abſentis directis, quas ſibi Chriſtiani ad imitandum proponere debent. Ita nuncius Abrahami non agit de nuptiis cum Rebecca, ſed mandatum patri & fratri, hoc eſt, κυρίοις exponit & ab iis eam petit & ſtipulatur; idque bonis moribus & pietati eſt conſentaneum. Et apud Ethnicos idem obſervatum fuiſſe, oſtendit antiquiſſima Daretis hiſtoria, qui refert Achillem Polyxenæ amore captum Phrygio fideliſſimo ſervo mandata dediſſe ad Hecubam matrem, & ab ea Polyxenam petiiſſe, ea conditione, ut ſi dediſſet, ſe cum ſuis Myrmidonibus rediturum domum. Servus ad Hecubam proficiſcitur, convenit, mandata exponit: Hecuba dixit velle ſe hoc pacto, ſi marito ſuo placeat. Priamus reſpondet, fieri non poſſe, non quod eum indignum ve laffinitate extremum æſtimet, ſed ſi ei dederit, & ipſe diſceſſerit, cæteros Grajos non diſceſſuros. De filia verbum nullum. Honorius item, ut ex verbis ſuprà enumeratis colligitur, mandata ad Stiliconem dedit proceribus, de filia collocanda, non ad ipſam Mariam, ut verba indicant. Patrisq; relicta mandatis. Et id genus exempla ubiq; hiſtoriæ ſuppeditant Sed objiciat aliquis *Regum 24.* David per internuncios ſponſalia cum Abigaile vidua Nabalis contrahit, qui ipſam conveniunt & mandata exponunt, nimirum ſeſe à Davide miſſos, quo eam illi uxorem expetant. Quæ etiam ſtatim annuit, & ſervos

ſubſe-

ſubſecuta eſt, Sed viduis hanc libertatem ſeu licentiam leges tribuunt, ut ſupra latè *cap. 5.* demonſtratum eſt.

§. 18. SUMMARIA.

1 *Sponſalia quoties inter abſentes conſtituuntur neceſſe eſt perſonas de quorum conjunctionibus agitur ſibi notas eſſe.*

2 *Matrimonia quæ inter perſonas ignotas contrahuntur amore non conciliantur.*

SEd & quoties inter † abſentes conſtituuntur ſponſalia, neceſſe eſt perſonas de quorum conjunctionibus agitur ſibi notas eſſe. 1
Nam in eum, quem penitus ignoramus conſentire non poſſumus, *gloſſ. in cap. nec illud 30. quæſt. 5.* Itaque rectè ex Hebræis quidam tradiderunt [*aſſur leodom ſchegikadeſch eth hoiſchoh aed ſchegirruhu ſchemo giere boh dobor megunoh vethuganeh olou*] id eſt, non licere mulierem deſponſare viro, antequam eam viderit, & quod fortaſſis in ea aliquid reperire poſſit turpe, ut eam reſpuat, averſetur & contemnat, cum tamen lex præcipiat, ſocium diligendum eſſe ut ſemetipſum, *Exod. 2.* [*feahbtha lerecha ckamucha*] *c. 3. deſponſalib.* Et ſi æqui judices eſſe volumus, fateri cogimur, matrimonialia illa quæ † inter perſonas ignotas contrahuntur, non amore aut benevolentia 2
conciliari. Ideoque nec Deo placere nec probanda eſſe. Nam ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίνεται τὸ ἐρᾶν. Ex aſpectu naſcitur amor. Et ignoti nulla cupido eſt. Et deridet falſe Juvenalis *Saty. 4.* quendā Catullum Meſſalinū aulicum, & monſtri loco habendum ſcribit, qui luminib. orbatus mala multa cœcitati addiderat, *ut refert Plinius lib. 4.* & puellam quam nunquam viderat, ardenter amabat, erat enim cœcus.

Qui nunquam viſæ flagrabat amore puellæ,
Grande & conſpicuum noſtro quoq; tempore monſtrum.
Cœcus adulator dirusq; à Ponte ſatelles.

§. 19. SUMMARIA.

1 *Quæſtio ex Pandectis Hebræorum, ſi quis tribus mandatum dederit ut uxorem ſibi deſponderent, an unus ſit procurator cenſendus & duo teſtes,*

2 *Sponſalia an ſubſiſtant per procuratorem contracta ſi dominus interea mandatum revocarit procuratore ignorante.*

1 IN Pandectis † Hebræorum quæritur, ſi quis tribus dixerit: Ite & hanc uxorem mihi deſpondente, an unus ſit procurator cenſendus, & duo teſtes? Et hic inter ſe diſſentiunt familia Semai & Hillel. Hillel affirmat omnes eſſe procuratores ſeu internuncios, & internuncium non poſſe eſſe teſtem. Familia verò Semai unum eſſe procuratorem, & duos teſtes. Sed hæc quæſtio infrà, ubi de teſtibus agemus, à nobis determinanda eſt. Illud quoq; notandum eſt, quod *cap. ult. de procuratoribus in ſextò* traditur, non ſubſiſtere ſponſalia per procuratorem contracta, ſi dominus interea mandatum revocaverit, procuratore ignorante. Idque etiam locum habere, etiamſi juraverit ſe non revocaturum. Sed hæc an æquitati ſint conſentanea, aliis diſcutiendum relinquo.

§. 20. SUMMARIA.

1 *Sponſalia per epiſtolam conſtituuntur.*

2 *Epiſtola abſentibus idem præſtat quod ſermo præſentibus.*

3 *Sponſalia ut per epiſtolam conſtituerentur apud veteres uſitatum fuiſſe exemplis ex hiſtoriis petitis demonſtratur.*

4 *Sponſalia quoties per epiſtolam contraherentur promiſſiones factæ ſunt à parentibus non à filiabus.*

1 PEr epiſtolam etiam † non minùs, quam per internuncium ſponſalia rectè conſtituuntur. *l. ultim. de ſponſalib.* Nihil enim intereſt, literis vel verbis voluntatem ſuam declarent contrahentes, cum non minùs valeat quod figura, quàm quod vocibus lingua figuratis ſignificatur. *l. non figura, de action. & obligation.* Voces enim ſunt ſigna animorum inter præſentes, literæ inter abſentes. Et qui literas ad alterum dat, cenſetur præſens præſenti loqui. Epiſtola
2 enim abſentibus † item præſtat, quod ſermo præſentib. *Bart. l. nuda 2. collat. de donat. l. ſi per procuratorem, de procuratoribus.* Et præſens præſenti conſentire intelligitur, quoties per epiſtolam contrahitur, cum epiſtola fingat partes eſſe præſentes. Refert Vives, nihil

viſum

viſum eſſe mirabilius apud Inſulas illas ab Hiſpanis noſtra ætate & patrum noſtrorum inventas, unde aurum aufertur, quam poſſe homines explicare & ſignificare quæ velint, chartula aliqua nigris maculis diſtincta. Rogabant enim an papyrus poſſet loqui. Idque † veteres uſitatum fuiſſe oſtendit hiſtoria Machabæorum, *lib. 1. cap.* 10. Ubi Alexander Ptolomæi filiam in uxorem petit. Verba ita habent. Poſtquam ego reverſus in patriam terram imperio potius majorum meorum ſolium occupavi, age ineamus inter nos amicitiam, & mihi filiam tuam in uxorem trade, ego tibi gener ero, donaque ipſi & te digna dabo. Cui reſpondet Ptolomæus in hanc ſententiam: Felix dies, qua tu in majorum tuorum terram reverſus es, & regni ſolium adeptus es. Itaque faciam quæ ſcribis, ſed Ptolomaidem venias ut congrediamur, & ego te ut poſtulas, generum meum faciam. Quibus verbis conjugii promiſſionem contineri dubium non eſt. Ita Pauſanias Xerxis filiam petit in uxorem per epiſtolam ad patrem datam. Pauſanias Spartæ Dux iſtos quos armis cœpi conciliandi tui gratia, miſſos facio, habeoque in animo (ſi tua fert voluntas) filiam tuam in matrimonium ducere. Cui Xerxes reſpondit: Et ob viros, quos mihi trans mare ex Bizantio ſalvos eſſe voluiſti, habetur tibi gratia, nunquam domi noſtræ dolenda, & verba tua mihi probantur, ac te neque nox, neque dies remoretur, ut remittas quicquam eorum quæ mihi polliceris. *Thucidides libro primo.* Honorii conjux Claudiano Poetæ, cujus elegantiſſima exſtant opera, uxorem per epiſtolam deſpondit, ut ipſe teſtatur *in Epiſtola ad Serenam*, his verbis.

Atque utinam ſub luce tui contingeret orbis
Conjugii & caſtris & ſolio generi,
Optatum celebrare diem, me jungeret auſpex,
Purpura me ſancto cingeret aula thoro.
Et mihi quam ſcriptis deſponderat ante puellam,
Conjugis ipſius pronuba dexta daret.

Item:

Inflexit ſoceros, & majeſtate petendi
Texit pauperiem nominis umbra tui.

Achilles Statius libro quinto. Sed & pater tuus non niſi biduo poſt è Paleſtina rediit, miſſaſque à Leucippe patre literas invenit, altero

à diſceſſu

à diſceſſu noſtro die allatas, per quas ille tibi filium ſpondebat. Interim & hic notandum, quod † ſupra aliquoties inculcavimus, promiſſiones de conjugio à parentibus, quoties ſponſalia per epiſtolam contraherentur, factas eſſe, non à filiabus, ut ex libris Macchabæorum conſtat. Ita Antoninus Imperator Artabani Regis Parthorum filiam per epiſtolam à patre petiit, cujus hæc erat ſumma, *ut Herodianus refert libro quarto.* Cupere ſe Regis filiam in uxorem, cum princeps ſit, & principe procreatus. Itaque haud decorum eſſe privati cujuſquam fieri generum, ſed Reginam ducere, & quidem filiam magni Regis. Parthus acceptis literis primo quidem abnuere, quod diceret Romano minimè convenire barbarum matrimonium. Nullum enim inter conjuges fore animorum conſenſum, qui neque lingua congruerent, & victu habituque inter ſeſe diſſiderent, Romæ eſſe patricios multos, quorum ille filias ducere poſſet, ſicut in Perſia Arſacidas. Nihil etiam cauſſæ ſubeſſe cum alterutrum genus adulterari debeat; atque ita has nuptias aſpernatus eſt. Sed cum petendi finem nullam faceret, & acrius inſtaret, doniſque & jurejurando fidem ſtudii ſui & amoris firmaret, aſſenſit Rex, & ei filiam in matrimonium promiſit, & ſtatim generum appellavit. Antoninus ad Regem proficiſcitur, ſimulans ſe nuptias contrahere velle. Et Regem nihil minus metuentem ſub ſpecie matrimonii contrahendi invaſit, regnumque Perſicum depopulatus eſt. Quamvis Xiphilinus eum hac de cauſſa in Parthos exercitum duxiſſe ſcribit, quod Artabanus ei filiam, quam deſponderat uxorem dare nollet. Idque quod compertum haberet, Antoninum quidem verbo nuptias expetere, revera autem regnum Parthorum affectare. Sed & noſtra ætas exempla vidit conſimilia.

4

Nam & matrimonium inter Cæſarem Maximilianum & Caroli ducis Burgundiæ filiam etiam per literas contractum fuit. Inter Maximilianum Ducem Auſtriæ, & Carolum de conjugio habita fuerunt colloquia, & tandem filia ſua manu, juſſu patris epiſtolam conſcripſit, cujus hæc erat ſumma: ſe obſecutum patri conjugium promittere Duci Auſtriæ, ſeque matrimonium inceptum conſumare paratam eſſe, ea ratione & modo, prout patri placeret. Quam epiſtolam patri Maximiliano miſit pater ipſius filiæ manu

ſcriptam,

ſcriptam, & præterea annulum, cui incluſa erat gemma Adamas. Mortuo patre filia interrogata, num literas ſua manu ſcripſiſſet, fatetur ſe ſcripſiſſe & annulum dediſſe. *Comineus capite quinquageſimo ſeptimo, & cap. 116. & 117.* Gallice: *quelle auoit eſcrit les dites lettres par le vouloir & commendement de ſon ſeigneur & pere & enuoyé le dit diamant & qu'elle advoroit le contenu.* Apud Eberhardum conſimilis extat facti ſpecies *conſil 178.* de puella quæ adoleſcenti conjugium promiſit, his verbis: Non volo alii nubere niſi tibi. Et poſtea illam promiſſionem literis datis confirmavit, in quibus hæc verba continentur. Etiamſi ſponſus aliter ſentiat, ſe tamen fidelem permanſuram, & ſponſum ut ei in amore reſpondeat hortatur. Idque quod inter eos vinculum ſit indiſſolubile. Unde colligit Euerhardus promiſſum eſſe conjugium, & ſponſam ad matrimonium conſummandum cogendum eſſe. Et *apud Zaſium conſil. 9. & 12. matrimon.* ubi quidam literas amatorias ad puellam dedit in hanc ſententiam. Ego annulum mitto in ſignum certiſſimum, me nullam aliam præter te in uxorem ducere velle. Quam virgo accepit, & in eam promiſſionem conſenſit ſtatim, præſente matre & ſororibus. Zaſius reſpondit, matrimonium vel ſponſalia contracta eſſe. Germanice ita ſonant: Ich ſchicke euch hiemit einen Ring / zu einem gewiſſen Zeichen meiner rechten vnd ehrlichen Liebe / vnnd damit euch / vnnd keine andere / zu meinem Eheweibe zu haben / vnd euch hiemit zu vermählen vnd zunehmen.

§. 21. SUMMARIA.

1 *Matrimonium ut per epiſtolam contractum cenſeatur quæ requirantur cautiones?*

2 *Conſenſus non expreſſus aut declaratus matrimonium non facit.*

3 *Cogitatio in mente retenta nihil operatur.*

UT autem † matrimonium per epiſtolam contractum 1
cenſeatur, haſce cautiones requiri ſcribunt Dd. ut is qui literas accepit, ſtatim reſpondeat, velle ſe eam uxorem, atque ita animum ſuum conſenſumq; declaret. *l. hoc ita, de ſponſal.* Nam ſi literis redditis taceat, nullum videri contractum matrimonium, etiamſi illi cordi ſint nuptiæ. Nam ore conſenſum exprimere debet *c. ex te, de ſponſal. duorum.* & conſenſus verbis vel aliis adminiculis, quæ vice verborum funguntur expreſſus matrimonium facit, *c. tuæ, de ſponſal.* Idque

vel literis ad eum datis qui ejus conjugium expetit, quod Ptolomæũ feciſſe, item Artabanum ſuprà ex libris Macchabæorum & Herodiano notavimus: vel ut ſuam hac de re voluntatem animumq; coram aliis declaret & conſenſum explicet. *Archidiac. c. 1. final. cap. ſufficiat, 28. q. 2. & c. final. Zaſius conſi. matrimon. 11. Num. 5 de procurat. lib. 6. & Joannes Andreæ, Novell in 2. colum. & Geminianus d. c. final. Alexander conſil. 146. volum. 4. Archidiac. 30. q. 5. c. nec illud.* Nam ſi taceat & neminem de ſuo conſenſu certiorem faciat, nulla contracta eſſe ſponſalia. Nam conſenſus † non expreſſus aut declaratus matrimonium non facit, *cap. tuæ, extra de ſponſalib.* Species facti eſt in conſilio Zaſii de puella quæ promiſſionem factam non tantùm verbis, ſed etiam ſignis acceptavit, nimirum reſcribendo & munera quædam pretioſa mittendo *d. conſil. 11. num. 34.* Et cogitatio in mente retenta nihil operatur. Deinde, etſi in contractibus qui conſenſu perficiuntur, ſimul & quaſi in eodem inſtanti partes convenire debeant, ut *ſuprà* latè tradidimus, & *cap. 1.* explicavimus; tamen quoties per nuncium vel epiſtolam inter abſentes contrahitur intervallum, & ſpacium aliquod requiri neceſſario pro ratione loci & diſtantia, & quidem tantùm, quo propter intercapedinem negotium expediri & abſolvi, hoc eſt, ut literæ perferri tradi, reſcribere & renunciare poſſit, quid animi habeat nemo non videt. Quod etiam Geminianus *c. final. de litis conteſtat.* ſequitur *lib. 6.* Quod licet conſenſus ſimultaneus eſſe debeat, & eodem tempore expreſſus, tamen ſponſalia recte contrahi, ſi vir hodie conſentiat, & mulier cras vel perendie. Idque fieri neceſſe eſt, ubi per epiſtolam ſponſalia contrahuntur vel per procuratorem. Interim tamen ſi quis diem ex die ducat, & procraſtinationibus utatur, & poſt longum intervallum ſe conſentire affirmet, alterum non teneri exiſtimaverim, quod ea ludificatione annum vel biennium trahere poſſet alteruter, antequam voluntatem ſuam declaret, quod iniquum eſſet. Itaque acceptis literis ſtatim voluntatem ſuam declarare debebit is qui eas accepit, vel reſcribendo, vel coram aliis ad eam rem corrogatis, ut ſponſalia firma ſint, ita enim ſimul conſenſus expreſſus cenſebitur. *Qua de re latius Dd. l. 1. de contrah. empt. & l. conſenſu, de action. & obligat.* Neque hic requiri exiſtimo, ut nuncius ſciat, quod ſit literarum argumentum vel tenor, modò aliàs de puellæ conſenſu conſtet.

2

§. 22. Sum-

§. 22. SUMMARIA.

1 *Sponsalia an contracta sint si eum qui literas dedit facti pœniteat, & antequam responsum accipiat voluntatem mutet?*
2 *Joannis Andreæ opinio refertur & improbatur.*
3 *Joannis de Imola opinio refertur & reprobatur.*
4 *Auctoris opinio.*

SEd hic rursus quæritur, si eum † qui literas dedit facti 1
pœniteat, & antequam responsum accipiat voluntatem mutet, an nihilominus sponsalia vel matrimoninm contractum sit? *Gloss. in cap. nec. illud 30. q. 5.* respondet nulla videri contracta sponsalia, quia requiratur consensus utriusq; & perseverantia, hoc est, in proposito stabilis & perpetua permansio. Sed ea sententia veritati & æquitati non est consentanea ideoq; latius discutienda. Nam si licet ei qui literas dedit voluntatem revocare, nemo non videt ludibrio haberi mulierem ad quam scripsit, & cui promittit matrimonium. Quod fieri non debet in re tanti momenti ad quam summa cum deliberatione accedendum esse suprà diximus. Deinde quod semel placuit displicere non debet. Et levitas summa est, aliquam per literas in uxorem petere & invitare, & antequam illa respondeat aut respondere possit animum mutare. Propter † has difficultates & absurditates Joannes Andreæ huic malo remedium quærere conatur & vult, ut fiat ratificatio domini constituentis. Sed ne sic quidem medicinã facit. Nam si quid pœniteat eum qui procuratorem constituat antequam ratificet? Itaq; ratificatio hic frustra adhiberetur. Itaq; Joannes † de Imola tutius esse scribit si partes præsentes ratificarent. 3
Quod si verum est sequitur per procuratorem aut literas nulla posse contrahi sponsalia, quæ certitudinem habeant. Itaq; ut simpliciter, quod sentio dicam † mihi hæc non probantur, qui existimo viri boni 4
esse, id quod quis scriptis vel verbis promiserit reipsa præstare debere, neque audiendum esse si dicat se non perseverasse in proposito. Nam hoc viro bono indignum est, & levitatem arguit. *Vide consilium decimum tertium matrimoniale. Quetta Cardinalia Germanorum.* Erasmus inter eas hanc quæstionem refert, quæ multum habet ambiguitatis, ubi per literas aut procuratorem inter absentes contrahitur matrimonium si qui mandarat prius mutet sententiã, quam ille contraxerit cum puella aut illa per literas responderit.

Digitized by Google

§. 23. SUMMARIA.

1 *Sponsalia an per epistolam probentur.*
2 *Epistola fidem facit contra eum qui illam scripsit etiamsi dato careat.*
3 *Epistola non habens sigillum quid probet.*

1 SEd,an † per epistolam sponsalia probari possint, quæri-
2 tur? Et dicendum probari posse. Nam epistola † confessata fidem facit contra eum qui illam scripsit *Dd. l. admonendi, de jurejurand l. publice, §. finaliter ff. de indebit.* etiamsi die,loco,consule, vel ut nostri loquuntur, Dato careat nihilominus obligat & probat contra scribentem. Qua de caussa Maximilianus literas puellæ Caroli Ducis Burgundiæ filiæ manu scriptas asservandas recte putavit,quod sponsalia iis plenè probari possent. Probatio autem per epistolam firmior erit si sigillum authenticum habeat, *Dd. l. si qua per calumniam C. de Episcop. & Cleric.* Quod † si sigillum nullum habeat aut negatur ejus esse qui
3 scripsit,ad comparitionem literarum decurrendum est. *Cotazius lib. 3. cap. 2. Miscellaneor, consil. matrimon. Germanico 13. num. 26.*

§. 24. SUMMARIA.

1 *Matrimonium an ex eo convinci possit, quod vir & mulier in literis vel instrumentis blande sese conjuges nominant?*
2 *Epistola à conjugibus emissa vicem instrumenti obtinet.*
3 *Titulo tenus multa dicuntur quæ aliter sese habent.*
4 *Nominatio uxoris vel mariti quid operetur.*
5 *Sponsam quam esse ex eo non convincitur si adolescens literis ad puellam datis eam sponsam nominaverit.*

1 ILlud etiam controverti solet,an † eo, quod vir & mulier in literis vel instrumentis blande sese conjuges nominant convinci possit inter eos esse matrimoniũ. Et quidẽ existimarunt posse argumento à simili ducto, quod dominus si apud acta servum filium nominaverit,eum liberum faciat. *l. unic. Cod de libertat. tollenda. Et Baldus consilio ducentesimo nonagesimo sexto.* Vocatio † uxoris est signum
2 & testimonium matrimonii contracti. Deinde quod epistola à conjugibus emissa vicem instrumentorum obtinet. *l. finalib. de probation.* Sed contra sentiunt Doctores hac appellatione

blandi-

blanda ſponſalia vel matrimonium non probari, *quos ſecutus Corazius libro tertio Miſcellaneorum capite quarto.* Nam etſi hæc nominatio præſumptionem aliquam gignit, inter perſonas æquales *cap. dicit, 32. quæſtion. 4.* (cum inter æquales matrimonium non præſumatur niſi interveniant inſtrumenta dotalia) tamen probationem plenam non inducit. Itaque ſi literis datis ad ancillam eam ſororem nominavero, inde tamen non efficitur eam meam revera eſſe ſororem, aut jus uxoris conſequi, *l. non epiſtolis, Cod. de probation.* Nam † titulo tenus multa dicuntur quæ aliter ſeſe habent. Quo ſpectat illud 3
Martialis *libr. 5. Epigrammat.*

Cum voco te dominum noli tibi Cinna placere.
Sæpe etiam ſervum ſic reſaluto meum.

Idem *lib. 1. Epigrammat. 157.*

Cum te non noſſem Dominum Regemq́; vocabam:
Cum bene de novi jam mihi Priſcus eris.

Interim tamen nominatio † uxoris vel mariti hoc operatur ut teſtes 4
alioqui inhabiles, his & aliis adminiculis concurrentibus habiles fiant. Nam teſtes alioqui inhabiles fiunt ratione adjuncti, hoc eſt, adminiculorum concurrentium. *Decius conſilio 133. column. 3. Crotus tractatu de teſtibus. Angel. conſil. 1.* Ex his efficitur † ſi adoleſcens literis 5
ad puellam datis eam ſponſam nominaverit, ex eo non convinci poſſe eam ſponſam eſſe, ſed alias requiri & quidem pleniores probationes. Idque ob eas, quas ſuprà adduximus, rationes.

CAPUT X.

§. 1. Sponſalia publicè conſtitui debere non clam, quæ clandeſtina Doctores vocant & duplicia ſunt.

§. 2. Cur publicè, hoc eſt, coram teſtibus ſponſalia ineunda ſint.

§. 3. Apud omnes pene gentes id receptum eſſe.

§. 4. Jure Canonico ſponſalia clandeſtina non probari ſed tamen non reſcindi idque inter perſonas, quæ ſui juris ſunt tolerari poſſe.

Digitized by Google

§. 5. Cur ſponſalia clandeſtina prohibita ſint?

§. 6. An jusjurandum deferendum ſit actori neganti ſponſalia clandeſtina?

§. 7. An ſponſalia clandeſtina inter perſonas, quæ ſui juris ſunt inita, valida ſint, ſi chirographis contrahentium manu exaratis probentur?

§. 8. De pœna eorum, qui clandeſtina ſponſalia contrahunt.

§. 9. De clandeſtinis ſponſalibus, quæ perſonæ alieno juri ſubjectæ clàm conſtituunt.

§. 10. Si ad promiſsionem accedat concubitus vitiatam ducere cogendum, qui vitiavit multis de cauſis.

§. 11. Refutatio eorum, qui vitiatam ducendam non eſſe, ſtatuunt.

§. 12. Quid ſi paupercula vitiata ſit fide data de conjugio.

§. 13. Quid ſi nobilis vitiarit fide de conjugio data.

§. 14. An pater ei, qui filiam vitiavit fide de conjugio data etiam invitus dare cogatur?

§. 15. An clandeſtina ſponſalia publicis præferenda ſint?

§. 16. An quis impune bina ſponſalia contrahere poſſit?

§. 17. An ſponſalia publica anteponenda ſint clandeſtinis, quibus acceſſit concubitus?

§. 18. Si is, qui vitium intulit, inficias eat ſe nuptias promiſiſſe, ad jusjurandum decurrendum eſſe.

§. 19. Quid ſi vir, qui juravit ſe conjugium non promiſiſſe, poſtea alia ducta ſe pejeraſſe fateatur.

§. 20. Si quis puellam fide de conjugio clàm data vitiavit & poſtea aliam domum duxit ſubſecuta benedictione & nuptiis celebratis.

§. 21. An mulier compreſſa & relicta à viro, qui juravit, aliam

aliam ſibi conditionem quærere poſſit, etiamſi conſtat virum pejeraſſe.

§. 22. Si quis bina ſponſalia palàm contraxerit utra præferenda?

§. 23. An ſi prima moriatur cui promiſſum eſt matrimonium ſponſalia cum ſecunda inita convaleſcant.

§. 24. Si quis bina ſponſalia contraxerit, jurata & injurata utra ſint præferenda.

§. 25. An matrimonium primo promiſſum ſecundo per concubitum & nuptias conſummato præferendum ſit?

§. 26. Quæſtio in Conſiſtorio Sleſvvicenſi agita?

§. 27. An ſi alteruter contrahentium ſciat eum cum quo contrahit ſponſalia ſponſum vel ſponſam eſſe.

§. 28. Quid juris ſi quis primæ promittat conjugium verbis præſentibus ficte prolatis, & deinde ſecundæ ex animo juratus accedente copula.

§. 29. Si quis primæ conjugium promiſit verbis de futuro & eam compreſſit non animo mariti & poſtea aliæ fidem dedit verbis præſentis temporis.

§. 30. Si quis pendente lite cum prima ſponſa, ſponſam ſecundam benedictione ſubſecuta domũ ducat.

§. I. SUMMARIA.

1 *Sponſalia publicè debent contrahi.*
2 *Sponſalia publica quæ.*
3 *Sponſalia clandeſtina quæ dicantur.*
4 *Nuptiæ clandeſtinæ quæ dicantur.*
5 *Sponſalia clandeſtina duobus modis accipiuntur.*

HActenus explicavimus, quid ſint ſponſalia, quibus verbis ea contrahantur & per quas perſonas. Nunc quo ritu & ſolennitate ea peragantur dicendũ eſt. Et quidẽ † ſponſalia teſtato, h.e. 1

teſtibus

testibus adhibitis & publice contrahi debent. Unde & sponsalia †
2 publica dicuntur, quæ palàm coram pluribus testibus fide dignis
3 constituuntur. E contra clandestina † sunt, quæ nullis adhibitis testibus inter virum & mulierem clanculum contrahuntur à voce clam sic nominata, quod furtim & occulte fiant. Unde & nuptiæ
4 † clandestinæ nominantur, quæ omissis solennitatibus coeunt. Quales sunt in nostris Ecclesiis trinundina denunciatio, sacerdotis bene-
5 dictio *c. cum inhibitio, & c.* Sed nos hoc loco de sponsalibus † publicis & clandestinis, non de nuptiis agimus. Quæ duobus modis accipiuntur. 1. strictè & proprie, quæ nullis adhibitis testibus inter virum & mulierem, & quidem sui juris contrahuntur. 2. ἐν πλάτει appellamus clandestina sponsalia, quæ sine auctoritate parentum contrahuntur inter eas personas, quæ sui juris non sunt, sed in potestate κυρίων. Idque sive uterque sive alteruter tantum sit in potestate parentum sive, præsentibus testibus, sive clàm. Nam & hæc clandestina sponsalia Theologi recentiores nominant non propriè sed largè sumpto vocabulo, quos nos tanquam bonos authores sequimur: ita clandestina sponsalia appellantur constitutione Regis Friderici II. quæ sive parentum, sive eorum quæ parentum loco sunt consensu constituuntur.

§. 2. SUMMARIA.

1 *Sponsalia cur publicè ineunda sint?*
2 *Sponsalia & nuptias palam faciendas Ethnici etiam statuerunt.*
3 *In sponsalibus contrahendis testes adhiberi soliti.*
4 *Nuptias incestas palam faciens errore & ignorantia ductus fecisse præsumitur.*

1 ETsi autem solus consensus sponsalia & nuptias constituit, tamen cum omnia in Ecclesia Dei fieri † debeant εὐτάκτως, honestas ipsa & decori ratio postulat, ut sicut alii magni momenti actus, ita & hic contractus adhibitis & corrogatis propinquis & testibus & authoritate eorum, in quorum potestate sunt, ineatur, tum quod nulla sit conventio aut obligatio, quæ majorem deliberationem aut consultationem requirat, cum matrimonium sit conjun-
1 ctio & communicatio animæ corporis & bonorum, quæ omnia hoc vincu-

vinculo in unum coalescunt, tum quod ea, quæ clam inter virum & mulierem aguntur turpitudinis suspicione laborant, imò dolo inita præsumuntur. *Gloss. & Bald. C. de interdict. matrimon. &c.* Unde recte ille apud Plautum. Malus clandestinus est amor, damnum est merum, & hominibus male de nobis sentiendi & loquendi occasionem præbent, γλῶσσα δ' ἀνθρώπων φιλοκέρτομός ἐστιν, ut aut Musæus. His de causis & ut clandestina omnis vitetur suspicio recte leges sponsalia, quæ clam & furtim fiunt improbant cum nihil aliud sint quam vitiorum & voluptatum illecebræ. Quo spectat illud Catulli

Parcite huic jubeo seu vir seu fœmina sias,
Obvia calari vult sua furta Venus.

Qua de causa † etiam Ethnici naturam ducem secuti palam sponsa- 2
lia & nuptias faciendas statuerunt. Quod eleganter Demosthenes explicat *in Oratione in Oenotorem* his verbis: Neque enim in tali contractu quisquam nullos testes adhiberet. Imò his de causis & nuptias celebramus & maximè necessarios invitamus, quod non res levis agatur, sed vita sororum & filiarum alienæ fidei committitur, quæ ut in tuto collocetur summa cura providemus. Quo spectat illud Evaristi Papæ *30. quæstion. 5. cap. 1. & sequen.* Non aliter legitimum sit conjugium nisi à κυρίοις uxor petatur & à parentibus & propinquioribus desponsetur. Quod, ut dixi, clandestina omnia odiosa sint, ideoq; veteres negocia magni momenti, non in occulto, sed in maxima frequentia populi peragi & expediri voluerunt. Ita emancipatio fiebat quinque testibus præsentibus & libripende, *teste Theophilo Institut. Alexander ab Alexandro.* Et in sponsalibus contrahendis & ritu, 3
quo mulier conveniebat in viri manum decem testes adhiberi solitos ex Ambrosio colligitur *libro ad virginem lapsam capit. 5.* hic verbis. Si inter decem, inquit, testes confectis sponsalibus nuptiis consummatis, quævis fœmina conjuncta mortali sine magno periculo adulterium, &c. *Ulpianus in fragmentis tit. 9.* Farre conveniebat in manum certis verbis & decem testibus præsentibus. Ita & divortia rata non erant, nisi septem civibus Romanis puberibus adhibitis præter libertum. Et Plato non vult fidejussiones ratas esse nisi quis palam fidejubeat, & coram tribus testibus si summa sit citra mille drachmas: si ultra mille drachmas, quinque vult testes adhiberi. *lib. 12. de legibus.*

Ita Booz decem adhibet teſtes ut paulo poſt dicetur. Idque etiam in acta referebatur *l. nullum. Cod. de divort. & repud.* Et teſtamentis ſeptem teſtes adhibendos leges præcipiunt. Quantò magis in fœdere hoc ſacroſancto & indiſſolubili, ubi de facultatibus quæſtio non eſt, ſed vita liberorum noſtrorum alienæ fidei committitur, bonorum virorum teſtimonium adhibendum eſt. Nam quæ publicè tranſiguntur, bona fide contrahi creduntur. *Quintilianus libro 5. inſtitut. cap. 10.* Ut ſi dicam bona mente factum ideoq; palam, mala ideoq; ex inſidiis noctu & in ſolitudine. Ita clandeſtinæ nuptiæ odioſæ ſunt & plenæ ſuſpicionis, palam celebratæ omni culpa vacant, *l ultim. de ritu nuptiar.* Ideoq; *lib. 6. Achillis Statii amatoriarum*, ita Clitipho argumentatur. Confidebam, inquit, argumentis convicturum me nequaquam mœchum eſſe, propterea quod palam nuptiæ factæ ſunt. Et Hypſipile apud Ovidium Jaſoni exprobrans ſe deſertam.

Non ego ſum furtim tibi cognita, pronuba Juno
Adfuit, & ſertis tempora vinctus Hymen.

quaſi dicat, nuptiis legitimis tibi ſociata ſum. Adde quod etiam † nuptias inceſtas palam faciens errore & ignorantia ductus feciſſe præſumitur & quodammodo excuſatur, ſecus ſi clam id feciſſet, nam dolo id feciſſe præſumitur. *l. ſi adulterium §. idem Pollioni, in verbis utique ſi error, Cod. de inceſtis nuptiis.* Et vitandæ ſuſpicionis cauſſa ſolennitates illæ celebritatesq; nuptiarum in uſum vitæ apud Romanos deductæ fuerunt, *de quibus in l. donationem, & l. à Caligato Cod. de nuptiis*, ut hac ratione toti urbi innoteſceret, maritum & uxorem palam, hoc eſt, in conſpectu totius populi conjunctos eſſe, eoſque qui ex iis naſcuntur liberos eſſe ex legitimo matrimonio conceptos. Quibus objici non poteſt, quod apud Calphurnium Flaccum *declamation. 44.* objicit. Non eſt inquit, filius tuus, nuptiis enim ſolennibus non eſt natus. Et quod pater raptori diviti objicit, *apud Senecam declamat. ultim. lib. 8.* Delicatus dives, inquit, qui etiam inter naufragia amare poteſt matrimonii celebritatem remoto angulo ruris abſcondit. Et Nauſicaa Alcinoi filia *apud Homerum Odys. lib. 6.* Ego, inquit, vehementer iraſcerer puellæ, quæ patris matriſve injuſſu ante nuptias manifeſtas alienis miſcetur viris. Et *apud Apulejum.* Venus ratiocinatur, non eſſe legitimas nuptias inter Cupidinem & Pſychen, quod res acta ſit furtim

tim, ſine teſtibus patre non conſentiente. *Apud Muſæum* queritur Ero ſe non poſſe palàm legitimis nuptiis conjungi Leandro, quod parentes non conſenſerint. ἄφαδον ἢ δυνάμεθα γάμοις ὑσίοισι πελάσσαι ἢ γὸ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπήνασεν. Et furtivum cubile appellat Theocritus ſponſalia clandeſtina. *Idill.* 27 ἀνίσατο Φωβίοις ἔυνη. Conſurgit lectus furtivus. Et furtivæ nuptiæ.

§. 3. SUMMARIA.

1 *Sponſalia & nuptiæ apud omnes gentes palàm fiebant.*
2 *Sponſalia apud Germanos inter pocula fiebant.*
3 *Sponſalia etiam apud Barbaros publice contrahuntur, & quidem in templo.*

QVibus de cauſſis veteres † Hebræi, Græci, & Romani, & reliquæ gentes, quæ ſapientiæ laude claeuerunt ſponſalia & nuptias palam fieri voluerunt clandeſtinas nuptias & in ſolitudine factas damnarunt, Booz Rutham ducturus decem ſenatores in curiam corrogavit, qui teſtimonium ferrent, ſe omnia bona Elemelechi acquiſiviſſe & Rutham Moabitidem Machionis viduam in uxorem duxiſſe: Vos, inquit, hodie teſtes eritis. *Ruthæ cap.* 4. Idem ex Philone Judæo colligitur *in lib. de legib. ſpecialib.* Sponſalia, inquit, non minus quam nuptiæ valent, quando in ſolenni amicorum conventu viri & mulieris nomina inſcribuntur tabulis. Eumque morem Judæos ſemper retinuiſſe ex Pandectis eorum conſtat. *Verba ſuprà adſcripſimus.* Mulier deſpondetur vel arrha interveniente vel ſcriptura vel concubitu [*fectiol deideka*] hoc eſt, omnia præſentibus teſtibus peragi debent. Apud Græcos id uſitatiſſimum fuiſſe argumento ſunt illa, quæ nos ex Demoſthene annotavimus. Quod & ex Demoſthenis *oratione contra Eubulidem* patet. Verba hæc ſunt. Protomachius pauper erat. Cum autem puella locuples hæreditate, ad eum veniſſet, elocaturus matrem meam Theocrito patri meo familiari ſuo perſuadet ut eam ducat. Sic deſpondetur patri meo, mater per Timocratem Melitenſem, præſentibus utriuſque patruis & aliis teſtibus. Item primum vobis teſtes adducam, qui adfuerunt cum mihi Polyeuctus deſponderat

filiam 40. minis promissis. *Item in Oratione in Spudiam.* Sed & Romanos eandem rationem secutos esse Plinius *lib. 1. epistolarum* innuit, cujus verba hæc sunt. Nam si quem interroges hodie quid egisti? respondet, officio togæ virilis interfui, sponsalia aut nuptias frequentavi. Idq; ut plurimum fiebat amicis ad convivium invitatis & commessationibus adhibitis. Convivium autem sponsæ pater præbebat, *ut ostendunt verba Ciceronis ad Atticum*, Crassipedi sponsalia dedi cui convivio Quintus tuus defuit. Et *apud Statium lib. 2. Thebaid.* Adrastus filias suas desponder, amicis ad convivium invitatis. Quo spectat illud Senecæ. Surgam ad sponsalia quia promisi, etsi non concoxerim, sed non si febricitavero *lib. de benefic.* Ita Octavius Cæsar, Antonius & Pompejus, cum una cœnarent & de pace agerēt, Pompeii filia Libonis neptis despōsata est Marcello nepoti Antonii Cæsaris sororis filio. *Appian lib. 5. de bell. civil.* Africanus item Scipio filiam suam Gracho despondit, cum Senatus in Capitolio cœnaret, suntque sponsalia in publicum solenne facta, *ut Livii verbis utar. libr. de bello Macedonic.* Sed &†
z Germanorum mos fuit ut de rebus aliis ita & de sponsalibus inter pocula decernere, *ut refert Tacitus libello de moribus Germanorum.* Verba quia elegantissima sunt adscribenda putavi. Sed & de reconciliandis invicem inimicis & jungendis affinitatibus & ulciscendis principibus, de pace deniq; ac bello plerumq; in conviviis consultant, tanquam nullo magis tempore ad simplices cogitationes pateat animus aut ad magnas incalescat. Gens nec astuta nec callida aperit adhuc secreta pectoris licentia joci. Ergo detecta & nuda omnium mens postero die retractatur & salva utriusq; temporis ratio est. Deliberant dum fingere nesciunt. Constituunt cum errare non possunt. Quod etiam Alexander ab Alexand. notavit. Et ne quis hunc morem tanquam barbarum damnet, idem de Persis refert Herodotus & Strabo, *qua de re infra latius.* Idq; adhuc hodie in plerisq; Germaniæ locis obtinet, usque adeo ut vulgus existimet, sponsalia non recte inita esse nisi pocula & comessationes accedant. Atque ipsum convivium sponsalia appellant, quod & Cicero feciisse videtur: sponsalia Crassipedi dedi: sed longè falluntur. Nec enim convivium sponsalia constituit sed necessarii & propinqui invitantur quo sponsalibus interfint, eaque rite peracta esse testes sint, ut ait Plutarchus

ut po-

ut postea rebus benè constitutis & absolutis sese oblectent, & hilares præbeant convivium paratur. Est enim ut ait Plutarchus, ἡ τράπεζα ὡς ἐν τοῖς μάλιστα φιλόπιστον. Quod tamen de substantia contractus non est. *c. 1. de sponsal.* ubi Pontifex statuit in sponsalibus verba spectanda non ritus aut consuetudines regionis, quos quæque peculiares habet. Ideoque non magnoperè curandum, quid Franci, quid Saxones sequantur, &c. In primitiva quoque Ecclesia sponsalia in præsentia amicorum ab utraque parte invitatorum inita esse, *ex c. nostrates* colligitur *30. q. 5.* in verbis: Postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit, dotemque utrique placitam sponsus ex scripto coràm invitatis ab utraque parte tradiderit. Postremo sponsalia palàm constituenda sunt, ea de causa tum quod clandestina omnia & solitudo præsertim in sponsalibus contrahendis suspicione laborat ut jam explicatum est, tum, quod ea litibus & perjuriis materiam præbent ideoque meritò damnandæ. Nam ut experientia testatur, sæpe vir mulierem blanda oratione & sollicitando allicit & permovet ut fidem furtim & clanculum det nunquam datura si coram amicis res & palàm ageretur. Paulò post re bene perpensa alterutrum facti pœnitet, neque sese extricare aliter potest nisi inficias eat & pejeret. Qua de causa sponsalia etiam prohibenda censet Bonaventura *distinct. 27. q. 5.* His adde, quod conjugium sit ordo societatis humanæ publicus & actus publicus, & qui palàm coram Ecclesia suscipi, acceptari & expediri debet; æquum est igitur ut & is publicè inchoetur & constituatur adhibitis testibus qui judici fidem facere possint. Cum ut Deus ipse affirmat, in ore duorum & trium omne consistat testimonium. Ubi autem duo clàm & in remoti juris angulo, ut ille inquit, si mutuo fidem dant & conjugium promittunt, nemo pro certo affirmare potest, utrum revera promissio facta sit, cum vir & uxor, & qui hoc in plerisque imitantur, sponsus & sponsa unum sint corpus & uno ore loqui videantur, ita ut illorum testimonio parum aut nihil tribuendum sit, neque de matrimonio aliquid statui possit. Quam ego rationem Theologis placuisse video. Ergo quo his incommoditatibus occurratur & ut conjuges publicum testimonium habeant, quod non tantum ad honestatem & tranquillitatem pertinet, sed etiam conscientiam in rebus adversis erigit & consolatur palàm sponsalia ineunda sunt. Et

in eo veteres tanquam bonos authores imitabimur, qui, ut suprà demonstravimus, fas esse non putarunt, ut puellæ semetipsas despondèrent, tantum abest, ut clàm nullis adhibitis testibus quicquam de se promittere possent. Nam & sponsalia etiam testibus præsentibus inita levitate & malitia contrahentium in dubium vocari videmus, ut rectè illud Plauti ad nostra tempora accommodari possit,

Hæc ætas non multum fidei gerit,
Tabulæ notantur, adsunt testes duodecim,
Tempus locumq; scribit actuarius,
Tamen invenitur Rhetor qui factum neget.

Itaque apud Terentium Phormio rectè sibi prospicere cupiens, testes adhibet ut ex his verbis colligitur:

Argentum, inquit,
Hoc temere nunquam mittam ego à me,
Quin testes adhibeam cui dem & quare dem,
Commemorabo.

3 Atque ea in re haud scio an homines barbari etiam hodie Christianis sint anteponendi, ut Persæ, Afri, apud quos omnia sponsalia publicè contrahuntur, & quidem in templo. Nam pater despondens filiam viro, templum ingreditur, quo sponsus & sponsa conveniunt. Comitantur eos parentes, & genere proximi accersuntur. Notarii duo, qui pacta dotalia omnibus præsentibus conscribunt. Joan. Leo latè *in descriptione Africæ*, & alii, qui Palæstinam & Turciam peragrarunt, qui & hoc adjiciunt, apud judicem quem Cadin appellant, sponsalia omnia contrahi & pacta sponsalia conscribi. Idque pro lege statuendum esse Erasmus monet, ita enim fore, ut controversiæ, quæ ex verbis præsentibus & futuris nascuntur, magna ex parte tollantur, nimirum si proceres Ecclesiæ dignarentur statuere nullum matrimonium prius esse ratum, quàm apud Magistratus ad hoc designatos adhibitis testibus clare conceptis verbis uterque sobrius ac liber alteri condicat conjugium, eaque verba scripto serventur, & ut matrimonium non sit, donec apud judices & testes à sobriis ac liberis solennibus verbis declaratus sit matrimonialis consensus, *ut Erasmi verbis utar.*

§. 4. Sum-

§. 4. SUMMARIA.

1 *Sponsalia clandestina jus canonicum non probat.*

2 *Conjugium se clam promisisse si quis sui juris fateatur, & tamen dicat, se non teneri quod clàm promiserit, & quod eum facti pœniteat, an sit audiendus.*

3 *Constitutio Friderici II. Regis Daniæ.*

SEd nec † jus canonicum sponsalia clandestina probat, 1
idque ex eo colligitur, quod eos, qui clàm sponsalia ineunt, graviter peccare & culpandos esse uno ore affirmant, *cap. final. de clandestin. desponsat. c. aliter 30. quæst. 5. Panormitan. c. 1. de clandest. desponsat. Bonaventur. distinct. 27. q. 3.* Item quod magistratus ea prohibere possit. *Panor. c. cum inhibi. de clandest. desponsat.* propter eas, quas modo attulimus, rationes, & quod omnia clandestina suspicione laborant. Ita electio clàm facta nulla est, *cap. quia propter, de elect. & cap. final. eod. T. lib. 6.* Et collatio beneficii clàm facta suspicione non caret. Interim tamen sponsalia eam ob causam quod clàm inita sunt, non infirmari Dd. sentiunt, quamvis non sint absque peccato, ut Bonaventura loquitur. Quo spectat vox illa, clandestinitas sola non vitiat matrimonium. Quam ego tum demum veram existimaverim, si persona sui juris, hoc est, qui in πυρίων potestate non sunt, quales sunt viduæ & virilis sexus personæ parentibus aut tutoribus non subjectæ, matrimonium promiserint clàm, eamque promissionem libera voluntate coram testibus profiteantur & rejicerent, hoc est, sponsalia quæ clàm contraxerunt, ambo in aliorum præsentia publicaverint & rata habuerint. Vel per alia indicia ea probari possint. *Dd. Rubrica de clandestin. desponsat. & ibi Alexander cap. si quis §. his ita 30. quæst. 5. cap. 1.* Nam si qui, inquit, in occulto contraxerunt, eundem consensum manifesto profiteantur, tum utique propria voluntas suffragatur, & legitima vota succurrunt ad sanciendum conjugium, quod prius occultè fuerat contractum. Quæ verba Petrus Lombardus in sententias suas inseruit *lib. 4. sententiarum, distinct. 28.* & addit. Voluntatem in occulto suffragari, ut fiat conjugium manifesto vero expressum suffragari sanciat & roboret, ut liberum sit Ecclesiæ de hoc judicare si res postulet. Hoc est, promissio clàm aditum patefaciat & viam fecerit ad constituenda sponsalia quæ postea subsequente & palàm iterata priori clandestina promissione

adhibita

adhibitis testibus roborantur & firmantur. Cujus rei exemplum elegantissimum supra ex historia Ruthæ citavimus. Nam Booz promittit noctu clàm se Rutham ducere velle, siquidem eam propinquior ducere nolit. Quæ promissio licet clàm facta procul dubio obligavit Boozum, ut quæ sui juris viduæ fidem dedisset, quæ & ipsa per se sponsalia contrahere potest ut supra latè tradidimus. Sed quia ea alterutrius inficiatione infringi posset, & sponsalia publicè constituenda sunt, ea de causa Booz sponsalia noctu & clàm inita mane publicat, & adhibitis testibus promissionem factam profitetur his verbis. Vos testes eritis, me Rutham Machlonis viduam in uxorem accipere. De qua promissione coram testibus facta Ecclesia judicare potest. Ex quibus efficitur, si quis sui juris fateatur se † 2
conjugium clàm promisisse, & tamen se non teneri causetur, quod clàm promiserit & quod eam facti pœniteat, eum audiendum non esse. Sed cum promissionem clam factam profiteatur, teneri existimaverim.

Idque nova constitutione in Saxonia superiori sancitum est; cujus summa est sponsalia clandestina non subsistere, etiam uno teste præsente inita, nisi in præsentia virorum honestorum reiterentur. *Rubrica* Vom Ehegelöbnüß/ §. Wo aber zwo Personen.

Huc spectat † constitutio Friderici II. Regis Daniæ, qua cave- 3
tur sponsalia clandestina, & scripturas quibus mutuo sibi promittunt conjugium clàm vir & mulier non valere neque attendi debere. Item sponsalia clandestina, quæ à personis sui juris, & quæ ea ætate sunt, ut in sui ipsius traditionem consentire possunt contrahuntur, non usque adeo damnari, dummodo utriusque confessione vel aliis indiciis probari possint, ut literis manu contrahentium exaratis, arrhis datis, & simlibus argumentis, *capite si quis.* §. *hit ita 30. q. 5.* Quo spectant verba Ulpiani *instit. tit. 5.* Justum matrimonium est, si uterque consentiat, si sui juris sint, aut etiam parentes eorum si in potestate sint. Nam & Booz laudatur, quod fidem clàm Ruthæ datam coram testibus professus est & publicavit & Rutha pudicitiæ ergo benedicta Domini appellatur, de qua sic scribit vetus Poeta Prudentius.

Ruth dum per stipulas agresti amburitur æstu,
Fulcra Booz meruit, castoq; adscita cubili,

Christi-

Christigenam fœcunda domum & Davidica regna
Edidit, atq; Deo mortales miscuit artus.

Ita apud Apollonium Medea petit à Jasone ut promissionem de conjugio & fidem clam sibi datam coram Argonautis testari & publicare velit his verbis:

At tu per superos, & conscia quæq; tuorum
Nomina verborum mihi quæ promissa dedisti,
Testare, & nobis hospes precor annue coram,
Me procul à regnis, alto sub sole, paterni
Destitues nunquam, nec defensoribus orbam.

Cui ille respondet & promissionem juratus reiterat.

Esto cœlestis mihi Jupiter Horcie testis,
Tuq; Jovis conjux, cui sacra jugalia curæ,
Victor Jolciacas si quando revertar ad urbes,
Tu mihi sub tectis uxor jungere paternis
Legitime ô virgo. Sic Æsone natus Jason
Dixerat, & dextræ dextram conjungit anuitam,

Sed ea tamen sponsalia licet publica non caruerunt nævo quod Medea esset in potestate parentum & rapta.

§. 5. SUMMARIUM.

Sponsalia clandestina cur prohibita sint rationes adferuntur.

CUr ergo inquit aliquis, sponsalia clandestina prohibentur? Respondeo, quod omnia clandestina suspicione laborant, quod dolo inita præsumantur, quod sponsalia aditum patefaciunt ad matrimonium, quod publice contrahendum est, ideoq; & ea palàm constitui debeant, quod perjuriis ansam præbeant, & de nobis malè sentiendi & loquendi, quod omnium gentium legibus & institutis publicè fieri debeat, idq; decoris & honestatis ratio flagitet, quod ubi alterutrius animus immutatus est, alterius cõfessione judici fides fieri non maximas incommoditates adferant: & quidem has de sententia Doctorum Quod possit sponsalia esse contracta. Unde nec judex sua sententia sponsalia, quæ remedia contracta sunt, rata pronunciare potest, quod actori non jus sed probatio deficiat. *Iidno sunt Titii, de testament. tutelar.* & reus legitimis probationibus convinci non possit *c. judicantem de cland. stin. desponsat.* Quibus deficientibus alteru-

ter absolutus aliam sibi conditionem quærens adulterium committit, ut quia alteri fidem dedit & promisit conjugium, & alteram ducit. Quæ & ipsa adulterii species est, ut suo loco explicabitur.

§. 6. SUMMARIA.

1 *Sponsalia clandestina qui contrahunt peccant.*
2 *Sponsalia clandestina neganti an deferri possit juramentum.*
3 *Forma sententiæ.*

1 QVibus de causis & aliis † recte statuunt Dd. peccare eos qui clandestina sponsalia ineunt, ideoq; indignos, qui beneficiis juris fruantur. Nam si actor probationibus destituatur, &
2 testem qui adhibitus sit sponsalibus habeat neminem, ne † quidem reo juramentum deferendum est, sui purgandi causa, sed is pure absolvendus. *Panormitan, c. quod nobis, de clandest. sponsal.* Idque in Ecclesiis harum regionum observatur, *ut notat Chytræus in 18 Levit.* Qua de re infra suo loco latius dicetur. Idque in odium clandestinorum sponsaliorum, & quod de occultis non judicet Ecclesia, *c. si quis diu 30. q. 5.* Et de his quæ non sunt & non apparent idem sit judicium. Et ita in Consistorio Slesvicensi judicatum memini in causa viduæ tabernariæ Husensis, quæ virum bonum aliquot annos hospitio exceperat, & ab eo fidem de conjugio sibi datam affirmabat. Cum testem ne unum quidem haberet aut indicium ullum promissionis factæ, ille simpliciter absolutus est, & illa ab actione desistere jussa, & recte. Nam qui rei quodam modo illicitæ & odiosæ operam dat juris beneficiis frui non debet. Nec enim æquum est clandestina facta & promissa, quæ suspicione fraudis & turpitudinis laborant, jusjurandi religioni extorqueri, ut ex eo quis fructum & commoda capiat.
3 Sententia † autem ita concepta fuit.

IN Sachen N. nachgelassener Wittwen Clägerinnen an einem/vnd N. N. beklagten anders Theils / die Ehe belangend so N. Ihr der Wittwer sol versprochen vnd zugesaget haben: Nach dem die Wittwe keinen Zeugen oder anderen Beweiß / damit sie solch Ehegelübt anspündig machen können/ fürgebracht / auch keine öffentliche Verlöbniß hierüber gehalten/sondern alles in geheim sol geschehen seyn / dessen doch Beklagter ihr Clägerinnen nicht geständig. Sprechen wir *Superintendens* vnd verordente des *Consistorii* für Recht: Weil heimliche Verlöbniß im Rechten

Rechten verboten/ Klägerinne auch das geringſte nicht fürgebracht womit zu beweiſen / daß einig Gelübt gehalten / ſondern alles von einem heimlichen Handel herfleuſſet/ der vor keinen ehrlichen Leuten geſchehen/ daß ſie zu dieſer Klage nicht befügt / vnd abſolviern demnach Beklagten von dieſer angeſtellten Klage / vnd erlauben jhme anderswo ſeinem gutdünckẽ nach vnd wo es jhme gelieb et ſich zu vermählen.

Atque hæc tùm maxime locum habent, quando ab actore nihil probatum eſt, ſecus, quando pro matrimonio aliqua eſt præſumtio aut indicia, quibus judici fides fieri poſſit. *Text. & ibi notant Dd. in c. mulieri, de jurejuram.* & ſponſalia ab iis perſonis, quæ ſui juris ſunt contrahuntur, ut à viduis & aliis quæ non ſunt in poteſtate κυρίων.

§. 7. SUMMARIA.

1 *Sponſalia ſi probari poſſint viri vel mulieris manu, chyrographo aut literis exaratis an de jure ſubſiſtant etiam clam contracta inter perſonas ſui juris.*

2 *Lex Genevenſium.*

3 *Friderici Comitis Palatini conſtitutio.*

SEd quid ſi viri vel mulieris manu † chyrogapho aut literis exaratis probari poſſint ſponſalia, an de jure ſubſiſtant etiam clam contracta inter perſonas ſui juris? & dirimenda non exiſtimaverim. Nam ſponſalia literis probari poſſunt, dummodo ſint confeſſatæ ut Doctores loquuntur. Qua de re paulò ante diſputatum eſt, unde quæ huc pertinent petenda ſunt. Nam quid intereſt viva voce voluntatem ſuam declarent, an verò literis ſcriptis? Quamvis verò reprehenſionem acrem mereantur, quod ſponſalia clandeſtina abſque peccato contrahi non poſſint, ut ſupra tradidimus. 1

His conſentanea eſt † lex Genevenſium, quæ prohibet ne quis clandeſtine promittat conjugium, ſive pure ſive ſub conditione, & ut ſponſalia à minoribus, qui nunquam matrimonio injuncti fuerunt, contracta nulla ſint, *cap. 124.* Que nulle promiſſe de mariage ne ſe face clandeſtinement ſons condition au autrement entre les iennes gens qui ne auront point encores eſte maries mais qu'il y ait pour le moins deux teſmoins gens de bien & de bonne reputation & 2

qui seachent en quelle autorité se font les promesses autrement le tout sera nul. Quos etiam Fridericus Comes † Palatinus secutus videtur edicta constitutione: cujus summa est, eos qui paternæ potestati tutorum vel curatorum juri subjecti non sunt, sponsalia constituere debere adhibitis ut minimum duobus testibus. Verba hæc sunt: 3

Wenn Personen so nicht mehr vnter Väterlicher Gewalt oder sonsten bevormündet seyn/ sich verheyrahten wöllen/ daß als dann dieselben zu solcher ihrer Ehestandt zum wenigsten zween ihrer nechsten verwante Blutsfreunde oder Schwäger/ oder so deren keiner verhanden/ sein zwo fromme vnd redliche Personen nemen/ mit denen sie im Fall der Noth solche ihre eheliche Verpflichtung notdürfftiglichen vnd rechtmessig mögen beweisen.

Quæ constitutio æquior est & juri Romano magis congruit, quam Genevensis, cum hæc ætatis ratione prohibeat & concedat sponsalia; illa respectu patriæ potestatis & κυρίων ea probet vel improbet, & reverentiæ potestatisque paternæ majorem, quam ætatis in nuptiis habendam esse rationem, leges præcipiunt, & æquitas postulat.

§. 8. SUMMARIA.

1 *Clandestina sponsalia contrahens pœna extraordinaria puniendus.*
2 *Friderici Palatini constitutio.*
3 *Forma sententiæ.*

SUpra diximus omnium Doctorum consentientes esse sensus, eos qui clam sponsalia contrahunt maxime peccare. Quod † si ita est, impune peccare non debent sed pœna extraordinaria coercendi 1 sunt. Itaq; mihi valde probatur ejusdem Friderici † Palatini constitutio, qua cavetur, si quis aliquem conveniat, quod dicat sibi promissionem de conjugio factam, idque nullis adhibitis testibus vel aliis documentis planum facere & probare possit, & reus absolvatur, hoc casu actorem non tantum in expensis condemnandum, sed & pœna arbitraria coercendum esse, propterea quod contra constitutiones clandestina sponsalia inierit. Quæ constitutio æquitatem habet, & Hebræorum, Græcorum, Romanorum, aliarumque gentium instituts est consentanea. Nam & Doctores censent judicem

statuto

ſtatuto cavere poſſe, ne quis ſponſalia vel nuptias clam contrahat, Panormitan. *cap. cum inhibitio, de deſponſat. clandeſtin. argumento l. oratio, de ſponſalibus.* Ubi dicitur nuptiis prohibitis ea etiam prohiberi quæ ad nuptias aditum patefaciunt.

Sententia† ita formatur:

WEil die Witfraw nicht in Abrede iſt / daß ſie mit obgemeltem Geſellen / welcher das Kupfferſchmidt Handwerck bey jhr getrieben / der Ehehalben weitläufftig geredet / jhm auch einen Ring gegeben / Vnd als er in ſeine Heymat reiſen wöllen / ſeinen Geburts Brieff zu holen / vnd folgends / wenn er wiederumb keme / ſie dem Gebrauch nach mit Freyern zu beſchicken / auch ein Pferd zur Reiſe geſchickt / aber daß ſie jhm die Ehe endlichen vnd ſchließlichen zugeſagt haben ſolte / nicht geſtehen wil / ſo hat die Obrigkeit wol Fug jhr den Eyd *purgationis*, dadurch ſie jhr Gewiſſen / daß ſie demſelben keine Ehe verſprochen / reinigte vnd purgierte / auffzulegen.

Nach dem aber aus dem vberſchickten Bericht ſo viel befindlichen / daß des Clägers eigenen Bekändniß nach / ſolch Verlöbniß heimlich geſchehen ſeyn ſol / das doch die Fraw wie obberühret nicht geſtendig / vnd aber in der Preußniſchen Landes Ordnung außtrücklich verſehet / daß durchaus alle vnd jede heimliche Verlöbniß vnbindig vnd Krafftloß ſeyn / vnd gar miteinander nichts gelten / ſondern nach Erkändniß der Obrigkeit ſollen geſtraffet werden. Zu dem daß die Fraw alt / vnd mit ſolcher Leibes Gebrechligkeit / ſo dem Eheyflicht verhinderlich / zu derer Berichtigung ſie ſich auch erbeut beladen iſt / vnd ſich keines wegs dem Geſellen Ehelich beyzuwohnen bereden laſſen / ſondern auch jhr Lebenlang ohne Ehe bleiben wil. So mag ſie ſolcher Vrſach vnd Vmbſtende halben mit dem Eyde wol verſchonet / auch weiter nicht gezwungen noch angehalten werden mit dem Geſellen die Ehe zu volnziehen. Vnd wird dem Geſellen ſich ſeiner Gelegenheit nach mit einer andern zu verehlichen billich nachgelaſſen. Der Frawen aber ſol jhrer eigenen Bewilligung nach ſich mit einem andern in Ehe zu begeben nicht verſtattet werden. Vnd weil ſie ſich gleichwol mit dem Geſellen dermaſſen in weitläufftige Vnterrede der Ehehalben auch mit Schenckung des Ring geben vnd Pferdes eigendlichen eingelaſſen. So mag ſie derhalben in wilkührliche ziemliche Straffe von der weltlichen Obrigkeit andern zum Abſchew wol genommen werden von Rechts wegen.

§. 9. SUMMARIUM.

Sponſalia clandeſtina quæ clam & inſciis parentibus aut eorum qui parentum loco haberentur contrahuntur, quem habeant effectum?

ET hactenus de ſponſalibus, quæ à perſonis ſui juris clam contrahuntur ſatis. Nunc ordo poſtulat, ut de altero genere ſponſaliorum clandeſtinorum dicamus, nimirum, quæ clam & inſciis parentibus, aut iis, qui parentum loco ſunt, (quos κυρίους Græci nominant) verbis tantum contrahuntur. Nam ea prorſus inutilia & reſcindenda dicimus, cum ſubſiſtere non poſſint, etiamſi mille teſtes adfuiſſent cum conſtituerentur. Idq; quod Dei mandato æquitati & pietati, quæ parentib. & qui eorum loco ſunt debetur, repugnet maximè. Atq; de his ſponſalib. accipiendum ἀξίωμα Theologorum. Heimliche Verlöbniß ſollen ſchlechts keine Ehe ſtifften, ſcilicet propter contemptam authoritatem parentum. Huc congruit conſtitutio Regis Friderici II. Anno 82. edita.

§. 10. SUMMARIA.

1 *Sponſalibus clandeſtinis ſi acceſſerit concubitus quid dicendum?*
2 *Forma ſententiæ.*
3 *Vitians puellam furtum committere dicitur.*
4 *Proverbium Germanorum*: Wer ein Jungfraw ſchendet/ der ſtirbt keines guten Tods.
5 *Conſtitutio Regis Friderici II.*
6 *Conſtitutio Auguſti.*
7 *Forma ſententiæ.*
8 *Auctoris opinio.*
9 *Conſtitutio Regis Daniæ Friderici II.*

1 DIxi verbis tantum. Nam ſi † verba ad rem conferantur & concubitus acceſſerit, tunc quia res amplius integra non eſt, aliud dicendum. Nam hoc caſu vir qui fide de conjugio data mulierem compreſſit, eam ducere cogendus eſt, ſiquidem vitiatæ parentes conſentiant & eam illi dare velint. Exemplum eſt apud Theocritum *Idyl. 27.* ubi Daphnis ad concubitum puellam ſollicitans ei promittit conjugium idque juratus. Verba puellæ hæc ſunt: ὄμνυς μὴ

μ

Digit by G

μὴ λεκτρὰ λιπῶν ἀέκοισαν ἀπέλθῃς. Jura ô Daphnis ne post concubitum me invita relicta abeas Δᾶ ἐμὶ αὐτὸν τὸν πάνα: κὴ μὴ κὴ ἐθέλοις με διῶξαι. Non per ipsum Deum Pana si modo me sequi voles.

Sententiæ† forma.

VNser freundlich Dienst zuvor/ Ehrwürdige/Gestrenge/ Ehrneveste/ Hochgelahrte gute Freunde/auff die zu unterschiedliche eingebrachte Schrifften / N. Mutter an einem / und N. anders Theils / darüber jhr euch des Rechten zu unterrichten gebeten habet. Demnach unterrichten wir verordnete Commissarien des Consistorii zu N. vor Recht. Ob wol dem N. nicht gebühret ohne seiner Mutter Wolwilligung mit der N. sich in Eheverlöbniß einzulassen / und sich aus seiner Mutter Gehorsam zu ziehen / Derowegen auch von der weltlichen Obrigkeit auff etliche Tage mit Gefängniß mag gestrafft werden. Demnach aber/ sintemal nunmehr die Sachen nit rein/ sondern das beyschlaffen darauff erfolget / so ist auch die Mutter schuldig jhres Sohns Gewissen / damit es in rechter Anruffung Gottes nicht verunruhet / zu rahten / und jhre fürgewendte Ursach ungeacht/in solche Ehe zu willigen / oder zum wenigsten dieselbe nicht verhindern schüldig: Von Rechts wegen.

Idque æquitati maxime est consentaneum, quod vitium virgini illatum & pudicitia, quæ dos erat optima ei erepta, eaque ignominiæ & ludibrio omnium exposita sit. Ideoque ab eo meritò retineri debet, ut qui contra mandatum Dei & voluntatem parentum peccavit in pœna obedientiam præstet. Nam à vitiata omnes abhorrent, & qui eam ducere velit invenitur nemo ut testantur suavissimi versus Catulli:

Ut flos in septis secretis nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat sol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optavere puellæ:
Sic virgo dum intacta manet, tum chara suis, sed
Cum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris jucunda manet, nec chara puellis.

Hinc

Culpandum Mitionem qui iſtis criminibus conniveat. Cui Mitio æquiſſimus & humaniſſimus cenſor occurrit, uno verbo res compoſita eſt, fient nuptiæ. Dempſi omnem metum, hæc magis ſunt hominis, quaſi dicat, æquitatis & humanitatis legem poſtulare, ut qui virginem vitiavit eam ducat, neque hic inſpiciendum, dotata ſit vel indotata. Cum æquum ſit ut quod alteri quis ademit id reponat. Et quamvis factum excuſari non poſſit, tamen hominis eſſe in re mala remedium quærere, & ex duobus malis minus eligere. Quo ſpectant illa verba. Cæterum placet tibi factum Mitio. De. Non ſi queam immutare. Nunc cum non queo, æquo animo fero.

Ita vita eſt hominum quaſi cum ludas teſſeris,
Si illud quod maximè opus eſt jactu non cadit,
Illud quod cecidit forte id arte ut corrigas.

Huc facit quod qui virginem vitiavit ei dotem optimam eripuit & ſpoliavit eo, quod habebat pretioſiſſimum, & quo maximè bonis commodari poterat, & quod ſemel amiſſum poſtea recuperare nulla arte vel ratione poſſit. Ideoq; furtum † commiſiſſe dicitur. *Auth. de Lenociniis, Auth. ſed nove jure, C. de furtis. Nevizanus in ſylva nuptia.* Itaque ad inſtar actionis furti æquum eſt, ut ad ejus, quod abſtuleris, reſtitutionem teneatur is qui virginitatem eripuit, hoc eſt, honorem quoad ejus fieri poteſt. *Lutherus.* **Denn dieweil die Ehe ein öffentlicher Stand/ von Gott geordnet/ vnd nicht ein Winckelgeſchefft noch finſter Werck iſt. Vnd wer ſie im Winckel vnd Finſternis ſuchet / oder heimlich annimpt/ der iſt ein Ehedieb/ vnd hat ſie geſtolen/ vnd nicht redlich mit Gott vnd ſeines Worts gehorſam bekommen/ wie es doch ſolcher Stand geeignet/ libelle von Eöeſachen.** Adde quod ſi puella vitiata ab illo qui illi vitium intulit, deferatur, verendum eſt, ne palàm quæſtum facere incipiat, ut eſt natura hominum proclivis ad libidinem, & quod facillimum ſit puellam rerum imperitam, & eam quæ ſemel pudicitiæ limites egreſſa eſt, in fraudem impellere. Unde Poeta Ovidius *epiſt. Heroid.*

Fallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria, ſimplicitas digna favore fuit.

Item.

Sum decepta tuis & amans & fœmina verbis,
Dii faciant laudis ſumma ſit iſta tuæ.

Digitized by Google

Item Ovid. *in Heroid.*

Vel quia credulitas damno solet esse puellis,
Verbaq; dicuntur vestra carere fide.

Item:

At fuerat melius si te puer iste tenebat,
Quam tu nescio quas dicis habere faces.
More boni soliti spem non corrumpere fraude,
Exoranda tibi non rapienda fui.

Sed & ægritudo contumelia & injuria parentibus & tori familiæ illata ab eo, qui puellam illis inconsultis sibi sumpsit & vitiavit, alia ratione aboleri nequit, nisi ea ducatur. Quæ quanta sit ex eo conjecturam facere licet, quod parentes mortem patientius, quam dedecora & calamitates liberorum ferant. Refert Suetonius Augustum filiorum Lucii & Caii morte non fuisse fractum, filiæ autem stupra tam graviter tulisse, ut hominum congressu diu præ pudore abstinuerit, & de necanda filia cogitaverit. Et cum sub idem tempus una ex conscriis liberta Fœde nomine suspendio vitam finiisset, maluisse se dixerit Fœdes patrem fuisse. Quæ res facit ut parentes eam, à quo injuriam acceperunt nunquam persequi desinant, & sui ulciscendi causa nihil intentatum relinquant, ut semper in metu versari necesse sit eum qui filiabus & familiæ vitium & contumeliam intulerit. Atque eo periculo ut liberetur rectius fecerit, si eam quam quis compresserit ducat. Nam & experientia & historiæ omnium temporum testes sunt, quantum sæpe ex ea re mali ortum sit, ut recte ille apud Euripidem.

Stupra violenta neq; ad telam neq; fabulis
Unquam audivi habere felicitatem.

4 Idque vulgari Germanorum proverbio jactatur. Wer eine Jungfraw schendet/der stirbet keines guten Todts. Mars Halirothoum interemit quod filiæ vitium intulisset, isque ab Athenienſibus in Areopago absolutus est, ut refert Euripides in Electra, & Demosthenes contra Aristocratem. Refert Pausanias in Æsculapii æde fontem esse, ad quem Halirhothous interfectus sit, quod ejus filiæ Alcippæ vitium intulerat *lib.* 1. Verba in Electra hæc sunt.

Porro Martis est tumulus ubi primum Dii
Consederunt, ut de sanguine cognoscerent,

Cum

Cum Halirhothorum occidit Mars implacabilis
Ponti Regis filium, propter turpia filiæ ſponſalia.

Quamvis Lactantius per gratiam cædis crimine ab Athenienſibus liberatum ſcribat *lib. 1. c. 10.* Simeon & Levi Jacobi filii Sychemum qui eorum ſororem Dinam vitiarat interemerunt, & hoc factum excuſare conantur, ut ex illis verbis colligitur. An ergò ut ſcorto ſorore noſtra abuti debeat? Quamvis in eo modum inculpatæ tutelæ exceſſerint. Apud Terentium frater virginis Chæream qui eam vitiarat colligavit, & minatus eſt ſe id ei facturum, quod mœchis ſolet fieri. Et Hipomanes qui Atticæ imperavit filiam habuit forma & morum gratia præſtantem. Huic cum è civibus quidam vitium clam intuliſſet conjugio utriq; denegato adulterum equis diſcerpſit, filiam verò una cum equo in carcerem conjecit, & neutri cibum aut alimentum præbuit. Unde equus in rabiem actus puellam aggreſſus vivam devoravit. Author eſt Suidas *in nomine* ἱλαέιος, qui locum illum ſeu aream (nam domus poſtea deſtructa fuit) πάρεμπτον καὶ κόρῳ, hoc eſt, equi & puellæ denominat. Hinc Ovidius *in Ibin.*

Utq; novum paſſa eſt genus Hyppomeneja pœnæ.

In Arcadia dominabatur Tyrannus Ariſtomelidas. Is Tegeatide virgine cum potitus eſſet quomodo eam ad ſe cum præſidio adducendam Chremo cuidam commendavit. Puella antequam ad Tyrannum perduceretur ſibi mortem præ metu & pudore conſcivit Chronium Diana oblatis nocturnis viſis ad opprimendum Ariſtomelidam incitavit. Quod cum facinus perpetraſſet Tageam Chronius confugit & Dianæ templum dedicavit *Pauſanias lib. 8* De Scedaſi filiabus nota eſt hiſtoria à Plutarcho & Pauſania deſcripta *lib. 9.* Alcibiades vitium intulit uxori cujuſdam familiarium ſuorum, eamq; ſecum detinuit. Fratres mulieris rem indigne tulerunt, & domum in qua habitabant incenderunt, ipſumque per flammas ſeſe proruentem telis confecerunt. Plutarchus. Pontius Aufidianus pœdagogum qui filiam vitiaſſet ſupplicio affecit & puellam interemit. Ita ne turpes ejus nuptias celebraret acerbas exequias duxit. *Valerius Maximus lib. 6. c. 1.* Idem fecit P. Attilius, Philiſcus qui & ipſe filiam vitiatam interemit, ut & Appius Claudius Regillanus filiam virginem ne decemviri libidini ſervire cogeretur. Livius. Et patrum noſtrorum memoria in Hiſpania Tarraconenſi duo fratres cum ſororem

uterum ferre comperiſſent, quam virginem credebant dolore quoad peperiſſet diſſimulato ſimul atque peperiſſet eam gladiis in ventrem adactis in conſpectu obſtetricis contecerunt. *Vives.* Nec cauſabitur is, qui virginem vitiavit, eam ſibi invito obtrudi, cum ipſe ſua voluntate cogatur & pœnas luat commiſſi facinoris. Cui recte objici poteſt, quod apud Plautum Callicles Dejurancho exprobrat.

Tute haud manſiſti ut filiam darem tibi, tute ſumpſiſti.
Nunc habeas ut nactus.

Item:

Tibi quod intriſti exedendum eſt, ſicut vetus verbum jubet,
Compedes quas fecit ipſus ut geſtet faber.

Item Ovid. *in ep. Heroid.*

Improbe quid gaudes, aut qua tibi gloria parta eſt,
Quidue vir eluſa virgine laudis habes?

Quæ ſi alicui hæ rationes non ſatisfaciunt eum ad legem Moiſis ablegabimus, qui eadem & duriora præcepit *Exod* 22. Et *Deuter.* 22. Nimirum ut qui virginem vitiaſſet & duceret. Quam legem cum indiſtincte loquatur, ego ita accipiendam exiſtimo, ut ſive conjugium promiſiſſet vel non promiſiſſet nihilomin9 eam ducere coactus fuerit, ea tamen conditione, ſi parentes eam illi locare vellent. Nam in ipſis ſitum erat conjugium vel probare vel dirimere. Quamvis Philo hanc legem interpretatur & exiſtimat in ejus fuiſſe poteſtate, qui vitiaſſet vel ducere vel dotare. Verba Philonis hæc ſunt. Si quis vitiaverit puellam, ducatur ad judices: tum ſi pater puellæ ſuperſtes ſit agat cum vitiatore de ſponſalibus, quæ ſi ille recuſarit mulctetur pecuniis in dotem puellæ nupturæ alteri. Quod ſi aſſenſerit ſine dilatione ducat eam aſſignata dote nihilominus nec ei tergiverſari vel cunctari liceat vel ſuamet cauſa. Sin autem orbata patre fuerit, judices percontentur pariter de voluntate ducendi, & ſive aſſentiatur ſive renuat idem jus ſervetur, quod patre vivente ſervatum fuiſſet. Et ita Judæi hæc verba accipere videntur *præcepto affirmativo* 53. *Vide Riccium.* Cui interpretationi ſubſcribere non poſſum cum ea prorſus repugnet verbis Moiſis quæ copulativa & tam clara ſunt ut nullo pacto eludi poſſint, nimirum virgo ducatur & dotetur, *Deut.* 22. Hebræi vero in ſuis Pandectis hæc addunt, ut ſi quis vi vel violenter mulierem compreſſiſſet eam ducere cogatur, etiamſi cœca ſit vel

clauda

Digitized by Google

clauda his verbis [*hamanneff eth hoiſcho ſchotheh baczizu afilu hie chigereth ou ſumo coſin autho lecorſſoh uzinthoh thoroh ſcheenno mozioh leelom ſchenemar lo juchal leſchalleh col jomou*] id eſt, is, qui mulierem ad concubitum coegerit etiamſi lauda vel cœca fuerit eum cogunt vel ligant ut ducat. Et præcipit lex eam nunquam repudiandam eſſe. Eadem fuit lex Byzantiorum ut refert Achilles Statius, ut ſi quis virginem rapuiſſet vimque illi attuliſſet eam ducere cogatur. Rex autem Fridericus II. † ſtatuit, ut ſi quis virginem vel viduam rapuerit capite plectatur. Sin verò capitis pœna magiſtratus liberet raptorem, eam, quam ni compreſſit ducere cogitur: ſiquidem parentes aut tutores conſenſerint; ſin verò eam illi dare nolunt de conſilio cognatorum & affinium ſatisfaciat de facultatibus ſuis & cum illis tranſigat. Conſtitutio pene ſimilis legi veteri cujus Seneca meminit ut rapta raptoris mortem eligat aut nuptias. Sin autem plures quis rapuiſſe deprehenſus fuerit, & nullam duxerit, capite pœnas luat, aut ſacco inſutus Neptuno tradatur. Atque legem Moſis tanquam pietati maximè cónſentaneam in jus canonicum retulerunt Pontifices *cap. 1. de adult. & ſtupro.* Sed & hoc addunt, ut ſi uxorem nolit is, qui vitiavit, in monaſterium detrudatur, pœnitentiam acturus, nulla ei egrediendi relicta poteſtate. Et hanc pœnam dotis datione non evitari. Imò etiam ſi dotem dederit in corpore puniendum ſentit Panormitanus. Athenienſes ut multa alia, ita & hanc legem à Moiſe acceptam in ſuam Rempublicam invexerunt, ut qui virginem vitiaſſet eam duceret. Idque non obſcurè ex Terentio colligitur, apud quem ita Davus loquitur.

Jam ſuſurrari audio civem Atticam eſſe hanc,
Itaq; coactus legibus eam uxorem ducet.

Item:

Domus, uxor, liberi inventi invito patre,
Adducti qui illam civem dicant vicerit.

Item:

Vbi ſcit factum, ad matrem virginis venit
Ipſum ultro lacrumans, fidem dans ſe illam ducturum domum.
Ignotum eſt, tacitum eſt, virgo ex eo compreſſa gravida eſt.

Act. 5. ſcen. 9. Item ex Plauto demonſtratur apud quem Lyconides qui Euclionis filiam vitiarat ita loquitur.

Nunc te obtestor Euclio,
Ut quod ego imprudens peccavi erga gnatam tuam
Mihi ignoscas, eamq; mihi uxorem des ut lex jubet.

Et in Truculento Dimarchus Callichis filiam à se vitiatam ducit. Æschines puellam cui fide data vitium intulerat ducit, sed tamen patrem orat, ut ducere eam sibi liceret. Pamphilius item Glycerium, quàm vitiarat, quamvis ei aliam pater desponderat Chremetis scilicet filiam. Imò statim ubi Crito demonstravit eam civem esse Atticam, pater Pamphili non adversatur, sed voluntate facit, quod legibus facere tenetur, idque ostendunt illa verba: Jamdudum res ipsa me reduxit in concordiam. Idem indicant verba *Act. 5. scen. 1.* ubi Chremes negat se filiam daturum, quod res non ferat, quod civis Attica sit Glycerium & vitiata à Pamphilo, ideoque ducenda. Illam civem esse, ajunt, puer natus est, nos missos face. Chærea item Pamphilam ducit vitiatam à se, postquam inventa esset civis Attica. Quo spectant Phormionis verba.

Itane tandem quæso? itidem ut meretricem ubi abusus sis,
Mercedem dare lex jubet atq; amittere,
Ut ne quid turpe civis in se admitteret,
Propter egestatem proximo jussa est dari,
Ut cum uno ætatem ageret, quod tu vetas.

Item:

Hic meus est amicus, ille genere proximus,
Huic leges cogunt nubere hanc.

Adelph. 4. scen. 5. Loquitur autem Phormio de lege Athenienſium, qua cautum fuit, ut puellam pauperem orbam duceret aut dotaret is, qui genere proximus esset, cujus etiam Demosthenes meminit *in oratione* πρὸς μακάρτατον pupillarum aliquam, quæ in proletariorum ordine sit, si habere voluerit genere proximus dote data elocato patricius 500. drachmis. Et *oratione in Neæram.* Nunc enim tametsi aliqua paupercula est, dotem satis magnam lex confert si mediocrem duntaxat à natura formam accepit, quam etiam latè explicat Plato *lib. 11. de legib.* Etsi autem viri quidam docti literis prodiderunt, lege Athenienſium cautum fuisse, ut qui virginem vitiasset eam duceret aut dotaret, id tamen nulla veterum authoritate probari potest. Imò lex Athenienſium à lege Moisis non discrepat,

nam

Digitized by Google

nam utraque vult ut quam quis vitiavit eam ducat. Idem innuit Apulejus *lib. 6.* Jovem loquentem inducens. Puellam elegit & virginitate privavit, teneat, possideat amplexus Psychen. Interim tamen hæc lex paulatim in desuetudinem abiit, vel quod durior videretur, vel quod virorum libidini leges indulgeant, & quidem magnatum, qui hæc pro deridiculo & delectamento habent, & pro suo arbitrio leges figunt atque refigunt. Philo cui lex Moisis durior videbatur, copulativam conjunctionem in disjunctivam transformavit, hoc est, ut qui vitiavit, aut ducat aut dotet. Idque posteriores Græci secuti sunt, *ut ex Harmenopul. lib. 6. T. 4. fol. 240. & libro βασιλικῶν 60 T. 37. constat.* Nam qui cum puella rem habuit insciis parentibus, re patefacta si eam ducere voluerit, & parentes consentiant id pro matrimonio habendum, sin alterutrius parentes dissentiant is qui vitiavit puellæ libram auri det. Sin tenuis est fortunæ solvit semissem. Sin plane inops est, cæsus ac tonsus relegatur. Atq; eam tanquam æquam & rationi consentaneam aliæ gentes in suam Rempubl. invexerunt. Daß einer der keine Nothzucht begangen/der Jungfrawen den Krantz bezahlen oder sie ehelichen muß / *Augustin constit. 27. part. 3* cujus hæc † sunt verba. Da eine ledige Mannsperson eine Jungfraw oder vnberüchtigte Witwe beschläfft / vnd er (wie doch billich geschicht) zur Ehe nicht nehmen wil/ so sol er sie jhres Standes vnd Herkommens nach *dotiren*, vnd da sie von jhm Leibsfrucht hat/ dieselbige auff gerichtliche Ermessung *alimentiren*, vnd darüber mit zeitlichem Gefengnis gestraffi werden/ wie solches den Rechten gemeß ist. Qua in re † ita pronunciari solet à Scabinis Lipsensibus. Auff den Fall/ so jhr vberschicket / sprechen wir Doctores, daß ewer Sohn vmb die begangene Jungfraw Schwechung / derselben geschwechten eine Mitgifft/ so hoch die jhr Vater nach seinem Vermügen hette außstatten können / außzurichten/ vnd für jhre Ehre zugeben verpflichtet. Nach dem aber so viel die Gericht antrifft / dieser Fall peinlich gestraffet werden / nemlich an Personen niedriges Wesens mit Staubschlagen vnnd Verweysung / an Personen aber ehrliches herkommens / mit Vertheilung des halben Theils jhrer Güter / so stehet es bey den Gerichten / ob sie wollen aus Gnaden die peinliche Straffe zu Geltbusse verändern / auff den Fall muß sich ewer Sohn in eine willkührliche Straffe oder Geltbusse / dazu jhn die Obrigkeit lassen wil / begeben / aber doch so er

6

7

der

der Geſchwechten eine Mitgabe außrichte / ſo muß die Geltſtraffe deſto ringer angelegt werden / von Rechts wegen.

Sed ut ut ſit certum eſt legem Dei æquiſſimam & inter Chriſtianos ſervandam eſſe, quæ mandat, ut eam, quam quis vitiavit, ducat, etſi ad leges Imperatorias & aliarum gentium conferatur longè meliore jure & ratione niti videtur ut dolendum ſit eam inter Chriſtianos in deſuetudinem abiiſſe, qui dum arbitrio ſtupratoris permittunt, ut eam, quam vitiavit ducat aut dotet, laxant frena libidinibus, & ea peccand iquodammodo impunitate efficiunt, ut in una aliqua civitate & ea quidē exigua ſingulis annis centenas liceat numerare puellas, quib. ſtuprū illatum eſt, & præſertim in illis locis ubi exigua mulcta imponitur ſtupratoribus vel 10. vel duodecim aureorum. Quæ tantum abeſt, ut homines à peccando avocet, ut pecunioſi eam pro deridiculo & delectamento habeant. Quis enim tàm erit inops, quàm ab hoc crimine 10. aurei deterreant, quemadmodum de Neratio narrat Gellius. Nam cum lege 12. tabul. cautum eſſet ſi quis injuriam alteri faxit 25. æris pœnæ ſunto, L. Neratius homo improbus & petulans pro delectamento habebat os liberi hominis manus ſuæ palma verberare. Eum ſervus ſequebatur crumenam plenam aſſium portans, & quemcunque depalmaverat ei ſecundum 12. tabulas 25. aſſes numerari jubebat. Itaque ſic ſtatuendum legem Moſis omnium eſſe æquiſſimam, ut quæ nobis oſtendit, quid Deus velit & quid probet. Eam autem, quæ huic ſucceſſit & poteſtatem arbitriumque tribuit ſtupratori dotandi vel ducendi minùs æquam: ſed tamen quia recepta ſit ferendam. Iniquiſsimam autem, quæ aſsibus aliquot ademptam pudicitiam & honoris jacturam ſarcire jubet ideoque explodendam. Et hic verba Eraſmi adſcribere operæ pretium eſt. Qui malis artibus virgines ſimplices illexerunt ad ſtuprum, deberent quidem bonorum virorum ſuaſu ducere quas vitiarunt: ſaltem ad elocandum cum dote etiam legibus cogi oportuit. Cur hic adeo ceſſant Chriſtianorum leges? Quia hic magnatum luſus eſt, quorum arbitrio leges rogantur & abrogantur. Atqui non ceſſabit lex divina quæ ſaltem apud Chriſtia-
9 nos plus valere debet quam lex humana. Conſtitutione † Regis Friderici II. cautum eſt, ut ſi quis puellam uxorem expetiverit vel per ſe vel per alium, & antequam ſponſalia fiant, vel reſponſum acceperit

ceperit eam vitiarit cogendum esse cum ut ducat, siquidem parentes aut tutores illi locare velint.

§. II. SUMMARIA.

1 *Refutatur opinio eorum qui vitiatam ducendam nolunt.*
2 *Auctor distinguit.*
3 *Stuprum inter atrocia delicta relatum apud Romanos.*
4 *Pœna stupri.*
5 *Constitutio Regis Friderici.*
6 *Laudantur constitutiones quibus quis vitiatam ducere cogitur.*
7 *Parentum auctoritas ante nuptias contractas imprimis spectanda, ubi autem matrimonium semel cojerit & consummatum est non perinde spectatur.*

SEd hoc loco à quibusdam nobis occurritur, sponsalia vel matrimonia insciis parentibus inita, † jure non subsistere propter authoritatem parentum spretam, & quod legitimus desit consensus. Nam qui sui juris non sunt, consentire non intelliguntur. Sed hic, meo † judicio, destinguendum est inter filium familias & filiam-famil. quod utriusq; sexus longe diversa sit ratio. Nam si filius familias insciis parentibus virginem vitiaverit, & fidem dederit, se eam ducturum, merito ducere cogendus est propter delictum admissum, & contumeliam virgini & familiæ illatam. At parentum hic deest auctoritas, quæ tamen in sponsalibus & nuptiis ante omnia requiritur? Deinde si hoc concesserimus, nemo non videt fenestram ad omnia flagitia aperiri, & technam, qua semper authoritatem parentum licebit eludere. Nam id concubitus beneficio consequi licebit, & per indirectum, quod alias jure vetitum est & illicitum. Respondeo, patriæ potestatis varios & insignes esse effectus, quos ubiq; Doctores explicant, eos tamen non ita late patere neq; extendi posse, ut alteri ejus prætextu iniqua conditio vel damnum inferatur. Multo minùs ut peccata liberorum abolere, illisq; scelerum impunitatem concedere possit. Imò in filios familias delinquentes non minus quam in illos, qui sui juris sint animadvertitur, præsertim in delictis majoribus quale est stuprum virgini illatum. Idque inter atrocia delicta relatum fuisse apud Romanos, ostendit Terentius his verbis.

1

2

3

An parum tibi videtur virginem vitiare civem

Item.

Virginem vitiasti, quam te jus non fuerat tangere.
Jam id peccatum primum magnum & humanum tamen,
Fecere alii sæpe etiam boni

Et Plautus. Dum te abstineas nupta vidua virgine juventute & pueris liberis ama quod libet, eo ipso innuere volens illa peccata maxima esse. Sed & benæ gravitate hujus delicti magnitudo æstimari potest, quæ apud omnes gentes maximæ sunt. 4 Et ut † antiquissima consectemur lege Solonis, qui virginem vel viduam vel nuptam persuadendo sive vi corrupisset pœnas capite luebat. Qui per vim corruperat, infamia notabatur laceratis natibus: idque quod vi corrumpens corpus tantummodo, at persuasor corpus & animum corrupisset, ut qui sibi uxorem alterius obsequentiorem reddidisset quam suo marito, *ut refert Lysias in oratione defensoris.* Jure Mosaico & Athenienſi, *ut suprà explicavimus*, is qui virginem stupravit ita punitur, ut vitiatam ducat, neq; hic spectatur an ejus parentes consentiant an non. Sed hoc tantùm an vitiatæ parentes eam illi locare velint. Jure civili stuprum ita punitur, ut si humilis sit persona corpore pœnas luat & relegetur: sin egregia & honesta sit persona, dimidiam partem bonorum amittat § *ultim. de publ. judic. l. ult. C. de incestis nuptiis.* 5 Consimilia † statuit Rex Fridericus, ut qui virginem unam vitiavit mulctam persoluat pecuniariam. Sin plures ut capitis pœna plectatur, vel alia gravissima exemplum in eum edatur, quo alii ab ejusmodi delictis deterreantur. Et *libro βασιλικῶν 60.* stuprator puellæ si eam parentes illi dare nolint, libram auri unam, si egentior dimidiū substantiæ suæ, si pauper omnino, cæsus & tonsus relegatur, § *5. Harmenop. libr. 6. T. 4.* Imò pœnam huic crimini decem millium constitutam fuisse, Quintilianus author est *lib. 7. cap. 5. in fine.* Verba hæc sunt. Aliquando in controversiam venit, qua quis lege puniendus vel honorandus sit. An stuprator decem millia dare debeat, quæ pœna huic crimini constituta est. Et narrat interpres *βασιλικῶν* Romanum cuidam Himerio, qui senatoris filiam vitiasset, eiq; nuptias prægnanti promisisset, injuriæ & contumeliæ nomine quam patri intulisset 150. aureorum pœnam statuisse, filiæ verò 220. & redegisse omnem pœnā in libras quinq;, *eodem libro 60. T. 37.* Capitolinus *in Opilione* narrat. novo sup-

vo ſupplicii genere eum milites qui ancillam hoſpitis vitiaſſent affeciſſe, nimirum illis inſertis in boves miræ magnitudinis apertos ita ut capita prominerent & inter ſeſe colloqui poſſent, ita & in eum qui virginem Deo dicatam vel Veſtalem vitiaſſet ſeveriſſime animadvertebatur. Nam virgo ſtata die ſub effoſſa humo ad portam Collinam in loco cui ſcelerato nomen erat, vivam defodiebant, virginis verò ſtupratorem in comitio cædebant ad necem. Probrum virginis Veſtalis, ut capite puniretur vir, qui eam inceſtaviſſet verberibus necaretur. Lex fixa in ærio libertatis, ait Feſtus, cum multis aliis legibus incendio conſumpta eſt. *Livius & Alexander ab Alexandro.* Ex quibus efficitur etiam in facti ſpecie propoſita filiumfamilias ob ſtuprum illatum & delictum admiſſum pœnam luere debere, ut eam quam vitiavit, ducat, honoremq; ei quoad ejus fieri poteſt, reſtituat. Eamque ſi cum aliarum gentium legibus & pœnis huic crimini conſtitutis conferatur, mitiſſimam eſſe. Quis enim non malit ſibi eam uxorem dari, quam ante adamavit, quam fuſtibus cædi, tonderi, relegari vel dimidiæ partis bonorum jacturam facere, & infamiam ſubire. Et quamvis quidam contra ſentiunt, & in eo diſputant iniquum eſſe, ut irriſi parentes pejore loco ſint ea perſona, quam alius ludibrio habuerit & vitiaverit. Neq; inter ſeſe injurias conferendas, ut ejus conditio potior ſit, cui major eſt illata injuria, ſed illud potius inſpiciendum, ut jus ſuum adverſus nocentem obtineat. Reſpondeo hic in controverſiam non venire, utrius injuria major ſit, parentumne an puellæ deceptæ, neque ſpectaſſe veteres legislatores, ſed ne impune peccarent homines & delicta graviſſima committerent, cum impunitas delictorum maxima ſit peccandi illecebra, ut Cicero loquitur. Ideoque caviſſe ut vel pœnas corpore lueret ſtuprator, ut qui fructuarium meritus ſit vel puellam duceret, & hac ratione honor puellæ ademtus, quoad ejus fieri poſſet reponeretur. Ea fuit Moiſis & Athenienſium intentio & mens. Et quamvis lex Moiſis ad nos non pertinet, tamen in eo conſpicitur quid Deus velit, quid approbet, & pro æquo & bono habendum cenſeat. Itaque recte Clemens. Leges, quæcunque veræ ſunt & de Deo opiniones tibi ab Hebræis ſuppeditatæ ſunt. *In exhortatione ad gentes.* Nec enim ulla lex æquior juſtior aut honeſtior eſſe poteſt, quam à Deo fonte omnis boni & ſapientiæ latæ, ut Chriſtiani in cauſſis & controverſiis

dirimendis magis Dei quam aliorum legislatorum aut hominum le-
6 ges sequi debeant. Ideoq; † nec hodie in (qua videri debent jura & constitutiones, quibus quis ad eam ducendam impellitur, quam fide de conjugio data vitiavit, etiamsi parentum non accessit consensus, cum Dei authoritate & æquissimis rationibus nitantur, *ut suprà latissime explicatum est.* At parentum nulla culpa est, ideoque jus patriæ potestatis eis illibatum manere debet, cujus vigore ipsis sponsalia & matrimonia promissa dirimere licet? Respondeo filii peccatum est maximum, qui virgine abusus est, ideoque punitur & quidem pœna æquissima & levissima. Cujus si aliqua pars ad parentes redundat, ut qui nuptias se insciis contractas tolerare coguntur ut poterunt, æquo animo ferent. Quid enim si filius vel hominem occidisset, vel falsum crimen læsæ majestatis, furtum, simileve delictum commisisset, & capite pœnas daret? Certe non tantùm jure suo, sed etiam ipso filio privarentur parentes, idque ob delictum commissum quod patria potestas abolere non potest. Atque ea quidem potestate uti debuerant parentes in filio regendo ante promissum matrimonium & commissum delictum, cavereque ne filiæ in aliena potestate existenti vitium inferret, & pudicitiam eriperet. Id cum ipsi neglexerint, sibi imputent, si quid ex ea re ad eos incommoditatis redit, quod scilicet filius eam, qua ad libidinem abusus est, retinere & sibi habere cogatur. Atque ea quidem incommoditas si ad eam, quæ virgini illata est contumeliam conferatur, vel levissima est, vel nulla, cum illa pudicitiæ jacturam fecerit, parentum autem authoritas tantùm læsa sit; quorum est hanc mulsitare injuriam, & condonare. Nam ut ille apud Terentium: Pro peccato magno parum supplicii satis est patri. Adde quod † parentum authoritas ante nuptias con-
7 tractas imprimis spectanda est, hoc est, in sponsalibus. Ubi autem matrimonium semel cojerit & consummatum est, non perinde spectatur. Hoc enim jure utimur, ut ait J C. ne benè concordantia matrimonia jure patriæ potestatis turbentur, *l. 1. §. 3. de libro exhiben.* Deinde si eorum sententiam sequamur, qui sentiunt filiumfamilias in potestate patris existentem, non cogendum ad eam ducendam, quam fide de conjugio data vitiavit, hoc absurdi sequitur, cum qui sui juris est ducere cogi, filiumfamilias non ducere cogi. Itaque alter delicti commissi pœnas luit meritas, alter verò impune

impune virgine abuteretur. Quo nihil dici potest iniquius aut excogitari absurdius? Atque ita sentiunt omnes etiam recentiores Theologi. *Chytreus fol. 378. in 18. Levitic. Lutherus & Hemmingius.*

§. 12. SUMMARIUM.

Quid si paupercula sit vitiata & is qui vitium intulit dives sit?

SEd quid si puella sit tenuioris fortunæ, paupercula; & is qui eam vitiavit, & matrimonium promisit dives? Respondeo nihilominus ducendam, cum jura hoc casu nullum inter divitem & pauperem discrimen constituant, neque προσωποληψία hic locum haberet debeat, modo dolus absit. Nam si parentes ferunt & connivent, ut filius hac ratione divitis alicujus filiam nanciscatur, etiam connivere & ferre debent, si pauperculæ filiam vitiatam ducere cogatur. Sin autem dolis & fallaciis, quas parentes pararunt circumventus sit adolescens, & filiam vitiaverit, ad eam ducendam minimè cogendus est. Neque enim dolus & fraus cuiquam patrocinari debent. Et digni sunt parentes, qui fallaciæ & doli pœnas dent, & πρὸς τ' ἄϊχεσιν ἄλγεα πάσχειν, *ut habet versus Hesiodi.* Et ut compedes, quas fecit ipsus ut gestet faber. *Et ita Lutherus sentit.*

§. 13. SUMMARIA.

1 *Quid si nobilis ignobilem vitiavit fide de conjugio data.*
2 *Gens Saxonica quatuor habuit ordines hominum.*
3 *Auctoris opinio.*

SEd quid † si nobilis ignobilem, summo genere prognatus plebejam vel humili loco ortam sibi sumpserit, & fide de conjugio data cōpresserit? Et quidem populi qui sapientiæ laude claruerunt, hoc est, Athenienses & Romani in matrimoniis conjungendis, dignitatum, familiæ, originis, sanguinis & gentis rationem & respectum habuerunt. Nam qui civem Athenis vitiasset, eam uxorem habere cogebatur, secus si peregrinam. Quo spectat illud Terentii *Act. 1. Scen. 1.* Pro uxore hanc habere peregrinam. Et Demosthenes *in Neeram.* Si quis Athenienſis, inquit, peregrinam pro sua eloca- 1

verit, is infamia notabatur, & res ejus familiaris publicabatur. Apud Romanos olim inter patres & plebem nullam poterant jungi connubia. Sed postea post longas altercationes, lata est à C. Canulejo Tribuno plebi rogatio connubii promiscui plebis cum Patriciis, *ut refert Livius Decad. 1. lib. 4. Sigonius de veteri jure civium Romanorum.* Atque eo spectabat lex Julia de maritandis ordinibus, quæ inter alia prohibebat, ne senatores liberique eorum libertinas, & quæ ipsæ quarumve parentes artem ludicram fecissent, ducerent. *l. qui Senator, de rit. nupt.* Ita & Judæi non nisi inter se inibant conjugia. Nam Deus disertis verbis prohibuerat, ne alienigenis miscerentur, cum eos Deus selegerat & veluti peculio suo adscripserat. *Deuteronom. 7. cap.* Ita & apud Hebræos & Athenienses puella ἐπίκληρος, id est, patrimonii heres, fratris expers non nubebat, nisi ex eadem tribu & cognatione. *Num. cap. ult. & Demosthenes Isæus.* Idque etiam apud
2 alias gentes barbaras usitatum fuisse historiæ testes sunt. Gens † Saxonica quatuor habuit ordines, nobilium scilicet, liberorum, libertorum & servorum, & lege lata prohibebantur inter sese commisceri. Imò si nobilis ignobilem duxisset, vel contra servus vel liber nobilem vel etiam quæ sui non esset ordinis, morte pœnas luebat, ut ex legibus Saxonum colligitur, & notavit Abbas Ursper-
3 gensis. Quibus rationibus † motus statuo nobilem ad eam ducendam cogi non posse, quam ipse fide de conjugio data compresserit, si plebei & humili loco prognata sit, si quidem lege vel consuetudine regionis nulla sint inter nobiles & ignobiles seu plebejos connubia. Et sibi imputet puella, quæ nobili sui copiam fecit, quem sciebat se maritum habere non posse. Aliud statuendum existimaverim, si connubia inter plebejos & nobiles consuetudine sint invecta & usitata. Quod tamen latiùs expendendum censeo, atque hic pedem figo. Ergo hæc statuatur conclusio, sponsalia absque parentum consensu etiam inita non secuto concubitu, & quando res est integra, & in potestate parentum sita, prorsus inutilia esse, secus si accedat concubitus vel nuptiæ subsequantur. Et si quidem adolescens negaverit, sese fidem dedisse & conjugium promisse, ad jusjurandum confugiendum esse, quo se ille purgare debet. Quod tamen latius infrà, ubi de juramento agemus expendendum erit, quod alii aliter sentiant. Et hactenus de filiofamilias nunc de filia dicendū est.

§. 14. Sum-

§. 14. SUMMARIA.

1 *An pater adolescenti qui filiam ejus vitiavit fide de conjugio data dare teneatur, & si velit pater non cogi possit?*

2 *Auctor sententiam suam exemplis veterum probat.*

3 *Canonici juris interpretum opinio rejicitur.*

4 *Concordantia matrimonia dirimenda non sunt, etiamsi absq; parentum consensu contracta non sunt.*

DE qua primum quæritur † an pater adolescenti, qui filiam ejus vitiavit, fide de conjugio ultrò citroque data dare teneatur, & si nolit pater, eam sibi ille contra ipsius voluntatem habere possit? Respondeo. Etsi non nisi ex maxima & gravissima causa parentes intercedere, & ejusmodi matrimonia promissa disturbare convenit, & puellæ rectius consultum sit, si illa illi locetur, tamen si obstinate repugnent parentes & causas dissentiendi habeant, eam ille uxorem habere non potest. Quid enim si vilissimæ conditionis sit homo qui filia abusus est, ut agaso, bubulcus, equiso, fornacarius vel quem parentes semper oderint: Quid si filia vitiata illi nubere nolit qui ea abusus est, ut sæpe factum scimus? Apud Tacitum *lib. 20.* quidam Octavius Pontiam Posthumiam stupro cognitam & nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecit. Et cur sic sentiam ratio est, quod vitium mulieri illatum illam patria potestate non liberat. Nam & vitiata patri & matri honorem exhibere debet, juxta quartum præceptum. Itaque *libr. 60. βασιλικῶν* rectè traditur in potestate esse parentum, an vitiatam ei dare velint qui vitiaverit. Quod & expresè Harmenop. tradit *lib. 6. T. 4.* Idque juri divino est consentaneum, *Deuteron. 7.* Quo jure etiam patri optio datur vitiatam dare vel non dare, ut videre licet *Exod. 22.* his verbis Si pater mulieris eam illi dare noluerit pecuniam solvat, juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt, Et *Num.* 0. scribitur. Mulierem non obligari ex voto nisi pater consenserit. Et hæc nostra sententia exemplis & moribus veterum comprobatur. Sichem petit Dinam vitiatam à patre Jacob, promittit dotem & donationem propter nuptias. Atque eam rem agit Hemor pater Sichemi, pater verò eam illi dare non vult. *Zonaræ T. 1.* Apud Plautum Lysiteles virginem, quam compressit ab Euclione patre petit, Dinarchus item

1

2

item à Callicle filiam petit, & quidem ægrè impetrat, ut ex his verbis colligitur.

Call. *Ubi eſt ù homo quem dicù?*
Din. *Adſum Callicles, per tua obſecro genua,*
Ut tu iſtud inſapienter factum feras, mihiq; ignoſcas,
Quod animi impos vini vitio fecerim. Call. *non placet*
In vinum quippiam conferri, quod loqui non poteſt.
Nam vinum ſi fabulari poſſet ſeſe defenderet.
Non vinum moderari ſed vino ſolent, qui quidem probi ſunt, verum
Qui improbus eſt, ſive ſubibit, ſive adeo caret temeto,
Tamen ab ingenio eſt improbus. Din. *Scio*
Equidem quæ nolo multa mihi audienda obnoxia,
Ego me tibi obnoxium eſſe fateor culpa compotem. S. mi
Callicles vide quæſo ne facias injuriam, reus ſolutus
Cauſſam dicit. Call. *eamus in jus,*
D. *quid vis in jus me ire? tu es prætor mihi,*
Verum obſecro ut tuam gnatam des uxorem, Callicles.
Call. *Eundem quidem ſtulte judicaſſe iſtam rem intelligo.*
Nam haud manifiſti, ut ego darem illam, tute ſumpſiſti.
Nunc habeas ut nactus. Verum hoc ego te mulctabo bolo
Sex talenta magna dotis demam pro hac inſcitia,
D. *bene agis mecum.*

3 Juris tamen Canonici interpretes contra ſentiunt, nimirum inter has perſonas indiſſolubile eſſe matrimonium, neque hic poſt concubitum ampliùs ſpectandam parentum authoritatem. Sed tamen ſi rem ad amuſſim examinare voluerimus, vix eſt ut hæc ſententia defendi poſſit. Argumenta autem quibus nituntur hæc ſunt *1. ex c. ſufficiat 27. q. 1.* Ubi hæc verba referuntur, ſufficere ſolum conſenſum ſecundum leges. Sed nos ſuprà oſtendimus his verbis non excludi parentum conſenſum. Nec ad rem facit dictum Chriſti *Matth. 19.* Dimittet homo patrem & matrem & adhærebit uxori ſuæ. Item quos Deus conjunxit. Nam negamus Deum authorem eſſe conjunctionis quæ contra ipſius mandatum parentum pietate ſpreta & puellæ pudicitia læſa coiit. Nec enim facta impia fallacium hominum cœlicolis placent, *ut Catulli verbis utar.* Itaque nec ea conjunctio matrimonium cenſendum eſt. Interim tamen rectiùs fecerint parentes,

tes, & filiæ rebus consuluerint si filiam accedente promissione de conjugio ei, qui eam vitiavit, locaverint, eaq; in re sese faciles præbuerint, quemadmodum veteres factitasse, ex us, quæ suprà commemoravimus, constat. Sed ea res arbitrio & æquanimitati parentum relinquenda est, qui pro sua erga liberos φιλοστοργίᾳ, id quod ex usu liberorum esse videbunt, statuent & permittent, qui tantum abest, ut in his rebus duriores sese exhibeant, ut indulgenria plerunq; peccent. Ut recte Seneca dixerit *lib. de benisi.* Huic rei non imposuimus legem, tanquam satis natura cavisset, quomodo nulla lex amare parentes, indulgere liberis jubet. Supervacaneum est in jus naturæ impelli. Et ita Lutherus sentit his verbis: Ich riethe/man liesse jhm die Dirne folgen/vnd nicht in dem Schimpff vnd Gefahr schweben. Nisi maxima & grauissima caussa subsit, quæ parentes deterreat. Canonistarum autem sententiam ita demum veram existimaverim, si post concubitum nuptiæ publice & solennitur factæ, benedictio subsecuta, & mulier in viri domum traducta sit, ut tum matrimonio rite consummato parentes conjugii dirimendi potestatem non habeant. Nam cum publice in matrimonium convenerint, in eoq; una vivant, eos dirimere fas non est. Quod etiam Luthero placuisse video. Nec ab his discrepat jus civile. *Paulus lib. 2. sentent c. 20. scribit.* Etsi parentum consensus desit, tamen ejusmodi nuptias non solum propter utilitatem publicam, sed etiam propter concordiam conjugum dirimenda non esse. Eorum, inquit, qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur, sed contracta non solvuntur. Contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur. Idem tradit Ulpian. *l. 1. §. 3. de lib. exhiben.* ubi quærebatur an filiam quæ sine patris consensu nupsit, pater possit ex mariti sui domo abducere, significati ad patrem summo jure facere posse, verum tamen certo jure utimur, inquit, ne benè concordantia matrimonia jure patriæ potestatis turbentur. Quod tamen sic erit adhibendum, ut patri persuadeatur, ne acerbe patriam potestatem exerceat. Et apud Senecam accusatur Creon, quod conjugium solveret his verbis. Culpa Creontis est tota, qui sceptro impotens conjugia solvit, quiq; genitricem abstrahit natis, & arcto pignore adstrictam fidem dirimi peratur solus hic pœnas luat. *in Medea fol 161.* Matrimonium autem ut supra ostendimus, ex eo tempore quo uxor in nuptiis tradita, accepta

& possessa esset, veteres æstimasse suprà latè demonstravimus: idque minime dirimendum esse. Idq; apud veteres obseruatum esse ostendit tota antiquitatis historia. Artoxerxes uxorem, quam jussu parentum egregiam & formosam duxerat, repudiare noluit. Imo iis invitis retinuit. Cum enim Rex fratrem mulieris necasset & ipsum quoque vellet interficere, matri supplex factus multis lachrymis tandem impetravit, ut vivere ei & secum esse permitteretur. Plutarch. Idem demonstrat exemplum Jasonis & Medeæ in antiquissimo poemate Orphei & Apollonii valde illustre. Res autem ita habet. Jason & Medea sibi invicem repromiserunt conjugium inscis & inconsultis parentib. Medea conscendit navem & Jasonē abeuntem secuta est. Pater Aretes re patefacta mittit ex Cholcide legatos, qui filiam repetant cum illa ad Alcinoum Regem Phæarum, qui ab Orpheo nominat κρίνεσθ δικαιότατ Θ βασιλήων, profugisset. Et Homerus *Odyss. 6.* Alcinous, inquit, consilio Diis æquiparandus, Alcinous sedit judex in hac caussa, & utraq; parte audita hanc tulit sententiam, ut siquidem nuptiis subsecutis & thori genialis ingressu matrimonium consummatum non esset, patri Medea redderetur: Sin contra viro nupta esset, Jasonem maritum sequeretur. Quam sententiam his verbis expressit Apollonius, quibus Aretes uxorem alloquitur.

Τῶ μὴ ἐποίκε δίκλω ἦ πις μῆ πάσιν ἀρέσῃ
Ἔοσετα, αἰθερώποισι δικάζεμὴ ὅ δε σκιδίσω
Παρθενικλὼ μὴ ἔσσαι ἐῶ ὅπο πατρὶ κομίσσαι
Ἰθύνω λέκτρον ἦ σλὼ ἀνέρι πορσαινῆσαι.
Οὐ μὴ ἐς πόσιν Θ ιοσ Φίζομαι ὐδὲ γενέθλω
Εἴ τλὼ ἱπὸ πλαχνοισι Φέρῃ δηίοισιν ἀπάσω

Id est, sententiam, quæ omnibus bonis probetur feram, neq; te eam celabo. Nam si virgo Medea fuerit suo eam patri remittere decrevi. Sin verò viri lectum decoraverit, eam marito suo non privabo, neque fœtum si quem sub visceribus gestet, hostibus prodam. Arete uxor Alcinoi ubi animum Regis exploravisset, hæc clam Jasoni & Medeæ renunciari jussit, ut nuptias legitimas facerent, & maturarent hortata est, quod Rex statuisset

πω παρθενικλὼ μὴ ἔσσαι πόπι δῶμα πατρὸς
ἔκδωσιν λεκτροι ἦ σλὼ ἀνέρι πορσεῖσαι
ὡκ ἐπικρυδίης μὴ ὅποτιμήσῃν φιλότητ Θ,

hoc

hoc eſt, eam virginem exiſtentem domum patris remittere. Sin verò una cum viro lectum decoraſſet, ſe amorem conjugalem dirimere nolle. Atque ejus conſilium ſecuti ſtatim nuptias parant, & Hymenæum more Græco cantari juſſerunt, & matrimonium conſummarunt. Quo ſpectant illa verba.

Et tunc virginei florem Medea decoris
Triſtibus infelix Hymenæis nupta reliquit.

Nuptiis peractis rex judicium inſtituit, & utramq; partem audivit. Quo ſpectant illa verba.

Hic ubi magnanimi regũ ſubiere tribunal,
Colchiq́, & Miniæ quidquid voluere locuti,
Traditur Alcinoi decreto jam ſua conjux
Aeſonidæ. -----

Eamque ſententiam juſtiſſimam fuiſſe ſcribit Apollonius, quamvis ea Colchis maximè diſpliceret. Eadem refert Orpheus ut ex his verbis colligitur.

Barbaricos noſtro Colchos expellere Marte
Non dubitem, ſic virgo animum, ſic flexit Jaſon:
Spernere ſed timeo recti pia jura tenantis,
Expediet quare, triſtem diſſolvere litem
Judicio, nec te conjux dilecta latebo:
Si non juncta viro fuerit, virgoq́, manebit,
Aeſonidæ è navi patrias revehetur ad oras.

Quæ verba ita repetit Arete Regina.

Scilicet ô conjux ſocii data fœdera lecti
Haud dulce, & thalami junctas divellere flammas.
Et quoties quivis hæc audeat, alma Dione,
Irruit inque viros ultrix iratasq́, matres.
Quod ſi virgineum ſervet non tacta pudorem,
Naviget ad patrem, & patrios Medea penates.
At ſi concubitu fœdavit clauſtra jugali
Abdita, jure ſuo ducat quocunq́, maritus.

Quid quod Sabinorum virgines à Romanis raptæ, poſtquam cum maritis cõſuevisſent ad parentes redire & viros deſerere recuſarunt, etiamſi parentes & cognati armis eas repeterent. Quo ſpectant verba Herſiliæ apud Plutarchum *in Romulo*, Non enim in hoc adeſtis ut

noſtram injuriam virginum ulciſcemini, ſed nunc uxores nos maritis, matres liberis ademptum venitis. Item. Quod ſi alia vobis pugnæ cauſſa fuiſſet, in noſtram gratiam, vos quos ſoceros avos neceſſarios reddidimus, eam amittere par eſt. Sin propter nos bellum geritur, accipite obſecramus nos cum generis veſtris ac liberis noſtris, redditeque nobis patres & cognatos, neq; nobis viros noſtros adimite, aut in aliam captivitatem nos detrudite. Itaque fœdus factum eſt his conditionibus, ut uxores, quæ vellent cum ſuis maritis vivere liberæ ab omni miniſterio præter lanificium haberentur. Qua de cauſſa maximè culpandus Artoxerxes qui Aſpaſiam liberis natam parentibus & liberaliter educatam filio Cyro in uxorem petenti conceſſit, & paulò poſt rurſus ademit, & Dianæ ſacerdotem conſtituit, ut reliquum vitæ tempus caſta exigeret. *Plutarch. in Artoxerxe.* Quæ res filio exitio fuit & patri ſummum dolorem attulit & periculum. Nam pater Darium inſidiis patefactis acinace confecit & ſecutæ ſunt majores calamitates. Quæ nos ea de cauſſa latius perſecuti ſumus, ut
4 oſtenderemus id, quod J C. tradiderunt, nimirum concordantia matrimonia dirimenda non eſſe, etiamſi abſque parentum conſenſu ea contracta eſſent, ſponſalia verò dirimi potuiſſe, etiam antiquitati & hominibus nulla religione imbutis placuiſſe Huc facit, quod Tacitus memoriæ prodidit de filia Segeſti, quam Arminius invito patre & inconſulto abduxerat. Eum Segeſtes proſecutus accuſavit apud Tyberium Cæſarem, & inter alia hac oratione uſus eſt. Tuum eſt, inquit, ô Cæſar, conſultare utrum prævaleat, quod ex Arminio concepit, an quod ex me genita eſt. Cæſar matrimonium non diremit, ſed clementi reſponſo liberis, propinquiſque incolumitatem, & ipſi ſedem veterem in provincia pollicitus eſt. Matrimonium autem diremptum non fuiſſe, ex eo colligitur, quod poſtea Arminii frater ſcribit Arminium & conjugem non hoſtiliter habere, *lib. 2.* Item quod aliquoties uxor appellatur. Item filia mariti magis quam parentis animo. Sed & Maſiniſſa cum fidem dediſſet Sophonisbæ captivæ ſe non permiſſurum, ut in Romani cujuſquam arbitrium veniret veritus ne illa illi auferretur, nuptias in eum ipſum diem repente parari jubet, ne quid relinqueretur integrũ aut Lælio aut ipſi Scipioni conſulendi velut in captivam ut quæ jam Maſiniſſæ nupta foret. Ideoq; ab illo divelli non poſſet, matrimonio utique nuptiis conſummato.

Cujus

Cujus maximam rationem Romanos etiam Ethnicos habuiſſe conſtat. Sed Lælius nuptias illas repentinas non probavit, ut quæ marito Siphace vivente coiiſſent, *ut rectè Petrarcha Africa 5.*

Vulgus adulterii ſignabat numine factum,
Quod neq; legitimis coiiſſent ignibus inter
Armorum ſtrepitus, alioq; ſuperſtite rege
Conjuge.——

Et *Livius*: quo die captam Reginam vidiſſet, eodem matrimonio junctam acciperet, & apud penates hoſtis ſui nuptiale ſacrum conficeret, ſtulte atque intemperanter feciſſe Maſiniſſam qui eam duxiſſet. Itaque Lælius illam detractam thoro geniali ad Scipionem mittere decrevit. Maſiniſſa qui pollicitus eſſet data dextra. Sophonisbam nunquam in Romani cujusquam crudele ac ſuperbum arbitrium venturam, ne non promiſſis ſtetiſſe videretur, Sophonisbæ venenum propinavit, & hac ratione temeritatẽ unam alia temeritate luit. Etſi autem factum illud excuſari non poteſt, tamen inde colligitur, veteres etiam Ethnicos matrimonium nuptiis conſummatum pro eo vinculo habuiſſe, quod neque parentum authoritate, neque alterius cujuſquam arbitrio diſſolvi aut dirimi poſſit.

§. 15. SUMMARIA.

1 *Sponſalia cum duabus iniens primum clandeſtina, deinde publica, an publica clandeſtinis anteponenda?*
2 *Sponſalia publica clandeſtinis præferenda.*
3 *Forma ſententiæ.*
4 *Sponſalia publica clandeſtinis præferenda etiam ſi quis per unum teſtem probaverit, ſponſalia clàm inita eſſe.*

SEd quoniam ſemel hanc diſputationem ingreſſi ſumus, & de clandeſtinis ſponſalibus dicere cœpimus, hoc loco deſpiciendum eſt, ſi † quis cum duabus ſponſalia inierit, primum clande- 1
ſtina, deinde publica: an publica clandeſtinis anteponenda ſint? Et publica clandeſtinis anteponenda eſſe æquitas poſtulat, ſive ea clàm, hoc eſt, nullis adhibitis teſtibus, ſive inſciis & inconſultis parentibus contracta ſint. Nam utraque clandeſtina dici, ſupra no-

ravimus. Ideoque rejectis clandestinis nuptiæ consummandæ erunt, absque ullo conscientiæ scrupulo *cap. 2. de clandestin. desponsat. & ibi gloss. & Panormitanus.* Itaque recte & sapienter Clitiphon *apud Achillem Statium.* Hanc quidem uxorem ducere non possum, propterea quod altera mihi auctore & suasore patre non injusta volente desponsa est. Idque usque † adeo verùm est, ut quamvis uterque fa-
2 teatur, se sibi repromisisse matrimonium, nihilominus publica clandestinis præferenda sint. Idque in odium solitudinis, & quod clandestina omnia suspicione laborant, & favorem publicorum sponsaliorum. Nam quæ publicè transiguntur, bona fide contrahi creduntur. Adde quod si aliter statueretur, ex eo non parum incommoditatis rediturum esset. Nam si tantum tribueretur confessioni viri, & mulieris, ut per clandestina publicis derogari posset, tum utique liberum esset, quem promissionis pœniteret, alteri fucum facere, & subornare aliquem qui in fraudem publicorum sponsaliorum affirmaret, se clàm puellæ fidem dedisse. Et hac techna sponsalia publica semper eludi possent. Idque ab interpretibus bene notatum est, *l. 1. c. 2. de clandest. desponsat.*

3 *Forma † sententiæ.*

VNser freundlich Dienst zuvor / Würdiger / Wolgelarter / guter Freund / als jhr vns berichtet / daß N von N. wegen seiner Dienerinnen angelanget / daß er jhr eine Ehe zugesagt vnd versprochen haben solte / welches N. nicht anders denn mit einem Anhange vnd Condition gestehet / nemlich daß sie zuvor zu jhm kommen / vnd seine Haußhaltung besehen solte / vnd wo die jhr gefellig / were er gesinnet sie zu ehelichen / da aber des N. Magd mit jhrer Freundschafft außenblieben / hat sich N. vngefehr drey Wochen darnach mit seiner Dienstmagd / welche er geschwängert / verlobet / vnd es ist dem N. da er wegen seiner Magd dem N. der Ehe halben besprochen / hette ein Verhörs Tag angesatzt / denen N. vnd seine Magd nicht besucht. Jhr habet auch darüber den N. ferner gewarnet / daß jhr N. vnd seine Magd von der Cantzel wöllet auffbieten / welches dann geschehen. Vnd es haben N. vnd seine Dienerin keine ferner Anforderung gethan / darüber jhr euch des Rechten zu vnterrichten gebeten habt.

Demnach

Demnach vnterrichten wir verordente Commiſſarien des Conſiſtorii zu N. darauff vor Recht/ daß die andere offentliche Eheverlöbnüß/ welche N. mit ſeiner Magd vollzogen/ vnd ſie darzu beſchlaffen/ vngeacht/ der fürgewandten des N. oder ſeiner Dienerin Einrede mit Chriſtlichem Kirchgange vñ Ehelicher Beywohnung billich vollnzogen wird. Vnd kan durch des N. Magd/ die keine Eheverlöbnüß dargethan/ bevor aber/ weil das ander Eheverlöbnüß öffentlich geſchehen/ vnd darzu beſchlaffen iſt/ hieran nicht auffgehalten noch verhindert werden/ von Rechts wegen.

Alia forma ſententiæ.

VNſer freundlich Dienſt zuvor/ Ehrſamer guter Freund/ als jhr vns einen Ehehandel zugeſchickt/ vnd euch des Rechten darüber zuberichten gebeten habt. Demnach vnterrichten wir verordente Commiſſarien des Conſiſtorii zu N. darauff vor Recht/ habt jhr des N. N. hinderlaſſener Witfrawen Vater N. N. mit etlichen Weibern beſchticket/ vnd jhme anzeigen laſſen/ daß jhr zu ſeiner Tochter einen ehelichen Willen hettet/ vnd er hat in beyſein ſeiner Tochter/ ewren abgeſchickten das Jawort gegeben/ da jhr aber volzents berichten/ daß die Witwe mit einem andern ſich wolte verlobt haben/ ſeyd jhr von ewrem Vornehmen abgeſchreckt/ vnd habt euch mit einer andern öffentlich verlobt/ vnd von der Cantzel auffbieten laſſen/ welche Verlöbnüß die Witwe des N. N. Tochter nunmehr/ weil der jenige/ mit dem ſie ſich ſol zuvor verlobt haben/ von jhr laſſen/ zuverhindern/ in fürhabens/ da jhr nun ferner mit der Witwe ſo nach der beſchehener Beſchickunge der Ehehalben nichts beſchließlich gehandelt/ ſondern hette es bey ſolcher bloſſen Werbunge bleiben laſſen/ ſo were durch die Beſchickung vnd jhres Vatern Erklärung allein vnter euch/ vñ ſolcher Witfrawen kein vollkömliches/ beſtendiges Ehegelübt vollnzogen/ ſondern euch mit der andern nachfolgend zuverloben frey geſtanden/ von Rechts wegen.

Idem ſtatuendum † cenſent, ſi quis per unum teſtem probaret ſponſalia clàm inita eſſe, & accederet fama vicinæ. Nam adhuc publica etiam duob. ſaltem teſtibus probata, ut Calderinus ſentit, clandeſtinis præferenda erunt; Panor. & alii *d. c. 2.* & Jaſon. *l. admonendi.* 4

de jure-

de jurejur. Idem probat Lutherus *in libello de cauſis matrim.* Daß das öffentlich Verlöbniß den heimlichen Ehegelübt billich fürgezogen wird. Quamvis loquatur de ſponſalibus abſque parentum conſenſu contractis. Nam probatio certa & indubitata probationi quæ præſumptione tantum nititur prævalere & præponderare debet. *l. ob carmen, §. ſi teſtes ff. de teſtibus.*

§. 16. SUMMARIA.

1 *Sponſalia bina an quis impune contrahere poſſit.*
2 *Sponſalia bina contrahens de jure civili infamis eſt.*
3 *Sponſalia bina contrahens ſolet parti innocenti in expenſas condemnari.*
4 *Forma ſententiæ.*

1 SEd an † impune quis bina ſponſalia contrahere poſsit, quæritur? Et exiſtimaverim à magiſtratu puniendum eſſe pœna arbitraria, hoc eſt, vel carceris vel mulcta pecuniaria vel infamia
2 notandum. Nam & jure civili † bina ſponſalia contrahens infamia notatur. *l. 1. & l. 13. Quid ergo de his qui notantur infamia.* Ita & pater vel κύριος bina ſponſalia ejus nomine, quem in poteſtate habet conſtituens infamis fit *d. l. 13. c. deſponſatam, & cap. deſponſatas 27. q. 2.*
3 ut & alteri nupta alteri ſponſa infamia notatur. *Harmenop.* Sed & † qui bina ſponſalia contraxit ſolet parti innocenti in expenſas condemnari. *Panormit. c. gemma de ſponſalibus.* ubi ſcribit pœnam quidem promiſſam non deberi, interim tamen reum ad id quod intereſt conveniri poſſe. Idque in arbitrio judicis poſitum eſſe. Qua de re infrà *cap. 12.* Idque in Conſiſtoriis ſervari conſtat. Et ſolet ſententia
4 † ita concipi.

WIr verordenten des Conſiſtorii / Nach dem Hans N. ſich mit zwo Perſonen / als mit N. einer Witwen / vnd hernacher mit N. einer Jungfrawen verlobet / vnd das erſt Verlöbniß öffentlich / das ander aber heimlich geſchehen. Sprechen vnd erkennen wir / daß das erſte ſol kräfftig / das ander aber vnkrefftig vnd nichtig ſeyn. Weiſen aber obgenandten Hanſen N. hiemit der Obrigkeit zur Straffe anheim / damit andere ins künfftige dafür ſich zu hüten / vnd ehrliche Leute nicht betriegen mügen, alles von Rechts wegen.

§. 17. Sum-

§. 17. SUMMARIA.

1 *Sponsalibus clandestinis si accesserit concubitus, an publica clandestinis præferenda.*

2 *Forma sententiæ.*

SEd quid † si ad clandestina sponsalia accesserit concubitus, an publica clandestinis præferenda sint? Et certe æquitas hic aliud postulare videtur, nimirum ut sponsalia publica cedant clandestinis, quæ concubitu firmata sunt. Ergò virginem qui vitiavit eam ducere tenetur, tum quod fidem dedit, tum quod eam compressit. Nec hac ratione sese extricare poterit, quod alii postea palàm promisit matrimonium. Nam virgini ejusq; parentibus major est illata contumelia, quam puellæ cui publice fides data est. Ad quam nulla alia redit incommoditas, nisi quod promissio de conjugio ei facta non servetur, eaq; quasi ludibrio habeatur. Quæ injuria mulctanda, & longe major est, quam quæ alteri obtigit, ideoq; volens alteri cedere debet. Nam alteri verba data sunt, pudicitia salva, alteri pudicitia erepta, quæ dos maxima est, *ut suprà late explicavimus*. Idq; apud veteres observatum *Terentius in Andria indicat*. Nam Pamphilus Glycerium cui conjugium clam promiserat ducit, etsi alia ei à patre desponsata esset, Chremetis scilicet filia. Neq; hoc loco distinguendum arbitror, an sponsalia sint absq; testibus vel absq; parentum consensu contracta. Nam utroq; casu vitiata ducenda est. Pontifex *c. 30. c. 5. qui de sponsal.* Interim tamen, qui cum secunda rem habuit puniendus est. Nam & adulterium commisisse censetur, *Deut. 22.* Jure civili infamis vel ignominiosus fit, ut diximus. Ex novis constitutionibus Augusti Electoris ad numellam vel locum publicæ ignominiæ sistitur vel carcere punitur, vel graviori pœna vel etiam perpetuo relegatur, Eandem pœnam luit secunda ab eo cognita, si prima sponsalia non ignoravit *T. von Ehegelöbnis sub finem*. Qua de re infra. 1

Forma † sententiæ. 2

HAt M. durch gute wort vnd hohe Verpflichtung ewre Tochter M. zu Fall gebracht daß alßdann ehrgedachter M. jhr die Ehe versprochen vn dzuugesagt / so hoch vnd theuer / daß er auch seine Seel vnd Seligkeit zu Pfande gesetzt / vnnd zum vberfluß das hochwürdige Sacrament alle

beyde zwey mal empfangen/auch öffentliche Brautsemmel gegeben/vnd in der Kirchen offentlich auffgebotten/vnnd namkundig gemacht/auch so weit gekommen/daß sie auff nechstkommenden Sontag nach Luciæ, mit einem Christlichen Kirchgang solch Verlöbnis sollen ins Werck bringen: So seynd sie solch öffentlich Verlöbnis / so durch die Beyschlaffung zuvor vollnzogen/ mit Christlichem Kirchgang vnd Beylager zuvollnziehen/ ferner schüldig vnd pflichtig / vnnd werden durch N. Einspruch/mit welcher sich gedachter N. heimlich hinder seiner Eltern wissen/sol verlobet haben. Welches er doch zum höchsten verneint/hierein vnverhindert/auch vnangesehen der Verpflichtung der 50.fl. so zwischen N. vnd N. geschehen seyn sol/Es were denn sache/daß N. zuvor/vnd ehe er sich mit ewer Tochter N. verlobet/vnd sie zu Fall gebracht/mit N. ehelichen verlobet/vnd sie darauff beschlaffen hat / von Rechts wegen.

§. 18. SUMMARIUM.

Si is qui vitium intulit neget se nuptias promisisse, quid juris.

ET hæc sine controversia vera sunt, dummodo is qui virgine abusus est, fateatur, se ei matrimonium promisisse, & vel testibus vel alia ratione convinci possit. Sin autem fateatur se vitiū intulisse, neget se nuptias promisisse, quid juris sit quæritur? Et jure Mosaico nihilominus illam ducere tenebatur. Nostris autem legibus & moribus ducere non cogitur, nisi promissio accesserit. Et si negaverit se fidem dedisse ad jusiurandum tanquam ultimum remedium decurrendum est. Et siquidem ille juramento sese purgaverit, publica sponsalia clandestinis præferenda erunt. Et puella decepta ei valedicere cogitur, tanquam adultero malam habenti conscientiam, qui eam deserat & repudiet, non secus, ac si mortuus esset. A quo illa nulla sua culpa divellatur & liberetur, eamq; rem Deo justissimo judici committet. Eamq; sententiam Luthero placuisse video.

§. 19. SUMMARIUM.

Si is qui juravit se conjugium non promisisse, postea alia ducta se pejerasse fateatur,

HOc loco rursus quæritur, si is qui jurejurando sese purgavit, pejeravit, ac postea conscientiæ scrupulo excarnificatus, pejerasse se fateatur? Respondeo. Sponsalia publica nihilominus clan-

clandestinis præferenda sunt, quemadmodum & clandestinus concubitus publico cedit. Nam alioqui cum muliere, quæ legitime ac publice nupsit, pessime ageretur, si matrimonium semel nuptiis & concubitu consummatum, dissolvendum esset, ut quæ innocens propter alienum peccatum pœnas daret, altera vero quæ clam cum ejus marito consuevisset turpitudinis mercedem & fructum consequeretur. Quod in Ecclesia Dei ferendum non est. Qua de caussa ea, quæ postea publice nupsit, virum retinebit, ejusq; uxor legitima erit. Et recte, cum jus mulieri quæsitum, ei sine ejus culpa auferri non debeat. Idq; usque adeo verum est, ut quamvis juratus affirmet, se mulieri, quam decepit, fidem dedisse, seque eo ipso, quod inficias ierit pejerasse, tamen ei fides adhibenda non sit, imò maxima pœna coercendum existimaverim, ut qui sese sua ipsius confessione mendacii & periurii reum faciat & damnet. Quæ enim impudentia est, quod semel quis juratus negaverit, idque in judicio rursus juratum affirmare. Qualem exhibet Plautus *in Curcul.*

Quod promisi lingua, eadem nunc nego,
Dicundi non rem perdundi hæc gratia nata est mihi.

Et ut ponamus, quod tamen non damus, ejus juramento standum esse, neque hic quicquam proficeret. Nam matrimonium publice & legitimis modis contractum præferri & prævalere debet nuptiis clandestinis & furtivis. Idque publice interest, quo puellæ alieno exemplo edoctæ, sibi à furtivo concubitu caveant, neque viri verbis suam pudicitiam committant, ut qui libidinis amore inflammati, quidvis non promittunt, & ubi eam expleverint, mulierem ludibrio habent, ut testatur *Catullus* his versibus.

Nulla viri speret sermones esse fideles,
Qui dum aliquid cupient animis prægestit apisci
Nil metuunt jurare, nihil perjuria curant,
Sed simul ac cupidæ mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere, nihil perjuria curant.

Ita & apud eundum Catullum Minois filia, quam Theseus fide de conjugio data abduxit, & postea in littore dormientem reliquit, se deceptam quæritur.

Annon hæc quondam blande promissa dedisti?
Voce mihi non hæc miserum sperare jubebas,

Sed connubia læta, sed optatos Hymenæos.

Et apud Theocritum puella Daphnidi multa promittenti, quo ea potiri possit. Ais te omnia mihi daturum esse, fortasse autem postea (id est, post concubitum ne salem quidem dederis. *Idyll. 27.* Φύς μοὶ παντὶ δόμεν, τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἅλα δοίης.

§. 20. SUMMARIA.

1 *Si quis puellam fide de conjugio data vitiavit, & postea aliam celebratis nuptiis domum duxit, an relicta ea, quam palam accepit, ad primam redire cogatur?*

2 *Quid si quis duabus conjugium promisit & sponsalia publice contraxit & utramq; cognovit?*

1 EX his autem † quæ hactenus tradidimus, & hæc quæstio determinari potest. Quidam virgine abusus est fide de conjugio clam data, paulo post aliam celebratis nuptiis & benedictione subsecuta domum duxit, an relicta ea, quam palam accepit ad primam redire cogatur? Et certum est eum uxori, quæ palam ei tradita est, adhærere debere. Nam ut in rebus omnib. ita & hic regula tenenda est, publica privatis præferenda esse cæteris paribus. Ideoq; clandestina sponsalia publicis, & concubitus clandestinus publico cedere debet. Idq; quod omnia clandestina suspecta sint, & doli suspicione laborent, quæ verò palam gerunt bona fide geri censeantur. Adde quod hic multa concurrunt, quæ fœminam postea ductam marito arctiori vinculo conjungunt, nimirum nuptiæ palam celebratæ, benedicto sacerdotis & domum deductio, quæ nuptias tanquam sigillo firmissimo roborant & firmant. Nam, *ut Cicero inquit*, firmiter majores matrimonia stabilita esse voluerunt, neq; matrimonii celebritatem remoto angulo ruris abscondi, *ut ait Seneca declam. ult. lib. 5.* Et illæ demum veræ sunt nuptiæ, in quibus sacra peragitur benedictio, Deo inter eos, qui conjunguntur, interveniente ut Comeni verbis utar. Ideoq; sponsalibus concubitu etiam firmatis merito anteponendæ sunt. Qua de re infra *latius cap. 11.* Et ut verum sit matrimonium, fœminam traditam esse oportet, ut suprà late explicatum est. Postremo, quod iniquum esset, si uxori quæ Deo obsecuta palam nupsit, nulla sua culpa maritus adimeretur. Nam illa ob præstitam Deo obedientiam, & peccatum alienum pœnas lueret & ple-

& plecteretur contra *l. sancimus C. de pœnis.* Contra verò prima illa, quæ furtivas nuptias contraxisset, impietatis & furtivæ consuetudinis commodum sentiret. Itaque meritò secunda quæ publicè nupsit maritum sola retinebit, & inter eos solum verum erit, & legitimum matrimonium. Neque enim uxori palàm nuptæ jus, quod in maritum habet, dirempto matrimonio adimi potest, sine ejus culpa & peccato. Neque id magistratus vel Ecclesiasticus, vel Politicus permittet, ut quos Deus publicè per os sacerdotis & ministri sui conjunxit. Eodem spectant verba Lutheri. Am Gewissen sol vnser canon der sein, quod publica sponsalia præjudicent clandestinis & privatis. Sic ante copulata carne sponsalia præjudicant sponsalibus futuris cæteris paribus. Interim tamen, qui id facinus in se admiserit, pœna arbitraria, & quidem gravissima coercendus erit: jure civili notatur infamia, *l. quid ergo, de his, qui not. infam.* Verba ita habent. Alteri nupta, alteri sponsa notatur infamia. Eodem spectat *Leonis constitut 74.* Sponsam alteri sponso nubere non posse, & si nubat adulterii ream fieri.

Aliud dicendum existimaverim, si quis duabus conjugium 2
promisit & sponsalia publicè contraxit & utramque cognovit. Nam certum est matrimonium inter illum & secundam nullum esse, cum prioris maritus factus sit, consensu nimirum & concubitu secuto. Ideoque secundam retinere non potest, ut quæ adulterii rea sit siquidem non ignoravit prima sponsalia. Ideoque cum viro adulterii pœna punienda est. Nisi prima hoc delictum condonare & ignoscere sponso vellet, & una cum eo alio habitatum concedere extra ditionem ejus, in qua facinus illud commissum est. Namtunc sponsalia vel matrimonium primæ promissum tolerari posse, & minimè rescindendum esse putaverim, judici tamen reservata pœna. Et ita pronunciatum esse se meminisse scribit D. Beustius *fol. 29.* Idem statuit Rex Fridericus I.

§. 21. SUMMARIUM.

Virgo compressa & à viro qui juramento se purgavit quod fidem non dederit, relicta, an innupta sedere, an verò aliam conditionem sibi quærere debeat.

HIc quærunt Theologi, an virgo compressa & à viro qui juramento se purgavit quod fidem non dederit, relicta innupta sedere, an verò aliam conditionem sibi quærere debeat? Et sanè alii eam nubere posse dubium non est. Nam hoc casu is qui vitiavit, & pejeravit adulteri loco habendus est, & revera adulterii reus est, qui eam, quam sibi despondit sciens volens contra conscientiam deserat, & alia ducta adulterium perjurio cumulat. Imò pro desertore vel mortuo censendus est, cui etiam mulier amplius obstricta non est, ideoque sese ab eo recte segregare potest, eumq; Dei judicio & vindictæ committere cum hac exprobratione.

Si tu oblitus es, at Deus meminerit, meminerit fides,
Quæ te ut pœniteat postmodo facti faciet tui.

§. 22. SUMMARIUM.

Sponsalia cum duabus palàm & publicè, si quis ineat, sed tamen ex intervallo, an posteriora prioribus præferenda.

HActenus de sponsalibus binis contractis clàm & palàm. Nunc quæritur, si quis cum duabus sponsalia palàm & publicè ineat, sed tamen ex intervallo an posteriora prioribus præferenda sint? Hic indistinctè respondendum est, posteriora prioribus cedere debere. Nam ut duarum uxorum quis maritus esse non potest, ita nec duarum sponsarum sponsus. Nam qui sponsam habet, sponsus est *Joan.* 3. Cum itaque is, qui primæ fidem dedit sponsam habet: secundæ conjugium promittere non potest, & è converso sponsa, quæ primo desponsa est, secundo desponderi non potest. Nam & obligatione quodammodo conjuges sunt. Idque ex eo liquet, quod ut paulò ante explicavimus, jure divino alterius sponsam attingens adulterium committat, *Deut.* 22. & jure civili infamis fiat. *l. 1. de his qui notan. infam.* Et hanc pœnam scurris, qui matrimoniis ad libidinem abutuntur in foro judiciali imponendam esse censet *Panorm. c. 2. de sponsal. duor.*

§. 23. SUMMARIUM.

Sponsalia cum secunda inita an convalescant & rata sint si prima moriatur.

Sed

SEd quid, si prima moriatur cui conjugium palàm promissum est, an sponsalia cum secunda inita convalescant & rata sint? Et dicendum rata non esse, nec per mortem primæ convaluisse, *c. 2. de sponsal. duor & ibi gloss. quia nunquam potest. consil. 23. matrim. To. 1.* Cajus Caligula Imperator amissa uxore Junia in partu Euniam Næmiam ad stuprum sollicitavit, & matrimonium promisit vivente adhuc marito cohortium præfecto. Quæ promissio de jure etiam marito mortuo subsistere non potuit, cum vivente marito facta esset, etiamsi eam chirographo & jurejurando firmasset Caligula, *ut scribit Suetonius in Caligula.*

§. 24. SUMMARIUM.

Sponsalia bina si quis palàm contrahat & primæ injuratus conjugium promittat, secundæ autem juratus, utrum posteriora prioribus præferenda.

RUrsus quæritur, si quis bina sponsalia palàm contrahat; & primæ injuratus conjugium promittat, secundæ autem juratus, utrum posteriora prioribus præferenda sint? Et non obstante juramento prima posterioribus præferenda esse existimaverim, idque quod fidem semel datam alteri dare, & sponsus semel factus alterius sponsus fieri non potuit, *& ita sentit Didacus c. 4. fol. 7.*

§. 25. SUMMARIA.

1 *Matrimonium primo promissum an secundo per concubitum & nuptias consummato præferendum sit?*
2 *Canonicorum diligentia in referendis verbis conciliorum in jus Canonicum.*
3 *Adulteram in matrimonio retinere legibus Atheniensium vetitum fuit.*
4 *Pellices lege Numæ ad aram Junonis accedebant.*
5 *Sponsam alterius violans de jure divino adulter censetur.*
6 *Exemplum memorabile ex historia Anglica.*
7 *Facti species ex Hugone Falcando.*
8 *Matrimonium semel concubitu consummatum sine maximo scandalo non potest rescindi.*
9 *Matrimonium semel concubitu consummatum Ethnici nulla religione imbuti*

imbuti rescindere noluerunt. Quod ex antiquitatem historiis multis exemplis petitis demonstratur.

10 *Sponsalia vel matrimonium pro deridiculo & delectamento habentes divinitus puniri exemplis docetur.*

11 *Responsio ad objectiones.*

12 *Constitutio Electoris Augusti.*

13 *Adulteram resipiscentem an liceat ducere.*

1 SEd hoc loco quæritur, an † matrimonium primo promissum secundò per concubitum & nuptias consummato præferendum sit. Verbi gratia. Puella publicè Silesuici desponsata, alio sese recipit, alteri nubit, & nuptiis celebratis marito traditur, domum deducitur, an relicto marito, cui nupsit, ad eum cui desponsa est, redire debeat; vel marito qui eam posslidet & in matrimonio habet, adhærere? Quæ de viro dicuntur & de muliere intelligēda sunt. Quæstio est anceps cujus utraq; pars probabili ratione defendi potest. Et quod marito relicto adeum cui primum desponsa est, redire debeat, ex eo colligi posse videtur, quod sponsa jure & obligatione conjux sit, ideoque cum primo conjugium promisit, secundo conjungi non potuit. Item, non potest quis id alteri dare, quod semel alteri dedit. Sed vir cum muliere contrahens sponsalia, ei sui corporis dat potestatem, ideoque alteri eam dare non potest. Huc facit quod sponsa jure divino uxor [*ischoh*] appellat. *Deut. 22. & Matth. 1.* & quod adulterii reus sit is, qui sponsam alterius violasset non secus ac si uxorem adulterasset. Quod & Leo *const. 74.* expresse statuit, ut paulò ante notavimus. *Et Philo.* Quidam putant medium quiddam esse inter stuprum & adulterium, quando sponsa nondum tamen nupta dolo aut vi opprimitur. Me verò judice hæc quoque est species adulterii. Nam sponsalia tantundem valent quam nuptiæ, quando in solenni amicorum conventu viri & uxoris nomina inscribuntur tabulis. Propterea lex reum & ream jubet obrui lapidibus si accesserit puellæ consensus & concubitus, *de legibus specialibus.* Ex quibus efficitur sponsam uxoris & sponsum mariti loco habendum, & hanc sententiam amplexi sunt Juris Canonici authores ut videre licet *c. 3. & ult. de sponsa. duorum, his verbis, si nupserit alteri, & si forte malis copula sit subsecuta ab ea separare debet. & ut ad primum redeat. Eccle-*

siastica

ſiaſtica diſtinctione compellendus eſt. Sequitur Schurffius conſil. 17. cent. 1. concludens matrimonium primum ſecundo præferendum etiam, per carnalem copulam conſummato. Et Lutherus *tract. de cauſſis matrimonia.* cujus hæc ſunt verba. Wenn ein er mit der andern Frawen K ber hette vnd mit jhr lange zu Hauſe geſeſſen/ vnd in einer Nahrung gekommen? Antwort. Es hilffe nichts weil er der erſten öffentlich vertrawet/ vnd jhr echter Ehemann iſt/ kan er die ander mit den Kindern nicht behalten Contrariamvero ſententiam Pontifices qui Alexandrum III. antecеſſerunt ſecutos indicat idem Alexand *d. c. 3.* nimirum ſponſalibus diremptis matrimonium ratum eſſe debere. Eamq; conſuetudinem Mutinæ ſervatam eſſe. Idq; indicat Alexander III. *part. 6. c. 3. de ſponſal. & matrimon conſilii Lateranenſis*, cujus hæc ſunt verba. Super hoc inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi legitimus conſenſus ea ſolennitate, qua fieri ſolet, præſente ſcil. ſacerdote, aut etiam ejus Notario, ſicut etiam in quibuſdam locis adhuc obſervatur, coram idoneis teſtibus interveniat de præſenti, ita quod unus alium in ſuã mutuo conſenſu verbis expreſſis recipiat, utrinq; dicendo. Ego te recipio in meam & ego te in meum, ſive ſit juramentum, ſive non, non licet mulieri alii nubere, & ſi nupſerit & ſi fuerit carnalis copula ſubſecuta ab eo ſeparari debet, & ut ad primum redeat Eccleſiaſtica diſtinctione compelli, quamvis alii aliter ſentiant, aliter etiam à quibuſdam prædeceſſoribus noſtris ſit aliquando judicatum. *Hucuſq; † Alexander III.* & hic obiter notandum, qua diligentia, quaque fide Canonici Rapſodi verba conciliorum in jus Canonicum retulerint. Nam *in c. 2. de ſponſ. duor.* hæc verba omiſſa ſunt, Ea ſolennitate qua fieri ſolet præſente ſcil. ſacerdote, aut etiam ejus notario, ſicut etiam in quibuſdam locis adhuc obſervatur coram idoneis teſtibus interveniat de præſenti, &c. Item & hæc verba. Quamvis alii aliter ſentiant. Ut recte Eraſmus ſcripſerit, Pontificum Romanorum variam hac in quæſtione fuiſſe ſententiam. Et hanc ſententiam Lutherus probaſſe videtur, ſibi non conſtans *in libello.* Vom Ehelichen Leben. Verba hæc ſunt Wenn ichs einer Magd gelobe/ vnd nehme darnach eine ander/ paulò poſt, achte ich/ er ſol bey der erſten bleiben/ denn er hat ſich jhr ergeben/ vnnd iſt nicht mehr ſein ſelbſt/ darumb hat er der andern nicht können geloben/ das der erſten/ vnnd nicht ſein wer: Thut ers aber/ vnd fehret fort/ biß daß er Kinder mit der andern zeuget/ ſo bleibe er bey

derſelben/ denn ſie iſt auch betrogen/ vnd zu gröſſerm Schaden kommen/ wo er von jhr weichet/ denn die erſte / Darumb hat er an beyden geſündiget/ aber die erſte kan jhres Schadens nachkommen/ weil ſie ohne Kinder iſt/ darumb ſol ſie der andern aus Liebe weichen / vnnd einen andern nehmen/ denn ſie iſt frey von jhme/ weil er ſie verlaſſen hat/ vnd ſich einer andern geben. Rationes quibus Lutherus movetur hæ ſunt, quod mulier quæ viro ſponſo nubit decepta ſit, & ſi à marito deſeratur plus damni acceptura ſit, quam prima cui fides data eſt. Et quamvis utriq; fucum fecerit impoſtor, tamen ad primam minus incommoditatis redit, ut quæ adhuc virgo integra eſt, neq; ex eo liberos ſuſcepit. Quâ de cauſſa illa charitate Chriſtiana impuſa jure ſuo cedere, & aliam ſibi quærere conditionem debet, cum à ſponſo prorſus libera ſit, qui eam deſeruerit. Quibus ego hanc adjicio, quod cum adulter rea ſit mulier, quæ ſponſo ſpreto alteri nupſit, domum deducta & tradita eſt, ſequitur ſponſalia vel matrimonium primum diſſolutum eſſe. Nam fornicationis cauſſa uxor recte dimittitur. *Corinth. 7.* Et crudelis & injuſtus eſt, qui adulteram retinet, cum exiſtimatione illæſa retineri non poſſit adultera, imò nec duci. Nam uxorem adulterio polluram vel deprehenſam jure civili ingenui ducere prohibentur. Nec exigit lex ut damnatæ ſunt. Quod ſi damnatam quis ex cauſſa adulterii duxiſſet, hoc factum pro adulterio vindicat. Itaq; Domitianus Auguſtus equitem Romanum ob uxorem reductam, cum qua maritus ob adulterii crimen diſſidium fecerat, judicum albo evaſit & nota affecit. *Suetonius & Alexander genial. dier. lib. 4. c. 8. l. 1. ff. de concubinis.* Qui damnatam adulterii ducit uxorem, lege Julia de adulteriis tenetur, *& l. 1. audi, de his quib. & indignis.* Si quis in adulterio Semproniæ damnatus, eandem Semproniam duxit uxorem non damnatam non ſtare matrimonium. Quâ de cauſſa & legibus Athenienſium vetitum fuit, adulteram retinere in matrimonio, ut ex *oratione* Demoſthenis *in Neæram* colligitur, ut eadem lege mulier in adulterio deprehenſa, civitatibus ſacris arcebatur, ad quæ tamen peregrinæ & ancillæ etiam admittebantur. *Demoſthenes contra Neæram. Plutarch.* Solon legumlatorum celeberrimus mulierem, apud quam adulter erat deprehenſus, ornari non ſinebat, nec in fana publica ingredi; ἵνα μὴ τὰς ἀναμαρτήτους τῶν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ id eſt, ne ſuo interventu honeſtas matronas corrumperet. Eadem † pœna pellicib.

licib. Numæ lege constituerat, ne scilicet ad aram Junonis accederent. *Gell. lib. 4. cap. 3.* Et apud Romanos lenocinii species est, si quis sciens adulteram retineat. Ex quibus efficitur, adulteras apud veteres detestabiles fuisse, & qui eas vel duceret vel retineret, sibi labem aspersisse. Unde consequens est, nec eam quæ sponso relicto alteri nupsit, absque infamia duci posse, cum adultera censeatur, ut expresse Leo statuit *constit. 74.* Sponsam alteri sponso nubere non posse, & si id fecerit adulterii ream fieri & infamia notari. Quam constitionem in suam epitomen redegit Harmenop. Et lege † divina adulter censetur, qui alterius sponsam violaverit *Deut. 22.* Quo spectant versus Aconti ad Cydippen *apud Ovidium in epist. Heroid.* 5

Improbe tolle manus, quam tangis nostra futura est,
Postmodo si facies istud adulter eris.

Adde quod si mulieri viro relicto ad eam, cui primum desponsa est publice redire liceret, tunc utiq; in ejus esset potestate pro libitu relinquere maritum, & sponsum repudiatum repetere, & per consequens quotidie nubere. Quod inter Christianos minime ferendum est. Atq; de ea recte pronunciare licet, *quod est apud Martialem.*

Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege est,
Offendor mœcha simpliciore minus.

Publius Syrus Habent locum maledicti crebræ nuptiæ. Mulier quæ nubit multis, multis non placet. Hinc & illa absurditas existeret, ut quoties satietas uxorem cœpisset ejus viri, cum quo nupta esset, facillime aliquem subornare posset, qui testaretur eam cum alio ante confirmatum vel consummatum matrimonium sponsalia vel matrimonium contraxisse. Qua de re memorabile † exemplum extat in historia Anglica, quod subjiciemus. Mortuo Rege Eduardo Dux Glocestriæ qui postea Richardus Tertius appellatus fuit, opera & perfidia Episcopi cujusdam Basensis Angli filias duas Eduardi Regis defuncti, ut quibus regnum jure hæreditario deberetur, in conventu procerum & ordinum totius regni jussit illegitimas seu spurias declarari, & monasterio includi, hoc prætextu, quod Episcopus affirmaret regem Eduardum antequam uxorem duxisset, puellæ cuidam Anglæ, quam etiam nominavit, nuptias promisisse, cujus amore captus esset, quo ea potiri posset. Eamque promissionem 6

præsente Episcopo factam, & data dextra firmatam esse concubitumq; subsecutum. Regem autem, ubi libidinem explevisset puellam ludibrio habuisse, eaque spreta aliam duxisse in uxorem, matrem scilicet filiarum Regis Eduardi. Episcopus qui aulicus esset hanc rem celavit annos 20. & puellæ silentium imposuit. Rex Eduardus paulò post filiam equitis Riverii in uxorem duxit. Episcopus Basensis qui Regem maximè multis de causis odisset, & imprimis, quod eum primum in numerum Consiliariorum coopt asset, & deinde in carcerem conjectum magna æris vi mulctasset, hanc injuriam annos viginti multiplicavit, odiumq; pectore aluit. Mortuo Rege Edoardo vindictæ cupidus rem patefecit, eoq; perduxit, ut filiæ Regis pro notis & adulterinis proclamarentur, & à successione regni excluderentur, idque solius Episcopi authoritate & testimonio, qui affirmabat sese regem & puellam vitiatam copulasse, & præter se Regem & illam neminem præsentem fuisse, & ea de causa non potuisse legitimum matrimonium cum filiarum matre contrahere. Et hac ratione Richardus exclusis filiabus & filiis interemptis Rex Angliæ exortus est. *Cominæus cap. 112. & cap. 32. Antimachiavellus fol. 47. & fol. 88. Bellajus lib. . commentar.* Extat hæc historia apud Cominæum Gallice scriptum, à Sleidano autem fideli alioqui interprete omissa est, ne quis illic eam quærat. Similis est penè facti † species apud Hugonem Falcandum *lib. de calamitatibus Siciliæ.* Richardus de Sagio nobilis Apuliæ Capitaneus & Comestabulus uxorem suam sororem Bartholomæi Perusini repudiare voluit, ut ea admissa neptem Archiepiscopi Capuani nobilissimam meretricem in uxorem ducere posset. Causa autem propter quam Richardus dissolvi debere conjugium existimabat, hæc erat, quod diceret, se dudum ante contractum matrimonium rem cum uxoris suæ consanguinea habuisse. Adducti duo milites qui affirmarent sese id vidisse. Quorum etsi testimonium reprobaret pars adversa, & consanguineæ objectum crimen refellerent, Cardinalis nihilominus testes jurare præcepit, & tandem sententia lata dissolvit matrimonium, & utramque partem jurare coegit de non coeundo amplius. Richardo autem potestatem fecit ad secundas nuptias licite transeundi, illam autem voluit innuptam sedere. In quo licet Ecclesiastici viri, qui aderant Richardi de Sagio & amicorum ejus gratiam Cardinalem secutum non ambigerent, illud tamen propensius

mira-

mirabantur, quod viro qui deliquerat absoluto, mulieri quæ nihil in sese admiserat, perpetuam continentiam indixisset. Cumque latenter ejus impudentiam arguentes, tentandi gratia quærerent ab eodem, utrum in causis paribus idem jus consequenter admitteret: respondit sibi licere quod eis non liceret, neque tum id feciſſe, ut id sequendum aliis traderetur. Hæc gesta sunt temporibus Gulielmi Regis Siciliæ Anno 1020 Ex quibus colligitur quantum mali ex eo sæpe ortum sit, quod quis uxoris pertæsus ante matrimonium contractum dicat, se alii fidem dedisse vel junctum fuisse, in eam rem subornatis testibus, & quod periculi plena res sit minimeque admittenda.

Postremò & pro hac sententia facit, quod † sine publico of- 8
fendiculo & scandalo maximò non possit rescindi semel concubitu consummatum matrimonium. Quod enim excogitari potest turpius, vel tristius, quam mulierem quæ cum viro multos annos vixit eodem thoro & mensa usa est, magno suo cum dolore ab eo avelli nullo suo meritò, ut quæ promissionis alteri factæ ignara est, & pœnam pati debeat, quam non merita est. *Contra l. sancimus, C. de pœnis. Ibi pœna esse debet ubi noxia est.* Peccata suos teneant authores nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum, & tandem impatientia adducta ad malas artes animum applicat & corpore quæstum facere incipit. Quæ calamitas eo major erit, si ex eo liberos suscepit, quorum in dissolvendis nuptiis magnam rationem habuisse legislatores *ex l. 44. l. Julia, de rit. nupt.* colligitur in verbis: Si postea ingenuæ uxoris pater materve actum ludicrum facere cœperit, iniquissimum est dimitti eam debere, cum nuptiæ honeste contractæ sint, & fortassis jam liberi procreati. Idem arguit *l. 57. qui in Provinc. de ritu nuptiar.* Moveor numero liberorum vestrorum & quod tot annos in matrimonio fuistis. Itaque recte Manserus valdè durum esse scribit, quod ad primum redire debeat. *Tit. de nuptiar. fol. 21.* Deinde quod deforme spectaculum sit & abominandum, in una civitate vel Republica videre mulierem quæ duos habeat maritos, unum cui sponte nupsit & virginitatem consecravit, à quo divulsa sit: alterum cui fidem dedit, & quem repudiavit, ad quem redire cogitur, nemini obscurum est. Et quidem † Ethnici 9
nulla religione imbuti, apud quos divortia erant frequentissima,

eam rem detestati sunt, idque historiæ tèstantur. Nam cum Augustus Cæsar Liviam vivente Nerone marito duxisset, forte fortuna puellus quidam garrulus, quos pro delectamento dominæ alere solent, cum diverso loco Liviam cum Cæsare, diverso autem Neronem cum alia accumbentem videret: Quid hic agis, inquit, domina? En maritus tuus, Neronem monstrans, isthic accumbit. *Dion. lib.* 48. Quid quod vix verisimile est, quenquam tàm de generis atque abjecti animi reperiri posse, qui mulierem ab alio vitiatam vel devirginatam uxorem ducere velit, etiamsi ipsi desponsa ante fuerit? Quis enim vir quamlibet impius adulteram velit uxorem, *ut ait Augustinus lib. 1. de nupt. cap. 17.* Apud Germanos veteres id turpissimum fuisse, Tacitus commemorat his verbis, *lib. de moribus Germanorum.* Publicatæ pudicitiæ nulla venia: non forma, non ætate, non opibus maritum invenerit. Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere aut corrumpi seculum vocatur. Et *Quintilian. declam. 3.* Si meretricia imperatur necessitas, si adversus obscœnam vim corruptoris arma tantum contumeliæ caussa habemus, potius castra capiuntur & vim tribuni interpellet Cimber. Nihil tale novere Germani, & sanctius vivitur ad Oceanum. Nec fœminam ullam tàm impudentem inveniri posse statuo, quæ cum marito cònsuevit, & deinde ab illo divelli, & alii nubere velit. Sabinæ virgines raptæ id honestè fieri non posse existimarunt, ut ex verbis Hersiliæ *apud Plutarchum in Romulo* colligitur, quæ supra enumeravimus. Huc accedit, quod is qui virgini conjugium promisit, eam ducere non cogatur, si vitiata deprehendatur, ut infra latè demonstrabitur. Unde efficitur, nec ad fidem servandam adstringi eum, qui virgini conjugium promisit, si illa alteri nupserit & à viro integra non sit. Nam hæc virgo amplius non est, neque pro virgine locari nuptum potest, imò adulteræ loco habetur. Et hæc tanta conditio inest promissioni de conjugio. Si honesta & virgo manserit, ut suprà explicatum est. Quid quod jure civili, si quis duobus rem in solidum vendiderit & posteriori tradiderit, rata est emptio postremo facta, licet cum priori etiam contractum sit, *l. quoties, C. de rei vindicat.*

Idem in pignore obtinet. Nam ille qui prius pecuniam solvit & nactus est pignus, illud retinet, licet cum alio antea de pignore egerit, *l. potior. Cod. qui potior in pignore.* Ergo & in matrimonio idem

jus

jus ſervandum eſſe rationis eſt, ut is qui uxorem ſibi deſponſam & traditam accepit, & poſſidet, potior ſit illo cui illa ſaltem promiſſa eſt. Nam concubitus vel copula, ut loquuntur, cauſſat poſſeſſionem matrimonii, nam ſponſus poſt congreſſum accepit plenam traditionem corporis uxoris, & in dubio potior eſt conditio poſſidentis. *Bartol. l. ſi duo ff. uti poſſidetis & notatur cap. ex parte de reſtit. ſpoliat. conſil. matrimon. German. 16. in fine.* & quod firmius eſt ac plenius, non debet cedere infirmo & imperfecto. Et hæc ſententia veterum authoritate & exemplis confirmari poteſt, quæ nos hic referenda duximus. Aſdrubal Giſonis filius Carthaginenſis Maſiniſſæ filio Regis gentis Maſæſidorum filiam Sophonisbam deſpondit. Peractis ſponſalibus Maſiniſſa cum Aſdrubale fretum Herculorum trajecit, ac cum Scipione convenit, promiſitque ſi is in Aſiam tranſiret, ſe ei auxilio futurum. Syphax Rex Numidiæ qui Sophonisbam deperiret, & eo tempore popularetur regionem Carthaginenſibus ſubditam, cum Pœnis egit, ut Aſdrubale patre & Maſiniſſa inſciis virginem deſponſam alteri ſibi locarent. Eoque rem perduxit, ut inconſulto Aſdrubale puellam ei uxorem conjungerent, quod ſcirent, quantum momenti eſſet in Syphace ad id bellum quod contra Scipionem gererent, ſi eum in fœdus contra Romanos pertraxiſſent. Maſiniſſa ubi id reſcivit, eam rem graviter tulit, ſponſam tamen alteri nuptam relinquere coactus fuit. Aſdrubal verecundans factum ut poterat celabat Maſiniſſam. Qui ut injuriam acceptam ulciſceretur, fœdus cum Scipione fecit, ſponſa illi cui nupta erat relicta. *Appianus lib. 1. de bello Punico, & de bello Hiſpanienſi.* Unde colligitur homines etiam prophanos ſolam naturam ducem ſecutos, ſtatuiſſe plus tribuendum eſſe nuptiis quam ſponſalibus. Item ſponſalia dirimi poſſe, nuptias non poſſe, etiamſi ſine dedecore & turpitudine & infamia non dirimantur. Quo ſpectant verba, Aſdrubal verecundans factum Maſiniſſam celabat. Rectè autem Cælius qui Maſiniſſæ volenti Sophonisbam captivam uxorem Siphacis ſibi olim deſponſam pro uxore habere & retinere obſtitit, & interceſſit, quod diceret eum è præda populi Romani per vim nihil uſurpare debere, & quod illa alteri nupta eſſet. Unde Petrarcha.

Vulgus adulterii ſignabat nomine factum.

Ita & Segestus Arminii Ducis Germanorum filiam alii pactam, in uxorem duxit & retinuit. *Tacitus lib. 1. & lib. 2.* historia suprà recitata est. Jason item Medeam Albano Tyranno desponsam accepit, & matrimonio sibi junxit. Quo spectant versus *Valerii Flacci*.

Pacta quod Albano conjux Medea tyranno.

Item:

Quam genui Albano fuit hæc promissa tyranno,
Non tibi, nil tecum miseri pepigere parentes.

Verba sunt matris Medeæ ad Jasonem filiam abducentem. Apud Theocritum quoque consimilis extat facti species, *Idyl. 22.* Leucippus filias duas Phœbem & Talayran despondit Linceo & Idæ filiis Apharæi. Deinde muneribus corruptus, easdem collocavit nuptum Castori & Polluci. Qui cum nuptiis peractis eas abducere vellent, obstiterunt sponsi priores, & armati eos prosequentes ad pugnam provocabant cum hac exprobratione:

Nobis certè Leucippus suas despondit filias
Has longè prioribus: Hæ nuptiæ nobis jurejurando confirmatæ sunt.
Vosq; non decenter in alienos thoros irruentes,
Virum pervertistis, & nuptias furati estis muneribus.

Et paulò post.

Amici, non ita principes decet ducere uxores,
Quibus sponsi jam sint pacati.
ἄχ ἄτα Φίλοι ἄνδρες ἀρίστησοτιν ἔυικε
μνησεύην ἀλόχως αἷς νύμφιοι ἤδη ἐτοῖμοι.
Non has Heroes amici,
Vos decet, ista viris non sunt accommoda magnis,
Munera despondere sibi, & vi ducere nuptas.

Itaque petierunt, ut eas missas facerent & sibi relinquerent. Sin minùs, se paratos esse certare ea lege & conditione, ut qui superior esset, virginem retineret. Itaque Lynceus & Castor congressi inter sese prælio decertarunt, in quo Lynceus confossus occubuit. Fuerunt autem fratres patrueles Linceus & Castor. Alii autem ut Ovidius & Propertius, Castorem à Lynceo interfectum, & Lynceum à Polluce memorant. Quo mihi verisimile fit, Nam Deus ad pœnam eos rapere solet, qui aliis sponsas præripiunt. Refert Pausanias non longe ab Æsculapii templo trophæum sua ætate extitisse, quod

à Polluce

à Polluce de Lynceo victo erectum memorant, *lib.* 3. In templo verò Minervæ Castorum alia facta, tum verò Leucippi filiarum raptum à Gitiade opifice expressum. Et *lib.* 4. Posteaquam Æphærei liberi cum gemellis patruelibus suis de pecore dimicarunt&, Lynceũ Pollux occidit. Idas verò fulmine ictus fato suo perfunctus est. Aphærei domus tota maribus omnibus consumptis deleta est. Versus Ovidii hi sunt.

Abstulerant raptas Phœben Phœbesq; sororem
Tindaridæ fratres, hic eques, ille pugil.
Bella parant, repetuntq; suas & frater & Idas
Leucippo fieri pactus uterq; gener.
His amor ut repetant, illis ut reddere nolint
Suadet, & ex caussa pugnat uterq; pari.
Effugere Oebalidæ cursu potuere sequentes,
Sed visum est celeri vincere turpe fuga.
Liber ab arboribus locus est apta area pugnæ,
Constiterant illo nomina fida loco.
Pectora trajectus Linceo Castor ab ense,
Non exspectato vulnere pressit humum.
Ultor adest Pollux, & Lyncea perforat hasta,
Qua cervix humeros continuata legit.
Ibat in hunc Idas, vixq; est Jovis igne repulsus,
Tela tamen dextra fulmina rapta negant.

Demetrius Antigoni filius Pyrrhi sororem Deidamiam Alexandro Roxanæ filio desponsam, rebus eorum calamitate bellorum eversis, duxit. *Plutarch. in Pyrrho. Herodotus lib.* 6. Leutychides Demarato erat inimicus ob hanc caussam, quod cum Percala filia Chilonis filii Demarineni ei desponsata esset, Demoratus insidiosè hominem conjugio privavit præoccupata & prærepta uxore ac rententa. Qua de caussa etiam conjuratione facta contrà Demoratum, eo rem perduxit, ut regno ejiceretur, & summa contumelia afficeretur. Archelaus unam ex filiabus Agesilao despondit, & eam postea alii nuptum collocavit. Agesilaus filiam ab eo qui eam duxisset, non repetiit, sed rei indignitate motus, Archelaum occidit. *Ælianus lib* 8. *fol.* 136. Cratenus item Archesilaum Macedoniæ regem à quo in deliciis habebatur, interfecit, quod promissam ei filiam alteri dedisset *Ælianus*. Et *Plutarchus in Pompejo*. Juliam Cæsaris filiam Cæpioni jam desponsatam,

paucis ante nuptias destinatum tempus diebus præter omnium exspectationem duxit, & Cæpioni filiam suam, quæ Fausto Syllæ desponsa fuerat, in matrimonium promisit, indignationem Cæpionis ea promissione lenions. *Idem in Cæsaris vita.* Cæsar item Pompejo filiam Juliam uxorem dedit, quæ tamen Servilio Cæpioni desponsata erat. *Sueton. Dion. lib. 39.* Caligula eam, quæ alii desponsata erat, accipit in uxorem. *Zonaras Tom. 2. fol. 176.* Hermione item desponsa fuit Oresti à Menelao patre. Interim eam pater collocavit Pyrrho Neoptolemo, sub quo etiam militavit Dyctis Cretensis accitus abeo, qua tempestate Hermionem in matrimonium susceperat, ut ipse testatur, *lib. 6. fol. 243.* Sed cum videret Hermione sibi præferri Andromachen pellicem, patrem ea de re certiorem fecit, & persuasit, ut Pyrrhum interficeret. Orestes dolens sibi præreptam à Neoptolemo Hermionem, hortatur Menelaum ut rem ad exitum perducat. Ipse etiam Orestes ei insidiatus est. Paulò post rumor increbuit, interemptum esse Neoptolemum, eumque sermone omnium circumventum insidiis Orestis, per populum disseminatur. Atque illo extincto Hermionem recepit Orestes, quæ sibi antea desponsa erat. *Vellejus Paterculus* Orestes se à Pyrrho Achillis filio virtute vindicavit. Nam quod pactæ ejus Menelai, atque Helenæ filiæ Hermionis nuptias occupaverat, Delphis eum interfecit. Lavinia honeste educata à parentibus primum Turno desponsata fuit: deinde Æneæ collocatur. Id quod dum vindicare Turnus aggreditur, bellum exortum est, in quo & pater vitam amisit, atque ipse & Æneas simul interiere. *Halicarnass. Servius.* Huc pertinet quod Plutarchus de Catone minore refert, eum Lepidam sibi despondisse, quæ Scipioni Metello pacta fuerat. Verum priusquam nuptiæ fierent, Scipio consilio mutato nihil sibi reliqui fecit, dum Lepidam sibi matrimonio jungeret. Qua re vehementer commotus Cato, cum ei dicam scribere statuisset, dissuadentibus amicis juvenilis animi fervore ad scribendos jambos se contulit, Archiliq; acerbitatem mutuatus Scipionem convitiis proscidit, duxit autem Atiliam Sorani filiam. Sed & Samsoni desponsata Philistæa, de parentum voluntate alteri nupsit, Samsonis nimirum familiari. Qua re commotus Samson Thamnatenses maximis affecit cladibus. Nam copulatis trecentis vulpibus, & earum caudis incensis, segetes & vineas & oliveta combussit. Cujus facinoris authorem

cum

ized by Google

cum Samsonem esse Thamnatenses percunctationibus comperissent, quoniam socer ereptam ei mulierem ejus familiari dedisset, illos invaserunt & mulierem ejusque patrem igni combusserunt. *Judic. cap. 14. & 15.* Sed & recentior ætas exempla vidit consimilia. Joannes Rex Angliæ Isabellam matrem Henrici Regis tertii filiam unicam Comitis Engolismi in uxorem duxit, quæ Hugoni Comiti Marchiæ à patre desponsa erat, antequam à Rege duceretur: quam tamen Rege Joanne mortuo Comes Marchiæ sibi matrimonio junxit. *Polydorus libro 15. & 16. in vita Henrici tertii.* Carolus Octavus Annam Britannorum Regis filiam Maximiliano Imperatori desponsam, & per procuratorem, more Regio, nuptam, in uxorem duxit, hoc prætextu, quod Pontifices autores sacrorum eam facile legibus solvere possent, & quod sponsalia facta nullius essent momenti, ut quæ absque mandato Caroli Regis, ad quem Britannia pertineret, cojissent, effetque matrimonium non consummatum. *Arnoldus Ferronus de rebus Gallorum lib. 1. Et Polydorus in historia Anglorum lib. 26.* Sed & sacræ literæ ejus rei nobis exempla suppeditant. Merobe desponsetur à patre Davidi & tamen nuptum collocatur Adrieli Melathiæ ex eoque quinque liberos procreavit, *1. Regum 18. Joseph. antiq. lib. 6. & Zonaras.* Quæ omnia eo consilio hic congessimus, ut ostenderemus, sponsalia sæpe dirempta fuisse, quod alteruter contrahentium aliam sibi conditionem quæsiverit, & nuptiis factis matrimonium consummaverit: idque notius est, quam ut demonstratione egeat. Interim tamen nulla veterum authoritate aut exemplo, quod sciam, doceri potest, matrimonium inter conjuges consummatum diremptum fuisse, propter sponsalia priora cum alio innita, idque quod durissimum sit, conjuges, qui in unam coaluerunt carnem, divellere. Item eos qui matrimonium vel sponsalia pro deridiculo & delectamento habent, & alteri sponsum vel sponsam præripiunt, divinitus puniri. Nam Syphax & Sophonisba capti in potestatem populi Romani pervenerunt, & uterque nuptias excusare conatus est: Sophonisba quod coacta nupsisset, Syphax quod amore Sophonisbæ, quæ quemvis ad quidvis posset pellicere & impellere, captus, fidem Deosque fefellisset. Sophonisbam sibi tradi Scipio jussit. Masinissa simulans se eam traditurum, ei clam venenum attulit, & optio-

Digitized by Google

nem dedit, utrum bibere, an vero Romanis ultro servire velit. Illa venenum hausit, & sibi mortem conscivit. Hic fuit exitus sponsaliorum diremptorum, & matrimonii clam contracti, ne homines fidem fallere, & fœdus hoc omnium sanctissimum ludibrio habere assuescant. Idque exempla omnium temporum ostendunt, quorum nos aliqua infra subjecimus.

11 Objiciat aliquis incerta † semper fore sponsalia, si sponsæ post peracta sponsalia impune alteri nubere liceat vel sponso aliam ducere. Nam hac ratione alteruter qui conventioni stare non vult sese extricare potest. Quæ res fenestram ad omnia flagitia aperiet. Respondeo. Ejusmodi flagitia impunita relinquenda non esse. Ideoq; omnibus seculis magistratus in ejusmodi scurras animadvertit. Jure civili infamis est, qui cum duobus sponsalia contrahit: & alteri sponsa, alteri nupta ignominiosa est, *l. ult. de his qui notantur infam.* Jure divino pro adultero habetur & morte pœnas luit, *Deuteronom. cap. 22. Leo constitut. 74.* Quas leges magistratum sequi, & in eas tanquam in speculum inspicere convenit, dareque operam, ut in ejusmodi conjuges levitate ipsa leviores, quique matrimonium pro delectamento habent, exempla edantur, quibus alii ab ejusmodi sceleribus deterreantur. Pœna autem erit vel capitis, vel exilii, vel confiscationis bonorum, vel carceris, fustuarii, plagarum, vel mulcta pecuniaria
12 pro arbitrio magistratus infligenda. Itaque recte Augustus † Elector constitutione lata cavit, ut qui sponsam secundam vitiaverit, in foro ad Numellam sistatur & ignominiosus fiat, & postea relegetur. T. Von Ehebrüchen §. Würde sich aber *fol. 101.* Quam pœnam etiam luit secunda sponsa ab eo vitiata, siquidem conscia fuit fraudis, hoc est, sponsalia prima non ignoravit. Et qui sponsam alterius vitiat virgis cædi debet, & perpetuo relegari una cum sponsa, nisi sponsus hoc delictum remittere sponsæ velit, & eam ad se recipere. Nam tunc mitius punitur. Interim tamen vir qui vitiavit, virgis cæditur & relegatur. T. Von Straffe der Unzucht / *l. si uxor. §. Divus ad legem Jul. de adulter. Alexander III. part. 6. cap. 2. consilii Lateranensis*, etiam vult, ut ei de læsione fidei pœnitentia injungatur, qui fidem datam non servaverit & aliam duxerit Sed & divinitus eos puniri historiæ testes sunt, ne quis eos impune peccare existimet. Sed rursus instabit aliquis, sponso vel sponsæ ne sic quidem satisfieri cui fides data non servetur, ideoque

rem

rem sic temperandam ut promissis stare sponsa cogatur. Respondeo injuriam sponso factam, idque negari non posse, sed tamen injuriam ejus conditionis esse, ut pensari possit. Itaque liberum erit sponso vel illam mulctare & sponsæ condonare, quæ illum ludificata est, vel si nolit eam jure persequi, & sponsam cogere, ut boni viri arbitrio satisfaciat transactione inita, ei cui injuria illata est, quod à pactione & promissis discesserit, & fidem datam fefellerit. At puellæ quæ viro nupsit & domum deducta est, nulla ratione satisfieri potest, si à marito segregetur, quippe læsa pudicitia est, deperit illa semel. Et hac ratione partibus rectiùs consuletur, quam si nuptiis dissolutis, ea quæ marito nupsit ab eo divelleretur, cum ex duobus malis minùs eligendum sit, & minùs malum ad majus collatum bonitatis quandam habet rationem. *Aristoteles lib. 5. Ethicorum c. 5.* Et contumelia sponso illata propter fidem non servatam, si ad ignominiam, quæ uxori marito relicto contingeret, conferatur, vel exigua vel nulla est; ideoque æquiori animo ferenda ita ut minor injuria cedat majori. Minor autem injuria est, fidem conjugi datam fallere, cùm res integra est ante consummatum matrimonium, quam post matrimonium consummatum, quando res amplius integra non est, illud dissolvere.

Sed rursus occurritur nobis, leges & sententias patrum quæ de adulteris mulieribus non ducendis loquuntur accipiendas esse de illis, quæ resipiscere non velint, Quæ verò resipiscentiam testentur sine lenocinii suspicione duci, reduci & retineri posse Quod si ita est, videtur & hoc casu sponsam, quæ alteri nupsit, quam sponso à marito avelli & repeti posse. Respondeo apud me non satis exploratum esse, quod plerique † statuunt, scilicet adulteram resi- 13
piscentem, quæ se ad meliorem frugem recipiat, sine scrupulo & nævo duci posse, qua de re suo loco latius disputabitur. Et ut demus id rectè dici, tamen ad quæstionem propositam non rectè accommodari potest. Longè enim diversa sunt, adulteram resipiscentem repudiatam repetere & sponsam alteri nuptam, quæ & ipsa adulteræ loco habetur ducere, & à marito, cui nupta est, avellere. Nam adultera, quæ resipiscit virum non habet, à quo divellatur. Imò adultero relicto, ad maritum à quo repudiata est revertitur, idque ideo facilius ferunt leges. At mulier quæ sponso relicto alteri nupsit,

à marito cui nupsit divellenda est maximo suo cum dolore, scandalo & infamia. Et quamvis jura statuunt, eam adulteræ loco habendam, tamen si æqui judices esse, & rem ad amussim examinare voluerimus fateri cogimur, eam non corpore, sed animo & mente tantum adulterii crimen incurrisse, eoque re ipsa adulterium non esse, & crimen levius esse. Itaque recte Philo. Quidam putant medium quiddam esse inter stuprum & adulterium quoties sponsa nondum tamen nupta ab alio. Me tamen judice hæc quoque species est adulterii, quasi dicat verum non esse adulterium. Sed si à marito divellatur mulier, & ad eum cui primo desponsa fuit redire & nubere cogatur, revera adulterium committet, & quidem duplex, unum animo, alterum verò animo & corpore, atque ita adulterium adulterio cumulabitur. Et quidem postremo commissum adulterium gravissimum erit, cum revera sit adulterium. Nam adultera revera est, quæ concubitum duorum passa est. *Festus.* Adulter & adultera dicuntur, quia illa ad alteram & hæc ad alterum sese conferunt, vel ut Lactantius bene definit adulteram, quæ compagem corporis in diversa traxerit *lib. 6. cap. 23* Itaque *apud Plautum* Alcumena sese purgans, & adulterii crimen refellens, hac ratione utitur jurata. *Amphit. Act. 2.* Ut mihi extra te unum mortalis ne corpus corpore contigit, quo me impudicam facerêt. Huc spectant & illa *Tibulli.*

Sed corpus tetigisse nocet, sed longa dedisse
Oscula, sed femori conseruisse femur.

Seneca declam. 6. Incesti damnari non potest nisi cujus corpus violatum est. Et jure civili adulter censetur, ἐν ἐργῷ deprehensus, & ut ille apud Theocritum *Idyl. 2.* καὶ ταχύ χρῶς ὅτι χρῶτι πελάσσεται. Et *Idyl 5.* καὶ ποτὶ τὰν μανδρὰν καπελάμβανον ἀμὲ ἐνάργᾳ. In stabulo deprehendi eum in ipso opere. *Lucianus in Dial.* Pamphilus, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχουσα, *l. quod ait lex, ad l. Jul. de adul.* Ad hujus sententiæ confirmationem facit, quod *Hostiensis* scriptum reliquit *cap. ult. de spons. duor.* Pontificem statuere posse, ut per matrimonium consummatum infirmetur matrimonium non consummatum, hoc est, sponsalia. Et ita respondit Alexander III. *part. 6. c. 2. concilii Lateranensis*, ut qui fidem dedit, quod quandam mulierem duceret in uxorem, & aliam duxit, quod licet non sit tantum contra fidem suam venire, si tamen

aliam

aliam in ſuam receperit, nec in facto primæ mulieris ultrà proceſſerit, niſi quod fidem dedit, à muliere ea ſeparari non debet, ſed ei de læſione fidei pœnitentia eſt indicenda. Deinde quod idem Pontifex *cap. 8.* expreſsè dicit, in hac quæſtione alios aliter ſentire, & quod aliter etiam à ſuis prædeceſſoribus ſit judicatum. Deinde, quod ita demum ſponſalia anteponenda ſint nuptiis, ſi legitimus conſenſus ea ſolennitate, qua fieri ſolet, præſente ſcilicet ſacerdote, intervenerit. Quæ verba illi, qui in jus Canonicum hoc reſcriptum retulerunt, omiſerunt. Ex quibus patet, quod initio monuimus, dubiam eſſe, & juris controverſi hanc quæſtionem, quam ego aliis latiùs dijudicandam relinquo. Etſi autem recepta omnium interpretum ſententia eſt, matrimonium dirimendum eſſe, & qui promiſit ad primam redire debere. *Kirchovius conclus. 58. Facultas Lipſenſis conſi. 53. Conſilior. Academiæ* tamen ſi ejuſmodi facti ſpecies incideret, matrimonium conſummatum dirimendum non cenſerem, propter eas quas ſupra attulimus rationes. Quam & Lutherus *libell.* Vom ehelichen Leben probaſſe videtur, cujus verba ſuprà retulimus. *Hemmingius item Danus in libell. de divort. & repudio* optimis rationibus nixus. *fol. 167. & fol. 209.* qui primis hic glaciem ſcidiſſe videtur, *& D. Beuſt. in tractat. de nuptiis*, præſertim ſi ſecunda nupta viro ſponſalia prima ignoraſſet, & fraudis conſcia non eſſet. Nam iniquum eſſet eam, quæ pudicitiæ jacturam feciſſet, à viro avelli & pœnam luere, cum nihil deliquerit contra *l. ſancimus, C. de pœnis.* Idem cavit Rex Fridericus II. Chytræus in re dubia nihil certi concludit. *Levit. 18. fol. 157. Henningius Goden* in hac facti ſpecie, quæ ei oblata fuit, determinanda, tanquam mus in pice hæſit, quod videret durum eſſe, matrimonia conſummata diſſolvere. *conſil. matrim. 2. Germanor.* Itaque tandem eo evaſit, ut dicat verba illa, quibus contrahentes uſi ſunt ſponſalia de futuro inducere, qualia ſunt hæc: Ich wil dich nehmen zur Ehe. Item: Ich wil dich haben zum Sacrament der heiligen Ehe. Ich wil keine andere haben. Ich habs jhr gelobet / ideoque matrimonium dirimendum non eſſe. Cum tamen *idem Henningius conſil. 1.* præcedenti hæc verba jam enumerata matrimonium vel ſponſalia de præſenti importare ſcribat, & quod idem ſit dicere, Ich wil dich nehmen / ac ſi diceret, Ich nehme dich. *nu. 3. & 4.* & rectè, ut ex iis quæ ſupra dicta ſunt liquet *c. 4.*

Unde

Unde colligitur eum etiam in hanc sententiam descendisse, neque voluisse matrimonium publicè solennisatum, & in cujus possessione vel quasi sint conjuges, propter sponsalia quæ antecesserunt, dirimere, ut illius verbis utar. Ne tamen in scopulos juris canonici impingeret, hanc λογομαχίαν commentus est, seu potius verborum cavillationem, Idemq; feciſſe videtur, quidam *Henrichmannus consil. matrimon. 18. Germanorum*, qui testes singulares esse dicit, & ita evadit.

§. 26. SUMMARIA.

1 *Facti species in Consistorio Slesvicensi agitata.*
2 *Exemplum literarum quas scripserunt Lutherus, Pomeranus & Melanchthon.*
3 *Forma sententiæ.*

1 IN Consistorio quoque Slesvicensi consimilis pene facti quæstio Anno 1544. agitata fuit. Mater filiam primo despondit, affirmanti, se tutorum & cognatorum consensum habere. Filia etiamsi ipsi nuptiæ non essent cordi, matri imperanti morem gessit, & arrham ei, qui illam primi nomine petebat, tradidit. Mater & tutores ubi comperissent, sese delusos, arrham primo remiserunt, & filiam secundo desponderunt. Primus ea de re certior factus, secundum in jus vocat, & ne matrimonio jungerentur, interdictum ab Episcopo impetrat. Ille verò non comparuit, idque de consilio Præfecti, qui omnia in se recepit, promisitque se curaturum, quo sponsalia inita firma manerent. Idque ut re ipsa præstaret, in Ecclesia puellam lite pendente secundo copulari & tradi jussit. Interim in contumaciam egit primus & eo rem perduxit, ut sententia ferretur, cujus hæc erat summa, uxorem secundi à marito separandam esse, Maritus & uxor qui sesquiannum cõjuncti in matrimonio vixissent, & divelli nollent, huic sententiæ non acquievere, ut quæ durior, & tamen, ut ego existimo, de communi interpretum juris Canonici, & recepta multorum opinione lata esset, & quia aliud remedium nullum erat, de eo negocio Consistorium Wittebergense in consilium adhibuerunt. Judices Consistorii re perpensa consuluerunt matrimonium dirimendum non esse, cum diu una vixissent

sent vir & mulier. Sed quia lite pendente nuptias celebrassent, propter contumaciam à magistratu puniendos esse. Exemplum literarum, quas de ea † Lutherus, Pomeranus & Melanthon ad Episcopum dederunt, subjicimus.

Reverendissime domine Episcope. Etsi magna varietate negociorum onerati sumus, nec libenter peregrinas ullas causas audimus, tamen sæpe cum hi, qui flagitant consilia, ostendunt, se moveri animæ periculo, & non desinunt petere responsiones nostras, tandem obtinent ut respondeamus. Et cum consilia petuntur, non sumus judices ut in foro, nec possumus utramq; partem vocare, sed damus consilia congruentia narrationi illorum qui petunt consilia, nec aliorum ordinariam jurisdictionem impedimus. Hæc ideo scribimus, ut ostendamus, quare non audita utraque parte responderimus. Non sumus, judices vestri populi, nec litigantes vocare possumus, sed consilia damus congruentia narrationibus eorum, qui dicunt, se conscientiæ suæ remedia quærere. Quod verò ad præsens negocium attinet. Inguari nos, ut antea sine ullo privato affectu simplicissime sententiam nostram exposuimus, & nunc lectis prioribus narrationibus & vestris, quod rectum nobis videtur, plane recitabimus, & vos rogamus, ut bóni consulatis. Nam hæc pio studio non contentionis causa scribimus. Quanquam valde peccavit Inguarus, quod lite pendente contra Episcopi prohibitionem nuptias celebravit, & factus est contumax, & propter hæc delicta omnino puniendus est, tamen postquam nunc tam longo tempore una vivunt Inguarus & Christina: nos non sine evidentibus causis divellendos esse duximus, & adhuc ita sentimus. Etsi enim mater & fortassis aliqui primo promiserunt Levoni, tamen puellæ voluntas non accessit. Consensit autem puella Inguari petitioni. Et quanquam ante copulam matris promissioni filia obtemperare debuit, tamen post copulam eam avellere ab Inguaro non voluimus. Et pro se ambo Levi & Inguarus quædam allegant, quæ disputabilia fuerunt ante copulam, at post copulam in re prius dubia tutius est non divellere conjunctos. Ideo adhuc in hac sententia sumus, non divellendos esse Inguarum & Christinam, sed tamen puniendos, quia lite pendente nuptias celebrarunt & fuerunt contumaces. Hæc via quantum nos de hoc negocio scimus adhuc nobis videtur justa, ac miramur vos in

vestra narratione nunquam feciſſe mẽtionem de Chriſtianæ voluntate. Nec tamen hæc ut judices ſcribimus, ſed ut conſilium dantes, quatenus nobis ex narrationibus prioribus, & veſtris res nota eſt. Et hoc conſilium pium eſt, nec præbet cauſſam novis perturbationibus conſcientiarum, aut variis mulieris corporis commixtionibus, quæ etiam cavendæ ſunt. Nec propterea leges conjugii vel auctoritatem veſtri Conſiſtorii labefactamus. Servabit Deus leges & Eccleſiæ gubernationem, & nos noſtro miniſterio, quantum Deus nobis concedit, hæc dona Dei ſumma veneramur, & tueri cupimus. Sed cum nec proſpici lapſus omnes poſſunt, nec poſt factum ſanari omnes, in utroque, quantum fieri poteſt, elaboremus, ut caveamus lapſus futuros, & ſanemus præteritos, quantum Deus concedit. Noſtrum conſilium eo ſpectavit, ut leniter ſanaretur delictum Inguari propter ipſius & mulieris conſcientiam & ne divulſio conjugii plura mala gigneret. Nec melius conſilium adhuc videmus. Sed tamen nihil juris ſumimus nobis in veſtra gubernatione, nec noſtra reſponſio vim habet ſententiæ ut in foro. Sed conſilium eſt pro conſcientia interrogantis datum, ſecundum ea, quæ proponuntur ut ſæpe jam teſtati ſumus.

Lutherus, Pomeranus, Melanthon.

3 Forma † ſententiæ.

WIr die verordente Commiſſarien des Conſiſtorii zu Wittemberg/ vrkunden hiemit öffentlich: Nach dem vns ein ſolcher Fall (wie hierinne erzehlet) fürgetragen / vnnd wir vmb Belehrung des Rechten darauff angelanget/ vnd erſucht worden/ vnd nemlich/ daß N. N. zu N. vnter dem Fürſten zu Holſtein geſeſſen / hat vmb eine Jungfraw / mit Namen N. N. N. N. Tochter, welcher Vater mit Tode abgangen/laſſen freyen bey der Jungfraw Mutter / vnnd durch die Freyer / ſo von ſeiner wegen vmb die Jungfraw geworben/ der Mutter anzeigen laſſen/daß er zu ſolcher Freyet der Jungfraw Vormünder vnnd Freundſchafft Conſens vnd Verwilligunge/ vormals erlanget hette / Auff ſolche der außgeſchickten Freyern Anzeigungen / denen die Mutter Glauben gegeben/ hat ſie dem N. N. welcher die Freyer dar geſandt/genandte jhre Tochter zugeſaget/vnnd wie die Mutter die Tochter hat wollen fordern laſſen/ jhr

Jaworꝛ

Jawort darzu zugeben/hat ſie ſich verkrochen/ vnnd wie ſie endlich hinter einem Bette ſteckend befunden / iſt ſie aus Forcht vnnd mit Zwange getrungen worden / auff jhrer Mutter Zuſage dem N. N. ein Malſchatz/ oder Arrham zuſchicken / da doch jhre Gemüthe vnd Meynung niemals geweſt auch noch nicht iſt jhn den N. N. ehelich zu verwilligen/ welches ſie auch erböttig/da es jhr auffgelegt/mit jhrem Eyde zubetewren. Wann aber der Jungfrawen Vater jhr/als ſeiner Tochter/in ſeinem Teſtament den Landvoigt deſſelben Ort Landes N. N zu N. N. zu Vormünden verordnet / vnd allda auch bräuchlich: Wenn nun Verlöbnis folgen ſollen werden / daß ſolches mit der Vormünden / da die vorhanden / vnnd der Freundſchafft Verwilligunge geſchehen müſſe/vnd Landvoigt / als geordneter Vormünder / innen worden / daß die Jungfraw ohn ſein Zuthun/ Wiſſen oder Willen verlobt/hat er der Jungfrawen Mutter darumb angeſprochen/vnd wie dieſelbe durch jhne berichtet/daß der N. N. ſeinen des Vormünden Willen nicht gehabt/hat ſie befunden/daß ſie durch falſchen Bericht der Werber/als ob der Vormünder vnd Freundſchafft/die Verheyrathung jhrer Tochter ſollen gewilliget haben / welches ſich doch in der Warheit anderſt gehalten / betrogen worden / vnnd hat dem N. N. den Malſchatz/ſo die Werber jhrer Tochter von ſeinentwegen gegeben/ wider geſchicket/ vnnd die beſchehene Zuſage abkündigen laſſen: So hat auch nachmals der Landvoigt/als Vormünder/ ſampt der Freundſchafft/mit verwilligunge der Mutter/die Jungfraw einem andern/mit Namen N. N. ehelich verlobt vnd zugeſagt. Wie nun N. N. das kundt geworden/ hat er nicht wollen zu frieden ſeyn/ vnd den N. N. für dem hochwürdigen Tilmannum von Huſum/Biſchoff zu Schleßwigk/der H. Schrifft Doctoren/etc. vnſern gnädigen Herrn / vnnd J. Gnade Räthe / geordente Commiſſarien des Conſiſtorii daſelbſt gerichtlich citiren laſſen / N. N. aber iſt nicht erſchienen / ſondern durch den Landvoigt abgehalten / jhme auch zuerſcheinen verbotten worden / mit Vertröſtung / daß er jhme bey der auffgerichten Vrreheligung ſeiner Mündlein/ wol ſchützen vnnd handhaben wolte. Es hat auch der Landvoigt dem N. N. die Jungfraw in ſeinem beyſeyn/in der Kirchen trawen laſſen / vnnd ſie jhme darnach Ehelich zugelegt / vnnd haben beyde einander vngefährlich anderthalb Jahr beygewohnet. Mitler weil aber hat der erſte Sponſus N. N. vor Hochgenandtem vnſerm Gnädigen Herrn von Schleßwigk / vnnd Conſiſtorio daſelbſt / in contumaciam wider den N. N. fortgefahren,

Es iſt auch die Sache an Königliche Mayeſt. zu Dennemarckt / unſerm gnädigſten Herrn/als die höchſte Obrigkeit des Ortes/gelanget/aber doch wider an das Conſiſtorium geweiſet/ vnnd endlich erkandt vnd geſchafft worden/daß der N. N. ſchuldig ſey/ ſein Eheweib/ mit derer/ wie berühret/die anderthalb Jahr in der Ehe geſeſſen/zu verlaſſen. Darauff wird gefragt/ob des viel genandten N. N. begangen Vngehorſam b/vnd contumacia ſeines nicht Erſcheinens / welche er doch etlicher maſſen / des Landvoigts Verbotshalber/ zu entſchüldigen gnugſam Vrſache ſey / ſich von ſeinem Eheweibe poſt conſumatum matrimonium zuſcheiden laſſen/zu förderſt/dieweil wo es ohne die contumaciam geweſen / das erſte vermeinde Verlöbnis/ſo bey der Mutter/ doch ohne der Tochter Willen/ mit falſchem Bericht des Löwen Obbeſten halben zuwegen gebracht / des N. N. verhoffes vnbündig vnnd vnkräfftig geweſen. Bittet auch der gemeldte N. ſich/was hierinnen Chriſtlich/billich vnd recht ſey zu rettung ſeines Gewiſſen/auch was er ſolcher ſeiner contumaciē halber in recht verwürcket haben mögen/zubelernen. Vnd daß dieſer Handel alſo/wie vorberührt/gelegen/ haben ſolches zwar glaubwürdige/vnnd vns wolbekandte/ Männer / als er Auctor Steinmann Pfarrherr zu Morheim / vnnd er Johann Rißwan / Diacon zu Huſum / mündlich vor vns bezeuget / als wir dann ſolchen Fall mit ſeinen Vmbſtänden / mit gutem Fleiß bewogen/vnd darüber mit vornembſten Herren Theologen der löblichen Vniverſitet allhier gehabtem Rath: So berichten vnnd bekennen wir vor Recht / ob wol die contumacia an jhr ſelbſt ein delictum iſt / ſo mag doch die Ehe / ſo mit guter vnnd freyer Bewilligung beyder Contrahenten / auff der Mutter vnnd Vormünder authoration vnnd conſent beſchloſſen / auch öffentlich vollnzogen / von wegen der erſten Verlöbnis/ welcher ſolchen Qualiteten in Mangel iſt / aus Vrſachen der Contumacien/nicht zerriſſen werden/ es mag auch der Sententien / der wahren Ehe zuentiegend / der Zeit halben keine Krafft gewinnen / ſondern die contumacia in ander wege/ als mit Gezwange einer leiblichen Geldbuſſe/für die Armen zu diſpenſiren/geſtrafft werden. Zu Vrkundt haben wir diß vnſerer Erkandnis mit vnſeren hieranhengenden Conſiſtorial-Inſiegel verſiegelt. Geſchehen zu Wittenberg/etc.

Etſi autem hæc facti ſpecies in eo à reliquis diſcrepare videtur, quod puella non conſenſiſſe dicitur, ſed metu adacta arrhas ſponſo

ſponſo perferendas tradidiſſe, tamen ex actis, quæ ad meas manus pervenerunt, nulla metus indicia colligi poſſunt, quæ tamen requiruntur ad metus probationem, ut ſuo loco explicabitur. Ideoque Conſiſtorii Sleſvicenſis judicibus ignoſcendum, qui communem & receptam interpretum Juris Canonici ſententiam, in pronunciando ſecuti ſunt, nimirum, matrimonium primo promiſſum, ſecundo conſummato per concubitum præferendum eſſe.

Quam tamen ego vix Jure defendi poſſe exiſtimo, quemadmodum ex his, quæ hactenus tradita ſunt, liquet. Nec me movet, quod ad confirmandam hanc ſententiam affertur, conſenſu nuptias conſtitui. Nam ut ſupra latè explicatum eſt, de conſenſu accipientis, & in ſua deducentis, & mariti uxorem poſſidentis, accipienda eſt regula, quod fit in nuptiis. Itaque rectè dici exiſtimo, conſenſus ſponſalibus interveniens, ſponſalia conſtituit. Idem in nuptiis ratificatur, & traditione, mancipatione, & poſſeſſione firmatus matrimonium promiſſum perficit & conſtituit. Mancipatione dico quod Feſtus Pompejus mancipare dicit, de marito, quaſi manu accipiente uxorem & in ſua deducente idque ſupra notavimus. Hinc & diſtinctio illa inter ſponſalia fœdera & nuptialia fœdera, manavit. Multo minus nobis adverſatur, quod jure divino ſponſa uxor appellatur. Nam etſi obligatione quodammodo uxor eſt, tamen ſponſa revera uxor non eſt, ſed appellatur uxor, propter promiſſionem factam & ſpem futuri conjugii. Nam & uxor etiam conſummato matrimonio ſponſa dicitur, ut ſupra oſtenſum eſt.

§. 27. SUMMARIUM.

Quid ſi ſciat vir mulierem quam ducturus eſt alteri deſponſam vel contra, an ad eam redibit cui prius fidem dedit?

SEd dicat aliquis, hæc quidem tolerari poſſe, ſiquidem alteruter contrahentium ignarus ſit pactionis vel ſponſaliorum cum alio initorum. Sed quid ſi ſciat vir, mulierem quam ducturus eſt, alteri deſponſam. Vel contra, mulier ſciat virum alteri fidem dediſſe, an matrimonio cōſummato ad eum eamve redibit, cui prius

fidem dedit? Et ita quidem sentit vir clarissimus *Hemmingius*, & obscurè *Chytræus*, *fol. 387*. Et idem statuit Rex Fridericus II. siquidem id cupiat ille, cui primum fides data est. Sin verò id non petat mulier, nec secundam retinendam esse, propterea, quod ignara non fuit promissionis alteri factæ. Ego quidem distinguendum non existimaverim, an uterque sciat sponsalia inita esse, vel alteruter tantum. Nam utroque casu matrimonium consummatum minime dissolvendum putaverim, ita tamen, si nuptiis celebratis postrema viro tradita, benedictio subsecuta, & in facie Ecclesiæ palàm omnia peracta sint, quæ ad perfectionem conjugii pertinent, de quibus *c. non aliter 30. q. 5. dicitur* Et cur sic sentiam ratio est, quod supra enumerata argumenta, & rationes, quibus demonstrare conati sumus, matrimonium consummatum minimè dirimendum, etiam hoc casu locum habent, ideoque idem jus constituendum sit. Nam si alteruter conjugum sive uterque sciat, alterum sponsum vel sponsam esse, negari non potest, quin adulterium commissum sit. Et quidem eo gravius, quando uterq; delicti commissi conscius est. Unde consequens est, etiam sponsalia seu matrimonium promissum solutum esse, nec alteruter cogi eam ducere, vel ei nubere cui conjugium promissum sit, cum adulteram nemo ducere teneatur, quod turpe sit, & legibus vetitum, cum ejusmodi personis conjungi, ut supra latè ostendimus. Huc accedunt & aliæ absurditates & incommoditates, nimirum, quod si matrimonium dirimendum esset, alter alterum pro arbitrio relinquere, & ad primum sponsum redire posset, vel aliquem subornare, qui post annos aliquot affirmaret, cum eamve, qui quæve matrimonio juncti essent, aliis fidem dedisse. Idq; maximo cum scandalo Ecclesiæ, & dolore eorum, qui una multos annos vixissent, & fortassis liberos procreassent. Dein is qui Jure Civili rem venditam possidet, potior est eo, cui illa solum vendita, & neque hic distinguitur, an sciverit emptor vel ignoraverit. *l. pot. C. qui pot. in pig.* Ergo nec in matrimonio distinguendum videtur. Exempla etiam suprà adducta argumento sunt, veteres non distinxisse, sed matrimonia rata esse voluisse, etiamsi utroq; sciente à sponsalibus recessum & matrimonium initum esset. Ita Syphax Sophonisbam duxit, quæ tamē sciebat sese Massanissæ desponsam esse, neq; ea de causa matrimonium solutum legimus, etsi pater Asdrubal verecun-

verecundabatur factum. Et Segestus Arminii filiam alii desponsam duxit, & retinuit. Neque filia ignoravit, sese à patre alii desponsam esse. *Idq; ex Tac. verb. coll. lib. 2.* Filia mariti magis, quam parentis animo. Medea item non ignorabat se Albano Tyranno desponsum, neque Hermione, quod Oresti pater eam promisisset, neque Anna Britannorum Regis filia, ut quæ Maximiliano, non tantum verbis, sed imaginario etiam concubitu nupsisset, ut supra dictum est. Interim tamen hic utrumque conjugem coercendum, & à magistratu Politico puniendum existimaverim, vel carcere, exilio, fustuario, plagis, mulcta pecuniaria, cum uterque deliquerit, alter qui delictum in se admisit, alter qui delicti conscius sit: & id ratihabendo approbat. *Qua de pœna paulò ante satis.*

§. 28. SUMMARIUM.

Matrimonium per verba ficte prolata promittens, & deinde cum alia paciscens jurejurando accedente & copula, an ad primam redire cogatur?

HInc & ad speciem facti, quæ apud *Erasmum* exstat, responderi potest. Quidam per verba temporis præsentis, sed † ficte prolata promisit matrimonium, ac deinde cum alia paciscitur ex animo jurejurando accedente & copula Si receptam sententiam sequamur, ad primam redire cogitur, etiamsi interceserit jusjurandum, concubitus, & liberi etiam nati sint. Atque hinc quantum incommoditatis exsitat nemini obscurum est. Nam si obtemperat judicio Ecclesiæ provocat iram Dei, si non obtemperat anathemate feritur, hoc est, excommunicatur. In hac itaque perplexitate censet *Erasmus*, conscientiæ consulendum, & è duobus malis minùs eligendum esse, nimirum ut hominis fulmen patienter ferat, ne divino fulmine pereat in æternum, hoc est, retinebit eam, quam sibi verè & seriò desponsit & duxit. Idque rationi & æquitati est consentaneum, ut ex iis quæ supra latè tradidimus, liquet. Nam si is, qui seriò matrimonium primæ promisit, & secundam duxit, primam relinquere & secundam retinere debet, quantò magis is, qui verbis simulatis & ficte prolatis fidem dedit. Sed quod *Erasmus* censet Episcopum incusari non posse,

posse, qui suo fructus sit officio. Id quidem secundum communem sententiam rectè dicitur, sed vix est, ut defendi possit. Nam, ut supra latissimè demonstratum est, plus tribuendum est matrimonio benedictione, & concubitu confirmato, quam nudis sponsalibus. Idque nisi concedatur, & hoc absurdi sequetur, quod mulier ducta, mancipata & possessa, quæ nihil peccavit in maritum jus non habeat, ut quem nec tenere potest nec amittere. Interim tamen impunitum non erit hoc delictum. Nam & is, qui ficte promisit sponsalia & aliam duxit non secus puniendus est, quam qui seriò promisit. Et sibi imputet, qui ficte promisit, & in re sacrosancta lusit, si rei levissimæ, ut ait Plato, gravissimas pœnas dare cogatur.

§. 29. SUMMARIUM.

Matrimonium ex animo quidam promittit verbis de futuro & cum muliere concubuit, sed non animo maritali, postea cum altera contraxit verbis præsentis temporis non accidente concubitu, an priorem retinere debeat?

ALIA quæstio est. Quidam ex animo promisit conjugium verbis de futuro, & cum muliere cōcubuit, sed non animo maritali, hoc est, velut cum uxore sed veluti cum puella quavis. Postea cum altera contraxit verbis præsentis temporis non accedente concubitu? Dicendum est priorem retinendam esse, propterea quod virgini vitium illatum est, & pudicitia erepta, accedente promissione de conjugio qualicunque. Nam & verba futuri temporis per copulam in rem præsentem vertuntur. Erasmus ait, priorem contractum, apud Deum irritum esse: quod non placet. Nam & Deus vult vitiatam duci, etiamsi nulla promissio conjugii accesserit, *Deuter. 22.* Itaque & apud Deum & apud judicem contractum primum ratum & firmum existimaverim, & secundum irritum.

§. 30. SUMMARIUM.

Sponsus pendente lite cum prima desponsa si cum alia matrimonium ineat quid dicendum?

Hic

HIc rursus quæritur, si † pendente lite cum prima de- 1
sponsa, sponsus cum alia matrimonium ineat, nuptias celebret, & copuletur, contra interdictum vel prohibitionem Ecclesiastici ordinis, judicisq;. Et Alexander Tertius Pontifex statuit conjugium dirimendum non esse, sed tamen segregandos esse conjuges, tantisper dum de caussa prohibitionis cognoscatur, ut videre licet *toto t. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ & c. tenor de rejudicat. Idque sequuntur uno ore Doctores consi. matrim. 31. & 32. quod est Johannis de Imola.* Pœnitentiam tamen eis injungendam esse *c. ex literis ibidem.*

CAPUT XI.

§. 1. Arrhas in contractu matrimonii dari solere instar emptionis & venditionis. Idque apud omnes propemodum gentes receptum esse.

§. 2. Annulos ut plurimum arrharum nomine datos esse.

§. 3. Arrha & arrhabon voces unde dictæ.

§. 4. Cur annuli dentur & digito minimo proximo sinistræ manus, hoc est, annulari inserantur & gestentur.

§. 5. De arrharum effectibus.

§. 6. De quantitate vel precio arrharum.

§. 7. Scripturam etiam intervenire solere in contrahendis sponsalibus.

§. 8. Hebræos duplices tabulas conficere nimirum promissionis vel sponsalium & acceptionis.

§. 9. Quibus ritibus tabulas nuptiales scripserint & obsignarint veteres Romani.

§. 10. De cautione seu formula Liberorum quærendorum caussa uxorem duci quæ tabulis asscripta fuit.

§. 11. Etiam absq; tabulis contrahi posse sponsalia, & matrimonium.

§. 12. De promulgatione publica vel Banno, ut vocant & quid vocabulum Bannum sibi velit.

§. 13. Si quis sine promulgatione nuptias fecerit.

§. 14. De benedictione seu consecratione.

§. 15. Quibus de causis benedictionis usum invexerit antiquitas.

§. 16. Ethnicos conjugia sua Diis suis consecrasse & singulis benè actibus singulos Deos præfecisse.

§. 17. Thalassi vox explicatur hactenus non intellecta.

§. 18. Nubentes apud omnes penè gentes Diis sacrificasse.

§. 19. An benedictio pro traditione habenda sit.

§. 20. De effectibus traditionis seu benedictionis, quæ in locum domum deductionis surrogata esse videtur.

§. 21. An benedictione omissa matrimonium nullum sit.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Arrhæ pertinent ad ritum sponsaliorum.*

2 *Arrhæ nihil commune habent, cum dote vel donatione propter nuptias.*

3 *Arrharum usus antiquissimus.*

4 *Turcæ & Persæ uxores à parentibus emunt.*

1 AD ritum quoq; sponsaliorum † pertinent arrhæ. Nam & hæ plerumq; dari solent in argumentum nuptiarum, vulgo, 2 Handtrew oder Malschatz, & nihil commune habent cum dote vel † donatione propter nuptias, *gl.* Landrecht *lib.* 1, *artic.* 2. *in verbo* Morgengabe. 3 Eaque † res antiquissima est, & à primordio mundi originem traxisse videtur. Nam & internuncius Abrahæ Rebeccæ, quam herili filio uxorem petebat, γαμήλια aurea & argentea arrhæ loco dedit, nimirum in aurem auream dimidii sicli pondo, & duas armillas denum aureorum pondo, *ut Genes.* 24. *legitur.* Eumque morem Hebræi semper retinuerunt, ut qui nulla penè matrimonia absq;

abſq; arrhis contrahant, *ut ex capite primo de ſponſalibus colligitur.* [*haiſcha nickнu becheſef*] hoc eſt, mulier acquiritur vel emitur argento, vocem [*cheſef*] interpretantur Hebræi [*badiner vbeſchafe diner*] hoc eſt, denario vel valore denarii [*pruthah vbeſchoueh pruthah*] vel nummo uno, aut valore nummi. Idq; quod ſcriptum ſit, cum acceperit vir uxorem & poſſederit eam. *Deut.* 24 & quod non accipiatur niſi argento. Idq; ad exemplum arrhæ, quæ in venditione traditur, ut plurimum ut rei contractæ argumentum vel pignus. Nam & Hebræi hunc contractū venditionis inſtar habere tradunt, & interveniente arrha veluti precio abſolvi, & mulierem non ſecus acquiri, quam cum Abraham argento agrum Ephron à filiis Heth acquiſiviſſet. Nam & ibi vox [*kanah*] quæ idem quod emere vel acquirere notat, reperitur. *Geneſ.* 25. ubi dicitur agrum, quem emit Abraham. Item: Dedi tibi argentum agrì, accipe à me. Et inde originem traxiſſe tradunt. *cap.* 1. *de ſponſalib.* Et ſponſa, *Matth.* 1. Chaldaice [*Mechirah*] nominatur, quaſi dicas empta vel acquiſita. [*eim Miriam mechirthah*] cum Maria ſibi acquiſita vel vendita, à verbo [*Mochar*] quod vendere, acquirere, tradere eſt. Unde latinum Mercor, quaſi dicas mercata. Unde & haud dubie manavit mos ille, cujus meminit *Plinius lib.* 33. Apud Romanos, *inquit*, ſponſa ex tribus aſſibus, quorum unum in manu, alterum in pede, tertium in ſacciperio geſtabat, primum ſponſo dabat, quaſi ſibi eam illo precio coemptum eſſet habitura. Item matrimonium per coemptionem, qua mulier in viri conveniebat manum, & illi erat loco filiæ. Et materfamilias dicebatur. *Boetius. Servius 4. Æneid. & 1. Georgic.*

Teque ſibi generum Tetys emat omnibus undis.

Quod, ait, emat, *inquit Servius* ad antiquum nuptiarum pertinet ritum, quo ſe maritus & uxor invicem emebant. Idem tradit *Nonius Marcellus & Iſidorus.* Huc facit quod in lapide Patavino legitur. Conſule Auguſto P. Claudius Quæſtor ærarii Antoniam Volumniam virginem vōlentem è parentibus ſuis coemit, & quatuor facibus in domum introduxit. Qua de re plura *Briſſonius & Revardus, & Roſinus lib.* 5. *cap.* 37. Et in hac emptione facienda nummum unum, aut alterum dicis cauſſa, vel ut Hebræi loquuntur [*pruthoh veſchoueh pruthoh*] interveniſſe, nemini dubium eſſe poteſt, qui conſideret abſque precio emptionem fieri non poſſe. Item, quod ex tribus aſſibus eum quem in manu geſtabat, marito dabat mulier.

Idq; etiam apud Græcos moris fuisse non obscure innuit Homerus, apud quem Vulcanus ita loquitur: Donec mihi pater omnia redder dotalia, quanta illi (Veneris) puellæ causa promiseram, quod mihi pulchram, verum impudicam filiam locavit *Odyss. lib. 8. & lib. 13.* Ulysse (inquit Minerva) cogita quemadmodum procis manus injicias, qui jam triennio in tuis ædibus dominantur, tuam expetentes uxorem, etiam dando dotem ducere. Et *lib. 5.* Eurymachus cunctos procos donis superat, & dotalibus juvando instat, ut te vivente ex domo patrimonium ferat. Idem ex Pausania colligitur *lib. 3* Danaus, inquit, cum nanciscì non posset, qui ipsius filias ducerent, parricidio pollutas, dimisit qui nunciarent, nullum se à viris sponsalium nomine munus poscere. Ejus rei adhuc vestigia apud omnes Orientis nationes supersunt. Apud Hebræos, qui virginem compressisset, à patre eam emebat viginti argenteis, & ducebat. *Deuteronom. vigesimo secundo cap.* Nam & Turcæ † & Persæ uxores à parentibus emunt, ut & olim Saxones & Burgundiones eas vel à parentibus, vel tutoribus emisse ex veteribus legibus colligere licet *cap. 14. & 34. legum Burgundionum, quas Gundobaldus dedit & legum Saxonicarum t. 6. Saxonum.* Qui viduam ducere velit offerat tutori precium emptionis ejus, consentientibus ad hoc propinquis *Item t. 17.* Lito regis licet uxorem emere ubicunq; libuerit *Burgund. t. 14.* Si mulier sine liberis defuncta fuerit, maritus uxoris precium, quod pro ipsa dabatur non requirat. Similiter defuncto sine liberis marito, non requirat mulier, *& t. 9. & 17.* Et 300. fuisse solidorum *cap. 6.* indicatur. Idque adhuc in Gallia frequentari notat Brissonius nimirum, numeratione 13. nummorum in nuptiis facta.

4

§. 2. SUMMARIUM.

Arrharum nomine annuli plerumq; dati sunt.

SEd ut ad institutum revertamur, Romani in contrahendis nuptiis annulos ut plurimum usurparunt, idq; *ex Juvenale* colligitur cujus hi sunt versus.

Conventum tamen, & pactum & sponsalia nostra,
Tempestate paras, jamq; à tonsore magistro.
Pectoris & digito pignus fortasse dedisti,
Certe sanus eras ------

Et apud

Et apud Plautum ancilla conciliatrix heræ nomine militi annulum tradit his verbis.

Hunc annulum à tui cupiente huc detuli, porro
Ab illa, quæ digitos deſpoliat ſuos, & tuos digitos decorat.

Idem ex multis juris civilis locis deprehenditur, *l. ſi donata* §. *ult. de donat. inter vir. & uxorem*, Ubi ſponſus alienum annulum ſponſæ miſiſſe dicitur *Harmenop. lib. 4. t. 2. ſcribit Plin. lib. 33.* quod & paulò ante attigimus, apud Romanos virum ferreum annulum ſine gemma dediſſe mulieri ſeu ſponſæ. Gemma aberat, ut rei deſcriberet ſimplicitatem. Materia ad conſtantiam ſpectabat. Forma annuli ad perpetuam conjunctionem. Contra ſponſa, quod & paulò ante notavimus, ex tribus aſſibus, quorum unum in manu, alterum in pede, tertium in ſacciperio geſtabat. Primum ſponſo dabat, quaſi ſibi illam illo precio coemptum eſſe habitura. Alterum in foro Diis laribus deponebat, quem & igni luculento & corollis ſua manu plexis, ut ait Plautus, augebat. *Scaliger lib. 3. Poet. c. 101.* Annulus autem ille prónubus dicebatur. *Tertull. de cultu fœminarum.* & annulus fidei, ut eum appellat Nicolaus Pontifex. Poſtquam, inquit, arrhis ſponſam ſibi ſponſus per digitum fidei annulo inſignitum deſponderit, *cap. noſtrates 30. quæſt. 5.*

§. 3. SUMMARIA.

1 *Arrha vox unde deducta.*
2 *Arrha quid.*
3 *Annulos Romæ mulieribus non licuit geſtare præterquam illis, quæ ſponſæ eſſent.*

ARrha autem ſeu arrhabon, † voces ſunt Hebrææ, in Latinorum coloniam deductæ, quæ idem valent, quod pignus. Vox arrhabon extat *Geneſ. 38.* ubi Juda nurui ſuæ Thamar, quam putabat eſſe ſcortum, annulum ſuum faſciam & baculum arrhaboni, id eſt, pignori dedit, donec illi mercedem ſolviſſet. Et poſtea hœdum ex capris miſit ad liberandum pignus. Et vox arrha ſive aruba *1. Samuel. cap. 7.* legitur. Verba ita habent. [*veeth erubothou thikach*] id eſt, pignus eorum accipies. Quod ita explicat Hebræorum doctiſ- 1

simus David Kimhi. [*clomar maschconnem ci derech anschc hazobo loſim maſchunuth ael huzoothom leſi ſcheein hameoth mezuyen cimoben veomar lou ſchegiſkach vegozi maſcheonom meacſcher maſchcenou ezlou vechen bene hathareuboth bene haſſerim ſchehoin nothnim aothom bebeth hamelech erobim ſchelo imredu bou tſchteyeſch beles*] id est, pignus eorum. Nam milites pro more habent pignora dare cum egrediuntur in militiam, & nummos non habent, quos secum ferant. Itaque dicit textus, fore ut auferant eorum pignora quæ secum habent. Ita & arrabones dicuntur obsides filii principum, quos solent in domibus Regum dare arrhabones, ne rebellent ei, quos vulgò ostagios appellant. Idque cum latina voce congruit. Nam & veteres Latini fidejussorem seu obsidem arrhabonem nominarunt, *ut ex Gellio constat, M. Catonis verba recitante.* Cum tantus arrhabo penes Samnites Populi Romani esset, arrhabonem dixit obsides, & id maluit, inquit Gellius, quam pignus dicere, quoniam vis hujus vocabuli in ea sententia gravior acriorque est. *lib. 17. c. 2.* arrha autem à voce [*orab*] descendit, quæ idem valet, quod spospondit, oppignoravit, fidejussorem constituit. Unde *Terentius* Ea relicta est huic arrhaboni pro illo argento. *Plautus.* Quin arrhabonem à me accepisti ob mulierem, etiam hinc abduxisti. Et paulò post eandem voce latine aliter expressit. Numquid ille me invito meam opignorare potuit. Grammatici Græci ignari idiomatis Hebræi arrhabonem definiunt ὅτι ταῖς ὠναῖς ἐπὶ τῶν ὠνημάτων δοθεμένη προκαταβολὴ ὑπὲρ ἀσφαλείας: id est, corollarium seu accessio, quæ ab emptoribus firmandi contractus caussa datur. Unde Varro arrhabo sic dicta, ut reliquum reddatur: Hoc verbum è Græco arrhabon. Sed longè falluntur. Nam hæc vocabula ab Hebræis accepta Latini civitate Romana donarunt, ut jam ostendimus, & arrhæ non tantum in contractu emptionis & venditionis, sed in omnibus aliis intervenire solent. Ita arrhæ sponsalitiæ dicuntur munuscula, quæ sponsus in signum fidei præstitæ dabat sponsæ, quo evidentius sponsalia probari possint. Nam qui arrham dat vel accipit, eo ipso quasi pignori sese adstrinxit ad
2 matrimonium; unde *T. de sponsal. & arrhis sponsalitiis.* Est itaque arrhæ † nihil aliud, quam res pignori data, qua quis certus redditur de re promissa, vel fide data: vel res ejusmodi, quæ in hoc datur ut velut argumentum sit, & indicium negocii contracti. Ita annulus

sponsæ

ſponſæ pignoris loco mittebatur, quem pronubum Tertullianus appellat, his verbis: Annuli pronubi arrhabone obligantur oppignorantur que maritus & uxor. Et *Apulejus lib. 5. de aureo aſino.* Ego, *inquit*, ſororem tuam & nomen jam mihi arrha atq; his nuptiis conjugabo. Et *lib. 4.* Virum, inquit, ſancta charitatis affectione mutuo pignoratum, quaſi pignore quodam conjugali devinctum. Sed nec Romæ mulieribus † licuit annulos geſtare aureos, præterquam 3
illis, quæ ſponſæ eſſent, idque ex eodem Tertulliano colligitur, cujus hæc ſunt verba: Circa fœminas etiam illa majorum inſtituta ceciderunt, quæ modeſtiæ quaſi patrocinabantur, cum aurum nulla norat, præter unico digito, quem ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo: *in Apologet.* Et Clemens *lib. 3. pædag. c. 11.* Quod ſi oporteat nos quoque dum Rempubl. gerimus, & in agris etiam alia opera exercemus, & ſæpe etiam ſumus ſine uxoribus, nonnulla ut ſint tutiora obſignare, dat nobis quoque unum ad id obſignaculum; alii autem ſunt objiciendi annuli, ut vult ſcriptura: Aureus prudenti mundus eſt diſciplina. *Proverb 8. Macrob. lib. 7. c. 13.* Veteres, inquit, non ornatus ſed ſignandi cauſſa annulum circumferebant. Unde nec plus quam unum licebat, nec cuiquam niſi libero, quos ſolos fides decerneret, quæ ſignaculo continetur. Ideo jus annulorum famuli non habebant. Nam & poſt cladem Cannenſem lege cautum fuit, ne mulieres aurum geſtarent. *Zonaras T. 2. fol. 200.* Sed nec viris nec liberis, nec ingenuis, licuit annulos geſtare, præterquam Senatoribus & Equitibus. *Zonaras Tom. 2. fol. 79. & fol. 149.* Idem tradit *Dion. lib. 48. Xiphilinus & Sigonius de jure antiquo civium Romanor.* Quos etiam diebus luctus ponebant & ferreos ſumebant, idque ex Suetonio *in Auguſto.* Colligitur. Alii die exequiarium, quæ fiebant Auguſto ponendos aureos annulos, ferreoſque ſumendos exiſtimabant. Idem tradit *Iſidorus lib. 20.* Fœminæ non uſæ ſunt annulis, niſi quas virgini ſponſus miſerat neque ampliùs, quam binos aureos in digitis ſolebant habere.

§. 4. SUMMARIA.

1 *Arrhæ loco cur annuli dentur.*
2 *Auctorii opinio.*

3 *Annuli*

3 *Annuli gestatio præsumptionem aliquam pro sponsalibus parit.*
4 *Annulus à sacerdote datus matrimonii præsumptionem inducit.*
5 *Sponsalia ob id infirmantur quod nullæ arrhæ datæ sint.*
6 *Annulus cur quarto digito inseratur?*
7 *Auctoris opinio.*

1 CUr autem annuli arrhæ † loco dentur, quæritur? Bonfinius hanc adfert rationem, quod duos animos hoc vinculo constringi putant. Forma rotunda perpetuam conjunctionem & fine carentem significat, Isidorus aliam adfert, *lib. 2. de divin. offic.* Quod in primis nuptiis annulus à sponso sponsæ datur fit, nimirum propter mutuæ dilectionis signum, vel propter id magis, ut eodem
2 pignore eorum corda conjungantur. Sed † verius est majoris firmitatis gratia, & ut sit pignus, tessera vel symbolum, signum incurrens in oculos & demonstrans eam puellam cui annulus traditur desponsam esse. Idque ostendunt verba Juvenalis.

—Et digito pignus fortasse dedisti.

3 Nam & annuli gestatio præsumptionem † aliquam pro sponsalibus
4 parit. *c. illud ubi notatur de præsumpt.* & à sacerdote † datus annulus, matrimonii præsumptionem inducit, *gl. 6 fœminæ 30. q. 5. in verb. annulus.* Etsi autem majoris firmitatis & facilioris probationis caussa
5 arrhæ dari solent, tamen ob id, quod † nullæ datæ sint arrhæ sponsalia non infirmantur. Imò sine his firma sunt, dummodo contracta esse probari posset. Et hinc est illud tritum apud Dd. verbum, arrhas de honestate non de necessitate adhiberi. *c. nostrates, c. qualis 30. q. 5.* Rectiùs, meo judicio, dicitur ut eo firmior & expeditior sit contractus, & ut contrahentes, & illi, qui adfuerunt testes certiores redditi affirmare possent, sponsalia inita esse, idque se non tantum auribus, sed etiam oculis, hoc est, duobus sensibus hausisse & percepisse. Nam *ut recte Herodotus lib. 1.* Magis incredulæ sunt hominum aures quam oculi. Et Lucia de domo, Aures minus fide dignæ sunt, quam oculi. Quod & Poeta expressit his versibus:

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.

Item:

Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem.

Qui

Qui audiunt audita dicunt, qui vident plane sciunt.

Cur autem quarto † digito, quem etiam idcirco annularem & medi- 6
cinalem dicunt, (*Gell.lib.10. cap.10.*) inferatur annulus, quæri solet? Et existimarunt veteres id ideò fieri, quod in eo vena quædam existat, quæ ad cor protendatur, & qua veluti duce mutuus amor ad cordis ima penetraret. *Gell.lib.10. c.10. & Macrob.lib.7. c.13. ex Appione & Atteja Capitone reddunt, & Isidorus, Polydor. Virgilius de inventorib.rer.* Sed Medici recentiores & Vesalius nullam illic venam neque majorem neque illustriorem aliam, quam in reliquis digitis reperiri, quæ ad cor perveniat, docet. Verisimile est, quod quibusdam placuisse video, nu- 7
ptialem annulum ideo sinistra manu latum fuisse ne usu † atteretur, vel quod mihi magis verisimile sit, ne manu dextræ, quæ semper agendo occupata est, impedimento annulus esset, ejusq; usum remoraretur. Digito autem minimo proximo ea de causa etiam insertum existimaverim annulum, quod is inter alios minimum sit occupatus, & quodammodo otiosus, sive scribat quis, sive aliud opus manufaciat. Idque res ipsa ostendit. Et Clementis Alexandrini autoritate confirmatur, cujus hæc sunt verba: Sed neq; est à vitis annulus in articulo ferendus, hoc enim est muliebre: sed in parvo digito, atque adeo extrema ejus parte est demittendus. Ita enim erit manus maximè ad operandum expedita, in iis, in quib. ea egemus, neq; facile excidet sigillum, quod majore articuli ligamento custoditur, *lib. 3. pædago.* Cui adstipulatur *Macrob.lib.7. c.13.* his verbis. Postea usus luxuriantis ætatis signaturas preciosis gemmis cœpit insculpere, & certatim hæc omnis imitatio lacessivit, ut de augmento precii, quo sculpendo lapides parassent, gloriarentur. Hinc factum ut usus annulorum exemptus dexteræ, quæ multum negociorum gerit, in lævam relegaretur, quæ ociosior est, ne crebro motu & officio manus dexteræ preciosi lapides frangerentur. Electus autem, inquit, ipsa læva manu digitus minimo proximus, quasi aptior cæteris, cui commendaretur annuli preciositas. Nam pollex qui nomen ab eo, quod pollet accepit, nec in sinistra cessat, nec minus quam tota manus semper in officio est. Unde & apud Græcos ἀντίχειρ, inquit, vocatur, quasi manus altera. Pollici verò vicinus nudus, & sine tuitione alterius appositi videbatur. Nam pollex ita inferior est, ut vix radicem ejus excedat. Medium & minimum vitiaverunt, inquit, ut ineptos, alte-

rum magnitudine, alterum brevitate, & electus eſt, qui ab utroque clauditur & minus officii gerit, & ideo ſervando annulo magis accommodatus. *Ex Attejo Capitone Pontificii juris perito refert Macrobius.* Vide. *Levinum Lemnium lib. 2. c. 11.* qui nervum à corde ad digitum annularem porrigi ſcribit. Siniſtra autem manu etiam ſuperior ætas, annulos ferre ſolita eſt, ne novum inventum quis exiſtimet. *Macrobius libro 7. capite decimo tertio.*

§. 5. SUMMARIA.

1 *Arrha ſymbolum eſt matrimonii promiſſi vel complendi.*
2 *Arrhis ultro citroq; datis ſine ulla ſtipulatione & promiſſione ſponſalia de præſenti contracta cenſentur.*
3 *Annuli traditio ſola ſponſalia conſtituit ſine ullis verbis ſi conſuetudine receptum eſſet, ut annulus certa quadam figura inſignitus ad conſtituenda ſponſalia daretur.*
4 *Arrhæ cujus ſint materiæ nihil intereſt.*
5 *Arrhæ nomine rectius dantur annuli.*
6 *Annuli traditio hæredis inſtitutionem quodammodo arguit.*
7 *Annuli traditio ſola efficax non eſt ad plenam probationem.*
8 *Annulum ſe accepiſſe in cauſſam matrimonii neganti juramentum purgationis imponi.*

1 SEd ut eo unde digreſſi ſumus, redeamus, omnium interpretum conſentientes ſunt ſenſus, annulum ſeu † arrham datam ſeu miſſam, ſignum, teſſeram ac ſymbolum eſſe matrimonii promiſſi vel complendi. *l. arrhis, l. final. C. de ſponſal. cap. 1. & ibi Dd. de matrimonio contra interdictum Eccleſiæ contracto. Zaſius conſil. matrim. 10. Germano.* Idque
2 uſque edeo verum eſſe cenſent, ut † ultro citroque datis arrhis, ſine ulla ſtipulatione vel promiſſione ſponſalia de præſenti contracta cenſeantur. Itaque ſi vir fidei conjugalis nomine puellæ arrham vel munus adferat, & illa id tacens accipiat, in eam cauſſam, in quam datum eſt, accepiſſe præſumatur, hoc eſt, in ſymbolum futurarum nuptiarum. *Panormit. in cap. tuæ, extra eod. cap. final. de deſponſat. impub. Didacus 2. parte 5. 4. num. 3.* Quod ego ita demum verum exiſtimaverim, ſi verba præceſſerint conjugii promiſſionem continentia. *Gloſſa, cap. penult. & Abbas d. cap. final.* Et ita Hebræi in ſuis Pandectis ſentiunt *capit.*

1. de

t. de ſponſal. ubi hæc verba reperiuntur. [*nohen loh haceſſou ſchouch ceſſef veomar loh harre ath mechudeſcheth li harre ath meaureſſth li harre ath leintha harre ſu mekudeſcheth.* Hoc eſt, vir mulieri argentum vel aliquod æquivalens tradit & ita loquitur. Eu tu mihi conſecrata & ſanctificata es. En tu mihi deſponſata es. En tu mihi uxor es; eam tunc revera deſponſam eſſe. Atque hac in re tam ſcrupuloſi ſunt, ne dicam ſuperſtitioſi, ut ſi mulier arrham det viro his verbis, in dubium revocent, an ſpõſalia ea rata ſint. Quo ſpectant verba ſequentia [*abal hi ſchenothnob veomroh hi harini mekudeſcheth loch harini merreſeth loch harini lecho leintha aeno mekudeſcheth.*] Si illa (hoc eſt, mulier) arrham dederit & dixerit: Ecce ego tibi ſanctificata ſum. Ego tibi deſponſata ſum. Ego tibi uxor ſum: illam deſponſam non eſſe, Item, ſi ille arrham det, & illa loquatur eam deſponſatam non eſſe. Sed hæc latius perſequi noſtri non eſt inſtituti. Tritum enim eſt illud Juvenalis.

Qualiacunq; voles Judæi ſomnia vendunt.

Addunt noſtri, ſi † conſuetudine receptum eſſet, ut annulus certa quadam figura inſignitus, ad conſtituenda ſponſalia daretur, tunc etiam ſine ullis verbis, traditionem annuli ſolam ſponſalia conſtituere. *gloſſ. cap. fœminæ 3. q. 5. Pariſius conſil. 57. num. 43. Didacus 2. parte c. 4. num. 3.* Quod tamen mihi non probatur, hanc ob cauſſam, quod in conſtituendis ſponſalibus recepta omnium gentium conſuetudine, quæ ratione nititur, verba requirantur, niſi contra qui contrahunt muti ſint, quibus ignoſcendum eſt, ut ſupra tradidimus. Ideoque ejuſmodi ſigna, quæ nihil aliud ſunt quam technæ, & aucupia, quibus contrahentes in fraudem illiciuntur, quæque à certitudine abſunt, ſufficere non exiſtimaverim. Quorſum enim hujuſmodi adminiculis utemur in ſponſalibus conſtituendis, quæ compendio ſermonis expediri poſſunt & debent. Nam ſicut oculos nobis dedit Deus, non ut ſpectemus, voluptatemq; capiamus, ſed ut videamus propter eos actus, qui ſpectant ad vitæ neceſſitatem, ita linguam nulla alia de cauſſa accepimus, niſi ut ea animi cogitata proloquamur, & voluntatem noſtram in rebus magni momenti, quales hæ ſunt, declaremus: non ut ea ad obſcœnitatem verborum abutamur. Parum autem † vel nihil intereſt, cujus materiæ ſint arrhæ. Plerunq; tamen aurei annuli dantur *c. ſi quis uxorem 27. q. 2. Panorm. c. 1. de ſponſa. duor.* 4

Vel etiam torques, nummi aurei, vel argentei. Rectius tamen † annu-
5 li dantur. Idq; quod in re magni momenti annulis uti solemus & imprimis signatoriis. Ideoq; in hoc contractu, qui omnium est maximus & sanctissimus, merito adhiberi debeant Nam & annuli traditio † hæredis institutionem quodammodo arguit. Exemplum est
6 apud Valerium Maximum *lib. 7. c. 790.* Itaq; Quinti Luculli testamentum rescissum fuit, qui semper præ se tulisset, Lucium Lucullum filiũ adoptivum sibi hæredem fore, cui moriens etiam annulos suos tradidisset, & tamen alium Pomponium Atticum testamento adoptasset Ideoque & populus Romanus cadaver resti adstrictum per viam traxit. Et *c. 794.* Marcus Popilius Oppio Gallo moriens annulos tradit, quasi hæreditatis, ut omnes putabant, sibi relictæ futuros testes. Quamvis Popilius ea intentione tradidisset, ne quid ex ea hæreditate amitteret, quam non erat aditurus, & Trogus *Pompejus lib 22. de Alexandro Magno.* Sexto, inquit, die præclusa voce exemptum digito annulum Perdiccæ tradidit, quæ res gliscentem amicorum dissensionem sedavit. Nam etsi non voce nuncupatus hæres, judicio tamen electus videbatur. *Q. Curtius lib. 10. Et Diodorus Siculus de rebus gestis Alexandri.* Etsi autem † annuli traditio præsumptionem maximam indu-
7 cit, tamen nisi alia accedant indicia, sola efficax non est ad plenam probationem. Idq; colligere licet ex illis, quæ jam memoravimus. Nam & Quintus Lucullus & Marcus Popilius annulos tradiderunt, hic Oppio Gallo, ille Lucio Lucullo, quos tamen hæredes esse noluerunt. Idemque *ex c. 793.* liquet *lib. 7.* ejusdem Valerii Maximi, cujus hæc sunt verba: T. Barrulus, L. Lentulo Spinteni cujus amantissimum animum, liberalissimamq; sensserat amicitiam, decedens suos annulos, perinde atq; unico hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredem reliquerat. Et *ex l. cum pater, §. pater pluribus. de leg. 2* colligitur, simplicem clavium & annuli traditionem, quæ custodiæ tantum causa fiebat, nihil juris ei, qui illos accepit tribuere, sed commune filiorum negocium geri. Nam & annulus signatorius solet ut plurimum adhiberi literis obsignandis, & pecuniis in cista depositis *l. 1. §. si pecunia in sacculo signat. deposita. § si cista signata deposita ff. depositi.* Idque etiam ad sponsalia recte meo judicio trahitur, ut etsi annulus mulieri datus sit, non ex eo convincatur revera intercessisse sponsalia, ut suprà ex Dd. authoritate tradidimus, nisi

niſi alia accedant adminicula. Interim tamen ei, quæ negat in eam cauſſam † ſe annulum accepiſſe, juramentum purgationis imponi poſſe exiſtimaverim, quod ut diximus, annuli diligenter aſſervari, & non niſi in negociis maximi momenti tradi ſoleant. Itaque M. Tullius ad Qu. fratrem, ſi neque temerè annulus tuus, inquit, non ut vas aliquod, ſed tanquam ipſe tu, non miniſter alienæ voluntatis ſed teſtis tuæ: Vas, τὸ σκεῦος, id eſt, ſupellectilis inſtrumentum, ut rectè Fornerius interpretatur *lib. 74.* ſignatorius annulus de verbo ſignificat: quaſi dicat, eum annulum non temere, inſtar cujuſdam vaſis aut ſupellectilis, aliis utendum dare debere, ſed ſibi eum ſervare, veluti teſtem ſuæ voluntatis. Itaque Qu. Sempronius cum comperiſſet Annibalem annulum Martelli collegæ in prælio interfecti nactum eſſe, ſciretque quantum in ea re momenti eſſet: municipes Italiæ certiores fecit, ne crederent epiſtolis, ſi quæ Martelli manu obſignatæ præferrentur. *Livius. Sextus Julius Frontinus lib. 5. Stratagemat.* Quo ſpectat illud *Plinii.* Celebratior, inquit, uſus cum fœnore cœpiſſe debet, argumento eſt, conſuetudo vulgi ad ſponſiones etiam vinculo exiliente tracta, ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior, ut planè affirmare poſſimus, nummos apud nos cœpiſſe, mox annulos. Quæ etſi de annulis ſignatoriis dicta ſunt, tamen etiam ad annulos pronubos rectè accommodari poſſunt. Nam & hi non temerè, ſed in teſſeram vel ſymbolum ſponſaliorum initorum dari ſolent, ut oſtendunt verſus Juvenalis.

Et digito pignus fortaſſe dedêre ſiniſtro

Et *Tertullian.* Annuli pronubi arrhabone obligantur, oppignorantur que maritus & uxor.

§. 6. SUMMARIA.

1 *Arrharum quantitas vel pretium quod eſſe debeat?*
2 *Arrhæ magna quantitate apud veteres nunquam fuiſſe datæ demonſtratur.*
3 *Arrhæ nomine fundus vel res immobilis non rectè datur.*
4 *Arrhæ traditæ ſint oportet, ut earum efficax ſit datio.*

SEd & hoc loco quæritur, quæ † arrharum quantitas vel præcium eſſe debeat? Et *Panormitan.* magni precii arrhas inter 1

plebejos dari non posse respondit. Nam hoc casu pœne loco adjectas videri. Et quemadmodum pœna adjecta non debetur, ita nec arrhæ dationem valere, ut si pro arrhis 100. aurei darentur. Et hanc opinionem veluti æquiorem probant *Cynus & Angel. de Clavasio. Bartolus* existimat valere arrhas, dum tamen non excedant dotis quantitatem. Hebræi in suis Pandectis, sponsalia ajunt constitui argento. Idque interpretantur Dd. uno nummo aut valore nummi. Quo spectant illa verba [*bedinar ubeschove dinar biprutho vbeschove pruthe*] quæ extant *c.1. de sponsal.* Perutham autem, qua voce Hebræi utuntur, scribunt esse genus exiguæ monetæ, pondo dimidii grani argenti puri: [*mischkal chezi seouroh schelaesseſ noki*] Male *Munsterus*, qui dimidium siclum interpretatur. *Elias in Thubite*, nomen est, inquit, parvæ monetæ [*schem matbea ktanoh*] Unde colligitur, arrhas exigui pretii sufficere ad constituenda sponsalia: Interim tamen magna etiam quantitate arrhas posse dari; idem statuunt. Argumento est, quod in Pandectis traditur, si quis arrhæ nomine minam, h. e. sexaginta siclos tradere se dicat, & denarius unus saltem desit, in eo qui accepit situm esse, an conventioni stare velit. Sed † ut ut sit, certum
2 est, magna quantitate arrhas etiam apud veteres nonnunquam fuisse datas. Abrahami internuncius Rebeccæ duas armillas dedit, quarum pondus erat decem aureorum, & inaurem auream dimidii sicli pondo. *Genes. 24.* Nam & dos filiorum apud Hebræos non excedebat 50. siclos, qui marcas Lubecenses 50. faciunt, *ubi notat Bodin. lib. 5. c. 2. de Republ. fol. 719.* Moribus autem Romanorum arrhas exiguæ quantitatis datas fuisse, ex Isidoro liquet, *lib. 20. Etymologiarum;* qui scribit fœminas non ampliùs quam binos aureos in digito habuisse. Verba suprà recensuimus. Et Plinii ætate sponsus sponsæ annulum ferreum sine gemma misit, ut suprà notavimus. Et hodie inter viros etiam principes annuli dari solent gemmis insignes. Caroli Ducis Burgundiæ filia, Maximiliano arrhæ loco annulum misit, cui
3 inclusus erat Adamas. *Cominæus.* Quibus de caussis ego † verùm existimaverim, quod Bartolus tradidit, fundum vel rem immobilem non rectè dari arrhæ nomine, etiamsi accipiens constituat, se alterius nomine possidere. Idq; quod leges omnes tàm Hebræorũ, Græcorum & Latinorum, quæ arrharum mentionẽ faciunt, de arrhis loquantur in quantitate vel numero consistentibus *l. fi. C. de sponsal.* Et

quamvis

quamvis alii contra ſentiant, tamen eam veriorem eſſe ſententiã vi vocabuli intelligit. Nam arrha ſeu arrhabon de rebus ſaltem mobilibus dicitur, ut paulò ante ex Hebræis fontibus demonſtravimus. Et exempla antiquitatis oſtendunt, munuſcula arrharum loco data eſſe, h. e. annulos, monilia, torques, &c. ut ex iis, quæ ſuprà tradidimus, liquet. Ut autem † efficax ſit arrharum datio, eas traditas eſſe oportet. Neque enim ſufficit, ſi pars confiteatur, ſe eas accepiſſe vel tradidiſſe, & ut ejus ſint precii, ne reſpectu ejus, qui dedit in locum pœnæ tranſeant, ut ſuprà dictum eſt. Cur autem pœna ſponſalibus adjecta peti non poſſit, arrhæ verò in quadruplum petantur, diſputant Dd. quos vide. 4

§. 7. SUMMARIUM.

Scriptura etiam ſponſalibus intervenire ſolet, quod apud omnes pene gentes uſitatum fuit.

SEd & Scriptura una eſt è ſolennitatibus, quæ de honeſtate requiruntur. Scriptura autem ſeu teſtatio ut plurimum intervenire ſolet, quæ nomina conjugum & pacta conventa inter maritum & uxorem continet. Idque apud omnes pene gentes uſitatum fuiſſe, & neceſſarium eſſe, experientia teſtatur, quo magis fides veri conſtare poſſit. Nam rectè ille apud Plautum.

Noſtra ætas non multum fidei gerit.
Tabulæ notantur, adſunt teſtes duodecim,
Tempus locumque ſcribit actuarius:
Tamen invenitur Rhetor, qui factum neget.

Qua de cauſſa à primis uſque temporibus harum tabularum uſus fuit. Argumento eſt hiſtoria Tobiæ, quæ diſertis verbis teſtatur, Raguelem cum deſponderet filiam, ſyngraphan conſcripſiſſe, & conſignaſſe, in eaque generum hæredem bonorum ſuorum conſtituiſſe. *Tobiæ cap. 7.* Sic enim habent verba: Sumpta charta conſcriptionem conjugii fecit. Cujus rei veſtigia adhuc in Hebræorum Pandectis reliqua ſunt, qui ſcribunt, mulierem ſcriptura interveniente deſponderi. *Setar* appellant inſtrumentum dotale, unde haud dubie vox ſchedula deducta eſt, & adjiciunt eam ſcripturam eſſe, quę continet verba ſponſaliorum conſenſum exprimentia. Verba in

Pande-

Pandectis cap. 1. hæc ſunt. [*cotheb lou ael hanayer ou ael hacheres af al pi ſcheein bou ſchoveh pruthо bithcho mekudeſcheth li bithcho meureſſeth li bithcho li leinthu hare ſu mekudeſcheth*] id eſt, in charta vel teſta hæc verba, etiamſi illa non ſint valoris nummi ſcribit: Filia tua mihi conſecrata eſt. Filia tua mihi deſponſa eſt. Filia tua mihi uxor eſt. Atque his verbis illa deſponſata cenſetur. Cujus rei etiam meminit *Philo Judæus lib. de legib. ſpecialibus.* Sponſalia non minùs quam nuptias valere, quando in ſolenni amicorum conventu viri & mulieris nomina inſcribuntur tabulis.

§. 8. SUMMARIUM.

Inſtrumenta duplicia Hebræi conſtituunt ubi de nuptiis agitur.

SEd & hoc obiter hoc loco notandum, quod hactenus obſervatum non memini, Hebræos duplicia inſtrumenta conſtituere, ubi de nuptiis agitur: Inſtrumentum ſcilicet ſponſaliorum, quod [*ſchtobr eiruſin*] appellant, ab [*oraſſ*] verbo, quod deſpondere notat; & inſtrumentum [*neſſuin*] hoc eſt, inſtrumentum acceptionis, vel actus ipſius accipiendi vel traditionis, quo continetur uxorem traditam, ductam & acceptam eſſe à marito, & quod ſeſe obligaverit maritus ad ea præſtanda, quæ maritus uxori debet, nimirum tria ex lege Moſis, *Exod. 21.* veſtem ſcilicet, alimentum, & χάρεν: & ſeptem ex decreto ſcribarum, à voce [*noſchoh*] quod eſt accipere, unde & maritus qui uxorem accepit, [*noſſui*] hoc eſt, acceptus dicitur, *ut notat Elias in Thisbite.* Et illud inſtrumentum in nuptiis confici ſolet, ideoque [*cethuboh*] appellatur [*haſchtbar ſcheoſeh habael beſchaath haniſſuin*] id eſt, cemba eſt ſcheda, quam maritus uxori conſcribit hora vel tempore acceptionis vel nuptiarum, idem quando marito ſub chuppa traditur. Atque tum demum matrimonium conſummatum intelligitur. Atque eo ſpectant verba [*aen cothbin ſchtar eiruſin veniſſuin aelo midaath ſchnehem*] hoc eſt, non conſcribunt inſtrumentum ſponſaliorum & nuptiarum, niſi de utriuſq; cõſenſu & voluntate. Quod ipſum ſatis demonſtrat, quantum inter ſponſalia & nuptias interſit, & matrimonium non eſſe antequam uxor ſub chuppa tradita & accepta ſit, ne quis ſolis verbis prolatis conju-

Digitized by Google

conjugium conſtitui exiſtimet. Tertullianus etiam ſponſaliorum tabellas & nuptiarum diſtinguere videtur, *lib. de virginibus velandis.* Hæ ſunt tabellæ, inquit, priores naturalium ſponſaliorum & nuptiarum. Scripturam autem adeo neceſſariam Hebræi exiſtimant, ut ſi mulier nupta ſit, ea non interveniente, concubinæ vel pellicis non uxoris loco habenda ſit; ut & divortia ſine ſcriptura nulla fiebant. Idque Hebræorum doctiſſimi literis prodiderunt. *Kimhi in lib. Radicum* [*pilegeſch hie hoiſthoh hamiuchedeth leodom lemiſchcobou belo ctbuboh vbelo chiduſchin*] hoc eſt, Pilleges ſex pellex, (nam inde vox pellex deducta eſt) eſt mulier conjuncta viro concubitus gratia, abſq; inſtrumento nuptiali & ſponſalibus, cujus liberi in hæreditatem non ſuccedunt. *Elias vero in Thubite.* [*omru hoiſcoh bicthuboh pelegeſch blo cthubo*] id eſt, uxor dicitur, quæ nuptiale inſtrumentum habet. Concubina vero abſq; inſtrumento nuptiali, in verbo [*chtuboh*] ut & pellicem Paulus definit, quæ cum uxor non eſſet, cum aliquo tamen vivebat, quam amicam, & paulo honeſtiore vocabulo concubinam appellari Gravius Flaccus ſcripſit, vel quæ uxoris loco ſine nuptiis in domo ſit. *l. libro moralium, l. 44. de verb. ſignific.* Græci definiunt παλλάκη δὲ ἡ συζῶσα τινὶ ἐν τῷ οἴκῳ νομίμως χώρις γάμου Beza exiſtimat fuiſſe uxores, quamquis non in eo gradu & dignitate quo matresfamilias haberentur. Sed hæc latius inquirere hujus non eſt loci: Ad inſtitutum revertamur.

§. 9. SUMMARIUM.

Tabulæ nuptiales quibus uſibus ſcripſerint & obſignarint veteres.

APud reliquas quoque gentes tabularum uſum receptũ & frequentatum fuiſſe, authoritate veterum probatur, & præcipue Romanorum, qui ut in rebus omnibus, ita & hic Eunomian ſervarunt. Quo ſpectant *Juvenal Satyr. 6.*

Si tibi legitimam pactam, junctamq; tabellis,
Non es amaturus. —— & *Apulejus lib. 4. de auro aſino*, Votiſque nuptialibus pacto jugali pridem deſtinatus, conſenſu parentum tabulis etiam maritus nuncupatus. Et *in Apolog. 2.* Et quod in villa ac non in oppido tabulæ nuptiales ſint conſignatæ, tertio & quarto loco objecere. *Et poſt.* Habes Æmiliane cauſſam totam, cur tabulæ nuptiales in-

les inter me & Pudentillam non in oppido sint, sed in villa urbana consignatæ. Tertullianus item tabulas nuptiales appellat, *lib. ad uxorem.* Nunquid tabulas nuptiales de illo ad tribunal domini proferemus. Augustinus tabulas matrimoniales vocat. Atque hæ tabulæ magna cum solennitate obsignabantur. Nam accersebatur auspex, hoc est, sacerdos, qui præerat nuptiis celebrandis, & auguria interpretabatur ex volatu avium, &, ut Valla putat, pro parte mariti adhibebatur. Unde & auspicia nuptiarum appellat Cicero *de divinat.* Deinde & alii vocabantur, qui annulis signatoriis tabulas obsignabant. Quo spectat illud Juvenalis.

—— Veniet cum signatoribus auspex.

Et Tacitus de Nerone nubente cuidam Pythagoræ. Inditum Imperatori flammeum, missi auspices duo, & genialis thorus, & faces nuptiales. *lib. 15.* Et *Suetonius.* Dote inter auspices consignata, supplicio affecit. Quod aliis verbis etiam *Tacitus* scripsit, Nec ultra exspectato, quam dum sacrificii gratia Claudius Hostiam proficiscereturr, cuncta nuptiarum solennia celebrat. Haud sum ignarus, fabulosum iri, tantùm ullis mortalibus securitatis fuisse, in civitate omnium ignara, & nihil reticente, nedum consulem designatum cum uxore principis prædicta die, adhibitis, qui obsignarent, vel suscipiendorum liberorum caussa convenisse, atque illam audisse auspicum verba subisse, sacrificasse apud Deos, discubitum inter convivas, oscula, amplexus, noctem denique actam licentia conjugali. *lib. 11.* Atque si hæc omissa fuissent solennia nuptiæ legitimæ non erant. Quo spectat illud Ciceronis: Nubit genero socrus nullis auspicibus, nullis authoribus.

§. 10. SUMMARIA.

1 *Tabulis adscripta solita formula liberorum quærendorum caussa uxorem duci.*

2 *Pacta conventa de dote & donatione propter nuptias.*

1 INter alias vero † cautiones, quæ his tabulis inserebantur, & hæc una fuit, uxorem duci liberorum quærendorum caussa. Quo spectant Ennii versus ex Andromache qui apud Festum extant.

Liberum quæsendum caussa familiæ matrem tuæ,

Item

Item ex *Cresponte.*

Ducit me uxorem liberum quesendum causſa.

Quesere autem ab antiquis ponitur pro quærere. *Festus.* Et Q. Metellus censor censuit, ut ducere omnes uxores cogerentur liberorum quærendorum causſa. *Florus lib. 59.* Ita Carbilius primus ille, qui post 500. annos Romæ cum uxore divortium fecit, repudiaturus uxorem, jurare coactus fuit, se uxorem quærendorum liberorum causſa habiturum. *Gell. Noct. Attic. lib. 4. c. 3. & lib. 17. c. ult.* Augustus item dotem Sephitiæ, quæ effœta seni nupserat, reddi jussit, quod non liberorum creandorum causſa conjugium interceſſerat. *Valer. Max. lib. 7. factor. memorab. Et Suetonius de Augusto,* Helius Cimma tribunus plebis, plerisque confessus est, habuisse se scriptam paratamq; legem, quam Cæsar facere jussisset, cum ipse adesset, uti uxores liberorum quærendorum causſa, quas & quot vellent, ducerent. *Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 15.* Nonas nuptiis non convenire scribit, his verbis. *Uxorem liberum quærendorum causſa ducere, religiosum est.* Ita Thyapnis *apud Heliodorum. lib. 1. c. 6.* Caricleam sibi in uxorem expetens. Neq; enim ipsam voluptatis causſa, dato, inquit, sed liberorum procreandorum causſa, ut ne nostrum genus intercidat. Et *c. 16.* Mundus cum patet uxorem liberum quærendorum causſa ducere religiosum est. Idque Augustini ætate inter Christianos usitatum fuisse colligitur *ex lib. 1. ad Valerium comitem,* his verbis; ut secundum tabulas matrimoniales non nisi liberorum procreandorum causſa concumbant. *Et lib. 3. contra Julianum.* Pudicitia, inquit, conjugata facit, quod præscribunt tabulæ matrimoniales, ne ultra quam generandis filiis satis est, conjugis corpus attrectet. Quo spectat *l. si vicinus C. de nuptiis.* Si vicinis aut aliis scientibus uxorem liberorum procreandorum causſa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia susceptа est. Quæ res & Hebræis non ignota fuit. Nam & *Tobias cap. 8.* fatetur disertis verbis, se non libidinis causſa sibi adjungere uxorem, sed desiderio liberorum procreandorum. *Tob. 3. & cap. 6.* Angelus Tobiam hortatur, ut sibi virginem adjungat timore Domini, amore potius liberorum, quam libidine ductus. Nam scopus matrimonii & finis præcipuus est propagatio sobolis. Itaq; recte *Lactant. lib. 6. contra gentes.* Oportet ergo quenque sibi proponere, duorum sexuum conjunctionem generandi causſa datam esse viventib. eamq; legem his effectibus positam, ut successionem

parent. Item sicut terra ipsa fœcunda est ad fruges pariendas, ita corpus hominis, quod assumtum est è terra, generandi copiam facultatemq; procreandæ sobolis accepit. Quo spectat elegantissima, & christiano homine digna vox *l. 218. ff. de verb. signif.* Parentes pios liberorum procreandorū voto & animo uxores ducere. Itaq; Solon sanxisse dicitur, ut viri ad uxores suas cum reverentia accederent, ne libidinis, sed liberorum gratia accessisse viderentur. *Bonfin. de castitate conjugali* Et elegantissima sunt verba *apud Stobæum*: Oportet illos amores, qui nec voluptuarii nimis, nec inepti sunt, illam Venerem existimare licitam, quæ in conjugio sit, & ob liberorum procreationē fiat, quia & legitima est. Quæ verò nihil aliud quam voluptatem sectantur, iniquam & illegitimam, etiamsi in matrimonio sit. Unde & Augustin. concludit, conjugalem concubitum prolis generandæ caussa non habere culpam. Atque hac cautione distinguebatur uxor ab ea, quę in cōcubinatu habebatur, quę Hebræis Pilleges. Græcis παλλακὴ seu pellex, concubina vel focaria dicitur, quæ voluptatis caussa, non liberorum procreandorum caussa suscipiebatur, *ut ostendit Demosth. in orat. in Neæram.* Habere in matrimonio, h. e. si quis liberos suscipit, & filios pro suis nuptum collocat. Meretrices enim voluptatis caussa alimus, concubinas propter ministeria & curationem corporis, uxores propter ingenuos liberos suscipiendos, & fidelem rei familiaris administrationem & custodiam.

Idem tradit *Simplicius in Epictetum, & Athenæus lib. 13.* Itaque recte Ælius Verus uxori conquerenti de extraneis voluptatibus dixisse fertur: Patere per alias exercere me meas cupiditates. Uxor enim est dignitatis nomen, non voluptatis. *Spartianus in Ælio Vero.* Nam à spe sobolis & nomine matris mox adipiscendo, & matrimonium & materfamilias dicitur. *Gell. lib. 6. c. 18.* quæ probitate, morum affectione & honore maritali distinguitur à concubina, quæ etsi tolerabatur, tamen honore maritali ac matronarum dignitate carebat. *l. donationes in concubinam, de donat.* Sed ea de re alias. Et hactenus de clausula liberorum quærendorum caussa satis. Sed & † pacta conventa de dote & 2
donatione propter nuptias hisce tabulis inserta fuisse, *ex T. ff. de pactis conventis super dote* liquet. Item de victu & vivendi ratione, quale est illud quod Blondus legisse se refert, in instrumēto quodam ante 300. annos scripto, quo sponsus socero futuro promittit, se filiæ quoties

pepe-

peperisset, vinum octo diebus primis, quantum satis esset, propinaturum, & quamdiu ægrotasset de consilio Medici. Præterea quoq; festo solenni die potu illam unico oblectare. *lib. 8. Romæ triumphantis.* Nam olim mulieribus vini usus interdictus fuit, idque posterioribus seculis etiam observatum videmus. Et huic consimile de Calo-Joanne Imperatore, qui Regi Persiæ filiam collocavit, & pactus est, ut religionem christianam illi liberam relinqueret. Et ejus rei formulas quotidiana vita suppeditat, & pleni sunt libri formulariorum.

§. II. SUMMARIUM.

Sponsalia & nuptiæ absq; tabulis etiam contrahi posse.

ETsi autem tabulæ seu instrumenta majoris firmitatis gratia conscribi & obsignari solent, tamen si omissa sint, nihilominus rata sunt sponsalia. *l. 57. de sponsal. & l. 7. C. de nupt.* In sponsalibus nihil interest, utrum testatio interponatur an aliquis sine scriptura spondeat. Quo spectat illud *Quintiliani lib. 5. c. 11.* Ex contrario nihil obstat, quo minus justum sit matrimonium mente coeuntium, etiamsi tabulæ signatæ non fuerint. Nihil enim proderit signasse tabulas, si mentem matrimonii non fuisse constabit. Unde liquet, ad substantiam matrimonii tabulas aut instrumenta nuptialia non esse necessaria: sed tamen in Rebuspublicis bene constitutis ut plurimum tabulæ conscribi solent, litium vitandarum, & certitudinis caussa, & ut facilior probatu sit contractus, & firmior, idque inter personas illustres maximè. Nam experientia & necessitas suasit, res magni momenti literis consignandas esse, ut sponsalia & divortia, & alia id genus, de quibus suo loco, non tantum apud Hebræos, sed & Romanos & barbaras quoque nationes observari, ut Afros Joan. Leo *cap. 9.* prodidit. Nam vox audita perit, litera scripta manet. Et Cicero *de beneficiis* sui temporis mores respiciens, Utinam, inquit, nulla stipulatio emptorem venditori obligaret, neque pacta conventaque impressis signis custodirentur, fides potius illa servaret, & fidem colens animus: quasi dicat, perfidia contrahentium effectum est, ut necesse sit signis contractus firmare & obsignare. Sed & scriptura privata à contrahentibus sæpe in hoc contractu ad-

habetur, eaque non minus probat contra scribentem ac si publica esset. Ita C. Caligula juratus promisit uxori cohortium præfecti, se eam in uxorem ducturum, si imperio potitus fuisset, & de ea re chirographo cavit. *Suetonius in Caligula.* Et Caroli Ducis Burgundiæ filia scriptura sua manu exarata, fidem dedit Maximiliano Imperatori, eamque produci jussit Maximilianus ad fidem faciendam.

§. 12. SUMMARIA.

1 *Promulgatio seu publicatio palàm in cœtu fidelium facta, vulgo Bannum seu Proclama nominatur, omitti sine caussa non potest.*
2 *Bannum quid & unde vox Banni deducta verius quam hactenus explicatur.*
3 *Proscripti qui & quid proscribere.*
4 *Bannire vox unde.*
5 *Banni vox latius usurpari cœpta.*
6 *Heribannum vox quid denotet.*
7 *Bannum in contractu nuptiarum quid nominent.*

INter solennitates etiam quæ sine caussa omitti non possunt, quod in fœdere hoc sanctissimo honestas servari debeat, etiam est † promulgatio seu publicatio palàm in cœtu fidelium facta, 1
vulgus Proclama vel Bannum nominat. 2 Est autem Bannum vox † Gothica à Gothis primum in Italiam invecta, qui & linguæ Germanicæ usum habuerunt, & à voce Bandt descendit, quasi dicas Bandum, h. e. vinculum seu ligatura. Argumento est vox Italica *Sbandito*, quæ retinet literam *d*. Male *Gail. lib. 2. de pace publ. c. 1.* qui à Baan, id est, via publica id derivari scribit, quod Banniti amittant viam publicam, h. e. usum & commercium rerum omnibus concessum. Estq; Bannum nihil aliud quam censura ecclesiastica, seu vinculum quo ministri seu sacerdotes vinciunt & ligant homines profligatos, h. e. pœnæ & excōmunicationi subjiciunt, diriſq; devovent authoritate sibi à Christo tradita his scripturæ verbis: Quicquid ligatum est in terra, erit ligatum in cœlis. Unde Bannum originem traxit, ut quicquid Ecclesiastici ligarent, h. e. præciperent & juberent, vel si aliquem ligarent, Bannum dicerentur & Banniri, † excommunicati seu 3
ligati, (Veteres Latini proscriptos nomisse videntur.) Nam proscribere

bere eſt damnare & relegare. Et Banniti revera ligati ſunt, hoc eſt, obſtricti, uſque adeo ut & ſacris & hominum conſortio, quoad vinculum ſolutum fuerit, arceantur. Unde & † vox Bannire, deducta 4
eſt, & ad inflexionem Latinorum informata, quaſi dicas ligare, obſtringere & excommunicationis vinculo ſubjicere. Sed poſtea † 5
hæc vox latiùs uſurpari cœpta eſt, pro omni denunciatione, mandato, citatione & condemnatione, quæ fieret à magiſtratu. Unde & vox † Heribannum, hoc eſt, citatio ad delectum, *ut rectè explicatur* 6
à Cujacio in commentariis de feudis. Ita & Bannum appellarunt in con- 7
tractu nuptiarum, eam promulgationem, quam ſacerdos facit palàm pronunciando duas eſſe perſonas, quæ matrimonium inter ſeſe pepigerint, idque conſummare velint, eaque de re omnes certiores faciat, ut ſi quis huic rei intercedere, vel aliquid quod conjugii conſummationem impedire poſſit, adferre velit, vel poſſit, ut tempeſtive adſit, idque alleget, vel ſi nemo ſit, qui intercedere velit, ut ipſi nihilominus diligenter inquirant, num aliquid ſit, quod nuptias impedire poſſit. Olim autem hæc renunciatio edictis fiebat, quæ affigebantur in valvis ædium ſacrarum. *Panorm. c. fin. de deſponſat. clandeſt.* hodie verò verbis ſeu viva voce ſacerdotis, idque vel ſemel tantum, vel, quod mihi maximè probatur, & in pleriſq; locis receptum eſt, ter vel trinundino, h. e. trium dierum ſpacio, populo in comitiis ſeu templo congregato, ne quis cauſetur impoſterum, clanculum nuptias factas eſſe. Etſi autem in Eccleſia prima ejus uſum non reperio, tamen à Pontificibus bono conſilio hanc promulgationem invectam eſſe, res ipſa oſtendit, & hac de cauſſa potiſſimum, ut inceſtis conjunctionibus, aliiſq; incommoditatibus quæ inde exiſtunt, in tempore occurreretur potius, quam ut nuptiis conſummatis, & quando res integra non eſt, fruſtra remedium quæratur: ubi autem conſtiterit aliquid ſubeſſe, quod corporum conjunctionem impediat, interdici ſolet nuptiis illis, tantiſper, dum ea de re judex pronunciaverit. Ideoque & in his Eccleſiis bene cavetur. Daß die Prediger keine unbekandte Leute auffbieten oder ſegenen ſollen.

§. 13. SUMMARIA.

1 *Promulgatione non præeunte ſi quis nuptias fecerit &*

2 Promul-

2 *Promulgatione non præeunte nuptias faciens pœna extraordinaria punitur.*
3 *Promulgatio publica non est de substantia.*
4 *Promulgatio cur requiratur, caussa & rationes redduntur.*

1 SEd si quis non ignarus hujus † consuetudinis, nuptias fecerit, non præeunte promulgatione? Et siquidem personæ incestas nuptias contraxerint, hoc est, in gradibus jure prohibitis, liberi ex eo matrimonio susceptι spurii censentur, nec excusat liberos parentum ignorantia; & qui eos copulaverit sacerdos, merito puniendus est. Sin autem in gradibus concessis personæ conjunctę sint, omissa denunciatione an impune id fecerint, quæritur? Ego sane ni-
2 hilominus puniendum existimaverim † utrumque, pœna extraordinaria. Nam & sacerdos jure canonico, qui in gradibus concessis personas copulat, punitur pœnitentia ei injuncta, ut qui legem, & per consequens magistratum, qui custos est legis, contempserit, *c. fin. de clandest. desponsat.* Itaque in Strandia vidua quædam locuples mulctam pecuniariam grandem exsolvere coacta fuit, quod non præeunte denunciatione nupsisset. Idque tum maximè locum habere existimaverim, si in alterius fraudem, damnum, aut sponsaliorum vel matrimonii cum alio pacti dissolutionē nuptiæ clàm initæ sunt. Qua de re supra. Aliud dicendum existimaverim, si probabilem caussam habeant contrahèntes, cur promulgationem omiserint, ut si pestis grassetur, & ea de caussa fieri non possit. Vel si alteruter decrepitus sit, & sine pompa nuptias celebrare velit. Henricus Bohicus hanc etiam putat esse legitimā caussam, si nobilis ignobilem ducere velit, & sibi metuat à cognatis & parentibus nobilis. Quod mihi non placet, quod clandestina conjugia legib. prohibita sint, & odio digna. Et quod inter impares personas nuptiæ odiosæ sint. Ego excusationem eorum accipiendam existimaverim, qui vel per injuriam vel per negligentiam dicunt promulgationem omissam esse, idque jurejurando testentur, vel ejus culpa, qui renunciare debuit, aliave
3 probabili de caussa. Nam constat † publicam hanc promulgationem, non usq; adeò esse necessariam, quin omitti possit cum non sit de substantia, ut interpretum verbis utar, præsertim si idonea caussa subsit, vel probabilis. Argumento est, quod principes & magnates nuptias cōtrahunt, nulla præeunte denunciatione, fortassis quod hæ omnibus antequam celebrantur, innotescant, ideoq; superfluum sit

de ea

de ea re populum commonefacere. Et quod in prima Ecclesia hunc morem non reperio frequentatum fuisse. Qua de re *Dd. latius c. fin. de clandest. desponsat.* Sed mirum alicui videri possit, cur hæ solennitates, quæ tamen non sunt de substantia, necessario requirantur ad consummationem matrimonii, usq; adeò, ut jure vetitum sit, illis omissis nuptias celebrare. *c. non aliter 30. q. 5* Sed hujus rei causæ sunt † quædam non leves. Prior quod matrimonium sit ordo divinitus institutus, qui publicè inchoari, & palàm absolvi debeat, ut supra traditum est. Deinde ne ii qui unà vivunt, sub prætextu conjugii meretriciis amoribus indulgeant, & Ecclesiam ludibrio habeant. Postremo ne si forte alterutrum alterius satietas cœpisset, discedendi libertas relinquatur. Ea autem daretur si clam & absq; denunciatione nuptias celebrare liceret. Nam altera pars relicta à conjuge, testimonii destituta, non haberet quo judici fidem de matrimonio contracto faceret, ideoque pro animi arbitrio conjugem deserere & ludificari posset. Ergo ut testimonium publicum, & totius Ecclesiæ habeant conjuges, quod etiam in rebus adversis conscientiam solatur, curare debent, ut publica promulgatione omnibus innotescat matrimonium nuptiis consummandum. 4

§. 14. SUMMARIA.

1 *Benedictio seu consecratio omitti non potest in nuptiis.*
2 *Benedictio res antiquissima.*
3 *Chuppa quid.*
4 *Matrimonium apud Judæos tum demum perfectum postquam sponsus & sponsa sub chuppa convenissent.*
5 *Hebræorum mos.*
6 *Matrimonia absq; benedictione irrita sunt.*
7 *Consecratio ab Episcopis vel aliis qui sacris præerat facta.*

DE benedictione seu consecratione † quæ in nuptiis fit, hoc loco dicendum est. Nam & illa una est è solennitatib. seu ritibus qui omitti non possunt, neq; debent. Eaq; res † antiquissima est, & Deum authorem habet. Nam Deus ipse, ut Moses testatur, *Genes. 2.* Evam Adamo tradidit, eisq; bene precatus est. Et hunc morem semper Ecclesia retinuisse videtur. Hebræi sanè in hodiernum usq; diem id servant in nuptiis contrahendis, ut sponso sponsa tradatur à sacerdote, vel eo qui sacris præest, idq; sub chuppa. Chuppa autem † est 1 2 3

peripetasma, umbraculum, ut Varro *lib. 1.* vertit, tegumentum, velamen, vel vestis, quæ supra caput sponsi & sponsæ expanditur, & quatuor vectibus sulcitur vel tenetur illo momento, quo benedictio vel copulatio peragitur, *ut Elias explicat* [*anachun korim habeged schebarschim ael rosch hachothon vehachalo bearbat hadim beschaeth hakiduschin*] David Kimhi pro loco accipit, quo se abdunt sponsus & sponsa, & vox [*chupoh*] operimentum notat. Nam † olim apud Judæos tum demum matrimonium ratum firmum & consummatum habebatur, postquam sponsus & sponsa sub chuppa convenissent, è qua cum egrediebatur, magno cum plausu & lætitia excipiebatur. Eo etiam Davidem allusisse ferunt, *Psalm. 29.* Et ipse tanquam sponsus egrediens de thalamo suo. Germanice Himmel/ Italice. *Baldekino*, dicitur. *Aret. Felinus in d. psalmum 29.* Mos Hebræis fuit, ac etiamnum observatur, ut sub expanso velo sponso sponsam tradant. E quo cum egreditur cunctos exhilarat, & nuptiarum festum incipit juxta versiculum. Et ipse tanquam sponsus ex umbraculo suo procedit lætus, velut Heros quispiam. Ad quod Joannes allusit, cum dixit, Amicus sponsi gaudet, cum audit vocem ejus, *v. 30* Atq; ex eo tempore vir in mulierem mariti jus habebat, eamq; in sua potestate habere incipiebat, & mulier uxoris jus, ut ex illis verbis colligitur, quæ supra enumeravimus. [*mischetsonès lechupoh ulirschuthoh*] ubi sub chuppa convenerit, & in ejus potestatem redacta sit. Nam ante illū diem sponso sponsam attingere fas non erat, imò lapidibus obruendum censent Hebræi sponsum, qui ad sponsam sub chuppa nondum sibi adductam, sese applicaverit Qua de causa non ferunt, ut in unis & eisdem ædibus simul habitent sponsus & sponsa, stupri vitandi & periculi causa. Quid quod & apud Græcos etiam à religione christiana abhorrentes, sacerdos Cereris conjuges copularet, cujus rei testis est *Plutarch. in Π. connubial.* Secundum ritum patrium, inquit, quo vos Cereris sacerdos connubio copulavit. Scribit autem Plutarchus ad Pollianum & Eurydicen. Nam & Cereris sacris à Venere abstinuere veteres, ut ex Ovid. o colligitur *lib. 3. amorum eleg. 10. Hal. Carn. περὶ τῶν γαμηλίων. Plato lib. 5. de legib. nuptiar.* inaugurationem fieri debere per sacerdotes, adhibitis sacrificiis atq; precibus. Et Pythagoras præcipit, ne maritus uxorem contumelia afficiat, aut durius tractet, quæ ad aram ei velut supplex traditur. Idem Græci & Latini Christiani secuti sunt, qui matrimonia absq; benedictione irrita esse, edixis ea

dere

dere constitutionibus, statuerunt, ut Leo Imperator *Novell 109.* Ne ante 15. annum fœminis matrimonium consecretur. Et *Constit. 89.* Ne matrimonia citra sacram benedictionem confirmentur περὶ τοῦ τὰ συναυτοῖς καθ' ἱερᾶς εὐλογίας μὴ ἐρρῶσθαι. Quemadmodum, inquit, adhibitis sacris precibus ad optionem fieri præcepimus, sic etiam sacræ benedictionis testimonio matrimonia confirmari jubemus, adeò ut si qui citra hanc matrimonia ineant, id neq; ab initio matrimonii habere, neq; illis in vitæ illa consuetudine matrimonii jure potiri velimus. Et *Nov. 74.* Ne ante legitimum tempus futuris conjugibus benedicatur, h.e. annum 15. in masculis, & 13. in fœminis. Et ab eo tempore etiam perfectum matrimonium censeri eosq; qui id dirimant, puniendos esse, non secus ac si quis matrimonium diu contractum diremisset: Leonem secutus est Comnenus Imperator, *Novell. de sponsalib. & de sponsaliorum dissolutione.* expresse sanciens: ea sponsalia matrimonii vim & effectum habere, quæ sacra benedictione confirmata sint, idq; quod consecratio matrimonii, & preces adhibitæ pro nihilo tanquam vanum aliquod reputari & quasi inter personas quæ conjunguntur, Deus adhibitus non esset, absurdum sit. Imò pro veris nuptiis habenda, iisq; æquipollere, in quibus sacra peragitur benedictio, Deo inter eos qui conjunguntur, intervenente, & primam vitæ reconciliationem confirmante. Reliqua verò sponsalia sponsaliorum tantum effectum habere. Quam etiam constitutionem in suam epitomen redegit Harmenopulus *lib. 4. t. 1.* Cujus summa est. Sacris ritibus sponsalia firmanda esse. *Item 27. q. 2. c. de conjug* Illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur. Itaq; à veterib. sapienter institutum est, & multarum etiam gentium legibus sancitum, ne ulla sit thori communicatio inter sponsum & sponsam, antequam copulentur, & ut qui secus faxit, pœnas luat, quod & supra ex Constitutione Friderici II. notavimus. Sed & in eo cum Hebræis, Græcis & Latinis convenit, quod sub velamine veluti chuppa benedictio facta sit, ut ex Ambrosio colligitur *lib. 9. Epist. 70.* cujus hæc sunt verba, Nam cum ipsum conjugiũ velamine sacerdotali, & benedictione sanctificari oportèt, quomodo potest cõjugiũ dici, ubi non est fidei concordia. Et *in cap. nostrates 30. q. 5. Item 27. q 5. cap. de conjugal.* quæ in propria domo est, ducta & cum sponso suo est velata, &

benedicta, prohibetur ad secunda vota transire. Sic demum benedictionem & velamen cœleste suscipiunt. *Idem ex Tertulliano qui vixit*
7 *Anno 160. post Christum passum lib. 2. ad uxorem colligitur.* Ab † Episcopis autem vel aliis, qui sacris præerant hanc consecrationem factam, testantur veterum scripta *Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagog.* Alienorum autem capillorum appositiones sunt omnino rejiciendæ, & externas comas capiti adhibere, maxime est impium, quæ mortuis pilis cranium induunt Cui enim manum imponit presbyter? Cui autem benedicit? Non mulieris quæ est ornata, sed alienis capillis, & per ipsos alii capiti. Et *Tertullianus*: Unde sufficiam, inquit, ad enarrandam fœlicitatem ejus matrimonii quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum angeli renunciant, pater Deus ratum habet. Nam nec in terris filii sine consensu patris rite & jure nubunt. Nam, ut diximus, ad sacrum, quod oblationis nomine intelligit sponsus & sponsa conveniebant, & sacerdos eos piis precibus Domino cōmendabat corā tota Ecclesia, ut Beatus Rhenanus explicat qui & uxores dare dicuntur & tradere. *Apud Niceph. lib. 14. cap. 55.* Sinesius cum esset designatus Episcopus Cyrenensis, & propter Episcopi munus uxorem deserere nollet, in epistola ad fratrem ita scribit; Mihi Deus ipse & sacra Theophili manus (Theophilus autem Alexandrinus erat Episcopus) uxorem dedit. Qua propter ante prædico, testatumq; esse volo, me illam prorsus deserturum non esse, neque cum illa veluti mœcha clanculum consuetudinem habiturum. Alterum enim minime pium, alterum minime legitimum est. Idem colligitur ex *c. aliter & c. nullus c. qualis c. sponsus. 30. q. 5. & cap. nulli 32. q. 2.* Nulli uxorem ducant sine benedictione sacerdotis. Sacerdotem autem qui benedictione sacra matrimonium confirmaret, Εὐλογητὴν vocat Nicætas: Εὐλογητὴν ἀναδείξας τὸν δεχιπόμφον τῶν Βουλγάρων, id est: Andronius Archiepiscopum Bulgariæ designavit, qui benediceret,

§. 15. SUMMARIA.

1 *Benedictionis usus quibus de causis invectus.*
2 *Benedictione probata matrimonium probatum censetur.*

CAusæ autem cur benedictionis usum invexerint veteres hæ sunt: quod omnium rerum à Deo immortali ducenda sint exordia.

exordia. Unde *Plinius in Panegyrico* : Bene, inquit, ac sapienter majores nostri instituerunt, ut & rerum gerendarum & dicendi initium à precationibus caperetur, quod nihil rite, nihilq; prudenter sine Deorum immortalium ope, consilio & honore auspicarentur. Id si unquam alias, certe in fœdere hoc sanctissimo observare convenit, ut ejus initium Deo consecretur, & precibus Ecclesiæ commendetur, cum ab hoc fonte pendeat totius vitæ vel calamitas vel felicitas. A quo enim rectius petitur conjugium auspicatum, quam ab ejus auctore & quid id instituit, quiq; consecravit & prosperat? Ita & Abrahamus *Genes.* 24. à divini numinis auspiciis matrimonium exorditur. Dominus mittet angelum suum coram, & accipiet uxorem filio meo. Et internuncius Abrahami ubi iter absolvisset, orat juxta puteum, ut Deus nuptias fortunare velit. Et ubi ex sententia omnia evenissent, in terram prostratus agit Deo gratias. Deinde cum Adam sibi proprio arbitrio non sumpserit uxorem, sed oblatam à Deo, sibiq; addictam acceperit, æquum est, ut & Christiani in illud exemplum, tanquam in speculum inspiciant, quod imitentur. Nam regulam Deus præscripsisse videtur, quam sequantur illi qui conjugium sancte & caste inire volunt, ut sponsam ex Dei manu, voce sacerdotis vel ministri sui loquentis, traditam accipiant. Qui enim eos conjungit Deus est, cum minister Ecclesiæ Dei auctoritate & mandato faciat, quicquid agit. Nam Deus est auspex Ecclesiæ pronuba, *ut Vires loquitur, ut recte Synesius scripserit.* Deus ipse & sacra Theophili manus mihi uxorem dedit. Et hæc benedictio non tantum ad Adamum & Evam referenda est, sed ad ipsam Dei ordinationem in omnes posteros Adæ. Postremo, ut non tantum illis qui sponsalibus interfuerunt innotescat, sed tota congregatio ea de re certior facta testis esse possit, conjugium non clam, sed palam coram Deo, Angelis & Ecclesia initum esse. Qua felicitate conjugii, unde Ecclesiæ futura membra nascuntur, nulla major esse potest, *ut recte dixit Tertullianus* : Matrimonium, quod Ecclesia concil at, & obsignatum angeli renunciant, Deus pater ratum libet. Nam & ad hoc utile est conjugiũ divinis auspiciis & precibus initum, ut piam Deoque gratam gignamus sobolem. Quo spectat illa constitutio apud Harmenopulum. Nemo nuptias clam contrahens coronetur, sed pluribus astantibus.

Qui id facere ausus fuerit puniatur una cum sacerdote, ut qui indecoris & illicitis rebus operam suam præstiterit. *Harmenop. lib. 4. t. 4. in fine.* Ultimo ut fraudibus & technis hominum flagitiosorum occurratur, quia Diaboli instinctu matrimonium pro deridiculo & delectamento habent, & ut hac ratione fœdus sanctissimum firmiter stabiliatur. Quo spectat illud *Ciceronis*: Majores nostri matrimonia firmiter & stabilita esse voluere, *lib. 6. de Repub.* Solēni pompa spectatore populo ducitur ac reducitur spōsa, quo magis excludatur omnis caussificatio, quæ semel initā societatem queat labefactare Erasmus. Qua de caussa & jure cautū & vetitum est, ne pastor, vel Ecclesiæ minister personas illas copulet, quæ ad ipsius parochiam non spectant. Multò minùs homines exteros alienigenas & ignotos, nisi testimonium fide dignum vitæ & conditionis adferant. Quod & Rex Fridericus II. sanxit. Itaque & mihi maxime probatur, quod moribus quorundam gentium receptum esse video, ut nomina eorum, qui matrimonio conjunguntur à sacerdote vel Ecclesiæ ministro, qui illis benedixit in catalogum, album vel codicem memoriæ caussa, referantur, ut quoties res postulat, ejus rei testimonium constare, eoq; recurri possit. Lex Genevensium 135. *Queles noms de l' espoux & de l' Epouse soyent enregistrez par le ministre qui aura celebre le mariage afind' en auoir memoire & tes moignage quand & ou il appertiendra.* Idque † quod benedictione probata matrimonium probatum sit. Item si quis se legitimum esse probare velit, satis sit demonstrare, se ex matrimonio legitimo in facie Ecclesiæ contracto, natum esse. *Didacus 2. partit. cap. 8. §. 3.*

§. 16. SUMMARIUM.

Matrimonia sua Etnici Diis consecrarunt variis ritibus & singulis pene actibus singulos Deos præfecerunt.

ETHnici sane, homines prophani, & verbo Dei destituti, matrimonia sua suis Diis variis ritibus consecrarunt, usq; adeò ut singulis penè actibus singulos Deos præfecerint, eisque peculiare nomen tribuerint. Habebant Jovem Gamelium, cui conjugia curæ essent, & qui puniret eos qui violassent fœdera matrimonii, Junonem Pronubam cujus auspiciis conjugia inirentur. Habebant Venerem

Venerem cujus beneficio conjuges fœcundi redderentur. His veluti teſtibus conjugium inchoatur. Quo ſpectat illud Livii: Romanam civitatem omnibus rebus incipiendis Deos adhibuiſſe. *Auguſtinus libro ſexto de civitate Dei, & Blondus lib. 1, Romæ triumphantis.* Cum primum mas & fœmina conjunguntur adhibetur Deus lugatinus. Sed domum eſt ducenda quæ nubit, adhibetur Deus domiducus: ut in domo ſit Deus domitius: ut maneat cum viro, additur Dea Manturna. Et paulò poſt. Impletur cubiculum turbis numinum, quando & Paranymphi inde diſcedunt, adeſt Dea Virginenſis, & Deus pater Subigus, & Dea mater Prema, & Dea partunda & Venus & Priapus. Sed & nova nupta antequam domum deduceretur in ſinum Dei obſcœni locabatur, ejus pudicitiam prælibantis *Lactant. lib. 1. divin. Inſtit.* Et Tutinus, in cujus ſinu pudendo nubentes præſident, ut earum pudicitiam Deus prælibaſſe videatur. *Janus Guilielmus lib. 1. c. 2. verisimilius* legit Mutunus quod placet, & Arnobii auctoritate confirmatur *lib. 3.* Unctionibus ſupereſt unxio cingulorum Cinxia replicationi victa & Potua ſanctiſſimæ victui potuiq; procurant. *Item:* Etiamne Portunda quæ in cubiculis præſto eſt, virgininale ſcrobe effodientibus maritis? Etiamne Mutunus, cujus in manibus pudendis horentiq; faſcino veſtras inequitate matronas & inauſpicabile ducitis & optatis *lib. 3. Mutunus de Priap.* Sed & Deus, Hymeneus nuptiis præfuit & invocatus. Appellatione ab Hymene, hoc eſt, pellicula indice virginitatis petita. Quæ res ex lege Moyſis originem traxiſſe videtur. Qua de re infra latius.

§. 17. SUMMARIA.

1 *Thalaſſi vox hactenus à nemine intellecta explicatur.*
2 *Pœni uſum Hebreæ linguæ habuerunt.*
3 *Thalaſſi vocis Etymologia ex Hebræo fonte petenda.*
4 *Plinii derivatio rejicitur.*

QVemadmodum † autem Hymeneum Græci ita Romani Thalaſſium vel Thalaſſium invocabant. In cujus vocis etymologia explicanda diligentiſſimus eſt Plutarchus *in vita Romuli* quatuor ejus nominis cauſas recenſens. Inter quas mihi maxime probatur, quam à Sextio Sylla Carthaginenſi non ignaro Hebraï ſermonis (nam ejus uſum † habuiſſe Pœnos conſtat, argumento eſt vo-

1

2

est vox suffetes) se accepisse fatetur Plutarchus: vocem thalasso tes-
seram fuisse rapiendi virgines Sabinas à Romulo propositam. Atque
inde hanc vocem postea in nuptiis mansisse. Ea autem ex Hebræo
3 fonte † petenda est, ut & multa alia vocabula; de quibus postea di-
cetur. Et idem valet quod *exultate, lætamini, bono animo estote.* Qua nul-
la magis nuptialibus conviviis congruit à verbis Hebræis [*oloh* & *e-
los olæ*] petita. Quæ tria unum & idem sonant, nimirum, lætari, exul-
tare, hilarem & lubentem sese præbere. Unde addita litera *Etham* fu-
turum efficitur [*thaelulu*] hoc est, exultabitis, lætabimini, hilares vos
præbete. Et hanc nostram sententiam confirmant ea, quæ à Plutar-
cho *in vita Pompeji* scripta sunt, nimirum populum Romanum cum
Pompejus absolutus esset, acclamasse Thalassio. Quæ vox antiquo
instituto in nuptiis ācelamari solet per jocum. Unde liquet lætantis
esse hanc vocem, neq; in nuptiis tantum usitatum, sed etiam in aliis
negotiis. Et frivolum esse, quod uno ore omnes veteres tradiderunt
4 à Thalassio Romano † cui pulcherrima virgo data fuerit, nomen pe-
titum esse, ut Plinius *lib. de illustribus viris* tradit his verbis. Ex virgini-
bus quæ raptæ essent, cum una pulcherrima cum omnium admira-
tione duceretur, eam Thalassio duci responsum, quæ nuptiæ, quia fe-
licissimæ fuerunt, institutum est, ut in omnibus nuptiis Thalassii no-
men invocaretur. *Hactenus Plinius.* Sed & Arnobius *contra gentes* ea-
dem pene de sacrificiis & ethnicorum Diis commemorat. Quid
quod & lectus genialis alicui genio consecratus fuit, idq; declarat
Juvenalis, in adulteros invehens:

Antiquum & vetus est, alienum posthume lectum
Concutere, & sacri genium contemnere fulcri.

Etsi autem in rerum divinarum ignoratione versarentur, ta-
men hoc illis natura innatum & persuasum erat, dominos & mode-
ratores rerum omnium esse Deos, eosque rebus consulere humanis,
non tantum universis, sed etiam singulis. Ideoq; eos nuptiis aucto-
res & pronubes esse voluerunt, imprimis autem Junonem, ut dic-
tum est. Quo spectant versus Ovidii:

Non ego sum furtim tibi cognita: pronuba Juno
Adfuit, & sertis tempora vincta Hymen.

Aristoteles in Oeconomico lib. 1. cap. 3. Conjugio enim solo fit, ut homi-
nes

mines conditionis mortalis succeſſione perpetua immortalitatem conſequantur, & huc omnia vota parentum tendunt. Hujuſq; rei incuria eo pertinet, ut in eo divinum numen negligatur, quo præſente ſacra nuptiarum facta, & uxor ducta eſt, & ei ſe vir tradidit, cui poſt parentes honorem haberet præcipuum. Ariſtoteles de conjugio ita loquitur: Exiſtimare debet mulier bene compoſita mores viri eſſe legem ſuæ vitæ impoſitã à Deo per conjunctionẽ matrimonii. Item *in Oeconomico*. Propter Deos igitur, quibus præſentibus ſacra fecit, & uxorem duxit. Apud Xenophontem cum Socrates interrogaſſet Iſchomachum, num ſponſam ille docuiſſet ea, quæ ſpectant ad bene gubernandam familiam: reſpondit his verbis: Minime, ſed rem divinam feci, cum cæteris Diis, tum præcipue Jovi, ut mihi quæ forent optima docere contingeret, & ſponſæ perdiſcere. Et colligit ſimilia fuiſſe vota ſponſæ, vel hoc argumento, quod ſe mariti monitis docilem & morigeram præbuiſſet. Verba *Xenephontis* hæc ſunt: Τὰ δ' ἄλλα, ἔφη ἐγὼ ὦ ἰσχόμαχε, αὐτὸς ἐπαὶ ἀδίκας τ γυναῖκα, ὥστε ἱκανὴν εἶναι ὧν πρὸς ἡμᾶς δεῖ μελεῖσθαι. ἃ μά δι ἔφη ὁ ἰσχόμαχος, ἃ πρώην καὶ ἔθυσα καὶ εὐξάμην, ἐμέ τε τυγχάνειν διδάσκοντα, καὶ ἐκείνην μανθάνουσαν τὰ βέλτιστα ἀμφοτέροις ἡμῖν. ἆρ' οὖν ἔφην ἐγὼ καὶ ἡ γυνὴ σοῦ σωνέθυε, καὶ σωνεύχετο τὰ αὐτὰ ταῦτα? καὶ μάλα, ἔφη ὁ ἰσχόμαχος, πολλὰ ἱκετεύουσα γε πρὸς τοὺς θεοὺς ἀγαθὴν οἵαν δεῖ καὶ δίκαιον εἶναι ὀλίγου ἂν ἀμελήσασα τῶν διδασκομένων. Id eſt, Cætera ne, inquam ego, mi Iſchomache, uxorem tuam inſtituendo ipſe docuiſti, ut curandis iis quæ ad manus ipſius pertinent, ſufficiat? Non prius profecto, inquit, Iſchomachus, quam rem ſacram feciſſem, & precatus eſſem, ut quæ utriq; noſtrum eſſent optima, tum ipſe docerem, tum ex me illa diſceret. Ergo, inquam, ego, etiam uxor rem ſacram tecum faciebat, & una tecum hæc precabatur? Omnino, ait Iſchomachus, & quidem multum Diis teſtibus promittens fore ſe talem, qualem eſſe oporteret, nec obſcurum erat, minime in iis quæ doceretur negligentem futuram.

Et in Comœdia ſenex filio ita loquitur: *Abi domum & Deos comprecare, ut uxorem accerſas*; ſatis innuens nuptias auſpicatas non fore niſi ſponſus Deum invocet. Imò oracula & vates conſuluerunt, de ineundo matrimonio, ut notat Simplicius interpres Epicteti. Et refert Vergilius Faunum Latini patrem oraculo admonitum eſſe,

ne filiam indigenæ daret, sed extero. *Æneid. lib.* 11. Deinde etiam sydera & cœli positum observarunt. Nam de Severo narrat Spartianus, cum amissa uxore denuò maritus fieri vellet, eum sponsarum genituras quæsiviſſe, cumque comperiſſet, in Syria virginem esse, quæ eam haberet geneſin, ut Regi conjungeretur, eam uxorem petiit.

§. 18. SUMMARIA.

1 *Uxor apud Græcos dari non poterat niſi peractis ſacrificiis.*

2 *Quare tam multa ex antiquitatum monumentis cumulet auctor rationem reddit.*

1 QUid, quod & apud Græcos † & Romanos uxor duci non poterat niſi peractis ſacrificiis, quæ προτέλεια dicebantur. Apud Hermionenſes ea religio obſervatur, ut virgines & viduæ, quæ in viri manum conventuræ eſſent, rem divinam Veneri ante nuptias facerent, in templo Veneris *Pauſan. lib.* 2. Virgines Trœzeniæ ante nuptias ſucciſum ſibi capillum in Hyppoliti templo conſecrabant. Quo ego ſpectare exiſtimo, quod eſt *apud Suidam in verbo* ἠζυλλιῶσαι Nupturæ evellebant pilos & zonam Apaturiæ Minervæ (quaſi dicas fallaci) dicabant. *Ibidem.* Idq; notat *Servius* 4. *Æneid.* ad illum verſum:

Connubiis arvisq; novis operata Juventus.

Ita & Dido rem divinam pro nuptiis facit *apud Vergilium.*

Mactat enim, inquit lectas de more bidentes,
Legiferæ Cereri, Phœboq;, patriq; Lyæo,
Junoni, ante omnes cui ſacra jugalia curæ.

Notat *Macrob. lib.* 3. *Saturnal. cap.* 12. *Et Valerius Flaccus lib* 8. *Argonaut.*

Inde ubi ſacrificas cum conjuge venit ad aras
Æſonides, unaq; adeunt, pariterq; precari
Incipiunt, ignem. Pollux undamq; jugalem
Prætulit, ut dextrum pariter vertantur in orbem.

Et de Imperatore Nerone ſacrificante *Senecæ* verſus hi exſtant *in Octavia Act.* 4

Formam ſenatus, thura cum ſuperùm dares,
Sacroſq; grato ſpargeres curas mero,

Velato

Velato summam flammeo tenui caput,
Et ipse lateri junctus atq; hærens uno,
Sublimis inter civium lata omnia
Incessit, habitu atq; ore lætitiam gerens
Princeps superbo. Talis emersam freto 11
Spumante Peleus conjugem accepit Tethin.

Achilles Statius lib. 2. Quam igitur ante nuptias fieri mos est rem divinam pater faciebat, *Et lib. 5.* Patrem ob sororis nuptias postero die sacra facturum comperimus. Affuimus itaq; ut una operiremur, Deosq; ut nostrum omnium nuptias felices fortunatasq; esse vellent, precaremur. His consentanea sunt quæ *Varro* tradit *lib. 2. de re rustic. & ex eo Blondus.* Apud Hetruscos in conjunctione nuptiali novum maritum & novam nuptam primum procum immolare consuevisse. Et, quod supra notavimus, apud Bœotos & Locros nuptias ratas non fuisse, antequam in ara Eucliæ virgini dicata, libassent vir & mulier. Omnibus enim locis ara ejus est & simulachrum, & ante nuptias ei cum sponsæ tum sponsi sacrificant. *Plutarchus in Aristide.* Xiphilinus narrat Senatum Mar. & Faustinæ decreto statuas argenteas decem Romæ in templo Veneris collocasse, aramq; extrui jussisse, in qua virgines, quæ nuberent, cum sponsis sacrificarent. Junoni autem imprimis litasse, ex variis authorum locis deprehenditur: idq; felle dempto, quod in templo Junonis defodiebatur, quod nullam inter virum & uxorem discordiam esse vellent. *Plutarchus in præceptis connubialib. Eusebius lib. 3. de præparatione Evangelica.* Qui Junoni sacrificant bilem in sacris non adhibent, sed eam juxta aram infodiunt; mysticæ significantes, bilem omnem atq; iracundiam & amaritudinem à nuptiis abesse oportere. *Brissonius late in tractat. de ritu nuptiar. Et Bonfinius de castitate conjugali.* Unde versus:

In sacris quondam Junonis felle carebat
Victima, si fuerat forte litanda pecus.
Hoc notat, à lecto longe exulet ira jugali.
Nam Dea Juno thori conjugiiq; fuit.

Unde & Juno τελεία nominabatur, quasi matrimonium perficiens & absolvens, ut ego existimo. Quo faciunt verba Plutarchi *in αἰτίοις quæstione secunda* πέντε δείξαι θεῶν τὰς γαμήλους οἴονται Διὸς τε-

λείαν καὶ ἥραν τελείας Ἀφροδίτης καὶ πειθοῦς ὅτι πᾶλαι δ' ἐτάμιδον. Quinq; Diis egere nubentes existimant Deo Telio & Junone Telia, hoc est, consummante & absolvente matrimonium, Venere Suadela & Diana. Et nuptiæ τέλη dicebantur, & nubentes τέλειοι quod nuptiis matrimonium absolvebatur, & finem accipiebat, à τελειόω, quod est perficio & absolvo, unde & προτέλεια convivia ante nuptias Suidas ἥρα, inquit, τέλεια καὶ ζυγοὺς τέλειον ἐπιμώνιον ἐν τοῖς γάμοις ὡς προξένους ὄντας τῶν γάμων, τέλειον ὁ γάμος, Iuno & Iupiter in nuptiis colebantur tanquam gubernatores & præsides nuptiarum. Vel ut Pollux: τελείον γάμον ἐλέγετο ὡς τέλων πρὸς τὸν βίον τὸ ἀνθρώπων. Alii scribunt, veteres sacrificasse simul Iunoni Veneri & Gratiis. Iunoni, ut castum redderet; Veneri, ut fœcundum conjugium; Gratiis, ne mutuum amorem & benevolentiam inter conjuges intermori sinerent. Quærat aliquis, cur tam multa † ex antiquitatis monumentis cumulaverimus, quæ tamen hodie in foro & judiciis usum nullum habent? Respondeo. Nos ostendere voluisse, quanta cum Religione & pietate veteres Ethnici ad conjugium accesserint, idq; sacris & infinitis ritibus & solennitatibus Deo consecrandum existimaverint. Quorum exempla Christianos afficere & permovere debent, ne sine divini numinis auspicio clam aut in occulto ruris ignoti angulo (ut ille loquitur) matrimonium ineant, sed angelos & Ecclesiam testes & Deum pronubum adhibeant & invocent quo is sua benignitate conjugium fortunare velit. Quod ubi fit, Deus sua benedictione & gratia conjuges prosequitur, ut alter alterius infirmitatem & incommoda, quæ secum conjugia trahunt, ferat animo æquo; idque pro lege servandum esse sancit, *Plat. lib. 5. de Republ.* his verbis. Vota & sacrificia in singulis nuptiis peragent sacerdotes, & omnes tam viri quam mulieres, quàm civitas universa precabitur, ut ex bonis meliores fiant. Itaq; apud Romanos à conviviis acclamari solitum fuit sponso & sponsæ *feliciter*. Cujus acclamationis meminit *Juvenalis*:

Signata tabula, dictum feliciter, ingens
Cœna ——

Et *Tranquillus in Domitiano*: In reducendo post divortium uxori acclamari audit libenter: Domino & dominæ feliciter. Et Appian-

lib 5.

lib.5. de bellis civilibus. Cum Cæsar Octaviam Antonio collocaret, dictum feliciter consequentibus faustis acclamationibus, quæ per totum diem noctemq; continuatæ sunt. Quæ verba supra *cap.3.* recitata sunt. Et Athenis moris fuit, ut puer cui uterq; parens esset superstes in nuptiis obambularet, spinasq; cum glandibus & vannum panibus plenum gestans diceret: Effugi mala & inveni meliora; mutationem in melius indicans. Nam coronam ex spinis & glandibus malum dicebant. *Suidas.* Unde constat quam honorifice de conjugio senserint & locuti sint Ethnici religionis Christianæ expertes, quod etsi conjugio maxima fiat vitæ humanæ imitatio, ut ait Plato, eam tamen in melius fieri, idq; quod non expediat hominem esse solum, teste scriptura. De quibus conjugiis accipiendi sunt versus Euripidis, conjugia quibus mortalium sunt felicia, illis est vita beata. Et hi Horatii:

Felices ter & amplius, quos irrupta tenet copula:
Nec malis divulsa querimoniis suprema citius
Solvet amor die.

Et illud Homeri Odyss.5.

Non est in rebus melius seu dulcius unquam,
Quam thalami pariter concordia sancta pudici.
Discordes animos incommoda multa sequuntur,
At placidis ingens succedit gratia semper.

Phocylides:

Σέρχε πλὼ ἄλοχον τὶ γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄμεινον
ἢ ὅταν ἀνδρὶ γλυκὺ σωφρονέῃ φίλα γήρᾳ θ' ἅμα ἔχῃ
καὶ πόσις ἡ ἀλόχῳ μηδ' ἐμπέσῃ αἶσχεα νεῖκ θ'.

Quos paraphrastice ita reddidimus.

Sub Jove conjugio decus haud præstantius ullum
Mundus habet. Quid enim, volumus si vera fateri,
Rebus in humanis melius, quam corde maritum
Fœmina quæ toto complectitur? ardet amatus
Cujus & ingenuo conjux respondet amori?
Pax alit alma duos: genialis jurgia lectus
Ignorat: donec tacito pede cana senectus
Præcipitat, placidæq; Deus dat membra quieti.

Et Clemens Alexandrinus de optimo vitæ genere differens hos senarios de mutua conjugum benevolentia recitat.

Οὔ χρύσ☉, οὐ τυραννὶς, οὐ πλούτου κλιδὴ
τοσαύτην εἶχεν ἀμφὶ φέρειν τὰς ἡδονάς,
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ γυναικὸς
εὐσεβοῦς γνώμη δικαία καὶ φρενώσαι τ' ἄνδρικα:

Hoc est:

Nec aurum, nec imperium, nec opum delitiæ tam præstantes habent voluptates, quam boni viri benevolentia justa, & piæ fœminæ animus mariti studiosus. Quibus pulchre respondent versus Nazianzeni:

Ῥίζα τε καὶ βιότοιο μελίφρων☉ ἐσθλὸν ἔρισμα
Συζυγίη: διπλῶν εἰ γάμος κἀναλκὶν ἔθηκε
Ἀλλήλοισι τε χέρες καὶ ὄσσε καὶ πόδες ἐσμὲν
Ἕλωαί καὶ μελεδῶναι ἐλαφρίζουσιν ἀνίας
Ἕλωαί δ' εὐφροσύναι γλυκερώτεραι ἀμφοτέροισιν,
Χάρμα μὲν εὐμενὲς ἔστιν ἀχ☉ δέ τε δύσμενὲς ἔεσσι
Τερπνότερ☉ μὲν πρῶτ☉ ὁμοφρονέουσι τέτυκται
Τερπνόρη πλούτοιο δὲ ὁμοφροσύνη κατέχουσι
Κλῆις δ' ἀμφοτέρουσι σωφροσύνης τε πόθῳ τε
Συζυγίη καὶ σφαλὶς αἰαγκαίης φιλότητ☉
Συμφυέες σάρκεσσιν ὁμόφρονες εὐσεβίης τε
Κέρτομον ἐς ἀλλήλοισι πόθῳ ζηλοῦντες ὅμοιον,
Χρειοῖς πλειοτέρη πλεῖον θεὸν ἄμφαγα πᾶσι.

Quod nos ad verbum ita expressimus:

Prædulcis vitæ radix columenq; fidele
Conjugium, gemino firmans infirma labore,
Inq; vicem nobis sumus aures, pesq; manusq;.
Mutua perfaciles reddit meditatio curas.
Mutua concurrunt, cumulataq; gaudia crescunt,
Hostibus anxietas, fidis solamen amicis,
Suavior efficitur animis opulentia junctis:
Suavior efficitur concordia rebus in arctis.
Est desiderii claustrum, castiq; pudoris
Annulus est, & amoris inevitabilis arrha.
Ut duo corporibus, nexi sic mentibus unus.

Flammarum

Flammarum ſtimulos acuunt mediante favore,
Et quo pluris egent, tanto magè fœmina virg,
Diligit æthereum dominum, precibuſq; fatigat.

Qui vero à fide & Dei invocatione rem tanti momenti non aggrediuntur, conjugia experiuntur triſtiſſima, plena rixarum & diſſenſionum, de quibus exſtant querelæ apud Poetas.

Nec tecum poſſum vivere nec ſine te.

Item:

Semper habet rixas alternaq; jurgia lectus.

Iuvenalis:

In quo nupta jacet minimum dormitur in illo.

Item:

Cum ſitis ſimiles, paresq; vita:
Uxor peſſima, peſſimus maritus:
Miror tam male convenire vobis.

Item:

Qui non litigat cœlebs eſt. Quod Hieronymus citat ex bono auctore, eoq; ſpectat vetus inſcriptio, quæ in via Tiburtina cõſpicitur.

Heus viator commodum Hic vir & uxor non litigant. Qui ſum non dico. At ipſa dicam. Hic Bebrius ebrius ebricam me nuncupat. Heu uxor adhuc mortua litigat.

Et certo ſtatuendum eſt, corporis mortem lenius eſſe malum infelici conjugio. Vivi enim ſuos patiuntur mânes, & ad æternos præludunt ejulatus, ut ille loquitur.

§. 19. SUMMARIUM.

Benedictio an pro traditione habenda.

QVærat aliquis, an pro traditione habenda ſit illa benedictio qua ſponſa ſponſo copulatur & traditur? Et traditionem eſſe dubium non eſt publice factam, qua nuptiale fœdus contrahitur & abſolvitur. Nam recte Nicolaus Pontifex, nuptialia fœdera in conſpectu Eccleſiæ contrahuntur, ſponſalia autem fœdera coram invitatis. Unde & diſcrimen inter ſponſalia & matrimonium colligitur Atque hac de cauſa in uſum introductum exiſtimáverim, ut promiſſio, quæ in ſponſalibus facta eſt, diſertis verbis repeteretur & exprimeretur, quaſi illa ſaltem matrimonium promiſſum eſſet

quo vir & mulier sub chuppa convenissent; Saxones ex ingressu thori conjugalis; Christiani à benedictione vel traditione sub velamine facta. Quæ etsi in unum & eundem diem incidunt, tamen horis aliquot inter sese differunt, ideoque ansam disputandi & litibus materiam præbere possunt maximam. Ergo quo certitudo aliqua sit, quam esse necesse est in fœdere hoc sanctissimo, recte populus Dei, qui ejus initium non à sponsalibus (quod Doctores feciisse video) aut à nuptiis, vel domum deductione, aut ingressu thori conjugalis, sed à momento maximè illustri & insigni, quo sponso sponsa traditur, à Deo per os sacerdotis, non in nuptiis, aut lecto, aut obscuro aliquo angulo, sed palàm in Ecclesia, angelis & fidelibus omnibus spectatoribus & testibus, ducendum existimaverunt. Id ab Hebræis sub chuppa fiebat, à Christianis sub velamine sacerdotali, & ab eo tempore matrimonium verum & consummatum habebatur, ut quod pacto & traditione, hoc est, omnibus numeris absolutum esset, & quo vir mariti, mulier uxoris jus & possessionem consequebatur.

§. 21. SUMMARIA.

1 *Benedictione omissa an matrimonium nullum.*

2 *Liberi ex matrimonio benedictione omissa contracto nati legitimi non sunt.*

AN verò benedictione omissà matrimonium nullum sit recte hoc loco quæritur? Nam & apud Romanos ea demum uxor est quæ à marito ducta est: & conditio si nupserit, tum demum impleta censetur, ubi in mariti domum uxor pervenerit, *l. cum fuerit, de condit. & demonstrat.* Qua de re plura *c 5.* & ab eo tempore matrimonium consummatum censetur, usque adeò, ut non tantùm annos, sed etiam dies, quibus una vixissent maritus & uxor, sepulchris inscribi curarint, ab eo momento, quo una vivere cœpissent ductos, *ut suprà c. 4.* notavimus. Et ea, quæ desponsa est, ante contractas nuptias non mutat domicilium, quod nondum in domum viri venerit, *l. ea quæ ad municipale.* Ergò idem dicendum videtur de benedictione & traditione, quæ fit in Ecclesia, ut ea omissa & neglecta matrimonium nullum sit, & per † consequens liberi ex eo nati pro legitimis non habendi. 2 Idque disertis verbis tradidit Leo *Novella 89* cujus hæc sunt

verba. Matrimonium non esse ratum citra sacram benedictionem, quo spectant verba ejus Novellæ, τὰ σωοικέσια τῇ μαρτύρια τῆς ἱερᾶς εὐλόνιας ἐρρώσθη κελεύομεν ὡς ἔνθεν μὴ ὀρθῶτο τοῖς συνοικεῖν βουλομένοις τὸι αὐτὴ διαίτωσι ἁρμογὴ οὔδε τὴν ἀρχὴν ϛηθήσε ται συνοικέσιον οὐδ' ὅπ τεύζεται τῶν τοιὼτον δικαίων ἡ τοιαυτη συμβίωσις. Id est. Matrimonia jubemus firmari testimonio sacræ benedictionis, usque adeo, ut nisi apparuerit, eos, qui una vivere volunt, hac conjunctione cojisse, neq; ab initio matrimonium id nominari debeat, neque hic convictus jura conjugii consequatur. Eodem spectat constitutio Comneni id demum verum matrimonium sancientis, quibus conjungendis Deus author & veluti pronubus adhibitus sit. Et Theodosii constitutio *ex lib. juris Oriental.* περὶ μνηστείας μὴ ἀρκούσης ἀντὶ ϛ τελείου γάμε: hoc est. Sponsalia pro justo seu perfecto matrimonio non haberi, & quæ Harmenopulus recenset *lib. 4. t. 4. in fine.* Verba suprà enumeravimus. Et recte. Nam matrimonium duobus gradibus seu actionibus absoluitur, nimirum pactione & traditione, ut suprà late ostensum est. Quisquis igitur non est legitime conjunctus, vel absque dotali titulo ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes vel legitime conjunctos criminari vel in eos testificari minime potest. Quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est, & accusare suprà dictos non permittitur. *Epistola Calixti Papæ t. 1. concil. fol. 105.* Nec ad rem facit quod objici potest benedictionem illam apud veteres usitatam aut frequentatam non fuisse. Idque expressis verbis innuit Leo Imperator *d. Novell.* qui tamen justas nuptias contraxerunt. Nam respondeo, deductione domum, aliisque sacrificiis, quæ paulo ante recensuimus, matrimonia firmata consummata fuisse, eaque nullo pacto omitti potuisse, neque omissa esse. Itaq; nec benedictionem, quæ in illorum locum successit, omittendam esse, idque quod semper in populo Dei ea permanserit, & usu hodierno ubique fere locorum observari solito exigatur, ut in Ecclesiis matrimonia per ministrum Ecclesiæ publice proponantur, item ut vir & uxor accedentibus Ecclesiæ precibus, & benedictione adhibita per eundem jungantur, & copulentur, vide *c. nulli 35. q. 2. c. aliter c. nullus c. nostrates §. 1. c. sponsus 30. q. 5. c. ult. dist. 23. c. 1. & c. vir autem ext. de secund nupt. vide Hottoman. illust. quæst. 25.* Unde efficitur, quod & suprà notatum est virum post consecrationem mariti, mu-

herem

lierem uxoris jus consequi. Itaque si uxor statim diem suum obiret, postquam marito tradita esset, virum ad lucrum dotis admittendum, non secus ac si longo post tempore mortua esset, nisi aliud statuto sancitum sit. De quo suprà latius à nobis tractatum est.

CAPUT XII.

§. 1. Effectus sponsalium jure veteri hos fuisse, ut qui uxorem non daret, aut acciperet, in id quod interest damnaretur, neque ad dandum vel accipiendum cogi potuisse.

§. 2. A Magistratu mulctatos fuisse qui matrimonium promissum consummare nollent.

§. 3. An hodie aliquid ejus, quod interest nomine peti possit ab eo, qui sponsam dare vel ducere recusat?

§. 4. Verus effectus sponsalium, quod matrimonium promittens consummare illud cogatur.

§. 5. An præcise cogi possit qui matrimonium promisit.

§. 6. A Magistratu etiam hodie puniendum, qui matrimonium implere recusat, idque variis pœnis.

§. 7. Eum qui matrimonium juratus promisit præcise cogendum esse, propter jusiurandum præstitum.

§. 8. Jurisiurandi maximam esse vim & efficaciam.

§. 9. Sponsalibus juratis apud veteres misso repudio renunciare non licuisse.

§. 10. Sponsalibus affinitatem contrahi, &c.

§. 11. Effectus quos interpretes ſponſalibus de futuro tribuunt, recte ſponſalibus de præſenti convenire, &c.

§. 12. Majorem eſſe vim promiſſionis de præſenti contractæ, quam quæ de futura obligatione concepta eſt, id tamen non recte dici de verbis accipio & accipiam.

§. 13. Qui filiam deſpondere promittit, an deſpondere cogatur, & quod ſi alii eam deſpondeat?

§. 14. Quid ſi quis deſpondere promittat juratus, & poſtea alii filiam deſpondeat, an ſponſalia promiſſioni de ſponſalibus faciendis anteponenda ſint.

§. 15. Alius ſponſalium effectus, nimirum ſi ad ea accedat concubitus, an pro vero matrimonio habeantur.

§. 16. An liberi nati ex matrimonio, quod ſolo conſenſu & concubitu clam coiit, legitimi ſint, etiamſi benedictio & traditio ſubſecuta non ſit, &c.

§. 17. Alius effectus ſponſalium, quod ſponſa uxorem, ſponſus maritum in multis imitetur.

§. 18. De effectibus ſponſalium conditionalium.

§. 19. De effectibus ſponſalium juratorum.

§. 20. De effectibus ſponſalium clandeſtinorum, &c.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Sponſus jure veteri ex ſponſu agebat adverſus patrem ſi promiſſam dare recuſabat.*

2 *Actio adverſus patrem inſtituta fuit qui filiam dare quam promiſerat nolebat.*

3 *Sponſalia non temere diſſoluerunt Romani.*

4 *Sponſus vel ſponſa vel ejus parentes ad conſummandum matrimonium cogi non potuerunt, ſed à contractu recedere potuerunt ſola ejus quod intereſt præſtatione.*

Nunc

NUnc ordo poſtulat, ut de effectibus ſponſalium dicamus, & quidem Jure Civili vetuſtiſſimo, ſi poſtquam interveniſſent ſtipulationes, uxor non dabatur, aut non ducebatur, adverſus κύριον, hoc eſt, patrem vel tutorem qui deſpondiſſet, ex ſponſo agebat ſponſus, ut eam quam deſpondiſſet, daret: E contra ſi ſponſus eam cui fidem dediſſet, ducere nollet, ſimiliter ex ſponſu agebatur, ut eam duceret: Judices cognoſcebant. Judex cauſſam, quare data vel accepta uxor non eſſet examinabat. Si nihil juſtæ cauſſæ videbatur, litem pecunia æſtimabat, quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum qui ſpoſponderat aut qui ſtipulatus erat, condemnabat. 1

Et hoc jus ſponſaliorum obſervatum fuiſſe ſcribit Servius Sulpitius ad id tempus, quo civitas univerſa lata lege Julia donata eſt. *Gellius lib. 4.* Unde primo notandum adverſus † patrem vel κύριον inſtitutam fuiſſe actionem, qui filiam dare promiſiſſet & cum ſponſo pepigiſſet, non adverſus filiam, quod illa promittere aut de ſe polliceri quicquam non poſſet, cum eſſet in poteſtate parentis, juxta *l. velle de reg. Juris*, ideoque non teneretur. Quod & Seneca *lib 4. de beneficiis* non obſcurè innuit, his verbis. Promiſi tibi filiam in matrimonium, poſtea peregrinus apparuiſti: Non eſt mihi cum extraneo commercium. Eadem res me defendet quæ vetat: Tunc fidem fallam, tunc inconſtantiæ crimen audiam, ſi cui omnia eadem ſint, quæ erant, promittente me, non præſtitero promiſſum. 2

Alioquin quicquid mutandi libertatem facit de integro conſulendi, & me fide liberat: Quaſi dicat, patrem qui filiam peregrino promiſiſſet, hac exceptione tutum eſſe quod peregrinus eſſet: Alioqui inconſtantis & fœditragi notam ſubire, ſi fidem datam fallat.

Quod & ipſum argumento eſt, Romanos † non temerè diſſolviſſe ſponſalia, ſed juſtis de cauſſis. Sed & ex Gellii verbis ſuprà enumeratis id efficitur, ſponſum vel ſponſam vel ejus parentes aut κυρίους ad dandum accipiendumve, hoc eſt, ad conſummandum † matrimonium cogi non potuiſſe ſed à contractu recedere potuiſſe, ſola ejus quod intereſt præſtatione; Idque præſtandum eſſe æquum cenſet Accurſius. Et quamvis adjiciat, ſe nunquam vidiſſe, quod ex ea 3 4

ſtipulatione in foro actum ſit: tamen æquiſſimum eſſe, ut ex eo cogatur, *l. 1. ff. de ſponſalibus.* Cum ſit rei honeſtæ ſtipulatio, veluti ſi mulier bene dotata deſponſa ſit, & eo ſenſu accipio verſus Ovidii.

Atque eadem ſponſum conſulti ante atria mittit,
Unius ut verbi grandia damna ferat.
Lib. 1. amorum elegia 13.

§. 2. SUMMARIUM.

Matrimonium promiſſum qui conſummare voluerunt à magiſtratu mulctati fuerunt.

SEd & à magiſtratu mulctatos fuiſſe illos, qui fidem ſponſæ datam non ſervaſſet, ex Æliano colligitur *lib. 6. T. de eo cui Lyſandri filia deſponſa erat.* Nam Lyſander vivens filiam ſuam deſpondit homini locupleti. Patre mortuo, is qui filiæ fidem dederat, eam ducere noluit, quod facultates nullas pater reliquiſſet. Res ad Ephoros delata fuit, qui communi decreto eum puniendum ſtatuerunt, quod Laconica non eſſet integritate, neque Græco animo, qui mortuo amico gratiam non præſtaret, & pactis fideque divitias potiores haberet, & ita ob turpe & avarum animi propoſitum pecunia eſt mulctatus. Idem refert Plutarchus *in Lyſandro.* Eos, inquit, qui cum filiabus ipſius ſponſalia contraxerant mulcta adfecerunt, quod ii quem divitem rati coluiſſent, cum juſtum & virum bonum, paupertatis argumento compertum deſerent. Sed & Ariſtidis filias nobiliſſimi Græcorum ſibi deſponderunt, quos tamen eo mortuo, cui rei familiaris anguſtia emergeret, accipere noluerunt. *Ælianus libro decimo.* Atque hos etiam mulctatos eſſe ab Ephoris veriſimile eſt.

§. 3. SUMMARIA.

1 *Sponſam dare qui recuſat an ab eo ejus quod intereſt nomine aliquid peti poſſit.*

2 *Pater ſi filiam quam primo deſpondit ſecundo nuptum collocet quid dicendum.*

3 *Matri-*

3 *Matrimonium qui promiſit ſi aliam domum ducat quid dicendum?*
4 *Mala plurima ſecuta inde quod pater filiam promiſſam dare noluit ex hiſtoriis docetur.*
5 *Nuptias promiſſas qui ſine cauſſa recuſant magiſtratus punit.*
6 *Connanus notatur.*

HIc quæri poteſt, an & noſtris moribus † aliquid ejus, quod intereſt, nomine peti poſſit à patre vel *κυρίῳ*, qui filiam ſuam deſpondit, dare nolit? Et ſiquidem cauſſam nullam vel juſtam ſaltem & probabilem non habeat, peti poſſe exiſtimaverim, & ita ſentit Accurſius *l. 1. ff. de ſponſalibus.* eoque jure veteres Latini uſi ſunt, ut ex Gellio demonſtravimus *lib. 1. cap. 4.* idque innuunt verba Varronis. 1

Quod & tunc & prætorium jus ad legem & cenſorium judicium ad æquitatem exiſtimabatur. *In verbo Spondere.* Quorum plus apud me valet auctoritas quam vel Cyni vel Jacobi de Arena & conſimilium, qui ejus quod intereſt nomine quicquam peti poſſe negant, ne metu pœnæ matrimonium contrahi videatur, quod legibus vetitum eſt. Sed meo judicio, longe differunt, pœna adjecta matrimonio ſtipulari, & ejus quod intereſt nomine, aliquid petere à patre vel *κυρίῳ*, qui id quod promiſit præſtare recuſat: Cum pœna adjecta certa ſit, id autem quod intereſt, tum demum debeatur, ſi nihil juſtæ cauſſæ ſit: Nam tum demum Judex litem pecunia æſtimabat, quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum qui ſpoſponderat aut ſtipulatus erat, condemnabat, ut oſtendunt verba Gellii. Adde quod & conſtitutione Leonis & multarum gentium pœna adjecta ſponſalibus debeatur, ut ſupra latè tradidimus, & jure Codicis is qui fidem dedit, & ducere vel nubere non vult, arrhas quas dedit duplicatas reſtituit, ſi major eſt, ſin minor eſt eas ſolum quas accepit, *l. mulier.* C. *de ſponſalib.* ſed & æquitas ipſa poſtulare videtur, ut cum in rebus omnibus, tum verò in matrimoniis fides ſervetur. Itaque, is qui filiam quam promiſit ſine cauſſa dare recuſat, rectè convenitur, ut ejus quod intereſt nomine patri teneatur, ne impune ludibrio habuiſſe videatur eum, cum quo contraxit, ut qui fidem datam fallat, & inconſtantiæ crimen, teſte Seneca, ſubeat. Quid enim

2 enim, si † filiam quam primo desponsit, secundo nuptum collocet
3 pater? vel † qui matrimonium promisit aliam domum duxit: vel fide data de conjugio cognovit. *Panormitan. c. gemma. de sponsalibus eleganter.* Certè æquum est, ad id quod inter est illum teneri, ne si impune id faciat majora inde consequantur mala, qualia † sæpè ac-
4 cidisse historiæ testantur. Archelaus unam ex filiabus Agesilao desponsit, & eam postea alii locavit. Agesilaus quo contumeliam illatam ulciscereturr, rei indignitate motus, Archelaum occidit, *Ælianus lib. 8.* Et Antoninus Imperator contra Parthos expeditionem susceptit, totamque regionem depopulatus est, quod filiam ei desponsam Artabanus dare recusaret. *Herodianus & Zonaras Tomo 2. fol. 222.* Archilochus poeta Licamben civem Lacedæmonium, quod filiam Neobolon dare nollet, Jambico metro ita insectatus est, ut se suspenderit, contumeliarum impatiens. *Ovidius & alii.* Et Imperator Alexius Angelus Ibancum barbarum, cui neptem promisisset, in vincula conjecit, cum desertor factus esset, quod neptis suæ Theodoræ sponsalia satis firmos, quasi obsides ratus, & de fide Alexii nihil dubitans circumventus esset *Nicetas fol. 253.* Comes Palatinus Otto de Wittelspacho Imperatorem Philippum interemit, nolentem dare filiam Kunigundam quam ei desponderat, ob homicidium scelere patratum: *Historiam infrà cap. 13. notavimus.* Et Nicephorus Imperator Constantinopolitanus, quod filiam Theophaniam, quam Ottoni Ottonis Magni filio desponderat, dare nollet, à populo Constantinopolitano interemptus est, idque quod Otto Græcos Calabria & Apulia ejecisset, & ejus jacturæ culpam in Nicephorum referrent, qui filiam sponsam sponso tradere recusasset. Nicephoro autem occiso, filius Joannes successit, & ab Ottone Imperatore confirmatus fuit: qui sororem Theophaniam à patre desponsam Ottoni uxorem dedit. *Auctores historiæ Græcæ & Nauclerus.*

Et Florentiæ, quod nobilis quidam è familia Bondelmantorum, recusaret ducere virginem, quæ ipsi desponsa erat, occasionem præbuit maximis motibus & cædibus, quibus sese mutuo confecerunt. Quibus rebus effectum est, ut populus nobiles qui superstites erant, urbe ejiceret. *Bodinus de Repub. lib. 4.*

5 Huc facit, quod & magistratus † in eos semper animadvertit, qui sine caussa nuptias quas promiserunt recusarunt. De Ephoris

suprà

ſupra diximus, qui pecunia adoleſcentem mulctarunt, recuſantem Lyſandri filiam ſponſam ducere. Pontificio jure, parentes qui fidem datam fregerunt, excommunicantur, ita ut triennium totum fidelium communione abſtineant, ſiquidem illorum culpa, filia non detur vel ducatur, ſin liberorum culpa id accidat parentes excuſantur, ſin verò etiam utriuſque culpa, uterque excommunicantur. *31. q. 3. c. 2. ex Concilio Eliberitano.* Item, quod alteruter contrahentium qui fidem datam ſefellit, & aliam duxit, pœnitentiam agere debeat. *c. 1. de ſponſ. duor.* Itaque † apud me nondum ſatis exploratum eſt, quod 6
Connanus *lib. 8. c. 2.* ſcripſit, actionem ex ſponſu abrogatam eſſe, ex quo univerſum Latium civitate donatum eſt; neque id oſtendunt verba Gellii, neque Varronis: Illud recte dici exiſtimo, poſt illud tempus, quo civitas Latio donata fuit, repudii uſum invectum fuiſſe, quo ſponſalia impune & ſine infamia dirimi poſſent, ſi tamen cauſſæ juſtæ ſubeſſent. Qua de re capit. ſequenti latius agetur, ubi de diſſoluendis ſponſalibus dicemus.

§. 4. SUMMARIA.

1 *Matrimonium qui promiſit illud conſummare tenetur.*
2 *Forma ſententiæ.*

SEd ut jus † in quo verſamur explicemus, ſponſaliorum 1
effectus præcipuus hic eſt, ut is qui matrimonium promiſit, illud conſummare teneatur, etiamſi non acceſſerit juſiurandum. Idque jure pontificio expreſſe cautum eſt. *c. ſicut ex literis Siluani de ſponſalib.* Qua in re † ita pronunciari ſolet. 2

IN Eheſachen N. Klägerinnen an einem / vnnd Beklagten N. anders Theils/ſprechen wir verordente des Conſiſtorii N. Nach dem der Beklagte durch der Zeugen Auſſage / vnnd ſeine eigne Bekändnis/ gnugſam vberwieſen / daß er Klägerinnen die Ehe öffentlich zugeſagt / vnnd ſich mit jhr Ehelichen verlobt hat / ſo iſt er / ſeines einwendens vngeacht / ſolch Ehegelübde mit Chriſtlichem Kirchgange / vnnd ehrlichem Beylager zu vollaziehen ſchüldig / vnnd in Wegerung deſſen / wird Beklagter darzu gebührlichen billich angehalten vnd compellirt / von Rechts wegen.

Alia sententia.

VNser freundlich Dienst zuvor / Würdiger / Wolgelahrter / Erbar vnd Vorsichtiger guter Gönner vnd Freund / Als jhr vns abermals berichtet / welcher Gestalt Mattheus N. denn für euch vnnd den andern Prædicanten (als jhrer in Ehesachen ordentlicher Obrigkeit vnnd Befehlchhabern / auch jhren eigenen Freunden vnnd Verwandten) öffentlichen gestandenen vnd bekandten Eheverlöbnis / vmb dessen Vollnziehung er selbst gebeten / gebührlichen nachzusetzen / in Weigerung stehe / vngeacht / daß sein Vater N. N. seiner nicht Bewilligung erhebliche / vnnd zu Recht gegründte Vrsachen nicht hat fürzuwenden / vnnd jhme N. N. durch jüngst vnser rechtmessig Vrtheil / auff ewrem Bericht zuerkandt / daß er solch Eheverlöbnis mit Ehelicher Beywohnung zu vollzehen / vnd sein Vater jhme darzu väterliche Hülffe vnd Beförderung zuthun / noch auch vor das eine auch anders Sinnes worden / vnd nunmehr sich mit einem andern zu vollnziehen / Ehelichen in Willens sey / alles Inhalts ewres vberschickten Schreibens / darauff jhr euch des Rechtens weiter zu berichten gebeten.

Demnach vnterrichten wir verordente Commissarien des Consistorii allhier / darauff vor Recht / daß / nach allerhand dißfals berichtete vnnd fürgebrachte Vmbstände / es bey jüngstem vnsern Vrtheil billich bleibet / vnd beyde Personen durch die hohe Obrigkeit des Orts / zu vollnziehung der Ehe / durch gebührliche Mittel / billich ernstlich compellirt vnd angehalten werden / daß auch zuvorn / vnnd ehe dann eines derselben / durch den leiblichen Todt / von einander gesetzt vnnd geschieden werden / sich jhrer keines ohne verletzung der Gewissen / mit einem andern in Eheverlöbnis einlassen / noch dasselbe jhnen öffentlich zu vollnziehen verstattet werden möge / von Rechts wegen.

§. 5. SUMMARIA.

1 *Matrimonium qui promisit an velit nolit præcise cogi possit illud consummare?*

2 *Matrimonium promissum præcise consummandum probatur textibus & rationibus.*

3 *Auctoris distinctio.*

Hoc

HOc loco quæritur † an is qui conjugium promisit verbis de præsenti, vel alias promissionem conjugii continentibus, velit nolit, cogatur illam domum ducere, cui fidem dedit, etiamsi animo ab ea prorsus sit alieno? Et compellendum non esse eum qui matrimonium promisit, illud consummare, argumento est, quod jure antiquissimo Romanorum is, qui sponsalia contraxisset, solutione ejus quod interest liberaretur, siquidem eum incœpti pœnituisset, *ut ex Gellio lib. 4. cap. 4. colligitur*: deinde quod in omnibus obligationibus faciendi, quis ad id quod interest saltem condemnetur. Is autem qui ducere promittit, vel accipere, factum promisisse censetur, ideoque præcise facere non teneatur. Grave enim existimaverunt veteres, promissione vel obligatione faciendi ita obstringi aliquem, ut præcise facere, hoc est, ducere vel nubere cogatur, neque præstatione pœnæ vel ejus quod interest liberari posset, si nuptiæ displicerent: cum in reliquis obligationibus faciendi solum, ut diximus, ad id quod interest teneatur. *l. stipulationes non dividuntur §. Celsus, de verb. obligationib. l. si quis ab alio. de re judicata Bart & alii l. Titio. de verbor. obligat. Salycet. l. 1. de sponsalib. Canonista C. gemma, de sponsalib.* Tertio quod & posterioribus seculis, quibus repudii usus invectus est, nemo invitus accipere cogebatur eam, quam sibi despondisset, cum repudio misso ei valedicere posset, idque impune, qua de re capite sequenti. Quarto jure novissimo saltem arrhas perdit is, qui conventis stare non vult. Idque & juri Canonico videtur esse consentaneum. Nam *in 5. eo quisquis, de sponsalibus.* expresse statuitur, eum qui juratus sponsalia promisit, & nuptias recusat, commonendum esse non compellendum, & ita pronunciasse videtur Pontifex, in causa illa & lite, quæ inter Ladislaum Hungariæ Regem & Beatricem Reginam mota fuit, ex historia quam nos suprà *cap. 5.* recitavimus liquet.

Interim tamen multa sunt, quæ animum in diversa trahunt, & in contrariam sententiam descendere † suadent, quod matrimonium debeat consummare is, qui illud promisit. *d. c. ex literis Sylvani*, ubi statuitur, eum qui juravit cum aliqua contrahere, per Ecclesiasticam censuram compellendum, ut ducat, & *c sicut eod. T. de sponsal.* etiamsi non accesserit juramentum *c. de illis, de despons. impub.* Itaq; recte Caroli Ducis Burgundiæ filia Duci Clivensi, qui matrimonium inter illam & Maximilianum dissolvere conabatur, respondit, se fidem

dedisse Maximiliano, & contra promissum nihil agere posse. Gallice ita habent verba: *qu' autrement elle ne pouuoit faire; & que c' estoit chose promise qu'elle ny pouuoit aller, al' encontre, Cominæus.*

3 Unde ego † distinguendum existimaverim inter promissionem juratam, & eam quæ jurejurando firmata non est: Ut si injuratus quis conjugium promiserit, compellendus sit ad nuptias consummandas, hoc est, ad eam ducendam, quam sibi despondit, idque accedente magistratus authoritate: & si recusarit, mulcta pecuniaria, vel carceris, vel alia simili coercendum, nisi caussa aliqua probabilis subsit, quæ judicem moveat, ut ea re supersedendum existimet. Quid enim si tam capitales inter eos exarserint inimicitiæ, ut alter alterius vultum ferre non possit, & periculum sit, ne inter eos perpetuum existat odium atque dissidium? quid, si alterutrius contrahentium cognatus aliquem alteri generi proximum interemerit? Quid, si obstinate repugnet alteruter, ut nullo pacto neq; minis, neque carcere, vel mulcta permoveri possit, aut flecti? Certe judex qui videt è re contrahentium esse, ne conjungantur, ita suum moderabitur Imperium, ne coeant nuptiæ, & propensior ad dissoluenda sponsalia esse debet. Quæ sententia est Hostiensis veteris interpretis, eumque sequitur *Panormitanus c. requisivit de sponsalib. & Duarenus & Didacus parte 1. c. 4. Epitomes de sponsalib. & matrimoniis & Curtii Jun. cons. 170. num. 1.*

§. 6. SUMMARIA.

1 *Nuptias an impune recusare possit nostris morib. alteruter contrahentium absq; caussa.*
2 *Nuptias promissas recusans consummare à magistratu coercendus.*
3 *Pœna illorum qui nuptias promissas consummare nolunt.*
4 *Pœna alia nuptias promissas consummare nolentium.*
5 *Forma sententiæ.*
6 *Alia forma sententiæ.*
7 *Alia forma sententiæ.*
8 *Alia forma sententiæ.*

Sed

SEd an & noſtris † moribus impune alteruter contrahentium nuptias recuſare poſſit, nullam legitimam excuſationem adferens, an verò à magiſtratu coercendus ſit, dubitari poteſt? Et graviſſime peccare eum, vel, ut illi loquuntur, mortaliter, qui conjugium conſummare recuſat. *Thomas 4. diſtinct. 27. quæſt. 2. & Didacus 1. part. cap. 4. num. 2.* Qua de cauſſa & cenſuræ Eccleſiſticæ ſubjicitur, *cap. lit. de ſponſalib.* quæ ſane pœna graviſſima eſt. 1

Ego verò etiam † à magiſtratu eum coercendum exiſtimaverim vel carcere vel mulcta pecuniaria, ut ratione fortunarum & conditionis fidei non ſervatæ juſtas pœnas luat. Idq; exemplo Ephororum, qui in adoleſcentem quendam graviter animadverterant, nolentem ducere Lyſandri filiam mortuo patre, quod hæreditatem exiguam reliquiſſet, *ut ex Ælliano & Plutarcho recitavimus ſuprà.* 2

Altera † pœna hæc erit, ut aliam ſibi conditionem quærere prohibeatur, qui ſponſam vel conjugem volens deſeruit: Ideoque illa viva alteri conjungi nequeat. Nam cum ſemel fide data ſponſus factus ſit, alterius ſponſus eſſe non poteſt. Ideoque & vitam cælibem agere cogetur, quod & ipſum ſatis ſupplicii eſt. Atque eo ſpectant verba *Lutheri.* Welche nach offentlichem Verlöbnüß zu ſeinem Gemahl nicht will ſol ohne Ehe bleiben. Item: Wenn zwey mit einander verlobt ſeyn / vnd es bey derſelben Verlöbnüß bleibt / daß keins das ander ſein Lebenlang kan verlaſſen. 3

Tertia. Sed † conjugi deſertæ ad id quod inter eſt tenebitur, propter illatam contumeliam, ut quæ ab eo contempta & ludibrio habita eſt. Idque exemplo veterum Latinorum, qui eo jure uſi ſunt, & Accurſii authoritate & Salyceti *l. 1. C. de ſponſalibus*, qui id æquum eſſe cenſet, quod & ipſum pœnæ loco habendum eſt. Arrhas etiam datas amittit, & duplicatas reſtituet, qui matrimonium implere recuſat. *l. final. C. de ſponſalib.* Item quod donationis cauſſa propter nuptias datum eſt *l. conſenſu C de repud.* Quæ tamen pœna locum non habet, ſi ſponſus ea lege pepigiſſet, & matrimonium promiſiſſet, quod intra biennium puellam ducere vellet, & in eadem provincia degens nuptias differret. Nam tum impune alteri puella nubere poſſet; *l. 2. C. de ſponſalib.* cum cauſſæ tamen cognitione, & judicis authoritate: neque enim liberum eſt, ſponſo vel ſponſæ 4

ſponſalia propria authoritate dirimere, idque ne fiat publicè interest, tum propter metum ſubornationis, tum propter ſcandalum & conſcientiæ periculum. Idem dicendum, ſi inter eas perſonas ſponſalia inita eſſent, quæ jure conjungi non poſſunt. *d. l. final.* Quid, quod quibuſdam in locis ſtatuta cum qui ſponſalibus renunciat, & deſponſam ducere non vult, puniunt ut mulctæ nomine dimidiam partem dotis ſolvere cogatur, *ut notat Kirchofius conſ. 28. Germ.* Ex quibus efficitur præciſe cogi non poſſe eum, qui fidem dedit ad conjugium conſummandum; ſed commonendum potius & coercendum cenſura Eccleſiaſtica, mulcta pecuniaria, aliave ſimili pœna, non autem cogendum Itaque judicem, ſi videat ſponſum obſtinate repugnare, ut nullo pacto flecti poſſit, potius monitione, quam
5 exactiſſima coactione uti debere. *Didacus 1. part. cap. 4.* Qua in † re ita pronunciari ſolet.

IN Eheſachen N. Klägerinnen an einem/ vnd Beklagten N. anders Theils/ ſprechen wir verordente des Conſiſtorii: Nach dem der Beklagte/ durch der Zeugen Außſage vnd ſeine eigene Bekändtnüß/ gnugſam vberwieſen/ daß er Klägerinnen die Ehe öffentlich zugeſagt/ vnd ſich mit jhr ehelichen verlobet hat/ ſo iſt er/ ſeines Einwendens vngeacht/ ſolche Ehegelübt mit Chriſtlichem Kirchgang vnd ehelichem Beylager zu vollnziehen ſchüldig/ vnd in Wegerung deſſen/ wird Beklagter darzu gebührlichen billich angehalten vnd compellirt/ von Rechts wegen.

Scabini & Wittebergenſes carceris pœna coercendum pro-
6 nunciant, ut ex ſequentibus † ſententiarum formulis patet.

VNſer freundlich Dienſt zuvor/ Ehrwürdige/ Beſtrenge/ Ehrneveſte/ Hochgelahrte/ gute Freunde/ Als jhr vns Klage/ Antwort/ vnd ergangen Fall in Eheſachen N. Klägerin an einem/ vnd N. Beklagten anders Theils/ zugeſchickt/ vnd euch des Rechtens darüber zu vnterrichten gebeten habt: Demnach vnterrichten wir verordente Commiſſarien des Conſiſtorii zu Wittenberg vor Recht/ daß Beklagter nunmehr mit dem auffer legten Eyde/ daran er ſich vorlengſt/ nach Jnhalt des Vrtheils/ vorſeumet/ nicht zu hören/ ſondern er mit dem Gefengnüß der Klägerin beyzuwohnen billich anzuhalten/ wo er aber darüber auff ſeinem Vornehmen thete verharren/ ſo wird die Klägerin das jenige/ was jhr zu erkandt/ aus des Beklagten Gütern oder Erbgelt vorreicht/

vnd

vnd Beklagter / als ein mutwilliger verlaſſer / des Stiffts billich verwieſen / von Rechts wegen.

Alia † ſententia. 7

HAt Claus N. ſich mit gedachter Jungfraw Eliſabeth in beyderſeits Freundſchafft Wiſſen offentlich verlobt / ob er dann wol vier Tage hernach der Jungfrawen ſolch Verlöbnüß abſagen laſſen / mit Vorwendung / daß er jr alſo gram worden / daß er ſie keines weges zu ehelichen gedechte / vnd wie jhn die weltliche Obrigkeit derhalben vorbeſcheiden / iſt er auff ſolcher Meynung nun faſt zwey Jahr verharret / vnd der Jungfrawen keine Schuld oder etwas vnehrliches anmaſſen können / ſo mag doch derhalben ſolch offentlich Ehegelübt nicht hinderzogen werden / ſondern es wird der Geſelle Claus N. durch gebührliche Mittel des Rechtens / als Gefengnüß / vnd dergleichen / ſolche Ehegelübt mit Chriſtlichem Kirchgang vnd ehelichen Beylager zu vollnziehen billich compelliret vnd angehalten / Da er aber vber ſolch vnd angewendten Fleis darzu nicht zubringen / oder er ſich derowegen flüchtig machen würde / ſo würde er auff vorgehenden billichen Proceß / als mutwilliger Deſertor vñ Verlaſſer ſeiner Vertrawten billich erkandt / vnd derwegen von der weltlichen Obrigkeit in gebührliche Straffe / Vorweiſung oder dergleichen / genommen / vnd jhme bey Leben gemelter Jungfrawen Eliſabeth / ſich mit einer andern zuverehelichen nicht verſtattet: Vnd auff ſolchen Fall / da ſie die Jungfraw ohne Gefahr jhres Gewiſſens auſſer dem Eheſtande ſich nicht enthalten köndte / darzu ſie doch mit Fleis zuvermahnen / ſo wird jhr ſich mit einem andern in Eheſtand zu begeben billich nachgelaſſen / von Rechts wegen.

Alia † ſententia. 8

VNſer freundlich Dienſt zuvor / Geſtrenge / Edle / Ehrnveſte / Hochgelahrte / gute Freunde / Als jhr vns berichtet / daß ſich ein Mägdlein jetzt bey funffzehen Jahren vngefehrlich / als Catharina genandt / zu N. mit jhrer Vormünden Wiſſen vnd Willen / auch in derſelben / vnd anderer Leute Beyſein / mit einem jungen Meiſter des Tuchmacher Handwercks / Hanſen N. offentlichen verlobt / bey demſelben drey Wochen im Hauſe aus- vnd eingangen / vnd zu zweyen mahlen in der Kirchen ſich auffbieten / auch ſich zuvor vernehmen laſſen / da man jhr denſelben nicht geben wolte / daß ſie mit jhme oder einem andern weglauffen wolte / daß

daß sie doch nunmehr in ein Rewen gefallen/ vnd desselben allen außfellig wird/ vnd die Ehe mit dem Christlichen Kirchgang vnd Beyschlaffen zu vollnziehen in Wegerung stehen wil/ sich auch in Gegenwart des Herren Superintendenten / jhrer Freunde vnd Vormündere gegen euch gantz rund dahin erkleret / sie möchte vnd wolte jhnen nicht haben/ wolte lieber alles darüber verlieren was sie auff der Welt hette/ vnd darüber ins Elend gehen / vnd ob jhr sie wol derwegen zu Gefengnüß einziehen lassen/ darinnen sie noch enthalten wird / in Hoffnung eines andern zu bedencken/ daß sie doch auff jhrer Meynung verharren thue/ sich auch weiter vernehmen lasse/ da sie wüste/ daß man in Fürhabens were/ sie darzu zu zwingen/ daß sie jhr ehe selbst das Leben nehmen wolte / auch sonsten allerley seltzame vnd erschröckliche Reden gebraucht / derwegen gebeten habt euch des Rechtens zu berichten/ vnd wes sich ferner gegen jhr zuverhalten.

Demnach vnterrichten wir verordnete Commissarien des Consistorii zu N. darauff vor Recht/ dieweil Catharina N. in Beysein jhrer Vormünden vnd anderer Leute/ sich mit Hansen N. freywillig vnd vngezwungen offentlich verlobt/ vnd auff solche Verlöbnüß zweymal in der Kirchen auffbieten lassen/ so ist sie auch solch Verlöbnüß / weil sie jhres nicht Willens vnd Rewes keine Vrsach vorzuwenden/ mit dem Christlichen Kirchgang vnd ehelichen Beyschlaffen zu vollnziehen schüldig / darzu sie auch im Fall der Weigerung von der weltlichen Obrigkeit durch gebührliche Mittel billich compellirt vnnd angehalten wird / vnd nach dem sie allbereit auff jhre Weigerung mit gelinder Gefengnis darzu angehalten/ gleichwol aber auff jhrem Fürnehmen verharret/ vnd es doch schwerers Gefengnüß gegen solchen Personen fürzunehmen bedencklich (deren Alter vnd Gelegenheit auch billich vor der Zusage vnd Verlöbnüß von den Vormünden hat sollen bedacht seyn) so möcht jhr doch hierüber sie der Straffen / so wider die Desertion gebraucht werden / erinnern/ als daß sie zu keiner ander Ehe alsdann zugelassen werde / sondern ohn einen Mann bleiben / auch das Land als ein anrüchtige reumen müsse/ vnd jhr Breutigam in jhre Güter nach Gebühr eingewiesen werden möchte/ vnd sie also neben Vorletzung jhres Gewissens/ an Leib/ Ehr vnd Gut gestraffet werden / vnd dann mit solchen Straffen allen auch ferner Erkändtnüß/ sonderlichen aber der weltlichen Schöppenstul/ was von jhren Gütern dem Breutigam gebühre / wider sie vorfahren / vnd

was

was erkandt wird exequiren / Es wolte vnnd köndte dann die Beklagte jhrer Weigerung nachmals zu Recht genugſame/gegründte / vnd erhebliche Vrſachen fürbringen vnd darthun / darinne würde ſie billich gehört vnd zugelaſſen/ vnd gienge hierauff nach Befindung der Vmbſtände dieſer Vrſachen ferner/was Recht iſt/von Rechts wegen/ Zu Vrkundt mit vnſerm des Conſiſtorii Jnſiegel verſiegelt/etc.

§. 7. SUMMARIUM.

Jurato qui promiſit conjugium omnino illud conſummare tenetur.

NUnc ad alterum diſtinctionis membrum veniendum eſt. Et ſiquidem juratus quis conjugium promiſit eum omnino cogendum exiſtimaverim, ut eam quam ſibi deſpondit, ducat. Nam juramentum implendum eſt in forma ſpecifica, quod promiſſor qui juratus promiſit, & Deum teſtem adhibuit, ex juramento obligetur, ideoque illud implere debeat, ſi quidem de re licita & poſſibili id præſtitum ſit. Idq; benè à Pontificibus ſancitum eſt. *c. ex literis Sylvani, de ſponſalibus.*

Et ea fuit Cyni veteris interpretis ſententia teſte Panormitano, *cap. requiſivit eod. T.* & quamvis de ea dubitet Panormitanus tamen in fine ſubjicit, quod ubi juramentum non acceſſit, judex non tam proclivis & propenſus eſſe debeat ad cogendum ſponſum, quam ubi promiſsio jurejurando firmata eſt. Idem tradit *cap. ex literis de ſponſ.* his verbis. Ubi ſponſalia non ſunt jurata, Eccleſia non compellit tam ſtudioſe alterum ad præciſe contrahendum. Quæ ſententia æquitate nititur.

§. 8. SUMMARIA.

1 *Juri jurandi maxima vis.*
2 *Jusjurandum qui violat gravius punitur quam qui conventioni non juratæ ſtetit.*
3 *Ethnici etiam juſjurandum ſancte ſervandum exiſtimarunt.*
4 *Jurans per caput Regis & pejerans apud Ægyptios capitis pœnam luit.*
5 *Perjuria impunita non ſinit Deus, id quod multis exemplis ſacræ ſcripturæ docetur.*
6 *Promiſſioni juratæ multum veteres tribuerunt.*
7 *Juramentum impleri debet in forma ſpecifica.*

1 NAm si rem † ad vivum resecare volumus nemini obscurum est, majorem esse jurisiurandi quam simplicis promissionis vim & efficaciam, quod juramenta ad firmandam promissionem & fidem adhibeantur. Itaque recte Cicero: Nullum vinculum ad stringendam fidem jurejurando majores nostri arctius esse voluerunt. Id tractant leges duodecim tabularum. *Gellius libro septimo capite decimo octavo.* Jusiurandum apud Romanos inviolate, sancteque habitum servatumq; est. *Dionysius Halicarnassæus libro 2. & Polybius lib. 6.* Tantùm apud Romanos jurisiurandi religionem valuisse, ut ea laude omnibus gentibus antecellerent. Nam si Græco homini, inquit, qui magistratum gerat, talentum unum committatur, etiamsi decem scribendo adsint, signaque totidem, atque etiam duplo plures testes extent, fidem tamen plerumque violant. Apud Romanos autem, qui quum Rempublicam gerunt, majorem multo pecuniam tractant, sola jurisiurandi sui religione in officio suo continentur. Et *libro sexto.* Ultima fides est communis omnium Græcorum ac barbarum gentium, quam ex earum usu nullum tempus eximet, videlicet jusiurandum & icta Diis testibus fœdera. Quippe ut Simplicius recte scripsit; jusiurandum Deum citat testem, & sequestrem sponsoremque facit eorum quæ dicuntur. Est enim jusiurandum confessio definitiva, cum divina assumptione. *Clemens libro septimo Stromatum.* In simplici autem promissione nullum divini numinis testimonium adhibetur. Quo spectat illud *Euripidis*: Dixisti sufficientem excusationem culpæ, dans jusiurandum, non exiguam rem ad fidem faciendam authoritate divina.

2 Qua de caussa † etiam gravius peccat, gravius etiam punitur, qui jusiurandum violavit, quam qui conventioni non juratæ sterit, ob divinum testimonium, quod vel contemnitur vel ad rei falsæ confirmationem adhibetur. *Thomas 22. quæst. 29 articulo 8* Nam periurium committit, quo nihil dici potest gravius. At in simplici promissione, si peccatum fuerit, id ad Dei non pertinet contumeliam, sed ad injuriam ejus qui fallitur. Unde efficitur eum qui juratus conjugium promisit, arctiori vinculo obstringi, & majori in periculo versari, si conventis non steterit, quam qui simpliciter injuratus promi-
3 sit. Quæ res etiam facit, ut † Ethnici jusiurandum sancte servandum

esse

esse sensérint. Quo spectat illud Simplicii. Si jurare necesse sit, ut vel amicum è periculo eripias, vel pro parentibus & patria spondeas, quidvis perpeti præstabilius fuerit, quam pactionem religione numinis sancitam violare. Demosthenes dixit se non existimare ullum cujusquam tantùm esse posse beneficium, propter quod jurisiurandi sit violanda religio εἰπεῖ νομίζειν, οὐδένα τοσαῦτ' ἀγαθὰ ἂν ποιῆσαι δι' ὧν τοῖς ἀνθρώποις προσῆκει ὀμεῖν καὶ ὁρκῆσαι. Et *apud Stobæum* Sophocles *sermon.* 25. Appositò jurejurando, inquit, cautior & diligentior animus sit. A duobus enim sibi tum cavere debet, & ne amicos lædat & in Deos peccet. Recte Abenezra Hebræorum doctissimus *in explicatione Decalogi*. Verbum Dei, inquit, in vanum accipiendum non est, ea de caussa, quod sicut Deus ipsa est veritas, ita & verbum ejus verum esse debeat. Quod si verbum ejus non servetur, & confirmetur, id pro eo habendum, ac si Deus mendacii argueretur. Apud Ægyptios in hodiernum usque diem hic mos servatur, (vixit autem Abenezra ab hinc annos 300.) ut si † quis per caput Regis juret, & pejeret, mortis reus sit, & capite pœnam luat: neque liberetur, etiamsi auri pondo aliquot pro vitæ redemptione & sanguine offerat, quod publice Regem contempserit. Quod si Rex, qui ex carne & sanguine conflatus est, cujus initium, finis & regnum vanitas est, contumeliam sibi illatam tam acerbe vindicat, multo magis hominem cavere oportet, ne lingua sua peccet, & Deum offendat, nomen Domini inaniter & in vanum usurpando, recordando ἄρνησις ἐστιν τοῦ θεοῦ ψευδορκία. Id est, falsum jusiurandum est abnegatio Dei. Nam & Deus † perjuria impunita non sinit. Idq; exempla sacræ scripturæ testantur. Israelitæ cum in Maspa conspirassent, & juassent de vindicanda injuria & facinore commisso à quibusdam Gabaensibus, qui Levitæ concubinæ vitium & vim intulerant, Benjamitæ qui conventis non starent, perjurii pœnas dederunt graviscimas. Nam omnes interempti fuerunt. *Judic. cap. 20.*

Idemaccidit viris Gilead Jabesensibus. Nam cum Israelitæ juassent, ut quicunque ad Mespam non veniisset, capite pœnas lueret, & exercitu lustrato compertum esset, neminem ex incolis Jabes adesse, de iis ut perjuris supplicium sumptum est, missis duodecim militum millibus, qui Jabesenses interimerent,

Judic. capite vicesimo primo. Sed & Saul filium suum Jonathan interficere voluit, quod mel gustasset, cum tamen ille non audivisset jusiurandum, qua Saul Israelitas adjurasset. *1. libro Regum capite decimo quarto. Hactenus Abenezra.*

Judæos sane jurisiurandi observantissimos fuisse, ex *Josepho* colligitur, qui refert, Ptolomæum ubi eorum religionem in servando jurejurando expertus esset, per multos ad suarum artium præsidia collocasse, & jus civium Alexandriæ illis donasse ab eis jurejurando exacto, eos sibi suisque posteris datam fidem servaturos. *Antiquitatum 12. cap.*

Idem refert *Diodor. Siculus libro primo historiarum*: Capitale fuisse apud Ægyptios pejerare, quod perjuri duo maxima scelera committant, quod & pietatem in Deos violent, & jusiurandum, quod inter homines potissimum ad fidem faciendam robur habet, evertant. Sed & *Xenophon Oratione de Agesilao.* Agesilaus hilari admodum vultu renunciare legatos Tissapherni jussit, habere se magnam ipsi gratiam, quod perjurio sibi Deos infectos reddidisset, Græcis verò belli socios. De Ægyptiis referunt Græci authores, Reges juxta regionis consuetudinem judices ad jusiurandum adigere solitos fuisse, ut etjamsi Rex aliquid eos judicare juberet, quod justum non esset, ne judicarent. Unde & is qui juratus alicui matrimonium promisit, id consummare cogitur, & si nolit compelli debet, *ut recte Alexander rescripsit capite decimo ex literis de sponsalibus.*

2

Idque à veteribus sanctissime observatum esse, ostendit historia Ruthæ, *cap. 4.* ubi Booz Rutham, cui juratus conjugium promiserat, ducit, & Israelitæ qui juraverant, se Benjamitis nullam ex filiabus suis daturos, id sancte servarunt. *Judicum ultimo.* Et antiquissimum poema Valerii Flacci qui refert Jasonem Medeæ conjugium promisisse juratum. Cum autem profugisset Medea, & pater Æetes misisset, qui illam repeterent, res in consilio agitata & disputata fuit. Argonautæ socii Jasonis, qui viderent, se ob Medeam raptam summo in discrimine versari, auctores Jasoni fuerunt, ut eam patri redderet, his rationibus moti.

—— Quod se externa pro virgine clausos
Objiciat, quodque illa pati discrimina cogat.

Respi-

Respiceret, pluresq; animas, majoraq; fata
Tot comitum.—

Eoque rem perduxerunt, ut de ea remittenda deliberaret. Quod ubi Medea animadvertisset, illa Jasonem promissionis juratæ admonuit, quam sanctissimè servare oporteret & implere his verbis.

—Miserere tamen promissaq; serva,
Usque ad Thessalicos saltem connubia portus,
Ingq; tua sim serva domo, scis te mihi certe,
Non socios juravisse tuos: his reddere forsan
Fas habeant, tibi non eadem permissa potestas.
Teq; simul mecum ipsa traham.—

Item de Jasone deliberante, an Medeam relinquere velit.

Quanquam jura Deum, sacri sibi conscia pacti
Religio, dulcisq; monent primordia tadæ.

Etsi autem nævo non caruerunt hæc sponsalia quod insciis parentibus Medeam abduceret Jason: tamen hinc colligitur, quantum sponsalibus seu promissioni juratæ veteres tribuendum existimaverunt homines prophani, solius naturæ instinctu ducti, qui etiam juramentum in re turpi servandum censuerunt. Qua de re exemplum memorabile extat *apud Herodotum* de Ægeto qui Aristoni Spartæ Regi promisit juratus, se daturum quicquid optasset, & cum ille uxorem ejus optasset, illam Aristoni concessit. Itaque probare non possum, quod *à Lucio Pontifice cap. requisivit, de sponsalibus.* traditum est, si quis sponsalia juratus promisit & nuptias consummare recusarit, eum commonendum potius, non compellendum esse. Imo rectè statuisse existimo Alexandrum Pontificem *capite decimo ex literis.* quia periculosum sit, contra juramentum venire, per Ecclesiasticam censuram compellendum esse eum, ut ipsam in uxorem recipiat: vel ut habent verba *cap. 2.* maritali effectione pertractet. *de sponsalibus.* (quod tamen de sponsalibus juratis non loquitur) omnibus modis inducendum, ut fidem præstitam observet. Quibus ego adjicio, eum qui juratus promisit conjugium, si id recusaverit, consummare à Judice seculari cogendum, & si in sententia perstiterit, veluti perjurum puniendum, ut qui Deum contumelia afficiat, & hominem ludibrio habeat. Panormitan. *cap. ex literis, de*

ſponſalibus. Quare Interpres ad evitandam abſurditatem iſtius conſtitutionis, verbum *potius* pro *prius* exponit, ut hic ſit ſenſus, prius monendum & poſtea cogendum. Sed vim facit verbis, & ne ſic quidem medicinam facit. Nam ratio conſtitutionis, nimirum libera matrimonia eſſe debere, ineptiſsima eſt. Nec enim cogitur, qui voluntate ſua cogitur. Is autem qui liberrima voluntate juratus promittit conjugium, coactus dici non poteſt. Voluntate ſua coactus rectè dicetur, ut ille apud Terentium. Nec enim invitus dicitur, qui propter voluntariam promiſſionem urgetur ad promiſſi ſolutionem. *12. quæſt. 2. cap. quicunque,* vel qui propter delictum commiſſum eam ducere cogitur quam polluit. *cap. 1. de eo qui duxit in matrimonium, &c.* Quæ cum ita ſint, nemo † non videt, æquum eſſe, ut is qui 7
juratus promiſit conjugium, id conſummare debeat, cum juramentum impleri oporteat in forma ſpecifica: *24. quæſtione 3. cap. ſacerdos, cap. ecce crimina.* Nam & Pſalmus decimus quintus virum bonum ſumma fide conſtantiaque præſtiturum, quod promiſit affirmat, & damnum potius malle pati, quam datam fidem fallere, aut contra religionem jusjurandi quicquam admittere: Et ita hunc verſum Hebræi explicant, quem & Beza his verbis reddidit:

Qui ſimulat promiſſa fides incommoda malit
Mille pati, quam juratæ perjuria linguæ.

Nam vox [*lehore*] damnum ſignificat, ſeu incommodum, quaſi dicat, ſi quis juraverit, quod damnoſum ſibi ſit, tamen id ſervet. Et Benedictus Arias bene vertit.

Juratus etſi damna deprehendat ſua,
Non deſerit fratrem tamen.

Et *Numer. capite trigeſimo,* qui ſe juramento obſtrinxit, non facit irritum verbum ſuum, ſed implebit omne, quod promiſit. Itaque huic conſtitutioni quantum tribuendum ſit, aliis judicandum relinquo. Mihi ſane non probatur, ut quæ nihil aliud doceat, quam quod eſt in proverbio: ſicut pueros aſtragalis, ita homines juramentis fruſtrari & decipi oportere, quod Lyſandro Græci tribuunt, τὸς μὲν παῖδας, ἀστραγάλοις παίζειν, τὸς δὲ βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ὅρκοις καὶ συνθήκαις. Hoc eſt, Pueros aſtragalis ludere, Reges verò & Principes juramentis & fœderibus. Nam alioqui ſatis magna ſemper fuit levitas eorum, qui amore impulſi nuptias jurati promitterent,

idque

idque pro nihilo ducerent, ut illis indulgere lege lata minimè conveniat. Quò ſpectat illud *Juvenalis*.

Cum tua ſimplicitas vulgi riſum moveat, cùm
Exigùa quoquam, ne pejeret, & patet ullis
Eſſe aliquod numen templis, aræq; rubenti:

Idque quod illa opinio omnium animos pervaſit, amatoria juramenta Deum non curare, ἀφροδίσιον ὅρκον Græci appellant, unde proverbium ἀφροδίσιος ὅρκος, de quo *Cælius Rhodiginus*: Quò ſpectat illud veteris poetæ.

Jupiter ex alto perjuria ridet amantum.

Et illud *Ovidii lib. 1. amorum.*

Nec ſi quem fallas, tu perjurare timeto,
Commodat illuſis numina ſurda Venus.

Item:

Ne jurare time, Veneris perjuria venti
Irrita per terras, & freta ſumma ferunt,
Gratia magna Jovi, vetuit pater ipſe valere
Juraſſet cupide quicquid ineptus amor.

Juravit quidem, ſed ut ajunt quidam ô Dea, amatoria juramenta Deorum non ſubeunt aures. Callimachus. Quod & Plato *in convivio* refert. Quod verò permaximum eſt, vulgò fertur, quod ſolis amatoriis perjuriis Dii dant veniam: Venereum quippe jusjurandum nihil valere ajunt. Suidas ὅτι τῶν ἐρώντα ὀμνύοντων πολλάκις καὶ ἐπιορκόντων. Sed hæc Ethnicorum ſunt errata, quibus Chriſtianos involvi turpe eſt, qui exploratum habent perjuria à Deo graviſſimè puniri, uſque adeò, ut & in liberos eorum, qui pejerarunt, pœna redundet. Quæ quo tardior, eo acrior eſſe ſolet. Juxta illud *Claudiani in Curetium.*

In prolem dilata ruunt perjuria patris,
Et pœnam merito filius ore luit.
Et quas fallacis collegit lingua parentis,
Has eadem nati lingua reſundit opes.

Item:

Ah miſer, etſi quis primo perjuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Item

Item *Juvenalis.*

Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

§. 9. SUMMARIUM.

Specialibus juratis misso repudio apud veteres renunciare non licuit.

EX his quæ diximus & illud colligi posse videtur, etsi sponsalibus veteres renunciare potuerint misso repudio, non tamen sponsalibus juratis renunciare licuisse. Idque ex verbis Valerii Flacci, liquet, quæ supra *capite sexto* commemoravimus.

——Perjurus Jason,
Si patri reddatur, erit.——

Item:

Nil opus est istis, tantum perjuria vitæ
Teq; simul serva, meq; datamq; fidem.

Item:

Hic metuit mendax, sed & hic perjuria vocari.

Argumento est, quod Suetonius refert Tyberium equiti Romano juramentum remisisse, qui juraverat, se nunquam repudiaturum uxorem cum eam in adulterio deprehendisset. *Suetonius.* Ad quam rem pertinentia plura, supra *capite septimo* congessimus, quæ hic repetere supervacaneum est, ne actum agere videamur.

§. 10. SUMMARIA.

1 *Affinitas sponsalibus contrahitur.*
2 *Sponsalibus cur ii effectus tribuatur.*

1 ALter effectus † hic est, quod solis sponsalibus affinitas contrahitur, idque ad imitationem affinitatis inductum est à Jureconsultis & Pontificibus. *l. Servius de gradibus.* Servius rectè dicebat, Soceri & Socrus, Generi & Nurus appellationem etiam ex sponsalibus acquiri. Cujus rei exempla nobis plæraque suppeditant bonorum auctorum scripta. *Plautus in Truculento.*

L. Isthac

L. Isthac lege filiam tuam sponden' mihi uxorem dari? Ch. Spondeo. Cal. Et ego spondeo hoc idem. L. ô salvete affines mei. LOTH etiam eos qui filias ducturi erant, generos appellat, *Genesis decimo nono*. Amata Turnum cui desponsa erat Lavinia *libro duodecimo Aeneid.* & Scipio parentes Lucei soceras *libro sexto Decad.* 3. Qua de re suprà capite quinto latius à nobis actum est.

Quæ res efficit, ut consanguinei sponsi sponsam ducere non possint. Nam ubi nuptiæ prohibentur, ibi & sponsalia, quæ eas antecedunt, prohibita esse videntur. Rationem hanc adferunt Jureconsulti, quod affinitas in caussa nuptiarum etiam ex sponsalibus propter honestatem contrahi fingatur. *l. si qua mihi, l. si adoptivus de ritu nuptiarum, §. si uxor, Institut. de nuptiis.* Improprie tamen id dici monet Ulpianus, etiamsi non accesserit concubitus. Et quod in conjunctionibus non solum quid liceat, sed quid honestum sit, spectari oportet. *l. semper de ritu nuptiarum.* Et hoc jus etiam secuti sunt juris Canonici auctores. *cap. ad audientiam cap sponsam, de sponsalibus, cap. si quis & cap. si quis desponsaverit 27. quæst. 2.* Frater sponsam fratris ducere non potest. Neque ab his discrepat jurisprudentia Hebræorum, ut videre licet, *præcepto quinquagesimo primo in tractatu pandectarum, qui* [*mzuoth eschh*] *dicitur*: Quemadmodum jure Mosaico frater defuncti uxorem ducere cogitur, ita & sponsam fratris defuncti, quod sponsa sit [*ischoh*] hoc est, vira seu uxor fratris defuncti. Verba hæc sunt: [*scheibm adm eschth achir meabir bin mn hairußin bin hnischrain alm meth ôlo sere.*] Id est, frater ex patre uxorem fratris ducere cogitur, sive illa promissa tantùm sit, id est, desponsa sive tradita, si quidem ille sine semine mortuus sit. Et *capite tertio de sponsalibus* traditur. Quando sub hac conditione aliquis sibi mulierem despondit si pater ipsius consenserit & ipse consentiat, rata esse sponsalia: si consentire nolit, ea pro nullis habenda. Quod si filius moriatur, patrem instruere solent, ut dicat, se non consensisse. Nam si se consensisse confirmat, cogitur frater fratris absque liberis defuncti uxorem ducere. [*ael mnath scheirzeh aba rzh aba mekudeschth vaim loa neneh mekudeschth meth hab hri su mekudeschth meth habn mlamdim hab lumr scheainu rnzeh.*]

Et hæc ea de causſa ſancita eſſe conſtat, quod mulier viro pacta vel deſponſa [*iſchoh*] hoc eſt, uxor vel vira dicatur. & cenſeatur. Et quod poſt ſponſalia ut Hebræi loquuntur, [*nihſchbbth aeſchth iſch rnaſirth ael ch hoeulm*] mulier cenſetur uxor viri, & toti mundo ea vincta, id eſt, prohibita ſit, ne quis eam attingat. Quod etiam Græca Eccleſia ſecuta eſt, *Harmenopulo teſte*. Idque *ex Nicæa* colligitur, qui Andronicum Imperatorem inſectatur, quod Annam filiam Regis Francorum, Alexii Imperatoris ſobrini ſui ſponſam duxerit: Verba Nicætæ hæc ſunt: καὶ ἔκ γε ἠρύνετο κρονίων ἀπὸ ζῶν ἀνεψιοῦ γυναικὶ μελτοπαρείῳ καὶ τρυφερᾷ κόρῃ, καὶ μήπω τὸ ἐνδέκατον ἐτῶν ἐξωυκηκὰ συγκατακείμενον ἀθεμίτως, hoc eſt, Non verecundabatur effœtus ſenex ſobrini uxori, puellæ roſeæ & tenellæ nondum annos undecim natæ, nefarie concumbere, &c. Quibus verbis innuit, & inceſtas & nefarias fuiſſe nuptias, nimirum quod ſponſam ſobrini duxerit, & quidem impuberem.

Idem refert Ibancum hominem barbarum ſibi deſpondiſſe neptem Imperatoris Alexii Angeli Theodoram adhuc impuberem, & Imperatori generum factum eſſe. Γαμβρὸς inquit, ἐπεὶ θυγατρὸς παιδὶ τῷ βασιλεῖ γεγονὸς, nimirum propter ſolam promiſſionem conjugii vel ſponſaliorum; nam puellam non duxit domum, ut qui poſtea deſertor factus, ab Imperatore in vincula conjectus ſit. Nupſit autem illa non multo poſt tempore Chryſo, ut idem *Nicetas* refert *ſolis ducenteſimo ſexageſimo quinto*. Idque probat Eraſmus, qui id ad imitationem affinitatis inductum eſſe ſcribit. Unde publica honeſtas naſcitur, quæ originem ducit ex ſponſalibus puris ac certis quæ contracta ſunt, ſive per verba præſentis temporis, ſive futuri, matrimonio nondum conſummato. Sed & Stephano Triballorum Principi deſponſa fuit Alexii Iſacii Imperatoris filia. Stephanus autem paulò poſt in monte Papycio monachus factus ſponſam repudiavit: Quam ejus filius Stephanus pluſculo tempore exacto duxit, hoc eſt, ſponſam patris, & liberos plures ex ea ſuſcepit.

Quam infelix autem fuerit illud matrimonium, malo ipſius Nicætæ, quam meis verbis commemorare. Tempus, inquit, omnia novare, & perpetuo diſſimilitudines inducere ſolitum, ambos à priſtina conjunctione & conſenſione diſiungit, nec in eo numero eſſe patitur, quos Lyricus his verſibus celebrat:

Felices

Fœlices ter & amplius
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Divulsa querimoniis suprema citius
Solvet amor die.

Nam ille uxori pruritum libidinis, illa contra marito bibacitatem à primo diluculo, & aliarum mulierum consuetudinem objiciebat. Ita dissidio subinde crescente. Stephanus barbaricum consilium init atque exequitur. Nam sive confecto, sive verò objecto adulterii crimine, Eudociam omni vestitu muliebri spoliat, sola tenui interula relicta, eaque undique præcisa, ut vix pudendas partes tegeret, atque ita ignominiosè quo libitum esset, abire sinit. Huic pœnæ tam inhonestæ, tam atroci & immodicæ, frater Eudociæ Volcus intercedit, & objurgata ejus inhumanitate, orat, ut depositâ iracundia, paulo clementius agat, habita ratione illustris generis Eudociæ, & famæ suæ consulat & tantam ignominiæ labem caveat. Sed cum pertinax & implacabile ejus ingenium movere non posset, ipse Eudociam ita susceptam, ut dignitas ejus postulabat, Dyrrachium perducendam curat, quo casu cognito, pater filiam lectica & ornamentis muliebribus missis in ædes suas recepit.

Cæterum nec Noemanis filii (ex quorum numero erat Stephanus) longo tempore concordes permanserunt, sed inimicitiis susceptis in cæterorum cœtum transierunt, quos diximus, per ambitionē & verecundiam naturæ oblitos esse. Et Volcus frater Stephani victor, Stephanum & principatu & patria exegit. Qua de re plura *Nicetas* memorat, quæ hic asscribere longum esset, & à nostro instituto alienum, qui historiam non teximus, sed de nuptiis commentarios scribimus. Sed an eo jure in Ecclesiis hodie utendum sit, ex Theologis recentioribus quidam disputant. Sed nos illam quæstionem in tractatum de nuptiis rejicimus.

Cur verò hunc effectum † sponsalibus de futuro tribuant interpretes non video. Quasi verò omnia veterum sponsalia de futuro fuerint, quod falsum esse supra docuimus: nam verbis præsentis temporis contracta fuerunt. At liberum fuit, recedere à sponsalibus

pro arbitrio? Sed & matrimonii dirimendi libera facultas fuit, divortio nimirum; ergò nec inter eos fuit verum matrimonium. Vides quam inepta sit hæc collectio. Nam ut matrimonium divortio dirimebatur, ita & sponsalia repudio, hoc est, modis pro ut illa tempora erant, legitimis. *Pergamus ad alia.*

§. 11. SUMMARIUM.

Sponsaliorum de futuro effectus.

SPonsalibus de futuris hos effectus tribuunt Doctores: Primo, quod cum promissionem contineant, utraque pars obligetur; itaque alterutri altero invito ab eis recedere non licet, nec pœnitere. *cap. ex literis 2. extra de sponsalibus, in verb. commonendi sunt, & omnibus modis inducendi, ut præstitam fidem observent.* Imò pars quæ datam fidem violat, pœnas luit, & pœnitentiam agere cogitur. *c. penult. de sponsalib.*

Quamvis si uterque contrahentium dissolutioni consentit, dissolvi possit, idque indicant verba *dict. cap. 2. si sibi invicem remittant.* Quam *Panormitanus & Felinus* communem esse dicunt, idque ad instar aliorum contractum, qui utriusque dissensu solvuntur. *l. nihil. de Regulis juris.* Quod usque adeo verum esse censent, ut etsi sponsalia jurejurando firmata sint, nihilo minus mutuo dissensu solvi possint, idque quod alter alteri juramentum in favorem ejus datum, remittere possit. *Panormitanus cap. 2. de sponsalibus. Didacus capite quinto part. 2.* Sed meo judicio & hi effectus veris sponsalibus, hoc est, de præsenti fere competunt, Ideoque nodum in scirpo quærere non sit necesse.

§. 12. SUMMARIA.

1. *Promissioni verbis præsentibus conceptæ major vis inest quam futuris.*
2. *Sponsaliorum genus unum tantùm fuit apud veteres cum Hebræos, tum & Græcos & Latinos.*
3. *Accipio & Accipiam verborum vis explicatur.*
4. *Sponsaliorum illa distinctio, quæ verbis Accipio & Accipiam nititur omnino frivola & inepta est.*

Interim

INterim tamen negari non potest, majorem † vim inesse 1
promissioni verbis præsentibus & categoricè conceptis, quam quæ in futurum faciendam obligationem pollicentur, & perfectiorem esse consensum. Qua de caussa etiam moti veteres, differentiam inter sponsalia de præsenti & futuro constituendam existimaverunt, de qua quid sentiam, supra monui, *cap. 4.* quod & hic latius tractandum est, ne erroribus patrocinari videamur. Apud † veteres 2
Hebræos, Græcos & Latinos unum saltem fuit sponsalium genus, quod verbis conjugii promissionem continentibus conciperetur. Neque enim tàm de verbis quàm de mente contrahentium veteres sollicitos fuisse constat: Ideoque sive verba futuri sive præsentis temporis essent, susque deque habebant, hoc est, res ipsas non λογομαχίας ponderabant, hoc unum spectabant, ut ex verbis de voluntate contrahentium constare posset. Argumento sunt formulæ illæ, quas nos magno labore ex veterum monumentis congessimus. Et ut demus, quod negari non potest, majorem vim inesse verbis præsentis temporis quam futuri, ubi de promissionibus agitur: tamen † id de verbis *accipio*, & *accipiam* in sponsalibus vel in caussa 3
nuptiarum non rectè dici existimo. Nam ut supra explicavimus, nemo sibi uxorem despondens, etiam verbis de præsenti, accipio, rectè dicit, nisi eam traditam in sua ducat, & possidere incipiat; Idque quod & sacra scriptura expressè distinguit inter eum qui accipit vel accepit mulierem, & eum qui sibi despondit mulierem, ut & Hebræi in sua jurisprudentia inter instrumenta desponsationis & acceptionis seu traditionis [*chiduschin unischuain*] expressè distinguunt, & qui uxorem habet, [*nschui*] Hebræi appellant, quasi dicas, ductus vel acceptus, *ut Elias explicat in Thisbite*. Et nemo in caussa nuptiarum accipere vel accepisse dici potest, nisi cui uxor desponsa tradita, ducta & mancipata sit. Idque infinitis veterum exemplis & auctoritatibus confirmari potest, ut mirum mihi videatur, inter viros etiam qui ingenii & eruditionis laude clarent, reperiri, qui distinctionem ineptissimam, quæ ex his verbis extructa est, defendere conentur. Rectè *Lutherus*, qui verbum accipio ad traditionem, mancipationem & copulationem quæ publicè fit, pertinere monet.

Verbum accipiam sponsalia de futuro constituere censent, sed longè falluntur. Etenim ridiculum est, eum qui se accepturum in causa nuptiarum dicit, non obligari, cum tamen hæc verba executionem matrimonii respiciant, ideoque præsentem promissionem constituant. Nam qui ad executionem sese obligat, de præsenti contrahere videtur. *Panormitanus & alii omnes in c. ex parte C. si inter de sponsalib.* Itaque ego eum qui verbo accipiam se obligat, in causa nuptiarum propriè loqui, veraque sponsalia & obligatoria contrahere existimo, quæ non minùs valeant, ac si verbis præsentis temporis concepta essent. Scio hæc multis non probari, qui communi doctorum & recepta sententia fascinati, aliter sentiunt, sed tamen æquos judices & veritatis amantes, nostram sententiam ad æquitatis trutinam ponderaturos speramus. Sed occurritur nobis ab iis, qui distinctioni illi de futuro & præsenti patrocinantur. Quod aliud sit sese obligare, aliud obligationem faciendam promittere. Nam qui promittit, non dum facit, sed se facturum promittit. *Lombardus lib. sententiarum.* Unde & id efficitur, ut si quis verbis futuri temporis alicui matrimonium promittat, & inde aliam sibi categoricè verbis de præsenti desponeat, ratam esse posteriorem promissionem, priorem verò veluti irritam solvi. Id ego concesserim, & rectè dici existimaverim, si pater vel κύριος hac ratione utatur. Despondeo tibi filiam: vel vir mulieri ita loquatur, promittam tibi matrimonium, non desponsisse dicatur, sed tantum sponsalia futura, seu obligationem faciendam promisisse. Quare nec sponsalia contracta dici possunt. Nam ut illa rectè constituantur, oportet categoricè & præsentibus verbis conjugium promitti, vel verbis futuri temporis ad executionem spectantibus, veluti: Despondeo tibi filiam, promitto tibi conjugium, volo te habere, vel cupio te uxorem, & similia id genus, quibus ego verbum accipiam annumerandum censeo, quod & id ad executionem spectet, eoque gens Hebræa semper usa sit in causa nuptiarum, de eo qui uxorem accepisset, vel accepturus esset. Neque enim is qui se accepturum promittit, obligationem futuram promittere censetur, sed præsens sese obligat, & in instanti executionem & nuptias, in quibus uxor accipitur, respiciens, non secus atque illi, qui hac oratione utitur: Tenebo te pro marito, & tenebo te pro uxore. Et ut rem in pauca

conse-

conferam, non minus obligari eum, qui accipiam dicit, quam qui accipio, in constituendis sponsalibus statuo, & quidem eum qui accipiam voce utitur, rectè propriè & ad rem accommodate loqui. Qui verò accipio dicit impropriè, nisi sponsam traditam accipiat, mancipet & possidere incipiat: Idque vi verborum intelligitur. Ex quibus † efficitur distinctionem illam sponsalium, quæ hisce duobus verbis accipio & accipiam nititur, frivolam & ineptam esse, ideoque explodendam. Sed tamen plerisque commentum placet. 4

§. 13. SUMMARIA.

1 *Qui promittit filiam despondere an despondere cogatur.*

2 *Promittens filiam despondere si alteri interim verbis præsentis temporis filiam despondeat.*

HIc rursus quæritur si quis his verbis promittat; Despondebo † tibi filiam: an ex ea promissione teneatur, ut despondere cogatur? Respondeo, teneri eum qui promisit, ad sponsalia contrahenda & nuptias consummandas. Nam & in aliis obligationibus qui promisit obligationem faciendam, licet nondum contraxit tamen contrahere tenetur. Verbi gratia: Et qui ita loquitur, vendam tibi hunc fundum, nondum vendidit, sed tantum venditurum se promisit. Ideoque ex vendito non tenetur, sed tantum ex ea promissione seu stipulatione. Interim tamen vendere tenetur, *l. si sterilis §. penultimo de actionibus empti. Bartolus in l. si cum. §. qui injuriam ff. si quis cautionibus.* Ita qui se fidejussurum promisit, etsi fidejussor non sit, tamen cum obligationem faciendam promisit, fidejubere tenetur, *l. fidejussor §. meminisse, de legat. 1. l. sicut stipulatus sit Stichum §. ultimo, de verborum obligat* Unde patet, qui se filiam despondsurum promittit, non dum sponsalia contraxisse, sed tantum sponsalia contrahere promisisse, quæ tamen absolvere tenetur. 1

Sed si † interim alteri categoricè & verbis præsentis temporis filiam despondeat, veluti spondeo tibi filiam, do tibi filiam; vel ut Hebræi solent, his verbis: Filia mea uxor vel vira tua est, dubium non est, quin rata sit posterior promissio, & priori anteponenda, ut qua 2

in

in instanti filia desponderetur & promittitur, & præsumitur recessum esse à sponsalibus de futuro, per sponsalia verbis præsentis temporis concepta, etsi culpandus sit maximè, qui fidem datam faliat, & una fidelia duos parietes dealbare conetur. Qua de caussa rectè apud veteres latinos, ad id quod interest tenebatur is, qui filiam promissam non daret vel acciperet. Idque ex Gellio aliquoties annotavimus. Est enim levitas non ferenda, quæ cum ab aliis actionibus, tum verò ab hoc contractu & fœdere sanctissimo longè abesse debet.

§. 14. SUMMARIUM.

Promittens jurato se filiam desponsurum si alii eam postea despondeat verbis de præsenti.

SEd quid si juratus quis promittat, se filiam desponsurum, vel sponsalia contracturum, & alii eam postea despondeat, vel matrimonium promittat categoricè vel verbis de præsenti: Et hic idem jus servandum existimaverim, nimirum posteriora sponsalia prioribus (quæ revera sponsalia non sunt, sed promissiones tantum de sponsalibus) anteponenda esse, eamque communem opinionem testatur. *Vivius in tract. commun. opinion. Magister senten. lib. 4 dist. 28.* licet ille verba hæc, *promitto me te ducturum*, ponderet, quæ ego ab illis, *accipiam te*, nihil differre existimo.

§. 15. SUMMARIUM.

Sponsalia si ad ea accedat concubitus pro matrimonio consummato habentur.

ALium præterea effectum sponsalibus tribuunt interpretes, ut si ad illa accesserit concubitus, matrimonium consummatum intelligatur, & quod nulla in contrarium probatio admittatur, *cap. veniens &c. ii qui fidem, de sponsalibus.* Jus enim veluti certum & exploratum statuit, post promissionem de futuris nuptiis accedente concubitu virum in mulierem veluti in propriam conjugem consensisse. Nec ad rem facit, etiamsi protestatus fuerit se ea mente

ea mente rem cum illa non habuisse: Illa enim potestatio nullius est momenti. Et hæc est omnium penè interpretum juris & recepta sententia *quam Durandus libro 4. distinct. 28. q. 1. sequitur.*

Et hæc recte dici fateor. Nam qualiacunq; verba sufficere existimaverim, dummodo aliquam promissionem de conjugio contineant, ut puellæ vitiatæ consulatur, cum lege Mosaica & Atheniensium is, qui puellam vitiasset, eam ducere tenebatur, etiamsi nulla intervenisset promissio. Ideoque de verbis tam anxie inquirendum non sit, utrum illa futuri seu præsentis temporis sint. Nam vitium virgini illatum & pudicitia erepta aliud suadent.

§. 16. SUMMARIUM.

Liberi nati ex conjugio cui benedictio & traditio in facie Ecclesiæ non accessit an sint legitimi?

HOc loco autem recte quæritur, cum sponsalia de futuro accedente concubitu matrimonium constituant, ut dictum est, an ex eo conjugio liberi nati legitimi sint, etiamsi benedictio & traditio in facie Ecclesiæ facta non sit, neque nuptiæ subsequutæ? Et legitimos esse non existimaverim, quod matrimonia palam, hoc est, coram pluribus, & firmiter stabilienda sint, non in angulo & clanculum, qua de re supra, ubi de benedictione ageremus, latius à nobis disputatum est.

§. 17. SUMMARIA.

1 *Sponsa uxoris loco habetur.*

2 *Sponsa præsens absentem exspectare tenetur.*

3 *Sponsalia de futuro in matrimonium transeunt verum traductione sponsæ in domum mariti.*

EFfectus sponsaliorum & hi sunt, quod sponsus mariti, sponsa † uxoris loco habentur, vel ut interpres βασιλικῶν explicat, quod sponsa in multis uxorem & sponsus maritum imitatur, id autem ubi locum habeat suprà abunde declaravimus. 1

Item quod præsens absentem † exspectare teneatur, *Panormitanus & alii in c. de illis, de sponsalibus*, qua de re capite sequenti. 2

Item quod sponsalia etiam de futuro in † matrimonium transeant, 3

ſcant, verum, traductione ſponſæ in domum mariti. Sed & hi effectus etiam ſponſalibus de præſenti recte tribuuntur.

Nam & ſponſa de præſenti in plærisque uxorem imitatur, & ſponſum exſpectare tenetur abſentem. Et hactenus de ſponſalibus quæ pure contrahuntur ſatis.

§. 18. SUMMARIUM.

Sponſalium conditionalium effectus.

NUnc de conditionalium effectu breviter dicendum eſt. Nam quæ huc pertinent magna ex parte ſuprâ ſunt explicata. Et hic regula tenenda eſt, ſponſalia ſub conditione, quæ ab incerto eventu pendent, concepta, ante conditionis eventum prorſus inutilia eſſe. Imò deficiente conditione evaneſcere, *c. ſuper eo, de conditionibus appoſit.* Niſi concubitus ſubſequatur, *ut ſupra latius explicatum eſt, quo lectorem remittimus.*

§. 19. SUMMARIUM.

Sponſalium juratorum effectus.

SEd & ſponſalia jurata ſuos habent effectus peculiares, & quidem hos, quod arctiori vinculo conſtringant contrahentes, quam injurata. Nam præciſe ducere vel nubere coactos fuiſſe eos quos ſibi deſpondiſſent apud veteres, idque perjurii metu ſupra demonſtravimus Item eos quos duxiſſent, & repudiare nolle juraſſent, repudiare non potuiſſe.

§. 20. SUMMARIUM.

Sponſalium clandeſtinorum effectus.

DE clandeſtinis & publicis eorumque effectibus ſupra à nobis copioſe diſputatum eſt *cap. 9* Itaque hic ejus tractatione ſuperſedendum exiſtimamus, ne actum agere videamur. Eorum autem ſumma hæc eſt, ſponſalia clandeſtina ab iis qui ſui juris ſunt contracta, non quidem jure probari, ſed tamen ſubſiſtere, ſi partes ea fateantur, aut ſi probentur: Sin autem alteruter inficias eat, nec indicia adſint, quibus Judici fides fiat, tunc ea prorſus inutilia eſſe, uſque adeo, ut ne parti quidem neganti juramentum deferendum ſit. *Panormitanus cap. 2. de deſponſat. clandeſt.* Publica verò clandeſtinis præferuntur.

runtur. Quod verò ad ea ſponſalia quæ ſine parentum authoritate contrahuntur attinet, quæ & ipſa clandeſtina nominantur, ea prorſus inutilia & damnanda eſſe ſupra explicatum eſt.

CAPUT XIII.

§. 1. Repudio olim diſſoluta fuiſſe ſponſalia. Repudii Etymologia, & qua re à divortio differat.
§. 2. Qui olim nuncium remiſerint, & quibus modis repudia fierent.
§. 3. Quibus verbis repudia fierent.
§. 4. Teſtibus adhibitis repudia facta eſſe.
§. 5. De libello repudii apud Romanos & Hebræos, ejuſque formula & requiſitis.
§. 6. Etiam in dirimendis ſponſalibus libellos repudii uſitatos fuiſſe.
§. 7. An repudia ſine cauſſa fieri poſſint.
§. 8. Honeſte & impune apud veteres ſponſas repudiare licuiſſe exemplis demonſtratur.
§. 9. Effectus repudii.
§. 10. Hodie repudio nulla diſſolvi ſponſalia.
§. 11. An vera ſponſalia utriuſque diſſenſu diſſolvi poſſint.
§. 12. Sponſalia de futuro mutuo diſſenſu diſſolvi poſſe.
§. 13. An de ſponſalibus partes tranſigere poſſint.
§. 14. Sponſalia vi vel metu contracta dirimi poſſe. Et quid ſit metus.
§. 15. Metus alius eſt juſtus, alius vanus, hoc eſt, ἄδικος καὶ δίκαιος metus, & quis ſit juſtus metus.
§. 16. An minæ ſolis verbis expreſſæ juſtum metum inferant.
§. 17. Perinde eſſe à quo metus inferatur.

§. 18. An minæ parentum juſtum metum inferant.
§. 19. Quibus remediis puellis metum paſſis ſuccurratur.
§. 20. Importunitatem & perſuaſionem nimiam metui comparari.
§. 21. Quomodo metus probetur.
§. 22. Proteſtationem multum facere ad metum probandum.
§. 23. Quomodo metus illatus purgetur.
§. 24. Si quis alterius uxorem coegerit vivente marito alteri nubere, an conſtet matrimonium.
§. 25. Si adoleſcens cum virgine deprehenſus metu coactus fidem det, an matrimonium cenſeatur.
§. 26. Quam diu duret metus illatus.
§. 27. An juramentum deferri poſſit ei, qui dicit ſe metu promiſiſſe, ad purgandam conſcientiam.
§. 28. Metum etiam poſt copulationem & benedictionem allegari poſſe, & juſtam excuſationem præbere.
§. 29. Effectus metus.
§. 30. Formula ſententiæ qua diſſoluuntur ſponſalia metu contracta.
§. 31. Errorem etiam impedire ſponſalia, cujus quatuor genera recenſentur.
§. 32. De errore perſonæ.
§. 33. Quid ſi puella alia pro ſponſa ſupponeretur?
§. 34. An qui alicui puellam pro altera obtruderent, puniendi eſſent?
§. 35. De errore Fortunæ.
§. 36. Si quis fœminam ignobilem duxerit, quam nobilem exiſtimabat, ad errorem Fortunæ pertinere.

§. 37.

Digitized by Google

§. 37. An repudiare poſſit quis eam, quæ pro nobili ſeſe venditarit, & domum ducta ſit.

§. 38. De errore ſtatus ſeu conditionis.

§. 39. De errore qualitatis, & an ad errorem qualitatis referatur, ſi alicui deſponſa ſit pro virgine quæ virgo non eſt.

§. 40. An ſponſam quis ducere cogatur quæ ab alio ſit compreſſa.

§. 41. De modo explorandæ virginitatis apud veteres uſitato.

§. 42. An qui ſciens ab alio compreſſam uxorem duxerit, eam repudiare poſſit.

§. 43. Quid ſi de conſilio & mandato ſponſi ſponſa vitiata ſit.

§. 44. Quid ſi ſponſam vitiatam quis ſciens ab ea abſtineat.

§. 45. An punienda ſit à magiſtratu illa quæ pro virgine ſe viro tradi ſinit ſponſo.

§. 46. An parentes vel κυρίοι puniendi ſint, qui ſponſam corruptam pro virgine collocarunt.

§. 47. Sponſa vi rapta vel compreſſa an repudiari poſſit.

§. 48. Quid ſi vi ſtuprata pro virgine ſeſe venditet an repudiari poſſit.

§. 49. Quid ſi puella partim vi partim dolo circumventa & compreſſa ſit an repudiaria ſponſo poſſit.

§. 50. Probationes evidentiſſimas requiri ut vitiata à ſponſo repudiari poſſit.

§. 51. Quibus probationibus convinci poſſit mulierem à viro integram non eſſe.

§. 52. Formula ſententiæ, qua mulier vitiata pro virgine collocata repudiari poſſe pronunciatur.

§. 53. An mulieri arffirmanti ſe ex ſponſo gravidam eſſe, credendum ſit etiam juratæ.

§. 54. An ſi ſponſus cum ſponſa ante copulationem conſueverit, puniendus ſit.

§. 55. An ſi ſponſus cum ſponſa ante benedictionẽ cõſueverit quæ ex alio gravida ſit eã retinere cogatur.

§. 56. An ſponſa repudiare poſſit ſponſum qui poſt ſponſalia ſcortatus fuerit.

§. 57. An ſponſa viro objicere poſſit quòd ante ſponſalia ſeſe libidinibus contaminaverit.

§. 58. An ſponſalia dolo malo & fraude inita irrita ſint.

§. 59. Furorem etiam impedimento eſſe ſponſalibus, matrimonium autem non diſſolvere.

§. 60. Quomodo furor probetur & præſumitur.

§. 61. An ſponſalia ab ebrio contracta firma ſint.

§. 62. Quomodo probetur aliquem ebrium fuiſſe, qui conjugium promiſit.

§. 63. An qui amore furit rectè ſponſalia contrahat.

§. 64. Unde conſtabit de amoris furore.

§. 65. Ob morbũ contagioſum ut lepram ſolvi ſponſalia.

§. 66. An ob quosvis morbos contagioſos ſolvantur ſponſalia.

§. 67. An ſponſalia ſolvi poſſint propter vitium vel deformitatem inſignem incidentem poſt promiſſionem factam.

§. 68. An ſi quis claudus, mutus, ſurdus fiat, repudiari poſſit à ſponſa.

§. 69. An ſponſa ob medicamenta ſterilitatis ſupmta repudiari poſſit.

§. 70. Abſentiam ſponſi & ſponſæ impedire ſponſalia, & quam diu ſponſa ſponſum expectare debeat.

§. 71. Si

§. 71. Si quis credens ſponſam obiiſſe aliam ſibi deſpondeat utram retinere teneatur.
§. 72. Quo pacto procedatur contra ſponſum abſentem.
§. 73. An voto continentiæ ſubſecuto ſolvantur ſponſalia, & quid de eo voto ſentiendum.
§. 74. De pœnis & infamia cœlibum & præmiis maritorum, & quantopere cœlibatus exoſus fuerit apud omnes gentes.
§. 75. Collatio cœlibatus & conjugii.
§. 76. An cœlibatus prorſus damnandus ſit & explodendus.
§. 77. Religionis etiam diverſitatem ſponſalia diſſolvere, idque variis modis accidere poſſe.
§. 78. Propter ſtatus commutationem, hoc eſt, delicta & crimina commiſſa ſponſalia diſſolvi poſſe.
§. 79. Propter homicidium commiſſum dirimi poſſe ſponſalia.
§. 80. An ſi homicidii delictum ſit remiſſum nihilominus repudiare poſſit.
§. 81. Sponſalia ratione affinitatis ſolvi. Item ſi pecunia in dotem promiſſa ab eo qui promiſit, ſolvi non poſſit.
§. 82. Ob inimicitias capitales ſolvi poſſe ſponſalia.
§. 83. Sponſalia nuptiis cum alia ſubſecutis diſſolvi.
§. 84. Sed & lapſu temporis præfiniti ſponſalia ſolvi.
§. 85. Sponſalia ſuſpendi & differri per interdictum Eccleſiæ.
§. 86. Si præjudicialis quæſtio incidat, ſuſpendi ſpõſalia.
§. 87. Diffamatione ſuſpendi ſponſalia.
§. 88. Luctu viduæ matrimonium promiſſum ſuſpendi, & quibus de cauſſis luctus præfinitus ſit viduis.

§. 89. De

§. 89. De habitu lugubri.
§. 90. Luctum in habitu constitutum remissum fuisse à principibus sed non continentiæ.
§. 91. De tempore luctus.
§. 92. Legem de luctu etiam inter Christianos retinendam.
§. 93. Qui mariti lugendi sint.
§. 94. An mulier lugere debeat divortio soluto matrimonio.
§. 95. De pœna mulieris intra tempus luctus nubentis.
§. 96. An viri uxores lugere debeat.
§. 97. An prægnantem apud veteres ducere licuerit.
§. 98. An hodie inter Christianos prægnantem ducere liceat.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Sponsalia repudio dissolvebantur.*
2 *Repudium unde dictum.*

QUoniam decursis propositæ quæstionis duodecim spaciis, ad metam propemodum provecti sumus, super est ut videamus quibus modis sponsalia dissolvantur. Et quidem ut antiquissima consectemur, repudio dissolvebantur † sponsalia apud Romanos, ut conjugia divortio: Nam ut duobus quasi conventionibus tractatibus seu gradibus matrimonium perficitur, ita & totidem dirimitur *l. inter stuprum ff. de verb. significat.*

1

2 Repudium Verrius dictum † putat, quod fiat ob rem pudendam. Attius repudio ejecta ab Argis jam dudum exulo. Et propriè de sponsalibus dicitur, quia sponsi nunquam in unum caput jugum, hoc est, domicilium convenerunt ut rectè notat Paulus, quod repudiari futurum matrimonium potest, non rectè autem sponsa divertisse dicitur. Nam & divortium inde dictum est, quod in diversas partes abeant, qui discedunt: ac divertere conjuges dicuntur,

Digitized by Google

tur, cum non in eadem amplius familia pariter verſantur, ſed diſcedunt, & divortium frequentius ad nuptiarum reſciſionem refertur. Interim tamen hanc differentiam poſterior ætas non obſervavit: Nam & divortia repudia dicuntur promiſcue, argumento eſt *titulus C. de repudiis*, ubi tamen de divortiis agitur, ut recte meo judicio dici poſſit repudium eſſe vocabulum generis, ut adoptionis, & pro omni diremptione accipi, qua ſponſalia vel matrimonia diſſolvuntur: proprie autem & in ſpecie pro ea renunciatione quam ſponſus ſponſæ faciebat in argumentum ſponſalium dirimendorum, ut & divortium in ſpecie de diſſolutione matrimonii ſeu nuptiarum accipitur.

§. 2. SUMMARIA.

1 *Repudia qui olim miſerint.*
2 *Repudia fiebant certo judicio & deliberatione.*
3 *Repudium mittebatur tam abſenti quam præſenti.*

REpudia † autem fiebant apud Romanos à *πυθέοις*, hoc eſt, à patre, avo vel aliis, qui liberos in poteſtate habebant. Nam pater ſponſo nuncium remittere, & ſponſalia diſſolvere poteſt, *l. in poteſtate. l. puella, de ſponſalibus.* Etiam filiæ furioſæ nomine *l. Julianus de divort.* Tutor verò pupillæ nomine nuncium remittere non poteſt, qui autem ſui juris erant, per ſe ſponſalibus renunciabant. Repudia autem fiebant † certo judicio & deliberatione, quæ fit recta cum ratione. Itaque furioſa nuncium mittere non poterat, quia ignorantis loco habebatur, *leg. 4. de divort.* Nec per calorem iracundiæ miſſum repudium valet, *l. 3. ff. eodem.* Nuncium autem mittebant, hoc eſt, renunciabant, vel præſenti vel † abſenti, etiam per aliquem qui eſſet in poteſtate renunciantis, ut per filium, nepotem, *l. 2. de divortiis.* 1 2 3

§. 3. SUMMARIA.

1 *Repudia quibus verbis fiebant.*
2 *Conditio pro nuptiis accipitur.*

UT autem ſponſalia adhibitis ſtipulationibus contrahebantur, ita & † diſſoluebantur, certis quibuſdam verbis & ſolen- 1

nibus, quarum hanc formulam usitatam fuisse comperio: Tuas res tibi habeto. Item, tuas res tibi agito. Cajus *l. 2. de divortiis & repudiis* Cicero *Philippica 2.* Minam exegit, res suas sibi habere jussit. Ex 12. tabulis *Plautus in Amphitruone.* Ab impudicis dictis avorti volo. Valeas, tibi habe res tuas, reddas meas: verba Alcumenæ. & in Trinummo eo alludit Plautus. Apage sis amor, tuas res tibi habe. Amicus ne mihi fiat unquam. Et *Martialis lib. 12.*

Mense novo Juni veterem Proculeja maritum
Deseris, atque jubes res sibi habere suas.
Quid rogo? quid factum est; subiti quæ caussa doloris?
Nil mihi respondes? dicam ego præter erat.
Constatura fuit Megalensis purpura centum,
Millibus ut nimium munera parta dares.
Et populare sacrum bis millia dena tulisset,
Dissidium non est, hoc Proculeja lucrum est.

Et *Petronius Arbiter* Quoniam fidem scelere violasti, & communem amicitiam, res tuas ocius tolle *Quintilianus declamat. 262.* uxori suas res vir habere jubebat, non peculiares tantum. Sed & verba in sponsalibus renunciandis probata fuere, conditione tua non utor, *dicta leg. 2.* id est nuptiis *l. 1. Cod. de sponsalibus.* Nam & conditio pro nuptiis accipitur. *Plautus in Stichо.* Utra † conditio pensior, virginem vel viduam ducere. & *Terentius.* Nam vestrarum nulla est quin velit gnatum ducere uxorem, & quæ vobis placita est conditio datur. 2. *Hecy. 1. Seneca lib. 1, controvers.* Conditionem nuptiarum inventam. *Plinius Epist* Socer ipse Pompejus Julianus cum cætera vita, tum vel hoc uno magnus & clarus, quod ipse provinciæ princeps inter altissimas conditiones generum, non honoribus principem, sed sapientiæ elegit, *l. 19. qui liberos, de ritu nuptia.* prohibent etiam qui conditionem non quærunt.

§. 4. SUMMARIUM.

Repudia testibus adhibitis fiebant.

TEstato etiam fiebant repudia, hoc est, adhibitis testibus, qui judici fidem facerent, repudium missum esse. Quare Jureconsultus: Nullum, inquit, divortium ratum est, nisi septem civibus Romanis puberibus adhibitis, *l. 9, Nullum, de divortiis.* Et inter alia legis

legis Juliæ de adulteriis capita hoc quoque fuit. Divortia ſeptem civibus Romanis puberibus teſtibus adhibitis, præter libertum ejus, qui divortium faciet, poſt hac faciunto: aliter facta pro infectis habentur: Et quamvis lex de divortiis tantùm loquatur, tamen idem in repudiis obſervatum eſſe exiſtimaverim. Magni enim intererat ejus, qui repudium factum doceri poſſet.

Nam ſi quis abſque repudio cum alio contraxiſſet ſponſalia, infamia notabatur, *l. 1. Cod de ſponſalib.* Quare teſtibus adhibitis repudium fiebat, qui ſi opus eſſet, fidem Judici facere poſſet. Apud Athenienſes in album prætoris referebatur, quando mulier divortium faceret. *Demoſthenes in Oneterem.*

§. 5. Summaria.

1 *Libellus repudii apud Romanos traditus fuit & oblatus.*
2 *Idem mos apud Hebræos ſervatur.*
3 *Libelli repudii formula apud Hebræos.*

SEd & libellum repudii ſeu † divortii apud Romanos traditum & oblatum fuiſſe ex *l. ſi pœnituit ff. de divortiis* colligitur. Si pœnituit, inquit, eum, qui libellum divortii tradendum dedit, iſque per ignorantiam mutata voluntate oblatus eſt, durare matrimonium dicendum eſt, & *l. 6. licet Cod. de repudiis.* Licet libellus repudii non fuerit traditus vel cognitus marito, diſſolvitur matrimonium. Idque ab Hebræis accepiſſe Romanos, dubium non eſt, qui ejus rei authorem † Moſen habent. *Deut. 24.* Si quis inquit uxorem duxit, eamque ſibi maritaverit, evenit autem, ut mulier nihil gratiæ in oculis illius impetret, ut ſi in ea inveniat rem aliquam fœdam, ſcribat et libellum repudii. Hebraice, [*ſefer ckerituth*] hoc eſt, libellum ſucciſionis, quod eo uxor veluti recidebatur à domo mariti. Judæi [*get peturin*] appellant. Et inde dictum exiſtimant, quod 12. lineas tantùm contineat. Nam tot conſtituunt literæ *Gimel* & *Theth. Elias in Thiſbite.* 2

Formulam autē hanc ejus tradunt: [*Bſchliſchi bſchòrh bthſcheh veſchrim jum lirch mrchſchun ſchnth chmſchith alpim vſchmnh eſchrh lbriath eulm lv nin ſchanu mnin cā bpariſch mtha dichba el nhr ſchynh vbybra ana pluni dmithkrih pluni br pluni heumd hium bpariſch mth;; dichba el nhr ſchynh vbybra zbithi*

breuth nfschai bdla anßnh vschbkith vptrith vthruchith, ithichi anththi plnith dmthkra plnith bth rbi pluni hehn dhuith anththi kdmth dna vedu ptrith vschbkith uthruchith ithichi lichi di thituyn rschab vschtrab bnfschychi lmbch lhthnßba lel gbr di thizòyn vanfch la imcha bidichi mn iuma dnn vlelm ubri ath muthrth lel adm vdn di thui lichi minai ßpr thruchin vagrth schbukin vgt pturin edth mschh vischral:] Id eſt, tertia ſabbati decima nona menſis Auguſti, quinquies milleſimo & decimo octavo à creatione mundi, ſecundum computum quem nos ſervamus hic Pariſiis, civitate quæ ſita ad fluvium Sena & Bibera, ego N. dictus N. filius Rabbi N. ſacerdotis hodie exiſtens Pariſiorum urbe ſita ad fluvium Sena & Bibera, volui ex animo & ſine ulla coactione, demiſi, repudiavi & ejeci te uxorem meam N. quæ nominatur N. filiam Rabbi N. Sacerdotis, quæ hactenus uxor mea fuiſti, & ita demiſi, repudiavi & ejeci te, data tibi facultate & poteſtate prō animi tui arbitrio & ſententia, nubendi, accipiendi, quemcumq; volueris, neq; quiſquam propter me te prohibebit, ex hoc tempore in perpetuum, ſed omnibus permiſſa & conceſſa ſis. In cujus rei teſtimonium do tibi libellum repudii & ſchedā amiſſionis, atq; ſignaculum divortii, juxta conſtitutionem Moſis & Iſraelis. Ut autem libellus repudii ſuis numeris conſtet, & abſolutus ſit, decem requiri Hebræi ſcribunt, idq; ex lege; Primum ut repudiū ſiat mariti voluntate & conſenſu, cui uxor non placeat; deinde, ut ea recidatur, hoc eſt, ut nullam amplius maritus in eam poteſtate habeat: poſtremo ut libellum uxori in manum det. Itaq; ſi libellus humi jaceat, & maritus uxori dicat, tolle libellum repudii è medio pavimento, non recte repudiatam videri, & nihil agi. Item, in libello duos teſtes, eorumq; nomina inſerenda, & tres generationes mulieris, hoc eſt, Rebecca filia Jacobi, filii Samuelis: Item ut ſecundum ordinem libri legis ſcribatur, & literis rotundis, ne litera literam cōtingat, nam hæc ſcriptura libellus appellatur. Idq; tam anxie obſervandum ſcribit Rabbi Iſaac, ut ſi accidat inter ſcribendum, ut ex calamo gutta atramenti in literam *Daleth* caderet, & ita *He* fieret, aut in medium literæ *Beth*, & fieret *Pe*, aut in literam *Mem* apertum, & fieret clauſum: de integro ſcribendum libellum alium, neque liceat guttam eradere. Libelli etiam longitudinem latitudinem excedere debere. Literas etiam non excedere tractatum neq; ad dexteram neque

neque ad ſiniſtram in volumine, neque in eo ullam debere eſſe maculam. Maritus quoque jubere notario debet, ac dicere; Scribe mihi libellum repudii, & nomen repudiatæ uxoris meæ N. Teſtes qui conſignabunt adeſſe oportet illa hora, qua notarius libellum repudii conſcribit, ut certo ſciant, hunc eſſe libellum quem conſcribi juſſit maritus, & in primo tractatu ſcribet nomen mariti & uxoris & tempus, & conſignabunt teſtes infrà, neque longius à ſcriptura ſignum impriment quam latitudine unius lineæ, quibus peractis, maritus libellum in manum uxori dabit præſentibus teſtibus, his verbis: Accipe libellum tuum & à me ſis repudiata, & conceſſa omni homini.

Alia formula exſtat *in Epitome pandectarum Rabbi Moſis in* [*noſchim*] ubi adjicitur hæc clauſula, virum repudiaſſe uxorem ſimpliciter & purè nulla cauſſa allegata aut probata.

§. 6. SUMMARIUM.

Repudii libellos etiam in dirimendis ſponſalibus uſitatos fuiſſe apud Hebræos.

ETſi autem hæc formula ad eos ſaltem pertinet qui conjuges fuerunt, & in matrimonio vixerunt, tamen etiam inter eos qui nondum ſub chuppa convenerunt quos [*mekudeſchth*] appellant, etiam repudia uſitata fuiſſe, ex pandectis eorum obſervare licet, *Cap. 2.* [*Iſh ſchmſchh bnim ulſh chſchh bnuth vamr achth mbnuthiu mkudeſchth lachd mbny cl achth vachth zrichoh chmſchoh gtin mth achth mhn cl achth vachth zrichh arbeh gitin uchlizh machd mhn*] Id eſt, Cajo erant quinque filii & Sempronio quinque filiæ. Cajus inquit, una filiarum tuarum uni ex filiis meis ſponſa eſt. Unicuilibet filiæ quinque libelli repudii dandi ſunt, ſi ex filiis unus moritur, unaquæque filia quatuor libellis opus habet. Quæ etſi hodie uſum nullum habent, apud nos qui Chriſtiani ſumus: tamen ritum ejus populi oſtendunt.

§. 7. SUMMARIA.

1 *Repudia an ſine cauſſa fieri poſſint?*

2 *Repudii tres causſæ à Romulo latæ.*

3 *Divortia propter adulteria ut plurimum facta.*

4 *Sponſam nulla vel minima de cauſſa repudiare licuit apud veteres Latinos.*

2 QVæritur hoc loco an repudia aliter remitti † non poſſent, niſi cauſſa juſta ſubeſſet? Et quidem apud Hebræos mos fuiſſe, ut abſque cauſſa repudiarentur, formulæ oſtendunt ſupra recitatæ. Apud Athenienſes cauſſam allegare & probare oportebat, ut divortium fieret. Et quidem propter luxuriosos mariti mores divertere etiam uxori licuiſſe *ex Plutarcho colligitur in Alcibiade.* Romu-
2 lus tres repudii † cauſſas tulit lege lata: Si veneficio circa prolem uſa fuiſſet uxor, aut alienam pro ſua ſubjeciſſet, aut adulterium commiſiſſet. Si quis aliter repudiaſſet uxorem, ejus bona partim uxori cederent, partim Cereri ſacra forent. *Plutarchus.* Idem refert Romuli l. lata licuiſſe uxori maritum relinquere. Id etiam non obſcurè innuit *Plutarchus*, qui refert, Alcibiadem, poſtquam uxor libellum repudii apud Orchontem depoſuiſſet, eam per forum domum ſuam abreptam retuliſſe, & ad finem vitæ retinuiſſe. Hæc vis, *inquit Plutarchus*, non omninò injuſta videtur, neque inhumana fuiſſe. Ideoque ut appareat, lex jubet, ut in publicum producatur ea, quæ divortium eſt factura, uti liceat viro paciſci & in matrimonio eam reti-
3 nere. *In Alcibiade.* Interim tamen propter adulterii † crimen divortia ut plurimum facta eſſe conſtat? *Refert Plutarchus.* Lucullum Clodiamquod impudica eſſe repudiaſſe, & Serviliam Catonis uxorem duxiſſe, quam cum non minùs impudica eſſet, propter reverentiam Catonis toleravit aliquandiu, ad extremum tamen etiam repudiavit. *Plutarchus in Lucullo.* Et Pompejus uxorem Mutiam repudiavit, quod per ejus abſentiam adulterium commiſiſſet, idque tum neque poſt divortium diſſidii cauſſam indicans. Verùm ea eſt in Epiſt. Ciceronis perſcripta. *Plutarchus in vita Pompeii.* Cæſar uxorem ſuam nondum adulterii convictam dimiſit. Quod etiam ſuſpicione ea vacare vellet. *Plutarchus in Cæſare.* Et Catonis filia Lucullo nupta ob impudicitiam eſt rejecta, uxor item Catonis minoris Atilia. *Plutarchus.* Ciceronis autem Terentia, quod tempore belli ab ea neglectus fuiſſet, ut & neceſſario viatico deſtitutus di-

mitteretur, & quod domum Ciceronis inanem rerum omnium vacuamque redegiſſet. *Plutarchus.* Antonius uxorem conſobrinam ſuam repudiavit, propter ſuſpiciones, eam à Dolobella eſſe vitiatam. *Plutarchus.* Philippus Macedo ob ſtupri conſuetudinem Olympiam uxorem repudiavit, *Juſtinus.* P. Sempronius uxori repudium remiſit, quod ſe inſcio ludos ſpectaſſet. *Valer. Maxim. lib 6. c. 3.* Apud veteres Latinos † etiam nulla vel minima de cauſſa ſponſam 4
repudiare licuiſſe, ex Terentio liquet, apud quem Phormio ſpe majoris dotis & lucri, nuncium puellæ remiſit, cui nuptias promiſerat, idque ex his verbis colligitur.

Et etiam nunc ſi vult Demipho dare quantum ab hac accipio, quæ ſponſa eſt mihi. Nullam mihi malim quam hanc uxorem dari: Et *paulò poſt.* Si vis mihi uxorem dare quam deſpondiſti, ducam: Si vis manere illam apud te, dos hic maneat Demipho.

Non æquum eſt me propter vos decipi. Cum ego honoris veſtri cauſſa repudium remiſerim, quæ dotis tantundem dabat.

Item:

Quia ne alteram quidem potero ducere.
Nam quo ore redibo ad eam quam contemſerim.

Et Proculeia *apud Martialem* cum ejus maritus prætor deſignatus eſſet, ab illo divertit, propter ſumptus, quos in prætura facere oportebat, ut ex verſibus ſuprà notatis colligere licet.

Cajus Sulpitius Gallus uxorem repudiavit, quod aperto capite in publicum prodiiſſet, inquiens: Lex noſtra tibi meos oculos præfinit, quibus formam tuam approbes, aliis velle videri formoſam, ſuſpicione non caret, *Valerius lib 6. cap. 3.* Antiſtius, quod cum libertino confabulari uxorem vidiſſet *Valer. lib. 6. cap. 3*

Verum eſt enim, *inquit Plutarchus*, alias propter magna & aperta vitia mulieres à viris dimiſſas, ſed & occultæ quandoque moleſtiæ & morum diverſitas aliis incognita, conjugum animos prorſus à ſe alienarunt. Paulus Æmilius amicis eum objurgantibus, quod uxorem pudicam formoſam & fœcundam repudiaſſet, & cauſſam ſciſcitantibus, calceum protendens, nonne, inquit, hic elegans eſt, nonne novus? Interim tamen nemo veſtrum ſcit, quo in loco pedem premat. *Plutarchus.*

§. 8. Sua-

§. 8. SUMMARIA.

1 *Sponsæ impune apud veteres repudiabantur.*
2 *Causæ repudii.*

1 ET hæc renunciatio illa ætate & sequenti honestatis speciem habuit, & nemini ignominiosa aut dedecori fuit, usque adeo ut † impune cuivis nuncium remittere & sponsam contemnere licuerit. Itaque nec infamia notatur qui sponsam habet, si repudio misso aliam sibi desponderet. Non enim bina sponsalia contraxisse eodem tempore videtur, dissolutis nimirum per repudium prioribus sponsalibus, hoc est, legitime, *l. 1. & l. quid ergo ff. de his qui notantur infamia.* Ita Julius Cæsar hortantibus militibus, ut Antonii privignam duceret, eis morem gessit, etsi alia ei desponsa esset; quam tamen postea, cum ei adversarentur Antonius & Fulvia, repudiavit & domum remisit. *Zonaras lib. 2.* Et Cæsar Pompejo filiam Juliam uxorem dedit, quæ tamen Servilio Cæpioni erat desponsata; *Suetonius, Dion. lib. 39.* Et Caligula eam quæ desponsa erat accipit. Claudius Cæsar duas sponsas habuit, Æmiliam Lepidam Augusti proneptem, & Liviam Medullinam; utramque repudiavit. Et quidem posteriorem ipso die qui dictus erat nuptiis. *Suetonius in Claudio fol. 102.* Et Chremes qui Pamphilo se uxorem daturum promiserat, renunciat conditioni, ubi comperit Pamphilum alibi amori deditum esse. *Act. 1. Scen. 1. And.* Imo posterioribus seculis adeo frequentia fuerunt repudia & divortia, ut à quibusdam mulieribus non Consulum, sed maritorum numero annos computari *Seneca lib. 3. de benefic.* his verbis quæratur: Num quid jam ulla repudio erubescit, postque illustres quædam ac nobiles fœminæ non Consulum numero, sed maritorum annos suos computant, & exeunt matrimonii causa, nubunt repudii. Tam diu istud timebatur, quam diu ratum erat. Idem notat *Martialis lib. 8. epigrammat.*

Julia lex populis, ex quo Faustine renata est,
Atque intrare domos jussa pudicitia:
Aut minus, aut certè plus quam vigesima lex est,
Et nubit decimo jam Thelesina viro.

Et hæc si cui dura & iniquitatis plena videantur, is cogitare debet, lege Mosis longe duriora permissa esse, nimirum divortia inter

inter maritum & uxorem, etiamsi causſa nulla, vel illa saltem præexeretur, quod non placeret. Jure Codicis quod posteriores Imperatores condiderunt, similiter sponsalibus renunciare licuit, *l. 1. C. de sponsalibus l. 2. C. de repudiis. Harmenopulus l. 1. si quis offi. de ritu nuptiarum l. 3. l ult. de sponsalib.* Sed in locum ejus quod interest constituerunt Imperatores Leo & Antoninus, ut qui sine causſa renunciaret & legitimæ essent ætatis, arrhas duplicatas restitueret, minor simplices: quod si justam renunciandi causſam alteruter habeat, hæc pœna cessat, *l. ultim. C. de sponsalib. l. 1. C si nuptiæ ex rescripto petantur. Harmenopulus tit. de arrhis sponsalitiis.* Et hæc quidem etiam in sponsalibus, quæ verbis præsentis temporis conciperentur, locum habuisse dubium non est. Nam ut suprà ostendimus, distinctio illa sponsaliorum de præsenti & futuro, veteribus ignota fuit, cum sponsalia verbis præsentis temporis contraherentur. Itaque falluntur interpretes, qui existimant *l. 1. & alias C. de sponsalib.* de futuro accipiendas existimant, quasi illis renunciare solum licuerit, sponsalibus autem de præsenti non licuerit. Rectius Græci hanc legem accipiunt de veris sponsalibus, hoc est, de præsenti, quod ea repudio dissolvi possent. Ne tamen temere & sine judicio sponsalia dirimerentur, renunciationes solemnes in usum vitæ deductæ sunt, quæ repudia appellantur, & verbis solemnibus fiebant, ut paulo ante explicavimus. Interim tamen posterioribus seculis; hanc licentiam coarctatam fuisse, ex Græcis auctoribus colligere licet. Nam nisi † justæ causſæ subessent, id non licuisse existimaverim. Causſæ autem hæ referuntur *ab Harmenopulo* 2
lib. 4. t. 2 turpes & luxuriosi mores. Item religionis diversitas. Item quod ea quæ sunt viri, præstare non possit, *& lib. 4. t. 1.* Si ex alieno semine gravida esse deprehendatur. Item status & fortunæ imutatio, vita monastica. Item quod res ejus hypothecæ nomine obligatas, aut alicui muneri obstrictas esse compertum sit, *& leg. consensu C. de repudiis* aliæ enumerantur, ob quas matrimonia dissolvi possent. Quas & ipsas ad sponsalia referendas esse nemini obscurum est.

§. 9. Summarium.

Effectus repudii.

EFfectus repudii hic erat de Jure Romano, ut qui sponsam aliam repudio alteri misso sibi desponderit, culpandus non sit, neque infamia notandus. Nam quod legitime fit, pœnam non meretur. Aliud dicendum si quis, cum duabus sponsalia contraxisset: nam hic infamia notabatur, *l. 1. l. quid ergo, de his qui notantur in famia.* Deinde cum repudium nullum fieret, absque contemptu ejus qui repudiaretur, præsumendum est, mulierem post repudium vel divortium inimicum fieri viro, idque quod, ut ille *apud Terentium*, inquit, contempta sit, quod & *Scholiastes βασιλικῶν lib. 49. monet ad l. 78. cum in fundo. de jure dotium.* Ideoque ad testimonium in virum dicendum admittendum non esse, vel si admittatur, minus ei credendum, argumento est, *l. antepen. de probationib.* Mulier gravida repudiata, cum filium peperisset absente marito, eumque spurium in actis professa esset: Scævola respondit, iratæ matris professionem, neque patriæ potestati, neque hereditati legitimæ obesse, sed veritati locum superfore, & in *l 29. uxorem de manumiss. testamento*, uxor prægnans filium quem peperisset exposuit, *ex l. 29. Cicero, de pœnis*, mulier prægnans post divortium vim visceribus intulit, ne jam inimico marito filium procrearet. Medea etiam à Jasone repudiata liberos quos ex illo genuerat mactavit. *Cicero pro lege Manilia & Justinus.* Atque eam loquentem Libanius inducit his verbis: Expulsa sum, contumelia affecta sunt, nimis onerata sum. Item uxorem duxit, cum ex me liberos haberet, me viva vidit nuptias. Fori Medea filios, macta filios Jasonis, viri scelerati, impii patris, hospitis mali. Item, sunt liberi omnium mortalium impiissimi, & vocatur pater. Hoc è filiis solatium, una cum ipsa appellatione illi adimamus. Obsecro filii, sub ensem venite, hic vos per me adigendus est. Bona forma, bona figura corporum, sed patris imaginem referunt; id facit ut occidam lubentius. Hi quidem igitur mox jacebunt. Unde colligitur, odium uxoris repudiatæ in maritum esse omnium maximum, ut quæ sui ulciscendi caussa, quid vis non tentent, & quas neque natura vel στοργὴ erga liberos, neque nutricatio, neque vox aut forma à peccando absterreat.

§. 10. SUMMARIUM.

Repudio sponsalia nulla bodie dissolvuntur.

Etsi

ETsi autem hodie multis de cauſſis ſponſalia ſolvi poſſunt: tamen ex his quæ diximus conſtat, repudio non diſſolvi ſponſalia, Nam ejus renunciationis, ut quæ pro alterius arbitrio, altero invito fiebat uſus nullus eſt: ſed judex cauſſa cognita pronunciat, & ſua ſententia dirimit ſponſalia; idque ob eas cauſſas, quas poſtea ordine enumerabimus, niſi velis late omnem diremtionem ſponſaliorum, ex quacunque cauſſa nominare repudia, Ea tamen ſignificatione à veteribus hanc vocem uſurpatam non reperio, ut mirum alicui videri poſſit, Theologos quoſdam noſtra ætate, libellos, quos de cauſſis nuptiarum ediderunt, nomine repudiorum & divortiorum inſcribere voluiſſe. Itaque recte Friderici II. Regis Daniæ conſtitutione cautum eſt, ut ſi quis in judicio vel alibi libellum repudii remittat alteri, nihil agat: imo qui id fecerint & in eam rem conſenſerint, à magiſtratu mulctandos eſſe, ut par eſt.

§. II. SUMMARIA.

1 *Sponſalia vera an utriuſq; partis diſſenſu diſſolvi poſſint?*
2 *Fundamenta eorum quæ dirimi non poſſe ſtatuunt.*
3 *Fundamenta eorum qui dirimi poſſe ſtatuunt.*
4 *Auctoris opinio.*
5 *Inimicitiæ nullæ graviores quam quæ ſunt inter conjuges.*
6 *Forma ſententiæ.*

HOc loco ſeſe offert quæſtio anceps de qua probabiliter in utramque partem diſputari poteſt: an vera ſponſalia vel † de præſenti, ut loquuntur, quibus verbis expreſſis & categorice conjugium promiſſum eſt, utriusq; diſſenſu diſſolvi & reſcindi poſſint, ſi uterque ſponſalibus renunciare paratus ſit? Et recepta multorum † eſt ſententia, ſponſalia dirimi poſſe, niſi ex cauſis quibus matrimonium ſolvitur. Rationes & argumenta quibus nituntur, hæc ſunt, I. quod Conſenſu conſtituatur matrimonium, is autem in ſponſalibus exprimitur. Itaque eo ipſo momento quo promiſsio de conjugio facta eſt, matrimonium, etſi non de facto, de jure tamen initum cenſetur. Quod ſi ita eſt, ſequitur non magis diſſolvi poſſe ſponſalia, quam matrimonium conſummatum. Nam & hic locum habet dictum Chriſti. Quos Deus conjunxit homo non ſeparet. 1 2

II. Quod lex divina sponsam conjugem appellat *Deut. 22. & Matth. 1.* Angelus divam virginem Josephi ἄνοιτιλω nominat. Et jure divino eadem pœna in eum, qui alterius sponsam stupravit, quæ in adulteros constituta est. *Deut 2.* Unde liquet sponsum & sponsam arctissimo vinculo colligatos, & quodammodo conjuges esse; & ita Lutherus sentire videtur his verbis: Es ist eben so wol eine Ehe nach dem öffentlichen Verlöbnis / als nach der Hochzeit / darumb solte das geistliche Recht nicht gestattet haben/ daß eins das ander verliesse / vnnd ins Kloster lieffe. Et idem: Wenn zwey miteinander verlobt seyn/vnd es bey derselben Verlobnis bleibt / daß keines das ander sein Lebenlang kan verlassen/etc.

Et quamvis quo ad executionem sint sponsalia: tamen respectu vinculi matrimonium esse vulgo sentiunt Dd. Idque voluisse videntur authores juris Canonici, *cap. penult. de sponsalibus, & c. 3. licet, de sponsa duorum.* Eodem spectant verba Philonis Judæi, *libro de legib. specialib.* Sponsalia non minus quam nuptias valere, quando in solenni amicorum conventu, viri & mulieris nomina inscribuntur tabulis. Ideoque & apud Prophanos autores sponsus & sponsa conjuges nominantur, ut suprà late explicatum est.

Tertia ratio hæc est, quod cum Deus author sit conjugii, magna cum deliberatione ad id accedendum sit, neque permutendum, ut is qui semel pure fidem dedit, nullo sibi ad deliberandum spatio relicto, rursus consilium mutare, & conjugium Dei fœdus ludibrio habere liceat. Nam si, *ut ait Simplicius*, vilissimarum rerum pactionibus non stare indecorum & nefas habetur, quasi veritate & fide, quib. omnia transiguntur rataq; permaneant, abrogata: an non iniquissimum videbitur, pacta & conventa de fœdere matrimonii sanctissimo violare, quod non à contrahentium, sed à Dei authoritate & voluntate pendet? Itaq; recte Livius *lib 9.* sponsiones & fœdera sancta esse ait apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur.

Interim tamen † multa sunt, quæ animum in diversa trahunt, 3 & aliud hic statuendum esse suadent. Et primo, quod *can. 2. de sponsalib.* expresse sancitur, eos qui pure & sine omni exceptione fidem dederunt de matrimonio contrahendo, posse si se odisse cœperint, sibi mutuo promissionem remittere, idque tolerari debere, ne quis eam

eam ducat, quam odit. Et quamvis Interpretes verba illius capitis ad ſponſalia de futuro reſtringenda cenſent, tamen planiora ſunt verba, quam ut interpretatione eludi poſſint. Nam fidem dare de conjugio eſt promittere conjugium. Unde Medea Jaſonem procraſtinantem ac nuptias differentem *apud Valerium Flaccum* ita alloquitur:

Nec iam nunc regina loquor, ſceptriq; relictis
Vota ſequor, ſerva hanc, profugæ prior ipſe dediſti
Quam ſcis nempe fidem, Dii noſtris vocibus adſunt.

Et ſponſalia de præſenti nihil aliud ſunt, quam matrimonium promiſſum vel fides data de matrimonio purè & ſine omni conditione. Sed & ratio conſtitutionis, ne quis ſcil. invitus eam ducere cogatur, quam impenſe odit, non tantum ſponſalibus de futuro, ſed & veris ſponſalibus vel de præſenti congruit. Item quod ad inſtar ſocietatis contractæ ſibi renunciare poſſint. Quod tamen non rectè accommodari Durand. ſcribit, & in eo Pontificem reprehendit *lib. 4. diſt. 27. q. 3* Deinde vulgata juris regula, omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur: Ergo & ſponſalia quæ utriuſque conſenſu conſtituuntur, utriuſque diſſenſu diſſolvi poſſe videntur. Nam & propter ſolam obligationem mutuam, qua aſtringuntur conjuges, ſponſus & ſponſa dicuntur, ergo & obligationem ſibi remittere poſſunt re adhuc integra, cum ſaltem ex ſponſione obligentur. Adde quod juramenta in favorem alicui præſtita, ab eo remitti poſſunt, *Panorm. c. 1. de ſponſal.* Poſtremò omnium gentium legibus & inſtitutis renunciare ſponſalib. imò nuptiis conſummatis miſſo repudio licuiſſe, etiam altera parte invita & repugnante, vel præſtatione ejus quod intereſt, à promiſſione liberari ex illis quæ paulò ante diſputata ſunt, planum eſt. Ideoque etiam inter Chriſtianos tolerari poſſe videtur, ſi ſponſalia inita utriuſque diſſenſu reſcindantur, præſertim ſi aliqua cauſſa probabilis ſubſit, quæ judicem impellat, ut ea diſſolvi patiatur. Nam & jure Codicis matrimonium viri & mulieris mutuo diſſenſu dirimi poteſt. *l. ſi conſtante. C. de repud. Novell. 23.* Neque enim Imperatores pactionem matrimonii indiſſolubilem exiſtimaverunt, antequam ſponſa ducta mancipata & viro tradita eſſet. Et rectè, quod ſolus conſenſus ante publicam copulationem & conjunctionem non ſit integrum matri-

monium, de quo verba Christi accipienda sunt: Quos Deus conjunxit homo non separet. Adde quod liberrima conjugum voluntate, & amore potius quam odio matrimonia coire & conciliari debeant. Nam & Deus vult, ut unusquisq; conjugem ducat eo affectu & benevolentia, qua Adamus Evam accepit: nimirum ut in unum hominem, & quidem Dei hominem coalescere possint. Ideoq, moribus & legib. introductum est, ut & consensus geminetur antequam partes conjungantur, quo de utriusq; voluntate & quidem firma & immutata constare possit. Qui autem à pactione vel sponsalibus discedere cupiunt, & quidem libera voluntate non consentiunt, imò dissentiunt; ideo conjungendi non sunt. Nec enim verisimile est, eos in unum corpus coalescere posse qui animis dissident, cum matrimonia coacta difficiles exitus habere soleant, ut experientia omnium temporum testatur. Ideoque adhuc tolerari posse videtur, & à magistratu concedi, ut sponsalia vel conjugium promissum, re integra, & antequam convenerint, conjugum voluntate dissolvantur. Neq, id cum verbo Dei pugnare existimaverim. Etsi enim magistratus & pactorum est, cavere, ne in sanctissimo fœdere matrimonii promissiones & pacta violentur, neve homines conjugio veluti joco & ludo abutantur, sed ut fides data inviolabiliter servetur: tamen nusquam quod sciam in sacris literis traditum est, sola sponsalia sive ea futuri sive præsentis temporis sint, esse divinam conjunctionem, de qua Christus loquitur: Quos Deus conjunxit homo non separet, etiamsi arctior sit illa conjunctio, quam societas contracta, aut duorum pluriumve de aliis negotiis paciscentium. Sed occurritur nobis ab iis qui sponsalia minimè dirimenda existimant: solo consensu in sponsalib. expresso constitui matrimonium, ideoq; rescindi non posse. Respondeo, vox cōsensus de eo accipienda est, qui in nuptiis vel fœdere nuptiali intervenit, & verbis, rebus ipsis & factis declarant, *ut suprà copiosè explicatum*, & quod consensus in sponsalib. matrimonium constituat, id secundùm quid, sed non simpliciter intelligendū. Nam matrimonium quidem dicitur sed improprie: ideoq; matrimonii promissum, pactum, futurum, speratum, initiatū vocarunt veteres, *ut suprà c.* 1. latissimè explicatum est, Melanchton initium matrimonii. Unde & sponsa in quibusdam pro uxore censentur, & sponsus pro marito, etiamsi revera non sint, sed ita nominantur propter promissio-

missionē factam, & spe futuri conjugii, & appellatione matrimonii rectè & propriè loquendo, non venit matrimonium factum seu initiatum, sed consummatum benedictione, traditione & deductione in domum mariti. *c. ex publico de convers. coniug.* ubi Pontifex verba Christi, uxorem non nisi ob caussam fornicationis dimittendam, intelligenda esse scribit de his, quorum matrimoniū carnali copula est consummatum. Item verba Christi, quos Deus conjunxit, homo non separet, *Matth. 29* non de nudis sponsalib. sed de iis qui consummato matrimonio in unum corpus coaluerunt, accipienda esse, *c. sunt qui 27. q. 2. traditur.* Et rectè; nam Christus non de repudio sponsæ, sed de divortio uxoris, quæ marito cōjuncta erat, rogabat & ad id respondit. Dieser Spruch gehet eigentlich auff die jenigen, die bereits beieinander sitzen in der Ehe. *Lutherus.* Huc facit illud Tertulliani suprà etiam allegatum: ubi duo in unam carnem efficiuntur per matrimonii nexum, caro ex carne, & os ex ossibus, vocatur secundùm originē mulier ejus, & ex ejus substantia incipit facta uxor. Et *c. ult. de conjugio leprosorum.* Antequam viro mulier tradatur non est consummatū matrimonium, nam & ad verum matrimonium requiritur, ut mulier à πνεῦσις desponsetur, & postea subsecuta benedictione sponso in nuptiis à paranymphis tradatur *c. aliter 2. q 5. & in c. nostrates, eadem quæst.* dicitur, ut sit matrimonium requiri bina fœdera, sponsalitia nimirū & nuptialia. Idem traditur *in c. cum societatis, & in c. quod autem 27. q. 2.* & additur: qui verò mulieri extraneæ fœdere nuptiali nō est mixtus, per nuda sponsionis verba, quo pacto in unam possit coalescere carnem se non videre. Unde *Ambrosius*, si quis, *inquit*, desponsata & tradita ritè utatur, conjugium appellatur. *27. q. 2* Item puellam alteri desponsatam alter ducere potest, nisi domum deducta cum sponso suo velata & benedicta sit. Nam ea dilatione violatur benedictio quā nupturæ sacerdos imponit. *27 q. 2. c. lex illa §. final. cum c. de conjugali.* Quid quod & Alexius Cōmenus & ante eum Leo Imperator statuit, sponsalia per se vim vel effectum nuptiarum non habere, nisi accedat sacra benedictio. Nam ea accedente sponsalia Dei authoritate firmari ut rectè de iis dici possit, id vinculum non tantum à contrahentium consensu pendere, sed à Dei utrumque veluti sua manu copulantis authoritate. Ideoque hæc sponsalia sacra benedictione & traditione firmata, minimè dissolvi debere, quod verum

sint

sint matrimonium. Reliqua sponsalia in quibus instrumenta sunt edita, sed nondum definitum tempus benedictioni, nec benedictione subsecuta non habere vim & efficaciam matrimonii, sed ut aliæ conventiones stipulationibus firmatæ, suos habere effectus. *Harmenopul. lib. 4. T. 1.* Conventiones autem seu pacta utriusque libero consensu rescindi possunt. Unde efficitur & sponsalia eadem ratione dissolvi posse, si utrique visum fuerit. Quid quod etiam sponsalia jure civili altera parte invita rescindantur, ita tamen, ut arrhas duplicatas solvat is, qui nubere recusat, ut supra latè ostendimus. Deinde secundùm communem usum loquendi, is qui conjugium promisit, sponsus appellatur, non maritus, maritus verò tum demum, ubi ei uxor tradita & ducta est. *c. genuit. 27. q. 2. & c. decreta 27. q. 2.* traditur, sponsam posse sacrum ordinem, etiam sponso dissentiente suscipere, quod matrimonio consummato ei non licet. Unde colligit Gregorius, inter sponsum & sponsam non esse matrimonium. Et nos in eam sententiam plura congessimus *cap. 5.* nimirum, quod sponsalibus fundamenta matrimonii jaciantur, & quod Tertullianus sponsalia quodammodo esse matrimonium, sed tamen inter quodammodo, & verùm satis interesse scribit. Verba Tertulliani de velandis virginibus hæc sunt. Desponsata quodammodo nupta est, & tamen inter quodammodo & verum, satis interest. Quas differentias nos collegimus & ob oculos posuimus, ut quivis facilè perspicere possit, quibus in rebus sponsalia nuptias imitentur, & in quibus ab illis discrepent. Et ut demus sponsalia de præsenti matrimonium pactum seu initiatum constituere, hinc tamen non efficitur eosdem effectus illi qui matrimonio consummato, tribuendos esse. Nam vulgo dicitur, simile non est idem. Quare & † in
4 hac disputatione proposita ita concludendum censeo, sponsalia ritè & verbis conjugii promissionem continentibus, constituta, dissolvenda non esse, neque partibus dissolutionem molientibus facilè judicem assentiri, neque ad eam rem propensum esse. Imò summo studio eniti & reconciliationi studere, & eos commonefacere debere, & quod fidem datam in fœdere tàm sancto violare turpe sit, & adversus Deum contumeliosum, præsertim illis qui jure divino conjuges sunt, & nominantur. Quod si ne tum quidem monitionibus & salutaribus consiliis locum relinquant, graviter culpandos

& repre-

& reprehendendos existimaverim, additis comminationibus & exaggeratione pœnarum quæ eos manent, qui conjugium pro deridiculo & delectamento habent. Atq; si ne hic quicquam proficiat, æquus judex vel Ecclesiæ minister, & capitales inter eos sint inimicitiæ, odiumque ita radices egerit, ut ejus reconciliandi nulla spes sit reliqua, vel antè causæ gravissimæ incidant, & res non levis momenti patefiant, quæ antea latebant, ex quibus nihil aliud quam perpetuum inter conjuges exspectandum sit dissidium, & conjugium infelicissimum (veluti suspiciones non leves stupri à virgine commissi, vel infamia alterutrius, vel quod cum alter alteram locupletem existimarent, uterque Codro pauperior sit) existimaverim, absque conscientiæ scrupulo judicem posse permittere & tolerare, ut rescindatur contractus veluti inchoatus & imperfectus: ita tamen ut justas pœnas luant fidei non servatæ, ratione fortunarum & conditionis. Quam ego sententiam Græcos probasse & secutos esse video. *Harmenop lib. 2. T. 4.* nisi accesserit benedictio, quæ in nuptiis fieri solet, non prohiberi invicem à se discedere, qui contraxerunt, ex constitutione Leonis & Alexii. Nec ab his dissentire videtur Bonaventura *distinct. 37. lib. 4. q. 3.* qui ex Hugonitione refert hunc modum, quo sibi mutuo promissionem de conjugio remittunt, licitum non esse, eo quod sine peccato non fiat, præsertim si accesserit juramentum. Sed tamen Ecclesiam, ne quid deterius eveniat ex coactis nuptiis tanquam minus malum id tolerare & permittere, & maxime si fiat, ex licita & probabili causa, veluti si animi sint exulcerati, & verendum sit dissidium perpetuum.

Idq; præsumunt leges. Nam ut amor major nullus est, quam inter maritum & uxorem, teste Artemidoro, ita † inimicitiæ nullæ graviores, neq; capitaliores sunt quam inter conjuges, ubi semel radices egerint. *Bodinus de Repub. lib. 1. c. 3.* Cujus rei testis est historia. Romæ uno & eodem tempore 170. mulieres capitali supplicio affectæ fuerunt, quæ maritos suos clam veneno interemerant, id de judicio cujusdam ancillæ. *Historia extat apud Livium, lib. 9. & Valerium Maximum lib. 2. & nos ea de re supra cap. 6. ex Procopio. Quod & Durandus sequitur lib. 4. distinct. 27. q. 3.* Sed tamen ne impune discedant, & fœdus sponsaliorum dirimant, magistratus erit curare, & in utrunque mulcta pecuniaria vel alia animadvertere. Idque pietati

& rationi est consentaneum, ut in eos qui vinculum illud & fœdus sanctissimum pro delectamento & lusu habent, exemplum edatur quo deinceps alii moniti discant fidem datam servandam, & matrimonium reverenter habendum esse. Mecum sentit *Nicolaus Hemmingius Danus in libell. de repudiis matrimonio & divortiis.* Neq; ab his dissentire videtur Lutherus *in libello* Von Ehesachen. §. Deßgleichen ist auch zu antworten/wo sichs begebe/daß zwischen den verlobten Personen ein Vneinigkeit vnd Feindschafft entstünde / daß sie niemand versühnen könd. *& fol. 382. his verbis*: Wie denn auch noch wol zu rahten were/ wenn weltliche Obrigkeit solches wolte ordnen/ vmb etlicher selzamen/ eigensinnigen / störrigen Köpffe willen / die nichts vberal leiden können/ vnd gar nicht zum ehelichen Leben dienen / man liesse sich scheiden / denn man kan doch nicht anders regieren vmb der Leute Boßheit willen/ man muß offt etwas nachlassen. Et Bodinus etiam divortia ea de causa hodie permittenda esse tradit *lib. 1. cap. 3 de Repub.* Itaq; hanc sententiam tanquam æquiorem retinendam censeo, quam etiam Bucero probari video *in tractatu de regno Christi cap 19.* ubi tandem concludit ab officio principum non esse alienum facere facultatem sponsis à promisso matrimonio recedendi, ob honestas & justas causas, maxime cum res integra est, & concubitus non accessit. Sicut enim, inquit, matrimonium verum non est inter eos, qui non conveniunt vera animorum consensione, pios principes & hoc maxime spectare convenit atq; procurare, ut nulla apud subditos eorum matrimonia sine hoc consensu & amore connectantur. VVittebergenses
6 contrariam † pronunciant, hac sententia:

Dieweil aus ewrem/auch gedachten N. N. Schreiben selbst so viel erscheinet/daß er sich erstlich mit Jungfraw N. ehelichen verlobt / ob sie denn wol beyde für euch vnd ewren Theologen sich derohalben vertragen/ daß eins dem andern seiner Gelegenheit nach / mit einem andern zu verehlichen bewilliget vnd nachgelassen / so haben auch sie doch beyde ohn zu Recht vnd erheblichen Vrsachen / deren in ewrem vnd seinem Bericht keine angezogen / solches nicht thun mögen / Derhalben auch N. zuvor vnd ehe er aus bestendiger Vrsachen von dem Ehegelübniß / so er mit genandten Jungfrawen N. gehalten / gebührlicher weiß loß gezehlet/ sich mit einer andern ehelichen zu verloben billich nicht verstatter noch nachgelassen wird: Von Rechts wegen, etc.

§. 12. Sum-

§. 12. SUMMARIA.

1 *Sponſalia de futuro mutuo diſſenſu diſſolvi poſſunt.*
2 *Etiam ſi juramento firmata.*

SPonſalia † quæ de futuro vocant, utriuſq; conſenſu diſſolvi poſſe, omnium interpretum conſentientes ſunt ſententiæ; idq; juxta *c. 2. in verbis ſi ſibi invicem remittant*, quod eo reſtringunt Panormitan. & Felinus, idq; ad inſtar aliorum contractuum, cum nihil tam naturale ſit, quam ut unaquæq; res eodem genere vinculi diſſolvatur, quo colligata eſt. *l. nihil de reg. jur.* Quod uſq; adeo verum eſſe cenſent, ut † etſi ſponſalia juramento contrahentium firmata ſint, nihilominus mutuo diſſenſu diſſolvi poſſint, quod alter alteri jusjurandum remittere poſſit. Nam juramenta in in favorem alicujus præſtita ab eo remitti poſſunt. *Panor. c. 2 de ſponſal. Didacus c. 5.* Et hæc recte dici exiſtimo, niſi concubitus acceſſerit. Nam hoc caſu matrimonium conſummatum cenſetur, quod nulla ratione diſſolvi poteſt. 1 2

§. 13. SUMMARIA.

1 *Tranſigere de ſponſalibus an partes poſſint & quatenus.*
2 *Tranſactionum de ſponſalibus initarum exempla ex hiſtoriis petita.*

HUlic affinis eſt quæſtio, an de † ſponſalibus tranſigere poſſint partes, ita ut alter alteri obligationem promiſſam remittat, pecuniæ ſumma aliqua numerata, vel alia de cauſſa. Et quamvis nundinatio quædam videtur eſſe, quæ in fœdere iſto ſanctiſſimo minimè ſit ferenda, tamen ſi adeò exulcerati ſint animi eorum, qui ſponſalia contraxerunt, vel ſaltem alterutrius, ut ſpes reconciliationis nulla ſit reliqua, & uterq; cupiat à pactione diſcedere, ita tamen ut alteri certa quædam pecuniæ ſumma ſolvatur, exiſtimaverim tolerari poſſe tranſactionem: ita & compromitti poſſe de ſponſalibus exiſtimaverim, non de matrimonio *conſ. matrim. 62.* Et cur ſic ſentiam ratio eſt, quod olim is qui ſine cauſa uxorem accipere aut nubere nolebat, ad id quod intereſt condemnabatur: *qua de re paulo ante cap. 12.* Et quod Accurſius tradit, ex ea ſtipulatione agi poſſe, cum ſit rei honeſtæ ſtipulatio *l. 1. de ſponſalib.* Is autem cui actio ad id quod intereſt datur, ſuper ea re tranſigere poteſt, *l. de quotcunq; C. de tranſactionib.* 1

EFfectus repudii hic erat de Jure Romano, ut qui sponsam aliam repudio alteri misso sibi desponderit, culpandus non sit, neque infamia notandus. Nam quod legitime fit, pœnam non meretur. Aliud dicendum si quis, cum duabus sponsalia contraxisset: nam hic infamia notabatur, *l. 1. l. quid ergo, de his qui notantur infamia.* Deinde cum repudium nullum fieret, absque contemptu ejus qui repudiaretur, præsumendum est, mulierem post repudium vel divortium inimicum fieri viro, idque quod, ut ille *apud Terentium*, inquit, contempta sit, quod & *Scholiastes βασιλικῶν lib. 49. monet ad l. 78. cum in fundo. de jure dotium.* Ideoque ad testimonium in virum dicendum admittendum non esse, vel si admittatur, minus ei credendum, argumento est, *l. antepen. de probationib.* Mulier gravida repudiata, cum filium peperisset absente marito, eumque spurium in actis professa esset: Scævola respondit, iratæ matris professionem, neque patriæ potestati, neque hereditati legitimæ obesse, sed veritati locum superfore, & in *l 29. uxorem de manumiss. testamento*, uxor prægnans filium quem peperisset exposuit, *ex l. 19. Cicero, de pœnis*, mulier prægnans post divortium vim visceribus intulit, ne jam inimico marito filium procrearet. Medea etiam à Jasone repudiata liberos, quos ex illo genuerat mactavit. *Cicero pro lege Manilia & Justinus.* Atque eam loquentem Libanius inducit his verbis: Expulsa sum, contumelia affecta sunt, nimis onerata sum. Item uxorem duxit, cum ex me liberos haberet, me viva vidit nuptias. Feri Medea filios, macta filios Jasonis, viri scelerati, impii patris, hospitis mali. Item, sunt liberi omnium mortalium impiissimi, & vocatur pater. Hoc è filiis solatium, una cum ipsa appellatione illi adimamus. Obsecro filii, sub ensem venite, hic vos per me adigendus est. Bona forma, bona figura corporum, sed patris imaginem referunt; id facit ut occidam lubentius. Hi quidem igitur mox jacebunt. Unde colligitur, odium uxoris repudiatæ in maritum esse omnium maximum, ut quæ sibi ulciscendi caussa, quid vis non tentent, & quas neque natura vel φιλοτεκνία erga liberos, neque nutricatio, neque vox aut forma à peccando absterreat.

§. 10. SUMMARIUM.

Repudio sponsalia nulla hodie dissolvuntur.

Etsi

ETsi autem hodie multis de caussis sponsalia solvi possunt: tamen ex his quæ diximus constat, repudio non dissolvi sponsalia, Nam ejus renunciationis, ut quæ pro alterius arbitrio, altero invito fiebat usus nullus est: sed judex caussa cognita pronunciat, & sua sententia dirimit sponsalia; idque ob eas caussas, quas postea ordine enumerabimus, nisi velis late omnem diremtionem sponsaliorum, ex quacunque caussa nominare repudia, Ea tamen significatione à veteribus hanc vocem usurpatam non reperio, ut mirum alicui videri possit, Theologos quosdam nostra ætate, libellos, quos de caussis nuptiarum ediderunt, nomine repudiorum & divortiorum inscribere voluisse. Itaque recte Friderici II. Regis Daniæ constitutione cautum est, ut si quis in judicio vel alibi libellum repudii remittat alteri, nihil agat: imo qui id fecerint & in eam rem consenserint, à magistratu mulctandos esse, ut par est.

§. II. SUMMARIA.

1 *Sponsalia vera an utriusq; partis dissensu dissolvi possint?*
2 *Fundamenta eorum quæ dirimi non posse statuunt.*
3 *Fundamenta eorum qui dirimi posse statuunt.*
4 *Auctoris opinio.*
5 *Inimicitiæ nullæ graviores quam quæ sunt inter conjuges.*
6 *Forma sententiæ.*

HOc loco sese offert quæstio anceps de qua probabiliter in utramque partem disputari potest: an vera sponsalia vel † de præsenti, ut loquuntur, quibus verbis expressis & categorice conjugium promissum est, utriusq; dissensu dissolvi & rescindi possint, si uterque sponsalibus renunciare paratus sit? Et recepta multorum † est sententia, sponsalia dirimi posse, nisi ex causis quibus matrimonium solvitur. Rationes & argumenta quibus nituntur, hæc sunt, I. quod Consensu constituatur matrimonium, is autem in sponsalibus exprimitur. Itaque eo ipso momento quo promissio de conjugio facta est, matrimonium, etsi non de facto, de jure tamen initum censetur. Quod si ita est, sequitur non magis dissolvi posse sponsalia, quam matrimonium consummatum. Nam & hic locum habet dictum Christi. Quos Deus conjunxit homo non separet. 1 2

II. Quod lex divina ſponſam conjugem appellat *Deut. 22. & Matth. 1.* Angelus divam virginem Joſephi ἄνοιτλω nominat. Et jure divino eadem pœna in eum, qui alterius ſponſam ſtupravit, quæ in adulteros conſtituta eſt. *Deut 2.* Unde liquet ſponſum & ſponſam arctiſſimo vinculo colligatos, & quodammodo conjuges eſſe; & ita Lutherus ſentire videtur his verbis: Es iſt eben ſo wol eine Ehe nach dem öffentlichen Verlöbnis / als nach der Hochzeit / darumb ſolte das geſtliche Recht nicht geſtattet haben/ daß eins das ander verlieſſe / vnnd ins Kloſter lieffe. Et idem: Wenn zwey miteinander verlobt ſeyn/vnd es bey derſelben Verlöbnis bleibt / daß keines das ander ſein Lebenlang kan verlaſſen/etc.

Et quamvis quo ad executionem ſint ſponſalia: tamen reſpectu vinculi matrimonium eſſe vulgo ſentiunt Dd. Idque voluiſſe videntur authores juris Canonici, *cap. penult. de ſponſalibus, & c. 3. licet, de ſponſa duorum.* Eodem ſpectant verba Philonis Judæi, *libro de legib ſpecialib.* Sponſalia non minus quam nuptias valere, quando in ſolenni amicorum conventu, viri & mulieris nomina inſcribuntur tabulis. Ideoque & apud Prophanos autores ſponſus & ſponſa conjuges nominantur, ut ſuprà late explicatum eſt.

Tertia ratio hæc eſt, quod cum Deus author ſit conjugii, magna cum deliberatione ad id accedendum ſit, neque permittendum, ut is qui ſemel pure fidem dedit, nullo ſibi ad deliberandum ſpatio relicto, rurſus conſilium mutare, & conjugium Dei fœdus ludibrio habere liceat. Nam ſi, *ut ait Simplicius*, viliſſimarum rerum pactionibus non ſtare indecorum & nefas habetur, quaſi veritate & fide, quib. omnia tranſiguntur rataq; permaneant, abrogata: an non iniquiſſimum videbitur, pacta & conventa de fœdere matrimonii ſanctiſſimo violare, quod non à contrahentium, ſed à Dei authoritate & voluntate pendet? Itaq; recte Livius *lib 9.* ſponſiones & fœdera ſancta eſſe ait apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur.

Interim tamen † multa ſunt, quæ animum in diverſa trahunt, & aliud hic ſtatuendum eſſe ſuadent. Et primo, quod *nov. 2. de ſponſalib.* expreſſe ſancitur, eos qui pure & ſine omni exceptione fidem dederunt de matrimonio contrahendo, poſſe ſi ſe odiſſe cœperint, ſibi mutuo promiſſionem remittere, idque tolerari debere, ne quis eam

Digitized by Google

eam ducat, quam odit. Et quamvis Interpretes verba illius capitis ad sponsalia de futuro restringenda censent, tamen planiora sunt verba, quam ut interpretatione eludi possint. Nam fidem dare de conjugio est promittere conjugium. Unde Medea Jasonem procrastinantem ac nuptias differentem *apud Valerium Flaccum* ita alloquitur:

Nec iam nunc regina loquor, sceptrúq; relictis
Vota sequor, serva hanc, profugæ prior ipse dedisti
Quam scis nempe fidem, Dii nostris vocibus adsunt.

Et sponsalia de præsenti nihil aliud sunt, quam matrimonium promissum vel fides data de matrimonio purè & sine omni conditione, Sed & ratio constitutionis, ne quis scil. invitus eam ducere cogatur, quam impense odit, non tantum sponsalibus de futuro, sed & veris sponsalibus vel de præsenti congruit. Item quod ad instar societatis contractæ sibi renunciare possint. Quod tamen non rectè accommodari Durand. scribit, & in eo Pontificem reprehendit *lib. 4. dist. 27. q. 3* Deinde vulgata juris regula, omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur: Ergo & sponsalia quæ utriusque consensu constituuntur, utriusque dissensu dissolvi posse videntur. Nam & propter solam obligationem mutuam, qua astringuntur conjuges, sponsus & sponsa dicuntur, ergo & obligationem sibi remittere possunt re adhuc integra, cum saltem ex sponsione obligentur. Adde quod juramenta in favorem alicui præstita, ab eo remitti possunt, *Panorm. c. 2. de sponsal.* Postremò omnium gentium legibus & institutis renunciare sponsalib. imò nuptiis consummatis misso repudio licuisse, etiam altera parte invita & repugnante, vel præstatione ejus quod interest, à promissione liberari ex illis quæ paulò ante disputata sunt, planum est. Ideoque etiam inter Christianos tolerari posse videtur, si sponsalia inita utriusque dissensu rescindantur, præsertim si aliqua causa probabilis subsit, quæ judicem impellat, ut ea dissolvi patiatur. Nam & jure Codicis matrimonium viri & mulieris mutuo dissensu dirimi potest. *l. si constante. C. de repud. Novell. 22.* Neque enim Imperatores pactionem matrimonii indissolubilem existimaverunt, antequam sponsa ducta mancipata & viro tradita esset. Et rectè, quod solus consensus ante publicam copulationem & conjunctionem non sit integrum matri-

monium, de quo verba Christi accipienda sunt: Quos Deus conjunxit, homo non separet. Adde quod liberrima conjugum voluntate, & amore potius quam odio matrimonia coire & conciliari debeant. Nam & Deus vult, ut unusquisq; conjugem ducat eo affectu & benevolentia, qua Adamus Evam accepit: numerum ut in unum hominem, & quidem Dei hominem coalescere possint. Ideoq, moribus & legib. introductum est, ut & consensus geminetur antequam partes conjungantur, quo de utriusq; voluntate, & quidem firma & immutata constare possit. Qui autem à pactione vel sponsalibus discedere cupiunt, & quidem libera voluntate non consentiunt, imò dissentiunt, ideo conjungendi non sunt. Nec enim verisimile est, eos in unum corpus coalescere posse qui animis dissident, cùm matrimonia coacta difficiles exitus habere soleant, ut experientia omnium temporum testatur. Ideoque adhuc tolerari posse videtur, & à magistratu concedi, ut sponsalia vel conjugium promissum, re integra, & antequam convenerint, conjugum voluntate dissolvantur. Neq, id cum verbo Dei pugnare existimaverim. Etsi enim magistratus & pactorum est, cavere, ne in sanctissimo fœdere matrimonii promissiones & pacta violentur, neve homines conjugio veluti joco & ludo aburantur, sed ut fides data inviolabiliter servetur: tamen nusquam quod sciam in sacris literis traditum est, sola sponsalia sive ea futuri sive præsentis temporis sint, esse divinam conjunctionem, de qua Christus loquitur: Quos Deus conjunxit homo non separet, etiamsi arctior sit illa conjunctio, quam societas contracta, aut duorum pluriumve de aliis negotiis paciscentium Sed occurritur nobis ab iis qui sponsalia minimè dirimenda existimant: solo consensu in sponsalib. expresso constitui matrimonium, ideoq; rescindi non posse. Respondeo, vox cõsensus de eo accipienda est, qui in nuptiis vel fœdere nuptiali intervenit, & verbis, rebus ipsis & factis declarant, *ut suprà copiosè explicatum*, & quod consensus in sponsalib. matrimonium constituat, id secundùm quid, sed non simpliciter intelligendũ. Nam matrimonium quidem dicitur sed improprie: ideoq; matrimoniũ promissum, pactum, futurum, speratum, initiatũ vocarunt veteres, *ut suprà c. 2.* latissimè explicatum est, Melanchton initium matrimonii. Unde & sponsa in quibusdam pro uxore censentur, & sponsus pro marito, etiamsi revera non sint, sed ita nominantur propter promissio-

missionē factam, & spe futuri conjugii, & appellatione matrimonii rectè & propriè loquendo, non venit matrimonium factum seu initiatum, sed consummatum benedictione, traditione & deductione in domum mariti. *c. ex publico de convers. conjug.* ubi Pontifex verba Christi, uxorem non nisi ob caussam fornicationis dimittendam, intelligenda esse scribit de his quorum matr. moniū carnali copula est consummatum. Item verba Christi, quos Deus conjunxit, homo non separet, *Matth. 19.* non de nudis sponsalib. sed de iis qui consummato matrimonio in unum corpus coaluērunt, accipienda esse, *c. sunt qui 27. q. 2. traditur.* Et rectè; nam Christus non de repudio sponsæ, sed de divortio uxoris, quæ marito cōjuncta erat, rogabat & ad id respondit. Dieser Spruch gehet eigentlich auff die jenigen/die bereits beeinander sitzen in der Ehe. *Lutherus.* Huc facit illud Tertulliani suprà etiam allegatum: ubi duo in unam carnem efficiuntur per matrimonii nexum, caro ex carne, & os ex ossibus, vocatur secundùm originē mulier ejus, & ex ejus substantia incipit facta uxor. Et *c. ult. de conjugio leprosorum.* Antequam viro mulier tradatur non est consummatū matrimonium, nam & ad verum matrimonium requiritur, ut mulier à κυρίοις despōdeatur, & postea subsecuta benedictione sponso in nuptiis à paranymphis tradatur *c aliter 1. q 5. & in c. nostrates, eadem quæst.* dicitur, ut sic matrimonium requiri bina fœdera, sponsalitia nimirū & nuptialia. Idem traditur *in c. cum societatis, & in c. quod autem 27. q. 2.* & additur: qui verò mulieri extraneæ fœdere nuptiali nō est mixtus, per nuda sponsionis verba, quo pacto in unam possit coalescere carnem se non videre. Unde *Ambrosius*, si quis, *inquit*, desponsata & tradita ritè utatur, conjugium appellatur. *27. q. 2* Item puellam alteri desponsatam alter ducere potest, nisi domum deducta cum sponso suo velata & benedicta sit. Nam ea discessione violatur benedictio quā nupturæ sacerdos imponit. *27 q. 2. c. lex illa §. final. cum c. de conjug. lib.* Quid quod & Alexius Comnenus & ante eum Leo Imperator statuit sponsalia per se vim vel effectum nuptiarum non habere, nisi accedat sacra benedictio. Nam ea accedente sponsalia Dei authoritate firmari ut rectè de iis dici possit, id vinculum non tantum à contrahentium consensu pendere, sed à Dei utrumque veluti sua manu copulantis authoritate. Ideoque hæc sponsalia sacra benedictione & traditione firmata, minimè dissolvi debere, quod verum

sing

sint matrimonium. Reliqua sponsalia in quibus instrumenta sunt edita, sed nondum definitum tempus benedictioni, nec benedictione subsecuta non habere vim & efficaciam matrimonii, sed ut aliæ conventiones stipulationibus firmatæ, suos habere effectus. *Harmenopul. lib. 4. T. 1.* Conventiones autem seu pacta utriusque libero consensu rescindi possunt. Unde efficitur & sponsalia eadem ratione dissolvi posse, si utrique visum fuerit. Quid quod etiam sponsalia jure civili altera parte invita rescindantur, ita tamen, ut arrhas duplicatas solvat is, qui nubere recusat, ut supra latè ostendimus. Deinde secundùm communem usum loquendi, is qui conjugium promisit, sponsus appellatur, non maritus, maritus verò tum demum, ubi ei uxor tradita & ducta est. *c genuit. 27. q. 2. & 6. decreta 27. q. 2.* traditur, sponsam posse sacrum ordinem, etiam sponso dissentiente suscipere, quod matrimonio consummato ei non licet. Unde colligit Gregorius, inter sponsum & sponsam non esse matrimonium. Et nos in eam sententiam plura congessimus *cap. 5.* nimirum, quod sponsalibus fundamenta matrimonii jaciantur, & quod Tertullianus sponsalia quodammodo esse matrimonium, sed tamen inter quodammodo, & verùm satis interesse scribit. Verba Tertulliani de velandis virginibus hæc sunt. Desponsata quodammodo nupta est, & tamen inter quodammodo & verum, satis interest. Quas differentias nos collegimus & ob oculos posuimus, ut quivis facilè perspicere possit, quibus in rebus sponsalia nuptias imitentur, & in quibus ab illis discrepent. Et ut demus sponsalia de præsenti matrimonium pactum seu initiatum constituere, hinc tamen non efficitur eosdem effectus illi qui matrimonio consummato, tribuendos esse. Nam vulgo dicitur, simile non est idem. Quare & † in hac disputatione proposita ita concludendum censeo, sponsalia ritè & verbis conjugii promissionem continentibus, constituta, dissolvenda non esse, neque partibus dissolutionem molientibus facilè judicem assentiri, neque ad eam rem propensum esse. Imò summo studio eniti & reconciliationi studere, & eos commonefacere debere, & quod fidem datam in fœdere tàm sancto violare turpe sit, & adversus Deum contumeliosum, præsertim illis qui jure divino conjuges sunt, & nominantur. Quod si ne tum quidem monitionibus & salutaribus consiliis locum relinquant, graviter culpandos

4

& repre-

& reprehendendos existimaverim, additis comminationibus & exaggeratione pœnarum quæ eos manent, qui conjugium pro deridiculo & delectamento habent. Atq; si ne hic quicquam proficiat, æquus judex vel Ecclesiæ minister, & capitales inter eos sint inimicitiæ, odiumque ita radices egerit, ut ejus reconciliandi nulla spes sit reliqua, vel aliæ causæ gravissimæ incidant, & res non levis momenti patefiant, quæ antea latebant, ex quibus nihil aliud quam perpetuum inter conjuges exspectandum sit dissidium, & conjugium infelicissimum (veluti suspiciones non leves stupri à virgine commissi, vel infamia alterutrius, vel quod cum alter alteram locupletem existimarent, uterque Codro pauperior sit) existimaverim, absque conscientiæ scrupulo judicem posse permittere & tolerare, ut rescindatur contractus veluti inchoatus & imperfectus: ita tamen ut justas pœnas inant fidei non servatæ, ratione fortunarum & conditionis. Quam ego sententiam Græcos probasse & secutos esse video. *Harmenop lib. 3. T. 4.* nisi accesserit benedictio, quæ in nuptiis fieri solet, non prohiberi invicem à se discedere, qui contraxerunt, ex constitutione Leonis & Alexii. Nec ab his dissentire videtur Bonaventura *distinct. 37. lib. 4 q. 3.* qui ex Hugonitione refert hunc modum, quo sibi mutuo promissionem de conjugio remittunt, licitum non esse, eo quod sine peccato non fiat, præsertim si accesserit juramentum. Sed tamen Ecclesiam, ne quid deterius eveniat ex coactis nuptiis tanquam minus malum id tolerare & permittere, & maxime si fiat, ex licita & probabili causa, veluti si animi sint exulcerati, & verendum sit dissidium perpetuum.

Idq; præsumunt leges. Nam ut amor major nullus est, quam inter maritum & uxorem, teste Artemidoro, ita † inimicitiæ nullæ graviores, neq; capitaliores sunt quam inter conjuges, ubi semel radices egerint. *Bodinus de Repub. lib. 1. c. 3.* Cujus rei testis est historia. Romæ uno & eodem tempore 170. mulieres capitali supplicio affectæ fuerunt, quæ maritos suos clam veneno interemerant, id de judicio cujusdam ancillæ. *Historia extat apud Livium, lib. 7. & Valerium Maximum lib. 2. & nos ea de re supra cap. 6. ex Procopio. Quod & Durandus sequitur lib. 4. distinct. 27. q. 3.* Sed tamen ne impune discedant, & fœdus sponsaliorum dirimant, magistratus erit curare, & in utrumque mulcta pecuniaria vel alia animadvertere. Idque pietati

& rationi est consentaneum, ut in eos qui vinculum illud & fœdus sanctissimum pro delectamento & lusu habent, exemplum edatur quo deinceps alii moniti discant fidem datam servandam, & matrimonium reverenter habendum esse. Mecum sentit *Nicolaus Hemmingius Danus in libell. de repudiis matrimonio & divortiis.* Neq; ab his dissentire videtur Lutherus *in libello* Von Ehesachen. §. Deßgleichen ist auch zu antworten/wo sichs begebe/daß zwischen den verlobten Personen ein Uneinigkeit vnd Feindschafft entstünde / daß sie niemand versühnen könd. *& fol. 352. his verbis*: Wie denn auch noch wol zu rahten were/ wenn weltliche Obrigkeit solches wolte ordnen/ vmb etlicher seltzamen/ eigensinnigen / störrigen Köpffe willen / die nichts vberal leiden können/ vnd gar nicht zum ehelichen Leben dienen / man liesse sich scheiden / denn man kan doch nicht anders regieren vmb der Leute Boßheit willen/ man muß offt etwas nachlassen. Et Bodinus etiam divortia ea de causa hodie permittenda esse tradit. *lib. 1. cap. 3 de Repub.* Itaq; hanc sententiam tanquam æquiorem retinendam censeo, quam etiam Bucero probari video *in tractatu de regno Christi cap 19.* ubi tandem concludit ab officio principum non esse alienum facere facultatem sponsis à promisso matrimonio recedendi, ob honestas & justas causas, maxime cum res integra est, & concubitus non accessit. Sicut enim, inquit, matrimonium verum non est inter eos, qui non conveniunt vera animorum consensione, pios principes & hoc maxime spectare convenit atq; procurare, ut nulla apud subditos eorum matrimonia sine hoc consensu & amore connectantur. VVittebergenses
6 contrariam † pronunciant, hac sententia:

Dieweil aus ewrem/auch gedachten N. N. Schreiben selbst so viel erscheinet/daß er sich erstlich mit Jungfraw N. ehelichen verlobt / ob sie denn wol beyde für euch vnd ewren Theologen sich derohalben vertragen/ daß eins dem andern seiner Gelegenheit nach / mit einem andern zu verehlichen bewilliget vnd nachgelassen / so haben auch sie doch beyde ohn zu Recht vnd erheblichen Vrsachen / deren in ewrem vnd seinem Bericht keine angezogen / solches nicht thun mögen / Derhalben auch N. zuvor vnd ehe er aus bestendiger Vrsachen von dem Ehegelübniß / so er mit genandten Jungfrawen N. gehalten / gebührlicher weiß loß gezehlet/ sich mit einer andern ehelichen zu verloben billich nicht verstattet noch nachgelassen wird: Von Rechts wegen, etc.

§. 12. Sum-

§. 12. SUMMARIA.

1 *Sponsalia de futuro mutuo dissensu dissolvi possunt.*
2 *Etiam si juramento firmata.*

SPonsalia † quæ de futuro vocant, utriusq; consensu dis- 1
solvi posse, omnium interpretum consentientes sunt sententiæ; idq; juxta *c. 2. in verbis si sibi invicem remittant*, quod eo restringunt. Panormitan. & Felinus, idq; ad instar aliorum contractuum, cum nihil tam naturale sit, quam ut unaquæq; res eodem genere vinculi dissolvatur, quo colligata est. *l. nihil de reg. jur.* Quod usq; adeo verum esse censent, ut † etsi sponsalia juramento contrahentium firmata 2
sint, nihilominus mutuo dissensu dissolvi possint, quod alter alteri jusjurándum remittere possit. Nam juramenta in in favorem alicujus præstita ab eo remitti possunt. *Panor. c. 2 de sponsal. Didacus c. 5.* Et hæc recte dici existimo, nisi concubitus accesserit. Nam hoc casu matrimonium consummatum censetur, quod nulla ratione dissolvi potest.

§. 13. SUMMARIA.

1 *Transigere de sponsalibus an partes possint & quatenus.*
2 *Transactionum de sponsalibus initarum exempla ex historiis petita.*

HUic affinis est quæstio, an de † sponsalibus transigere 1
possint partes, ita ut alter alteri obligationem promissam remittat, pecuniæ summa aliqua numerata, vel alia de causa. Et quamvis nundinatio quædam videtur esse, quæ in fœdere isto sanctissimo minimè sit ferenda, tamen si adeò exulcerati sint animi eorum, qui sponsalia contraxerunt, vel saltem alterutrius, ut spes reconciliationis nulla sit reliqua, & uterq; cupiat à pactione discedere, ita tamen ut alteri certa quædam pecuniæ summa solvatur, existimaverim tolerari posse transactionem: ita & compromitti posse de sponsalibus existimaverim, non de matrimonio *cons. matrim. 62.* Et cur sic sentiam ratio est, quod olim is qui sine causa uxorem accipere aut nubere nolebat, ad id quod interest condemnabatur: *qua de re paulo ante cap. 12.* Et quod Accursius tradit, ex ea stipulatione agi posse, cum sit rei honestæ stipulatio *l. 1. de sponsalib.* Is autem cui actio ad id quod interest datur, super ea re transigere potest, *l. de quocunq; C. de transactionib.*

onib. Huc facit quod jure Codicis, arrhas pœnæ nomine duplicatas reddere tenetur, qui nuptias implere recusat. Et quod pœna in sponsalib. adjecta ex constitutione Leonis & Alexii Comneni debeatur. *Quæ de re supra.* Nec his obstat, quod de matrimonio transigere non liceat, *c. fin. de transactionibus.* Nam id de matrimonio vero seu consummato accipiendum esse, interpres tradit, non de sponsalibus, quæ quibuscunque verbis concipiantur, verum non sunt matrimonium, sed multis parasangis ab eo distant, ut ex differentiis supra *c.* 4. enumeratis liquet. Interim tamen, qui sine causa uxorem ducere, vel quæ nubere non vult, coercendum existimaverim à magistratu vel mulcta pecuniaria, si dives sit, vel carcere aliave pœna, si tenuioris sit fortunæ. Et hæc quidem transactio eo facilius admittenda & toleranda est, ubi lis de sponsalibus pendet, & alteruter ea contracta vel rite contracta esse negat, & nondum constat, quis rei sit exitus futurus. Nam tunc tolerari posse censeo, ut super re dubia & incerta potius inter se transigant, quam in litem ambiguam descendant, ut verbis Petronii Arbitri utar. *Verbi gratia:* Puella vitiata affirmat, sibi fidem de conjugio datam ab eo, qui illi vitium intulit. Vir negat. Judex sese interponit, & ut de re dubia transigant hortatur. Puella incertum litis eventum metuens pacisci tur cum viro, qui illi dotem illam quam pater dare potuisset, vel summam aliquam pecuniæ propter virginitatem amissam, & alimenta soboli promittit, dubium non est, quin hæc transactio salva conscientia partis & judicis tolerari possit. Transactionis ejusmodi formula extat *apud Beustium nu. 29. & in libris formularium ubiq.* Et ejusmodi
a transactiones † de pactis nuptiis seu sponsalibus quotidie in Repub. frequentari videmus, etiam inter viros principes. Ita transactum fuit opera Comitis Palatini & Helvetiorum inter Imperatorem Maximilianum, & Regem Galliæ Carolum Octavum de sponsalib. Maximiliani, cui Ducis Britanniæ filia desponsa erat; neq; desponsa tantum sed per Ducem Auriacum avunculum ejus publice & per imaginarium concubitum tradita. anno 1491. quam Carolus octavus duxit. *Comineus in vita Caroli cap. 6.* Imo de matrimonio transactum fuisse videtur. Nam Rex Carolus Margaretam uxorem Regis Romanorum repudiavit, & Maximiliani sponsam filiam Ducis Britanni in uxorem duxit, quo Britannia tota cujus maximam

partem

partem tenebat, potiri posset: sed ut demus de sponsalibus transigi potuisse, certe de matrimonio consummato transigere nullo pacto licuit. Itaq; Cominæus sapienter. *Iles dict mariages furent ainsi changez selon l' ordonance del' eglise ou non, ie men rapporte, ace qui est, mais plusieurs docteurs en Theologie, ni ont dict, que non & plusieurs ni ont dict que ouy, &c. id est*: Utrum matrimónia ista juxta Ecclesiæ constitutiones ita fuerint permutata vel non, ego in medio relinquo, interim tamen multi Theologiæ doctores mihi retulerunt, non recte fuisse interpolata, multi verò rectè fuisse mutata. Nam Margarita multos annos Regina Galliæ fuerat, *ut testatur Cominæus capite 6.* & Regi nupta, *ut idem scribit capite 132. in vita Regis Ludovici.* Itaq; matrimonium dirimere nullo pacto licuit: Margaretha postea Principi Castiliæ nupsit. Maximilianus filiam Galeacii Ducis Mediolanensis duxit, sed ut ut sit, Cominæus infelicissima illa conjugia, & liberos ex illis procreatos, non diu superstites fuisse refert. *cap. 6. in vita Caroli Octavi.*

§. 14. SUMMARIA.

1 *Sponsalia vi vel metu contracta dirimi possunt.*
2 *Vis quid.*
3 *Metus quid.*

SEcunda causa propter quam † sponsalia dirimi possunt, 1
ratione causæ efficientis est vis seu metus. Nam & reliquæ conventiones contractus & pactiones metu exortæ jure non subsistunt, ita & sponsalia metu contracta pro nihilo habenda sunt. Quo spectat *L. juris civilis de eo quod vi metusve causa.* Vis † est majoris rei impetus, qui repelli non potest, ut quando quis invitus & renitens impellitur. 2

Ita apud Terentium vis illa fuit Chereæ à fratre virginis, quam ipse vitiaverat. Nam is eum colligavit & minitatus est, se id et facturum, quod mœchis solet, ut narrat ancilla, hoc est, se illum eviraturum, ut hoc pacto eum ad ducendam virginem quam vitiaverat, cogeret, *Eunuch. Act. 5. scen. 5.* Metus a. est † instantis periculi vel futuri 3
causa mentis trepidatio. *leg. 1. ff. quod vi metusve causa.* Trepidationem vocat, quod metus tenebras menti offundat, omnes actiones

conturbet, & rectum sensum, rationisq; usum impedit, imaginatione futuri & instantis mali. Imo concitatione sua adeo hominem commovet, ut sibi non constet, neq; quicquam recte statuere aut decernere possit. Unde Artabanus *apud Herodotum*: Ego adhuc metuo & adeo metu perculsus sum, ut non sim apud me, & Terentius: Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit. Item vix sum apud me, ita animus commotus est metu. *Instantis* dicit Jureconsultus, quia ea quæ remota sunt, non ita timemus, neq; enim ea mentē perturbant. Unde Augustinus: Nemo futurorum metum cogitat. Idq; experientia notum est. Nam nobis moriendum esse sciunt. Interim tamen mortem, quia remota esse videtur, non pertimescimus. *Tuturi periculi* dicit, quod nondum præterit periculum, sed imminet seu instat. *Aristoteles libr. 2. Rhetoricorum ad Theodecten. cap. 5.* Constantem virum Didacus interpretatur prudentem, qui sciat eligere minus malum ob majoris mali periculum evitandum; quod non placet. Ego constantē respectu formidolosi seu meticulosi existimaverim dici, hoc est, qui non ad quemvis strepitū expaveſcat, sed ad periculum mortis, amissionis bonorum. Quemadmodum exemplis planum faciemus, de tribuno plebis & Regulo.

§. 15. SUMMARIA.

1 *Metus alius justus, alius levis.*
2 *Metus justus quis exemplis declaratur.*
3 *Metus an parentibus vel liberis inferatur nihil interest.*
4 *Metus ratione sexus æstimatur an justus vel vanus.*

1 METus autem alius † justus est, alius levis vel vanus, quem Græci ἄδεες δέος nominant. *Homer.* ἄδεες δέος δοδοίκας *Iliad θ.* hoc est, non timenda times: paremia de formidolosis qui ad folii strepitum expaveſcunt & quasi panico timore aguntur Justus metus est, qui in constantem virum cadit, hoc est, mortis cruciatus
2 corporis, tormentorum, amissionis bonorum, de quibus hunc versum recitat Durandus & Bonaventura:

Stupri, sive status verberis atq; necis.

l. interpositas, C. de transactionibus. Item servitutis & stupri qualem describit Martialis *lib. Epigram.*

Quid

Quid si me tonsor cum stricta novacula supra est,
Tunc libertatem divitiasq́, roget.
Promittam, nec enim rogat illo: tempore tonsor,
Latro rogat, res est imperiosa timor.
Sed fuerit curva cum tuta novacula theca.
Frangam tonsoris crura manusq́, simul.

Talis fuit metus illatus Tribuno plebis à Manlio adolescente, qui stricto gladio quem absconderat, Tribunum invasit, & jurare coegit, eum à patris sui Torquati accusatione recessurum, quod ille promisit. Atq; ita factū est, ne Torquatus causam diceret. *Valerius Maxim. Livius lib 7. Plinius de viris illustrib.* Ita Regulo metus illatus fuit maximus & constans. Nam ei capto, Carthaginenses tantum cibi præbebant, quantum ad vitam sustentandam esset necessarium Interim continenter elephantum ad eum adducebant, à quo exterritus neq; animo neq; corpore quiescebat, idq; ea de causa, quod ille paulo ante victoria elatus, Romam literas dederat, quibus gloriabatur, se metū obsignatas habere Carthaginis portas, *Zonaras Tom. 2.* Simile exemplum est apud Plutarchum *in Pyrrho.* Pyrrhus Fabricium corrumpere conatus, cum aurum accipere recusasset, postridie eum, qui elephantum nunquam vidisset terrere volens, jussit, ut maximus elephantorum post aulæum constitueretur, ubi iterum congressi essent Idq; factum est. Dato signo & sublato aulæo, bellua proboscidem supra caput Fabricii extulit, & terribilem vocem edidit. Fabricius verò, nihil territus, & subridens: Neq; heri, inquit, me aurum, neq; hodie bellua, me movit. Etsi autem Fabricius nihil motus est, tamen metus fuit, qui in constantem virum caderet. Sed & amissio bonorum vel majoris partis, justum metum, qui in constantem virum cadit, inducit. Nam & jactura bonorum nostrorum quæstioni de statu conferri & æquiparari solet. *l. athletas, de excusat. tuto. Didac. fol. 46. n. 18.* Nam bona seu patrimonium vita hominis censetur. Unde *Hesiodus*: Pecunia est anima miseris mortalib. *Erasmus in proverbio Anima & vita.* Et apud Græcos dictio βίος vitam & facultates quibus vivimus significat, ut ex Evangelio *Luc. 15.* constat, *ubi & Erasmus notat.* Metum a. ab homine inferri oportet. Nam si casu fortuito vel divinitus is incutiatur pro nullo habendus est, neq; impedit, quo minus fides data servāda sit: ut si quis matrimoniū mulieri promisit in

discrimine mortis, belli vel naufragii constitutus, id ea de causa non erit irritum aut nullum, quod timore ejus periculi factum sit. Namis metus ad illum actum illatus non fuit, *argumento text. in l. sicut, de reg. jur. Abb. c. 2. de his quæ vi. Didac. 2. part. c. 3. n. 16. text. c. de his quæ vi. Balli. lib. 1. in fin. quod metus causa.* Exemplum seu species facti apud Pausaniam extat. Temessenses in Sicilia quo pestem effugerent, Pythici Apollinis responso devovere quotannis virginem unam, quæ formosissima esset, jussi sunt. Cum forte Euthymus Temessam venisset, eo tempore quo solenne numini sacrum fiebat, in templum se intromitti postulavit. Ibi virginem conspicatus, primo misericordia commotum, deinde etiam amore incensum, ac puellam quidem, si ab eo servata esset, se in ejus manum conventuram fidem dedisse. Armis igitur captis cum genio congressum, illum victum mœnibus & agro concessisse, sublatumq; prorsus, & hominum cœtu in mare se demersisse, virginem autem Euthymo nupsisse, fuisseq; in illa civitate maxime illustres nuptias, ut quæ illa calamitate liberata esset. Hic virgo metum nullum prætexere potuit, etiamsi metu adacta Euthymo de conjugio fidem dedisset. Nihil autem interest, utrum liberis metus inferatur, ut hac ratione parentes metu coacti consenserint, quo vitam liberorum redimerent, an vero parentib. Idq; duobus modis accidere potest, vel ut ipsi in metu mortis existentes promiserint, se filiam daturum ei, qui mortem minitatur, vel ut eorum periculo & cruciatu liberi exanimati & consternati consentiant. Veluti si quis puellæ minitetur, se patrem ejus occisurum, nisi illa nuptiis consentiat, quod periculum judicatur liberorum esse proprium. *l. iste quidem de transact. §. fin. quod met. caus.* cum parentes se malint cruciari, quam liberos, cum nullus affectus sit, qui paternum vincat. Refert Dion de filio Q. Ciceronis, qui frater fuit M. Tullii Ciceronis, eum patrem suum cum proscriptus esset diu occultasse, ne proderetur, & quamvis tormentis subjectus esset, patrem prodere noluisse, neq; quicquam enunciasse. Quod cum Q. Cicero intellexisset, φιλοστοργίᾳ & affectione, qua filium prosequeretur, ductus, & quod suo corpore mallet supplicium sustinere, quam filium cruciari, in publicum prodiit, & seipsum occisoribus exhibuit. Unde recte Dd concludunt idem statuendum de metu, qui nobis infertur, & de eo, qui liberis nostris & uxori incutitur. *Angel. in summa.* Metum a. † etiam

ratione

ratione ſexus æſtimare oportet, ut juſtus vel vanus cenſeatur. Nam minor metus mulieres excuſat quam viros, quod formidoloſæ ſint, *in c. cum locum, de ſponſalib. quam veluti ſingularem ſequuntur Panormitanus & alii, quos recenſet Tiraquellus l. nona connubiali concl. 1. par. 9. n. 160.* Nam fœminæ viris ſunt timidiores, minuſve audent; idque experientia notum eſt. *Plato lib. 7. de legib. Xenophon in Oeconomico. & Ariſtoteles*, cujus etiam rationem *Seneca* reddit his verbis.

Mulier natura cui ----- malo
Animum ad nocendum pectus inſtruit dolis.
Sed vim negavit, ut ne inexpugnabilis eſſet:
Sed ægras frangeret vires timor.

Idque etiam in animalibus obtinere notat Tiraquellus, qui plura hac de re congeſſit. Unde ſi quis mulieri veſtem detrahat & minitetur, ſe eam domo nudam ejecturum, juſtus metus is cenſebitur. *Bald.* Itaque ſumma contumelia illata fuit uxori Candaulis quam nudam Gygi maritus monſtravit. Nam mulier exuta veſte verecundiam pariter exuit, *Herodotus.* Nam etiam probrum eſt virum conſpici nudum.

§. 16. SUMMARIA.

1 *Minæ ſolæ verbis expreſſæ, an juſtum metum inferant.*
2 *Metus juſtus terror armorum.*

SEd an † ſolæ minæ verbis expreſſæ juſtum metum inferant quæritur? Et hic perſonas ſpectandas cenſeo, à quib. minæ proferuntur. Nam ſi Princeps vel alius quæ minas facillime & probabiliter poteſt exequi, id quod minatur, merum carceris, amiſſionem bonorum vel tormentorum incuſſerit, juſtus metus erit. *l. 3. ex quibus cauſis majo. Alexand. conſ. 156. & 99. Bonaventura diſtinct. 29. q. 1.* Aliud dicendum ſi minitetur jacturam 100. aureorum Princeps vel alius. Nam hic juſtus metus non eſt. Nam potius jacturam 100. aureorum facere debuiſſet, quam pati eam ſibi deſponderi, quam odit. *Jaſon. l. Titia: de verb. obligation.* Sed & † terror armorum juſtus metus dicitur, etiamſi illis quis uſus non ſit. *l. 3. §. qui armati, de vi & vi armata. conſil. matrim. 21.* vel etiam ea depoſuerit. 1 2

§. 17. SUMMARIUM.

Metus à quo inferatur perinde est.

PErinde autem est, à quo metus inferatur. Nam sive magistratus, sive privatus vi aliquam cogat, ut nuptias prommittat, quicquid ejus causſa factum est, id pro nihilo habendum est. Exemplum est *apud Boccatium Novel. 93.* Idem dicendum si vel parentes vel fratres vim inferant, liberis vel sororibus.

§. 18. SUMMARIA.

1 *Minæ parentum an justum metum inferant.*
2 *Minæ parentum idem operantur quod metus verus.*

1 SEd an minæ parentum † (nam de verberibus dubium non est, *Bartol. l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quæ rerum actio non datur*) justum metum inducant, ita ut sponsalia contracta metu nulla sint? Existimaverim id ex oratione & verbis, quib. usi sint parentes, & minis statuendum. Nam si moderatæ sint minæ paternæ, rata erunt sponsalia. Sin verò atroces & graves, veluti se eas exhæredaturos vel abdicaturos, aut verberaturos, vel alium corporis cruciatum minitentur, justum metum existimaverim, qui in hominem constantem cadat, & matrimonium impediat. *l. nec. filium, l. si pat. de rit. nupt.* idq; in filiabus imprimis locum habere. *panorm. c. veniens, t. de sponsalib.* Recte Erasmus. In coercendæ puritiæ lascivia, valeat parentum severitas usque ad verbera, in negotio matrimonii persuasioni laus esto, coactioni nequaquam. Jason. *l. Titia de verb. oblig.* minarum qualitatem considerandam, & naturam parentum recte scripsit. Minor enim metus mulierem excusat, quam masculum, quod formidolosiores sint, ut supra explicatum est. Aliud dicendum, si filius vel filia pudore & reverentia quam parentib. debet, ducta, & ne patrem offendat, neve ad iram indignationemq; provocet, sponsalibus consentiat, cum tamen à sponso abhorreat. Neque enim is sese excusare & extricare potest, quod metu coactus fidem dederit, cum fuerit ἀδεὴς δέος non talis qui in hominem constantem cadit. Quod & Panor. tradidit *d. c veniens, n. 5.* Unde & sponsalia per parentes filii nomine contracta eo præsente & tacente valent, nisi constet, filium filiamue ob reverentiam

tiam & metum tacuisse & annuisse. *Panorm. c. none de præsumpt.* Quod tamen ita accipiendum est, si metus ille cum reverentia conjunctus justus sit, hoc est, qui in constantem virum cadat, veluti si fustuario, verberibus vel minis atrocibus, abdicatione vel exhæredatione eos crucient, & vexent, *l. si patre, & ibi glossa, de sponsalib. Didacus de sponsalib. part. 2. c. 3.* communem † refert, unde sentiunt Dd. minas parentum idem operari & efficere quod metum verum. *l. 1. §. quæ onerandæ & ibi Bartol. quarum rerum actio non datur, & in l. interpositæ, C. de transactionib. l. si per impressionem, C. quod metus caussa.* Nam sæpe comperi, puellas quæ cum fidem dedissent, tamen sponsalia hoc prætextu infirmare conabantur, cum tamen metus indicia nulla essent. Quare autem hæc ita legibus constituta sint, minime obscurum est, quod scil. matrimonia liberrima voluntate & amore potius, quam odio conciliari oporteat. Amor autem amore elicitur, probitate fide, non extorquetur violentia. Nam Deus ita creavit marem & fœminam, ut conjunctionis desiderio, & appetitu teneantur. Et appetitus ille amorq; nuptialis, natura insitus est hominib. Qua de caussa & amor ille inter sponsum & sponsam in sacris literis subinde incultatur & prædicatur, tanquam symbolum Christi & Ecclesiæ, cui nihil magis quam metus vis & alia molestia adversatur. Nam consensus liber esse non potest, neque cum judicio adhiberi, ubi animus metu commotus est, præcipue verò cadens in ætatem adolescentis teneram, aut in puellam præter ætatem & sexu imbecillem. Imò metu consternatus, furere quodammodo videtur. Furiosi autem nulla voluntas est. Quo spectat illud Terentii, vix apud me sum recte. Idq; Seneca *lib. 6. moralium quæst.* recte explicat. Nam quod aliquot insanis attonitisq; similes discurrere fecit metus, qui exercuit mentes, ubi privatus ac modicus est. Quid ubi publice terret, ubi cadunt populi, urbes opprimuntur, terra concutitur, quod & animis libentissimis convenire cupiunt, mirum est animos inter dolorem & metum destitutos aberrasse. Nō est facile inter magna mala non desipere. Itaq; levissima fere ingenia in tantùm venere formidinis, ut sibi exciderent. Nemo quidem sine aliqua jactura sanitatis expavit, similisq; furenti quisquis timet, sed alios cito timor sibi reddit, alios vehementius perturbat, & in dementiam transfert. Inde inter bella erravere Lymphatici, nec usquā plura exemplā vaticinantiū reperies, quā ubi formido religione

mixta mentes percussit, &c. Et metus omnium gravissimum est supplicium, & inter omnes res horribiles maximo terrore animos percellit, *ut eleganter apud Xenophontem Cyrus disserit lib. 3. παιδαγωγείας.* Deinde ut plane furere non videatur, qui metu coactus promisit, tamen jus præsumit nuptias sibi cordi non esse, quas promit. *Bonavent. dist. 29. q. 1 c.* Postremo quod nuptiæ coactæ tragicos exitus habere soleant *cum locum de sponsal.* Nam ubi alter ab alterius consuetudine abhorret, qui una vivunt, vita injucunda est, Dei invocatio omittitur, & alia cumulantur peccata, sequuntur adulteria & pœnæ, ita fruetur quidem maritus ad tempus opib. forma, genere uxoris: uxore nunquam, ut quæ ei animum nunquam dederit, ut Livii verbis utar. Ut recte Panegyres illa mulier *apud Plaut.* pronunciarit.

Stultitia est canes invitos venatum ducere.

Item:

Hostis est uxor quæ invita ad virum datur.

Itaq; recte Urbanus Papa, qui sponsalia inter Principem Jordanem qui filiam suam Reivaldo Rodeli filio desponderat, diremit, quod Reivaldus illa sponsalia metu coactus iniviſſet, *31. q. 2. c. 1.* Qua de causſa etiam lege vetitum est, ne Præses provinciæ aut quacunq; præditus potestate nuptias sibi aut suis quærat, quod lex præsumit eum sua auctoritate abusurum & Provinciales coacturum ad nuptias, *l. un. C. si quacunq; prædit. potest.*

§. 19. SUMMARIA.

1 *Remedia quibus puellis metum patientibus & passis succurritur.*
2 *Lutherus quatuor remedia recenset.*

1 NUnc de remediis quibus † puellis vel aliis metum patientibus & passis succurritur, videndum. Ne puellæ quod causſentur habeant, neve invitæ in nuptias conjiciantur, recte Pontifex constituit, ut quoties suspicio metus vel violentiæ subest, judex puellæ de loco minime suspecto prospicere debeat, ubi tantisper commoretur, dum de causſa cognoscatur, & quæstio de vi vel metu expediat. *c. cum locum, de sponsalib.* quod sequestrare vocant. Ita enim multis incommoditatib. occurri potest. Nam & puellæ de metu querentes,

rentes, usque ad concubitum audiendæ sunt, non post. *c. 28. de sponsalib.* Imo si puella viro tradita & domum deducta sit, & sponsum admittere nolit, metum caussata, adhuc dirimi posse matrimonium censet Pontifex *cap. 13. de sponsal.* Lutherus † quatuor remedia recen- 2
set, quibus puellæ metum passæ succuratur. 1. ut amicorum opem atque auxilium imploret. 2. ut de ea re apud magistratum queratur. 3. Apud Ecclesiæ ministros. 4. ut palam lamentetur & vociferetur, quo illa res omnibus patefiat, quod haud dubie etiam sufficiunt. Nam & magistratus politicus, vel etiam Ecclesiæ minister ipsemet intercedere potest, quo minùs matrimonium metu initum coeat. Congruit constitutio Regis Daniæ Friderici II. ut si quis se coactum caussatur, is ea de re palàm quæratur, alioqui non audiendus, post sponsalia & nuptias contractas: quod si verò his posthabitis illa sponsalibus consenserit, & se conjungi, tradi, domum deduci & benedici passa sit, matrimonium ritè contractum dicemus, ut quod publicè consecratum & firmiter stabilitum sit, neque audienda est, si coacta se caussetur. Aliud remedium quo metum passi succurritur, 3
est protestatio. Nam & illa ad metus probationem multum facit. *Quæ de re infrà, ubi de probationibus agemus.* His & illud adjice effugi- 4
um quo puellæ vel adolescenti vim passo succurri potest, ut si vi coactus fidem dare cogatur, neque protestandi aut voluntatem suam libere declarandi copia sit statim sese in viam det, & aliquo præripiat, & de metu illato eos qui illum incusserint, alioqui certiores reddat & prætestetur. Quò spectat vulgatus versiculus. Effuge cum poteris, ne consensisse videris. *gl. c. ad id de sponsalibus.* Itaque ad
eam facti speciem † quæ in consistorio nostro incidit, respondere 5
facilè est. Quidam puellæ nuptias expetebat, quæ tamen ab eo prorsus abhorrebat: profectus ejus loci qui nuptias illas conficere studebat, quod petitori faveret, puellam in arcem quandam deduxit, & apud eam institit, ut sitque ut conjugium promitteret. Illa quæ vereretur, ne si contradiceret, à profectò male tractaretur, se assentiri simulavit. Rogata num nubere vellet, respondit sibi placere conditionem. Paulò post exeundi copia data, illa contino sese in pedes conjecit, & in vicinam civitatem profugit, de vi & metu conquesta, & sponsalibus renunciavit. Convenitur à sponso, negat se teneri ex ea promissione quæ vi extorta esset. Absoluta

est, quod rebus ipsis & factis declarasset, sibi nuptias cordi non fuisse, idque semper non obscurè præ se tulisset. Et rectè: Nec enim libere potest consentire, qui clausus detinetur, & qui alio actu subsecuto se coactum professus est, *l 1. §. pen. ff de vi & vi arma. notatur in l. succurritur, ex quibus caussu major.* Nam ille qui custodem habet, non dicitur plena libertate frui, licet in carcere non hæreat. *Bart. l. qui in carcere ff. quod metus caussa. Bald. in consil. schismatis 3. col. & in T. C. si quis alium testari prohibuerit, & consil. 24. Italorum.* Deinde fuga manifeste arguit, & præsumptionem inducit, puellam non consensisse, etiamsi præ se tulerit, sibi placere sponsalia, ut quæ simul ac data fugiendi cópia erat, in viam se dedit & aufugit. *tex. & gl. 1. q. 1. c. constat & in c. ad id, & ibi*
6 *gl. extr. de sponsalib. & consil. 24. Italorum.* Aliud nobis suppeditat historia Frossardi. Comes Flandriæ pater Ludovici periit in pugna illa & victoria quam Angli habuerunt contra Gallos ad Abbevillam. Paulò post Angliæ Rex tractare cœpit, & matrimonium conciliare studuit, inter juniorem Flandriæ Comitem qui tum in aula Galli versabatur (nam eo cum patre profugerat rebus male constitutis in Flandria) & filiam suam Isabellam. Flandri rationem inierunt & modum, ut comitem à Gallo abducerent. Venit in Flandriam spe recuperandæ possessionis paternæ. Anglus interim diligenter rem illam agebat apud proceres Flandriæ, itaque res tractari, cum Ludovico de nuptiis agi cœptum. Is negavit se ducturum illius filiam, qui parentem suum interemisset. Cumque in sua sententia perstaret, nec aliud responderet, Flandriæ consiliarii in carcerem illum adduxerunt, non futurum liberum, nisi cònsilio seniorum pareret. Ille tandem molestia custodiæ adductus, persuasus est. Die sponsalibus dicta, Anglus una cum illius uxore & primoribus adfuerunt, tractatum negotium, consensit, & simul fidem dedit. Reversus in Flandriam non tàm accurate & arcte custodiebatur, ut antea. Sub tempus nuptiarum comitatus quibusdam ad venationem abiit, ibi simulans se falconem suum persequi, quem in ardeam emiserat, paulatim magis ac magis progressus, evasit ex illorum conspectu, & ad
7 Gallum rediit. Sed & historiæ † testes sunt, divinitus puniri illos qui invitos & reluctantes in nuptias conjiciunt. Qua de re insigne apud Plutarchum extat exemplum, quod ex eo Vives retulit *in libro de Christiana fœmina.* de Gamma uxore Sinati, quam cum deperiret

Sinorix

Sinorix Tetrarcha Galatiæ, Sinatum interemit per dolum, ut ea potiri posset. Paulò post de connubio allocutus est Gammam, in templo versantem, ferentem maritì mortem utcunque ut videbatur. Illa verò altum premens corde dolorem, occasionem quærebat, qua mariti mortem ulcisci posset. Sinorix autem qui impotenti ejus flagrabat amore, suppliciter admodum precabatur, orationeque utebatur ad rem accommodata, nimirum se Sinato esse præstantiorem, seque nulla alia de caussa Sinatum interemisse, quam quod ejus amore victus esset. Mulier autem non abnuebat iracunde, sed paulatim flecti visa est, nam familiares & necessarii ut Sinorigis gratiam captarent obnixe operam dabant, & suadendo, tundendo & quodammodo cogendo incumbebant. Tandem ea annuit, accersivitque Sinorigem in templum, ut consensus & approbatio mutua, pactaque connubialia, teste & indice Dea, celebrarent, illumque templum ingressum comiter excepit, & ad aram deduxit. Mos autem apud Galatas fuit, ut sponsus & sponsa inter se contrahentes ex eodem poculo vel phiala biberent, *ut suprà notavimus 4. cap.* Gamma itaque cum ei præbibisset ex phiala cujus ipsa partem prior hausit, alteram ei partem bibendam porrexit: inerat autem mulsum veneno temperatum. Ubi vidit eum ebibisse, exclamavit, & ante Deam provoluta genibus, testor te, inquit, sanctum numen & venerandum, quod hujus diei & temporis sustinui Sinato maritc meo supervivere. Intermedii enim hujus temporis nullam ex vita voluptatem cœpi, præter solam spem ulciscendi, quam ubi assecuta sum, ad maritum meum descendo. Tibi verò mortalium sceleristissimo, ministri tui sepulchrum pro nuptiis & lecto geniali parent. Hæc ubi Sinorix audivisset, sentiens, venenum serpere per vitalia, corpusque universum commovere, rhedam conscendit, ut sese agitaret & commoveret valdè, sed jam debilitatus in lecticam translatus exspiravit ad vesperum. Gamma verò, quum adhuc vitam tota nocte prorogasset, ubi Sinorigem mortuum cognovisset, lubens & læta animam exhalavit. *Hæc Plutarchus.*

Aliud eodem spectans. In Sicilia quidam Matthæus Notarius, qui suis technis ad summũ in aula dignitatis gradum evaserat, adolescentem neptis suæ nuptias recusantem authoritate & metu curiæ coegit

coegit ad ſponſalia contrahenda. Ad ea corrogati plures cives & primores civitatis Salernitanæ cum conveniſſent, repente corruens domus viros nobiles ac mulieres circiter 60. cum ipſa puella quæ deſpondebatur, oppreſſit. Ea res, inquit Hugo Falcandus, Salernitanorum animos non aliter conturbavit, quam ſi barbaris irruentibus, capte jam urbis viderent excidium imminere. Mulieres hinc inde ſparſis crinibus diſcurrentes vicos & plateas ululatu complebant. Civium autem quidam extrahendis de ruina corporibus operam dabant, alii domeſtica lugebant incommoda, vel amicorum mœſtitiam ſolabantur, nonnullæ quoque miſeram deſolatæ civitatis fortunæ miſerabant attoniti. Nam & apothecis clauſis contractus nulli fiebant, & ſcholæ velut indicto ſilentio quieſcebant, ipſoſque judices miſerandum urbis ac triſte exitium ab examinandarum litium examine ſuſpenderat. Tota civitas luctibus vacans, Matthæi notarii deteſtabatur ſcelera, qui tanti cauſſam præſtitiſſet infortunii. Sed de lege nihilominus, ubi jam ſuprà modum dolor excreverat inconſulte plurima loquebantur. Lex autem illa à Rogerio Rege lata erat, idque authore Matthæo notario, ne quis ſine permiſſione curiæ matrimonium contraheret. *Hugo Falcandus in lib. de calamitatibus Siciliæ.* Nec huic multum diſſimile factum narrat author hiſtoriæ Siculæ Thomas Tacellus *lib. 9. cap. 8.* de quodam Bernhardo Cræpera qui Blancam Reginam invitam ducere, conabatur. Res autem ita habet: Mortua Regina Siciliæ Maria Friderici Regis filia ſine liberis, Bernhardus Cræpera ad regnum adſpirabat, eo fretus, quod ſummum magiſtratum gereret (Siculi Projuſtitiarium nominant) & quod Arragonia inteſtinis bellis laboraret. Atque ut eo facilius Rex exoriretur, Blancam eximiæ ſingulariſque formæ mulierem ducere conſtituerat, quod Blanca Mariæ Reginæ mortuæ jure ſanguinis & propinquitatis ſuccederet, ideoque à Siculis eligenda eſſet. Cum autem prævecta eſſet ætate Bernardus, vereretur, ne illum Blanca reſpueret, rem dolis aggreſſus, eam in monaſterio monialium Catanæ urbis, ubi diverſabatur, comprehendere ſtatuit: ſed illa dolum ſubodorata in arcem clàm ſeſe recepit. Bernardus cum videret hæc non ſucceſſiſſe, alia via aggrediendum cenſuit. Itaque ut ſuſpicione ſeſe purgaret, Reginæ Blancæ colloquium petiit, quod illa non recuſavit. Verùm cum neuter alteri fideret, convenit, ut

Blanca

Blanca de puppi triremis, Bernardus vero de ponte cui triremis hærere ſoleret, ſermonem haberent. Ibi tum Bernardus poſt multa verba ultro citroque habita, Reginæ mentem ſuam aperit, & quod illam uxorem cuperet, explicat, id ubi Regina intellexiſſet, hominem ætate & conditione diſparem, & inferiorem contemnens, ſermone interrupto in altum cum triremi provehitur. Cræpera qui ſe contemptum videret, ſui ulciſcendi cauſſa, collectis copiis Siciliam percurrere, ac multa oppida, quæ Blancæ ditionis erant, vi invadere, & inter alia Syracuſas, ubi Blanca Regina domicilium habebat, & regiam occupavere: Reginam quæ in arce vicina civitati eſſet, obſidere, & noctu & interdiu maxima vi oppugnare, ut iis expugnatis regnum Siciliæ antequam in Arragonia rex conſtitueretur, occuparet. Sed regni proceres Joannes Montocatius, Sancius & alii, & Raymundus Tores, qui Bernardo ob novos motus eſſent infenſi, collectis militibus Bernardi caſtra invadunt, ac milites fugant, & hac ratione arcem obſidione liberant, & Syracuſas hoſtibus profligatis recuperant. Regina liberata & metu conſternata triremem conſcendit, & Panormum navigat. Interim Rex Arragoniæ Ferdinandus nuper electus cognitis Siciliæ motibus, legatos ſuos è Catalonia in Siciliam miſit, qui Bernardum cum Regina & Sancio reconciliarent; Bernardus ubi accepiſſet Reginam Panormum ſeſe recepiſſe, & legatos Drepanum adventaſſe eam Panormi, priuſquam legati eo veniſſent, aggredi ſtatuit. Itaque urbem intempeſta nocte clam ingreſſus, maximas turbas dedit. Id cum Regina intellexiſſet, illa exanimis prope è cubili proſiliit, ut quæ ſciret ſe magis quam urbem peti, neq; illi tempus ad induendas veſtes dabatur. Itaque una cum aliis mulierculis quæ in Gynecæo erant, ſeminuda, & capillis paſſis è cubiculis erumpit, animi incerta, quo ſeſe conferat, aut quod conſilium capiat. Tandem ſuccurrit in portu triremem vicinam eſſe, qua ſe ſervare poſſet. Triremem autem illam legatis vehendis deſtinatam Bernardus remoratus erat. Ad eam igitur recta contendit, reductiſque ſupra genua veſtibus, mare una cum pediſſequis ingreditur, maris altitudinem aut frigus hyeme nihil reformidans; & ad triremem quæ jactu lapidis à littore aberat, pervenit, non auſa inclamare navarchum, ne ab hoſte exaudiretur, quem ſuis cervicibus imminere credebat. Navarchus tandem excitatus à vigilibus, Reginam, cæteraſque

raſque in ſcapham impoſitas excepit in triremem, & eam ad Soloentì portum deportavit. Bernardus arcem obſidere cœpit, & cum videret, Reginam fuga ſibi ſalutem conſuluiſſe, Soloentum petit, & inde ſeſe Reginæ oſtentans eam nunc blandis verbis, nunc minis & terroribus compellat, & quod hactenus diſſimulaverat, aperte profitetur, nimirum ſe Reginam uxorem una cum regno expetere. Legati ubi Panormum veniſſent, Bernardum ut ab in cœpto deſiſtat, monent, ſed fruſtra. Dum arcem Panormitanam obſidere pergit, Antonius Montocatius Adriani Comes cum ſuis & Sancii Copiis Reginæ auxilio venit, per nuncios Bernardo imperat, ut arcem Panormitanam obſidione ſolvat, quas urbes vi cœpiſſet, Reginæ reſtituat, eam demum ut ſummum magiſtratum agnoſcat, hortatur. Sed ille edictis & monitionibus locum nullum reliquit, & majori parte copiarum inſtructus Antonio occurrit. Ibi Bernardus irruentibus in eum hoſtibus circumdatur, capitur, & in Sancii poteſtatem traditur, & in S. Anaſtaſiæ oppidum in arcis ciſternam, quæ vacua erat dimittitur. Ciſterna non multo poſt cum magni imbres eſſent, & Sancii juſſu aquæ ductus laxarentur, aqua repleta eſt. Bernardus cum jam natante lectulo in vitæ periculo verſaretur, vociferari, auxilium hominũ implorare, ſed nemo è familia illi reſpondere. Tandem quidam præ ſeferens, ſe tunc primum clamorem audiiſſe, ei reſpondet, & properanti ſimilis diſcrimen, in quo Bernardus conſtituꝰ eſſet, nunciat. Sancius miſeranti ſimilis ei ſtatim ſuccurri imperat. Itaq; è profundo lacu, obſcuraq; teſtudine, veſte, capillo, totoq; corpore madidus Bernardus educitur, qui paulo ante ad Siciliæ regnum adſpirabat. Extractus rurſus in carcerem transfertur graviorem, obſcurum, fœtidum, ſqualidum: ubi cum aliquot dies heſiſſet, & jejunio ſeſe maceraſſet cuſtodi adulatus, eum ſibi familiarem benevolumq; reddidit, & orare cœpit, ut ſe carcere abire permittat, mille aureos pollicitus, antequam pedem carcere efferat, ac poſt liberationem plura munera ſe daturum recepit, cuſtos homo vafer ac callidus, rem ad Sancium defert. Sancius jubet ut petenti annuat, & pecuniam ſibi numerari curet, atque alia quæ ad ipſius ludibrium excogitaverat, edocet. Cuſtos itaq; Bernardo fidem dedit, idque juratus, ſe primo diluculo illum carcere dimiſſurum, quo die etiam pecunia per amicos Bernardi repræſentatur, & cuſtodi numeratur. Nocte inſequenti cum tenebræ incu-

incubuiſſent Bernardus caligis complicatis nulla amictus veſte ſubmiſſo funè è feneſtra à cuſtode dimittitur. Dum igitur lubrico funo Bernardus è feneſtra delapſus, penè dimidium deſcenſum abſoluiſſet paratis ad eum excipiendum retibus, inſtar feræ, callibus captæ involvitur, ac ſuſpenſus aere retinetur. Mira confuſio: conabatur ſeſe in præceps dejicere, vel in feneſtram unde delapſus erat recipi, vel etiam rebus deſperatis ſibi ipſi mortem conſciſcere, neque poterat. Igitur cum illuxiſſet, totum diem retibus circumplicatus & irretitus ridiculum omnibus ac miſerandum ſpectaculum præbuit. Nec enim illi licebat vultum avertere ad tranſitum amicorum & illorum, qui illi adverſarentur, ſed immobilis, aperta omnibus fronte, funibus circumdatus & conſtrictus ſeſe ab alto oſtendebat, ſub veſperam in eum locum unde erepſerat deductus eſt, aliiſque ludibriis eſt affectus. Quæ ubi Ferdinando Regi nunciata eſſent, Bernardus ejus juſſu vinctus legatis traditur, qui eum ſtatim Barcinonem miſere. Ferdinandus tamen Rex poſtquam graviter perfidiam ac temeritatem ejus increpaſſet & objurgaſſet, Bernardo hoc delictum condonavit, & eum in honore priſtino habuit.

§. 20. SUMMARIA.

1 *Perſuaſio nimia metui comparatur,*
2 *Species facti.*

QVæ de metu † diximus, ea quoque locum habere cen- 1
ſent Dd. ſi quis importunitate, perſuaſione & inſtigatione indefeſſa & continua inſtiterit & urſerit, & puellam eo perduxerit, ut conſentiat: quod ejuſmodi continua compulſio, non minus actum inutilem reddat, atq; metus, *l. 1. & ibi Bald. C. de petit. bono. ſublata lib. 10. notatur c. ſuper literis de reſcript.* Et perſuaſiones comparantur compulſioni ſive errori, *l. 4. §. perſuad. de ſervo corrupto gl. & Bald. lib. 1. C. ne filius pro patre.* Nihil enim tam contrarium eſt conſenſui, quam error, *l. ſi per errorem ff. de juriſdict. omni. judic.* Solonem refert Plutarchus judicaſſe, & ſtatuiſſe, nihil intereſſe diſcriminis, perſuadeaturne alicui ſecus quam expediat, an verò is cogatur: eodemq; numero habuiſſe fraudem voluptatemque cum neceſſitate & morbo: quod

in pervertenda hominis ratione tantundem utraque valerent, *in Solone*. Species facti est, *in conf. 15. matrim.* de eo, qui puellam vexando, tundendo & urgendo impulit, ut fidem daret alicui statim post horas duas quam pater mortuus esset, cum in luctu versarentur, & quid agerent nescirent, & quod indecorum esset, sponsalia inire, cum pater animam agit, & extremum vitæ spiritum ducit, & quod sponsalia solent differri propter mortem patris, *l. sæpe, de sponsalib.* Ergo multo magis contrahenda. Deinde puellam turbatam mœstam & anxiam ob mortem paternam, fidem dedisse. Quis enim in morte paterna non turbatur? *l. hac consultissima §. at cum humana fragilitas, qui testa. facere possunt.* Nam & eo tempore nemo potest in jus vocari, *l. 2 finali, de in jus vocando.*

§. 21. SUMMARIA.

1 *Metus quomodo probetur.*
2 *Metus an probetur per domesticos testes.*
3 *Metus an probetur per unum testem.*

1 NUnc videndum & discutiendum, quibus rationibus † metus probetur, & cui incumbat probatio? Sciendum itaq;, quod leges præsumunt, eum qui sponsalia contraxit, sponte id fecisse, & sua voluntate. Ideoq; qui metum allegat, vel vim, eam demonstrare & probare debet. Neque enim ejus simplici affirmationi aut assertioni creditur. Testibus itaque & aliis conjecturis metum probari tradunt Dd. *l. ob turpem, de condict. ob turpem caussam l. interpositas C. de transact.* Quo spectat illud Innoc. plus fidei adhibendum esse duobus testibus affirmantib. metu aliquid gestum esse, quam sexcentis aliis, qui libere aliquid factum affirmant *c. super hoc de renunc.* Et hisce rationibus movetur, quod qui metu aliquid gestum affirmant, de iis testentur quæ sensib. exteriorib. hoc est, aurib. & oculis percipere potuerunt. Qui verò absque metu & libere contractum affirmant, quasi de re dubia, incerta, & in animo recondita, quæ oculis auribusque percipi non possit, testimonium perhibeant, quæ sententia vulgo recepta est, & probata *teste Decio c. fin. de appell.* Testes autem erunt omni exceptione majores, quales in reliquis contractib. Sed
2 an † per domesticos verbera & minæ probari possint quæritur? Et

censent

censent Dd. probari posse; si quidem domi quis verberatus sit, aut minitatus sit alicui, *gl. in c. cum dilecti, in verst. etsi tres, de electionib. & c. fin. de testib. cogend.* ubi traditur, recipi testes perjuros & criminosos, ubi qui probet nemo est alius. Sed † an unus testis ad metus probationem sufficiat, quæritur? Et Cœpolla *cant. 144.* plenam fidem eum facere existimat. Sed tamen vix est, ut ea sententia defendi possit, idque quod in omni re probanda duo ut minimum testes requirantur, *l. ubi numerus, de testib. l. 9. C. te testib. Alciat tract. de præsump.* Et quod unus testis, nullus sit testis. Ita Ciceronis testimonium in causa Clodii non fuit admissum, neque probatum. *Valer. Maxim.* Idque rationis est. Nemo enim non videt perfacilè esse aliquem subornare, qui testaretur puellam metu adductam promisisse sponsalia, vel gratis vel mercede conductum. Et hac ratione sponsalia ritè contracta facilè infirmari & subverti posse: *& ita sentit Didacus.* Denique in arbitrio judicis erit relinquendum, an metus legitime & satis probatus sit. *innocent. Abbas & Dd. cap. cum dilect. de his quæ vi,* Protestatio etiam ad metum probandum multum facit. Verbi gratia: Si patre filiam despondente ipsa protestata, & disertis verbis professa fuerit, sibi non placere nuptias, seque metu coactam consensisse.

§. 22. SUMMARIA.

1. *Protestatio multum facit ad metum probandum.*
2. *Protestatio an possit clàm fieri.*

1 PRotestatio † in ipso actu adhibita ad metum probandum non parum habet momenti, *c. Lotharius 13. q. 2. & gl. latè.* Itaque si filia antequam sponsalia tractentur, protestetur, se consentire non posse, neque velle: & postea sequatur actus tractatus vel conventio, lex præsumit, quicquid gestum est, metum gestum esse. *Panorm. c. 1. de his quæ vi metu.* Quæ præsumtio onus probandi in adversarium transfert, ut demonstrare cogatur, libera voluntate sponsalia contracta esse. Et hæc protestatio ut efficax sit, & alleganti prosit, coram viris honestis fieri debet, & publicè. Quæritur, si quis metu coactus protestari in illo actu publicè non audeat, quod illa

res illi detrimento esse, aut damno, aut periculum parere possit? Poterit etiam † & in occulto protestari, aut absente eo, qui metum incusserit? *Jas. l. pacta novissima C. de pact.* modo ante actum protestetur. 2

Neque tamen ea de causa protestatio vana erit. *Dd. l. qui in aliena §. 1. de acquiren. hared. Ripa. c. cum M. nu. 115. de constitut. Didac. 2. part. c. 3. nu. 12. § 5. cons. matrimon. 77.* Qui vivente cancellario protestabatur. Etsi autem protestatio ad metum probandum multum adjumenti habet, tamen & absque ea nihilo minùs metus probari potest, & ea quæ metu gesta sunt, rescindi. *Estque communis & recepta omnium Doctorum sententia, & ita in summo urbis Romanæ prætorio judicatum esse, refert Covarruvias num. 12.* Quod si verò puella absens in carcere vel aliis detineatur, ut remedius hisce uti non possit, & alicui desponderetur, & illa testibus fide dignis docere posset, se nunquam consensisse, eam etiam post concubitum audiendam esse, de vi illata existimaverim. Idque Theologis probari video, & ego verum putaverim, dummodo constet, eam invitam etiam viro concubuisse, & vi coactam esse. Quod etsi vix fieri potest, tamen factum esse aliquando notum est. Nam vi rapta censetur, & inter raptam & raptum matrimonium nullum est, imò capitis pœna plectitur qui vi puellam rapuerit, nisi illa postea persuasione ducta, & blandis verbis illecta consenserit, & nuptias suo consensu probaverit; Idque satius est. Nam tunc matrimonium, quod nullum erat, fieri consensu, dicendum est, quo spectat lex apud Senecam *libro controversiarum*, Rapta raptoris mortem aut nuptias eligat. Ita Sabinorum fœminæ raptæ, tandem uxores consensu factæ sunt, & puellæ Sylo, eadem ratione; sed illas necessitas excusavit, ut qui non vi sed necessitate illas rapuerint.

§. 23. SUMMARIA.

1 *Metus illatus quomodo purgetur.*
2 *Metus purgatur facto.*

1 NUnc videndum, qua ratione metus illatus purgetur, adimatur seu amoveatur? Et libero consensu subsecuto eum purgari

purgari dubium non eſt. Itaque ſponſalia metu contracta firma erunt, ſi metu ceſſante & amoto, is qui fidem dedit, libere conſentiat, idque expreſſis verbis fateatur is, cui metus illatus fuit, id tamen non in inſtanti fieri oportet, ſed ex intervallo, & quidem metu amoto, & in loco tuto ſecuro & libero. Nam ſi quis detentus & metu compulſus fidem dederit, & poſtea in eodem loco interrogatus, num libenter deſpondiſſet, reſponderit, ſeſe libenti animo id feciſſe, metus nondum purgatus cenſetur. *conſ. 77. num. 9. matrimoniali*, etiamſi ſe hilarem & lubentem præbuerit, puellam deoſculatus, amplexus; compotatione facta. Vel ſi expreſsè dixerit, & his verbis uſus ſit, ſponte facio, quicquid facio, nam his verbis non purgatur metus, ſed geminatur, *argumento l. doli. §. diverſum ff novationib. Bald. l empt. 1. col. C. plus valere quod agitur. Eberhard. conſ. matrimon. 4* Sed † etiam rebus ipſis & factis purgatur metus. Quid 2
enim ſi poſt metum illatum puella ad concubitum volens admittat eum qui metum intulit, neque ullo modo reſtiterit, *c. 2. & 31. de ſponſalib.* certè voluntate ſua coacta eſſe dicetur, *ut ille apud Terentium loquitur.* Ideoque hic metus prætexi non poteſt. Quid ſi longo tempore concordes una vixerint, & alterutter fugiendi etiam & proteſtandi copia data, metum prætexere velit. Certè audiendus non eſt. Nam longa cohabitatio metum, ſi quis fuit purgavit, *c. ad id quod & c. 21. de ſponſalib.* Spatium autem temporis, quo metus purgatur cohabitatione, doctores annum cum dimidio ſtatuunt, ſi mulier in illius domo habitet, qui metum intulit, *c. ad id, ubi Dd. notant de ſponſalibus.* Unde ſi quis metu compulſus fidem dedit, & in puellæ amplexus non multò poſt tempore venit, nondum amoto metu & purgato, matrimonium contractum cenſetur. *Qua de re facti ſpecies conſ. 43. matrimon.* Itaque haud ſcio, an excuſari poſſit Ludovicus XII. Rex Galliæ, qui cum invitus Ludovici XI. filiam duxiſſet, eam poſt concubitum repudiavit, hoc prætextu quod metu adactus eam duxiſſet, & in amplexum ejus veniſſet, ſe enim veritum, ne uxor eum apud patrem Regem potentiſſimum deferret, & in diſcrimen aliquod adduceret. Atque hoc colore Pontifici cauſſam ſuam probavit, ut in divortium conſentiret. Itaque repudiata uxore Ludovicus Annam duxit Britannorum principem, quod factum ita excuſare conatur Connanus *lib. 5. comment. c. 4.*

Sed

Sed tamen si in facta Principum inquirere licet, multa sunt quibus quis adductus statuat, illiberaliter & male fecisse Ludovicum, qui post concubitum uxorem repudiavit, pejus Pontificem, qui divortium probaverit & admiserit. Nam ut demus Ludovico XI. cogente Ludovicum XII. duxisse filiam, quam non duxisset si sui esset arbitrii, contraxit tamen matrimonium, quod tamen inter invitos non contrahitur. Maluisse tamen videtur *l. si patre, de ritu nuptiarum.* Deinde cum nemo invitus mulierem complectatur, sed in venerem incitatus & volens, sequitur Ludovicum XII. post expletam libidinem jam amoto metu audiendum non fuisse, quod diceret se metu coactum mulieri concubuisse. Nam post concubitum metus etiam maximus purgatus esse censetur, *c. consultationi de sponsalibus.* Potuisset enim ab ea se abstinere, siquidem eam uxoris loco habere noluisset, & eam à se integram dimittere, quemadmodum Cæsarem Augustum fecisse legimus. Nam cum is importunitatem & factum Fulviæ socrus suæ, ut quæ mulier, etiam gladio sese accingere solita fuit, ferre non posset, cum filia ejus, quam nunquam attigerat, fecit divortium, & jurejurando affirmavit, eam adhuc virginem esse, & se tanto tempore illam illibatam & integram apud se habuisse. Idque diu ante statuisse, & non obscurè præ se tulisse, quod sibi hæ nuptiæ nunquam cordi fuissent. *Dionys. lib. 48.* Et *apud Terent. in Hecyra actu 1. scena 2.* Pamphilus non attigit virginem duobus mensibus *3. Hecy. 4.* quod vereretur, ne eas posset tolerare nuptias. Itaque his assentior, qui Ludovicum culpandum censent, quod uxorem repudiavit alia ducta, & ea de causa divinitus punitum esse, quod nullo masculo hærede relicto, decesserit. Sed ejus divortii causam rectè Bellonus expresit, quod scilicet Rex Britanniam admittere nollet, & quod Alexander VI. Borgia filii extollendi avidissimus omnes ampliandi imperii occasiones quæreret.

§. 24. SUMMARIUM.

Si quis uxorem alterius coegit vivente marito alii nubere an constet matrimonium?

Hic rursus suboritur quæstio, quid si quis uxorem alterius coegit vivente marito alii nubere, & matrimonium consumma-

ſummatum ſit concubitu? Certum eſt, nuptias poſtremas coactas, licet concubitu conſummatas ipſo jure nullas eſſe, priores autem ratas manere, neque hoc caſu, concubitu metum purgari. Exemplum eſt *apud Ælianum lib. 12. & Plutarchum.* Dionyſius Tyrannus Dionem relegavit, & uxorem ejus Ariſtomachen una cum filio vi retinuit, & cuſtodire juſſit: Sed nec ita ſatiatus, Ariſtomachen, ſatelliti Syracuſano, quem maximè charum habebat, deſpondit, & nubere coegit. Nō multo poſt Dion Dionyſium ad Locros vicit, ejuſq; exercitu profligato Syracuſas cœpit. Ibi Arete Dionyſii uxor eum alloquuta, pro uxore interceſſit, ejuſq; cauſſam egit, Ariſtomache verò præ pudore maritum alloqui non auſa, ſeſe occultabat, quod vi coacta conjugii leges violaſſet, cum autem ei patrocinaretur Arete ſoror, & vi coactam nupſiſſe doceret, Dion veluti cenſor æquiſſimus, uxorem ad ſe accerſit, eamq; una cum filia domum redire juſſit. Et recte, nam qui quem in carcerem compegit, ut ei aliquid extorqueret, quicquid ejus rei cauſſa factum eſt, id pro nullo habendum eſt, *l. penul. de his quæ vi metuſve cauſſa.* Ita Juſtinianus Imperator Conſtantinopolitanus Eliæ Cherſoniorum præfecti, quod ab illo defeciſſet uxorem ſervo, Indo coquo nubere coegit. *Zonaras Tom. 3. fol. 79.*

§. 25. SUMMARIUM.

Metu coactus adoleſcens deprehenſus cum virgine ſi fidem dederit an matrimonium cenſeatur.

AFfinis huic eſt quæſtio, ſi vir vel adoleſcens una cum virgine in eodem lecto deprehendatur, & parentibus & cognatis puellæ ei mortem minitantibus, & mucronem in ventrem intentantibus, fidem de illa ducenda dare cogatur, utrum ex ea promiſſione teneatur, ut illam ducat? Et certum eſt non teneri, neq; matrimonium promiſſum eſſe ratum, niſi ſequatur concubitus, qui metum præcedentem purget, & conſenſum quodammodo geminet. *Gail. lib. 2. obſervatio. 93. n. 25. 26. Panormitan. cap. conſultationi de ſponſalibus num. 7.* Nam ſecuto concubitu rebus ipſis & factis voluntatem ſuam declaravit, & metum qui inerat promiſſioni verbis factæ, purgavit, argumento *l. ſed & ult ff. de legibus.* Idem dicendum, ſi ſponſus metu mortis ſponſam amplecti & inire coactus fuerit. Nam & hoc caſu ſponſalia

in verum matrimonium transeunt *ut late disputat Didacus num. 11 primæ partis cap.* 4. Sed tamen Theologi recentiores censent æquum esse, ut qui una cum virgine ἐπ' αὐτοφόρῳ, ut ita dicam deprehendatur, & conjugium metu coactus promiserit, cogatur eam quam vitiavit ducere. Idque ex præscripto legis Mosaicæ quæ exstat *Deut.* 22. & jubet compressas ducere, & dotem eis attribuere. Nam hæ promissiones neque involuntariæ & coactæ, sed quodammodo mixtæ sunt, Decius qualificatas appellat, *l. velle de Regul. Juris*, ut in quibus voluntas ex duobus malis imminentibus, & sponte quodammodo suaque culpa accersitis, quod minus censet, eligit. Et voluntarium mixtum plus habet de voluntario, quam involuntario, & αὐθαίρετον κακὸν sibi ipsi imputet, qui accersierit. Neque enim caussari potest is, se injuria plecti, qui delicti gravissimi, hoc est, violatæ castitatis & pudicitiæ pœnas perfert, quod delictum quantum sit, suprà late explicavimus. Quo spectant verba *Luthers*. Jm Fall wenn einer begriffen wird mit einer Magd daß man sie jhme mit der Art ubt / sol solcher Zwang auch gelten? Dieser Zwang gilt nicht/denn die Magd sihet/daß es Zwang ist/ vnd wird nicht betrogen/ doch ists recht / daß man jhnen zwinge sie zubehalten /vmb des willen daß er sie zu nicht gemacht hat *Exod.* 20 Unde efficitur vim illatam non valere neque excusari posse, interim tamen eum, qui vitiavit, illam retinere debere, non propter metum illatum, sed propter vitium illatum. Quæ sententia etsi æquitate nititur, *quemadmodum sup. cap.* 10. *demonstravimus*, tamen haud scio, an jure Romano & nostris moribus defendi possit. Sed quid vetat legem Mosis à Deo ipso latam in usum & forum revocare, quod ad stupri pœnam attinet? Nam ea velut speculum nobis exhibet, quid rectum, quid æquum sit, quid iniquum & pravum, quid Deus approbet, quid damnet, Neque caussabitur quisquam, si judex puellam retinere jubeat eum, qui illam vitiavit, sibi injuriam fieri. Nam qui Deum auctorem & ducem sequitur, nunquam aberrabit, neq; cuiquam injuriam facit Deus autem vitiatas ducere jubet, ut hac ratione pudicitia erepta quodammodo illis restituatur: idque æquitati maximè est consentaneum. Deinde qui metui caussam stupris & adulteriis dedit, ut hoc casu, metus exceptione sese tueri non potest *Didacus num.* 7. Nam & coacta est voluntas, *ut ait JCtus l. si mulier §. si metu, quod metus caussa*. Et qui pejerat ut vitam redimat, utique id velle dicitur. Nam vult facere, quia

re, quia vult vivere, *ut ait Auguſtinus, cujus verba recenſentur. 15. q. 1. c. merito.* Et qui coactus à populo manumiſit ſervum, dicitur huic facto voluntatem ſuam accommodare, *l. ſi privatus, qui & à quibus manum.* & ſervus licet coactus adierit hæreditatem, dicitur tamen id voluiſſe, quia vult liber eſſe, *cap. cum proponas circa finem, de hæred. inſtituend.* deinde non voluiſſe ſimpliciter dicitur, qui coactus voluit, ſed ſecundum quid. Eſt enim voluntas qualificata *ut ait Decius l. velle de Regul. Juris.* Ita ſi metus culpa alicujus inferatur, aut delicto, juſtus non cenſebitur, ut matrimonium irritum ſit. Nam ſibi imputet, quod ſibi malum accerſierit, cum ſuæ fortunæ faber ſit. *Verbi gratia*: Jure Civili ſtupri pœna capitalis eſt, *ut ſupra explicavimus.* Si quis itaque puellam ſtupraverit & eam malit ducere quam vitiavit, potius, quam capite pœnas luere, cauſſari non poteſt, ſe vi vel metu coactum ducere vitiatam. Similis huic quæſtio apud Senecam *in controverſiis* exſtat; Lex eſt. rapta raptoris mortem eligat, aut nuptias. Quod ſi nuptias eligat, raptor ducere cogendus erit. Nam inter duo mala, quod minus eſt eligit, nimirum nuptias. Quis enim non malit ſibi uxorem dari, quam vitam amittere? Nam qui metui cauſſam dat, ſuis malefactis & criminibus, quæ pœnam merentur, metum prætexere non poteſt; ut & hoc caſu, qui ob ſtuprum illatum vim patitur & metum. Certe metus juſtus non eſt. *Didacus fol. 44. num 9.* Item, ſi lex ſit, ut capitis damnatus ſi meretricem ex bonis prognatam ducere velit uxorem, liberetur, is qui duxerit, metum allegare aut prætexere non poteſt. Nam ipſe ſuis delictis metum ſibi intulit, ac timor mortis plus ab eo aufertur, quam infertur. *Didacus.* Idem ſtatuendum de quocunq; crimine, quod mortis vel aliam graviſſimam pœnam, & per conſequens metum, qui in conſtantem virum cadit infert, ut ſi quis ejus evitandi cauſſa nuptias promittat, metum allegans audiendus non ſit, cum ipſe ſibi auctor ſit calamitatis & metus. Oreſtes cum matrem Clitemneſtram occidiſſet, à patre Tyndareo cædis accuſatus, parum abfuit, quin à populo in concione interemptus eſſet, ſed tamen poſtea ope Achillis liberatur, ea tamen conditione, ut Hermionem ducat. *Euripides in Oreſte.* Certe hic nullum metum prætexere potuit quaſi invitus Hermionem duxiſſet, cum ipſe ſuæ calamitatis ſibi auctor exſtiterit.

§. 26. SUMMARIUM.

Metus illatus quamdiu duret.

POstremo hoc loco quæritur, quanto tempore duret metus illatus? Et tam diu durare præsumitur, quoad durat causa metus. *Nevizanus.* Et metus continuari dicitur, quando eadem ratio viget in actu secundo vel tertio, quæ in primo. Unde quicquid deinceps fit, metu initum, & pro nihilo habendum est.

§. 27. SUMMARIUM.

Metu promisisse affirmanti an juramentum deferri possit?

AN verò ei, qui metu se promisisse affirmat, juramentum deferri possit, ut juret se sponte non promisisse? Et existimaverim posse. Nam jurejurando, ea quæ in mente & conscientia latent, patefiunt, & cognoscuntur. Imò & qui se coactum promisisse dicit graviter monendum censent Theologi, ut diligenter secum meditetur & perpendat, quo adfectu & intentione promiserit, ne in conscientiam peccet. Nam quod ad judicium conscientiæ attinet, si consensus, interior adfuit etsi exterior coactio præcessit, matrimonium promissum & ratum censendum est, propter consensum interiorem verbis expressum. *Durandus lib. 4. distinct. 30.* De interiori autem consensu, seu animorum, nemo judicare potest, nisi solus Deus.

§. 28. SUMMARIUM.

Metus post benedictionem allegari potest.

METus autem semper prætexi & allegari potest, & justam excusationem adfert, ei qui fidem dedit, etiam post benedictionem. Idque expresse statuit Pontifex *c. 28. de sponsalibus.* & tam diu quoad non accesserit concubitus. Itaque usque ad thori communicationem, hoc est, copulam audiendam puellam recte sentiunt Theologi & Canonistæ, quæ causatur, se metu adactam consensisse, & viri congressum pertinaciter & prorsus refugit. Quo spectant verba *c. 28. consultationi, de sponsalib.* De illis quæ benedictione accepta,

statim

ſtatim à ſponſis aufugiunt, ante carnis copulam ſubſecutam, aſſerentes, ſe nunquam veraciter in illos conſenſiſſe, ſed metu illato compulſas verba protuliſſe conſenſus, licet animo diſſentirent, non ſtatim eſt audientia deneganda, ſed de illato metu eſt cum diligentia inquirendum, & ſi talis metus fuerit illatus, qui in conſtantem virum cadere poſſit, erunt non immerito audiendæ. Nam & denegatio concubitus non minimum indicium præbet, conjugem vere non conſenſiſſe. Idque Cæſar Auguſtus prætexuit, cum filiam Fulviæ remitteret, & apud Terentium Pamphilus virginem non attigit, *ut ſuprà explicavimus* §. 23. Idque accidiſſe & ſervatum fuiſſe in matrimonio Guilielmi Ducis Clivenſis & Joannæ Reginæ Navarræ ſcribunt. Nam fama eſt, illam invitam hiſce nuptiis conſenſiſſe, *ut Belloni verbis utar*, impetraſſeque à matre ob teneram ætatem & valetudinem filiæ, ut Clivenſis horis aliquot tantum recumbenti ſimilis lectulo aſſideret, nec tum illius attentaret pudicitiam. Quæ cauſſa fuit ut ruptis poſtea fœderibus, matrimonii fœdera rupta irritaque fuerint conteſtationibus etiam probatis, quibus metus clare detegeretur. Interim tamen nuptiæ ſimulatæ celebratæ erant ad caſtrum Heraldi, non ſatis tamen ex animi ſententia patris & matris, qui alias conditiones filiæ quæſierunt. Quæ an ita ſe habeant, ego in medio relinquo, neque latius inquirenda cenſeo. Deus & ipſi norunt, qui ſponſalia & matrimonium inierunt, & qui iis rebus tractandis interfuerunt. Imò & poſt concubitum, ſi vi raptam aut coactam in amplexus viri veniſſe conſtiterit, audiendam exiſtimaverim, ut ſuprà tradidimus.

§. 29. SUMMARIUM.

Metus effectus.

EFfectus hic eſt violentiæ, ſeu metus, ut ſponſalia ſeu matrimonium metu promiſſum, nullum ſit, ipſo jure. *Eſtq; omnium interpretum recepta ſententia. c. cum locum, c. veniens, de ſponſal. c. ſignificavit, de eo qui duxit in matrim. Didac. 2. part. c. 3. §. 5.* Idque etiam locum habere, etiamſi matrimonium promiſſum juramento ſit firmatum. *c. 2. de his quæ vi metuve cauſſa.* Quamvis jusjurandum metu præſtitum, non ſit nullum ipſo jure, ſed ab eo petenda abſolutio, *c.*

debiteres. & c. verum de jurejurand. ubi latissimè Dd. tractant. Et ante absolutionem juramenti, non posse eum qui juravit, cum alia nuptias contrahere, & si id faciat peccatum esse maximum seu mortale. *Didac. 2. part. §. 5. latè species facti est in consilio 43. matrimon. Italorum, de eo qui coactus juravit se ducturum.*

§. 30. SUMMARIUM.

Formula sententiæ.

FOrmula autem sententiæ, qua in sponsalibus metu contractis uti solent hæc est.

IN Sachen N. Klägerinnen an einem / vnd Beklagten anders Theils/ ein Ehegelübd belangend / so N. jhr N. sol gethan haben/ vnd aber N. solches aus Furcht geschehen zu seyn einwenden thut / sprechen wir verordente des Consistorii, weil aus den Acten so viel erscheinet / daß Klägerinnen Bruder Beklagten N. mit einen Handrohr vberlauffen/ vnd zuerschiessen geträwet/ im Fall er seine Schwester zur Ehe nicht nehmen werde/ wodurch Beklagter gezwungen/ jhr aus Furcht die Ehe zugesagt / als wird solche vermeindte Zusage für nichtig vnd krafftloß erkandt/vnd ist Beklagter nicht schüldig die Ehe mit Klägerinnen zu vollnziehen/zu besitzen/mag auch ferners darzu nit gedrungen werden/es were denn daß er es gutwillig thun wolte/ von Rechts wegen.

§. 31. SUMMARIA.

1 *Error impedit sponsalia.*
2 *Errorum quatuor genera.*

1 TErtium impedimentum † sponsaliorum ratione caussæ efficientis est error. Nam errore inita sponsalia inutilia sunt, quod consensu ea constitui oporteat, & quod consensui nihil magis sit contrarium quam error. Etenim non consentit qui errat. *l. 1. si per errorem. de jurisd. om. jud.* Et vulgò dicitur: Errantis nulla est voluntas *l. cum testat. & l. seq. de juris & facti ignorantia.* Idque in sponsalibus imprimis locum habet, ubi consensus & quidem liberrimus requiritur. Est enim velut anima contractus *29. q. 1. §. hoc ita.* Sed hæc quæstio

cum

Digitized by Google

cum latiùs pateat, diſtinctionibus expedienda eſt. Nec enim quilibet error ſponſalia vel matrimonium diſſolvit, qua de cauſſa Lombardus & alii hunc ſecuti, quatuor † errorum genera conſtituunt, nimirum perſonæ, fortunæ, conditionis, & qualitatis. Bonaventura autem diſtinguit inter errorem, quæ circa perſonam contingit & circa proprietates perſonæ, quod eodem incidit. *diſtinct. 30. q. 1.* Ex his autem duo ſponſalia & matrimonium dirimunt, perſonæ ſcilicet & conditionis deterioris. Idque ea ratione conſtitutum eſt, quod defectus earum rerum, quæ de ſubſtantia matrimonii ſunt impediunt, & obſtant quo minus id contrahi poſſit, accidentia autem συμβεβηκοτα, etiamſi non adſint non impediunt matrimonium.

† 2

§. 32. SUMMARIUM.

Error perſonæ.

PErſonæ autem error hic eſt, ut quando quis putat, ſe Mœviæ promittere conjugium, & promittit Semproniæ, vel quando in nuptiis alia pro alia ducitur, in lecto collocatur, & viro conjungitur, ut in ſacris literis Lya, quæ Jacobo deſponſa non erat, pro Rachele traditur & ſupponitur, *Geneſis 29. 22 q. 1. in quibus & 38. diſtinct. c. quamvis, gloſſ. c. 1. in verbo putatur. 29. q. 1.* Hic nulla fuiſſe ſponſalia nec matrimonium ex eo liquet, quod in Lyam nunquam conſenſit Jacob, ideoque eam repudiandi Jacobo jus fuit, neque enim prætextu conſuetudinis, quam ait apud ſe eſſe, ne ſcilicet juniores nuptum collocentur, antequam grandiores nupſerint, ſeſe extricare & excuſare potuit Laban, cum jus pro arbitrio elocandi liberos totum fuerit in poteſtate parentum. Sed Jacob maluit tranſigere cum ſocero, quam ſummo jure uti, alioqui à Lya liberari & divertere ei licuiſſet. Itaque pro innata facilitate, eam quam uxoris loco habuerat deſerendam minimè ratus & injuriam illatam diſſimulandam, cum patre tranſegit ea lege, ut ſeptem annis elapſis Rachelem ſibi adjungeret, & hac ratione ſubſecuto conſenſu matrimonium confirmavit. Nam & lege Moſaica is qui virginē compreſſiſſet, eam ducere cogebatur. Theologi cenſent, nihil à Jacobo neque Lya peccatum eſſe, quod uterq; exiſtimaret, ſe conjugem amplecti. Nam Jacob, *ut Lombardi verbis utar*, Lyam cognovit, & illa affectu uxorio

uxorio ei χάριν præstitit existimans, lege primogenitarum & paterni imperii se illi jure copulatam esse. *distinctione 30. lib. 4. idque sequitur Lutherus.*

§. 33. SUMMARIA.

1 *Si puella alia pro sponsa supponeretur.*
2 *Quod si puella non sponso, sed alii errore ducta nupserit.*

1 SEd quid si incideret † hujusmodi facti species, nimirum ut sponso alia puella, quæ desponsata non esset, supponeretur, & in lecto velata pro sponsa collocaretur? Certè si suo jure uti vellet sponsus, eam quæ dolo illi supposita est, etiam à se vitiatam relinquere posset, & ad desponsam redire, idque imprimis, si non errore sed dolo malo illi fucus factus esset, & puella alia pro sponsa adducta, cum sciens & volens in ejus amplexum non venerit. Quemadmodum is, qui aliquam fide de conjugio clàm data vitiavit. Nam si volens & sciens eam compressisset adulterium commisisse censeretur. Atque eo jure veteres etiam homines prophanos usos esse, ex Demosthene colligitur *in Oratione in Neæram*, ubi hæc est facti species. Stephanus vitricus elocat concubinæ suæ Neæræ filiam Stybelen pro sua cuidam Athenienſi Phrastori. Phrastor ubi comperisset, eam Stephani filiam non esse, sed Neæræ, seque deceptum, cum illam ut Stephani, non ut Neæræ filiam accepisset, ejicit mulierem dote reddita, filiam autem quam ex eo pepererat, adoptavit, & aliam uxorem Satyri filiam naturalem duxit. Et quidem huic simile *apud Herodotum* extat. Cambyses ab Amasi Rege Ægypti petiit filiam uxorem. Amasis eam nec dare audebat, nec negare, idque quod sciebat Cambysen illam non uxoris sed pellicis loco habiturum, & potentiarum Persarum extimescebat. Itaque superioris Regis filiam Niceten grandem & formosissimam pro sua in Persas dimisit. Cumque eam Rex filiam Amasis nominaret, ipsa rem, inquit, Rex ignoras, ab Amasi tibi fucus factus est, qui me ornatam & comptam transmisit, tradiditque tibi pro sua, cum ego revera sim Apryis filia, quem ille interemit. Quæ res maximum odium excitavit contra Persas; *Herodotus lib. 3. initio.*

Interim

Interim tamen rectius facturum existimaverim, qui exemplum Jacobi secutus summo jure non utatur, præsertim ubi concubitus accessit: idq; Cambysen fecisse verisimile est. Neq; enim legitur, Nicetem domum remisisse & repudiatam esse. Ita & tempore Ptolomæi Epiphanis, Josephus quidam fratris filiam in uxorem duxit, & retinuit, quæ ei pro alia suppositа erat. Nam cum ille puellam saltatricem deperiret, & fratri suo amorem detexisset, frater se ei administrum ad hanc rem pollicitus est, idq; præ se tulit. Itaq; simulans se puellam saltatricem adducere, filiam suam ad eum noctu deduxit. Atq; id cum sæpius fecisset, eo rem perduxit, ut illam amare occeperit, & tandem re patefacta, eam in matrimonium duxerit. *Zonaras Tom. 1.*

Idem dicendum, si † puella non sponso, sed alii errore ducta 2
nupserit & copulata sit, ut apud Boccatium Sophronia quædam Tito Quintio Fulvio nupsit, cum putarat se Egesippo nubere, Giornata 10. quam latine reddidit Beroaldus. Interim tamen in arbitrio ejus esse, cui fucus factus sit, vel eam retinere, quæ pro alia tradita & suppositа est, vel repudiare palam est. Quid enim si malis artibus, technis & dolo delusus sit sponsus, & circumventus, eam prorsus retinere non velit? Compellendum non esse existimaverim, veluti, si sponsæ soror velata lectum sponsi ascenderet, in sponsi amplexum veniret, à qua ille prorsus animo abhorret, merito eam repudiare posset. Quæ etiam sine spe conjugii vivere cogeretur, sponsus vero qui probabilem ignorantiæ causam haberet excusandus esset, *Lombardus distinct. 30.*

§. 34. SUMMARIA.

1 *Puniendi an sint qui alicui puellam pro altera obtrudunt.*
2 *An conveniri possint injuriarum ab eo cui illata est contumeliæ.*

AN vero persona † quæ alteri ut sponso sese suppose- 1
rit, vel parentes & alii, qui administros sese præbuerint, impune puellam obtruserint, quæritur? Minime. Imo parentes & eam, quæ facinus illud in se admiserint, una cum omnibus, qui ejus rei conscii fuerunt, à magistratu castigandos, & mulcta pecuniaria coercendos existimaverim, ut qui sponsum imo Ecclesiam Dei & fœdus conjugii sanctissimum pro delectamento & ludibrio habeant,

adulterio quodammodo occasionem dederint, & lenocinium fecerint. Atq; ea de causa pœna legis Juliæ teneantur, ut qui puellam stuprandam dederint, quæ eo ipso satis magnas dat pœnas, quod pudicitiæ jacturam fecerit, & si eam retinere nolit is qui eam vitiavit, pro scorto habebitur. Sed & crimine stellionatus teneri eos existimaverim, qui virginem Cajam pro Sempronia sponsa viro subjecerint *l. . ff. de crimine stellionatus.* Nam id crimen objicitur illis, qui dolo quid fecerunt, si aliud crimen non sit quod objiciatur: ut si quis merces suppoſuerit, vel obligatas averterit, vel corruperit, stellionatus reus erit. Extra ordinem autem puniri solent, in honore positi relegantur, & ordine moventur, plebei in metallum damnantur.

2 An vero † ab eo cui illata est contumelia, conveniri possint actione injuriarum? Et existimaverim posse, ut autem se deceptum quæratur sponsus vel sponsa, requiritur, ut eam quam suppositam caussatur, vel de facie noverit, vel percunctationibus acceperit, eam hujus vel illius viri filiam esse, quam ipse uxorem petiit, & ducere voluit, & quidem primogenitam, vel secundogenitam nomine sibi notam, cui ipse fidem dedit. *Verbi gratia.* Tobias Saram Raguelis filiam, quam nomine saltem notam habebat, uxorem petiit, & in eam consensit: Itaq; si altera pro illa adduceretur, & illi locaretur, certum est nihil actum esse, cum consensus, qui nuptias constituit, desit. Idq; notat Tancredus vetus Interpres *c. 3. l. cum ab eo, l. mensam l. in lege, de contrah. empt.* Et recte: Nam si neq; nomine neq; fama illi nota sit, cui fidem dedit, consensisse, neq; se deceptum esse queri potest, cum ignoti nulla sit cupido. *Hostiens. cap. de matrimonio c. qualiter impediatur.*

§. 35. SUMMARIA.

1 *Error fortunæ.*

2 *Sponsus si se divitem jactarit, & antequam nuptiæ coeant emergat æs alienum, cui dissolvendo nec ipsius nec sponsæ facultates sufficiant an eam ob causam sponsalia dissolvi possint?*

Error

ERror fortunæ eſt, ſi pauper ſit, quem divitem affirmabant. Hic ſponſalia vel matrimonium non vitiat, cum ad ſubſtantiam aut formam non pertineat. Idq; conſtitutione Friderici Regis Daniæ II. cautum eſt, hac ratione, quæ ſubjicitur, quod levitas quædam ſit non ferenda, rem tanti momenti tractare, & alteri fidem de conjugio dare, antequam ejus conditionem & facultates exploratas habeas. Aliud dicendum, ſi quis hac conditione matrimonium promiſerit, ſi puella in dotem attulerit 1000. aureos vel tot in dote habuerit. Interim tamen eum, qui quem divitem jactavit, & hac ratione alterum ad nuptias phaleratis verbis induxit, vel per alium id fieri curavit, à magiſtratu coercendum exiſtimaverim, ob dolum admiſſum, ideoq; ab eo, qui deceptum ſe queritur conveniri poſſe, & ad id quod intereſt teneri, æquitatis ratio poſtulat. Sed quid ſi ſponſus † ipſemet ſe divitem jactarit & venditarit, montes auri in dotem pollicens, & antequam nuptiæ coeant, emergat æs alienum, 2
cui diſſolvendo nec ipſius nec ſponſæ facultates ſufficiant? Et Græci, ut poſtea dicetur, hanc juſtam ſponſaliorum diſſolvendarum cauſam & idoneam exiſtimaverunt. *Harmenopul. libr. 1. Qua de re infra ubi de dolo agemus latius.*

§. 36. SUMMARIA.

1 *Si quis ignobilem ſibi deſponderit quam nobilem putabat.*
2 *Apud veteres Saxones inter ignobiles & nobiles connubii jus non erat.*
3 *Conjugium inter impares perſonas contracta infeliciſſima ſunt.*
4 *Auctoris opinio.*
5 *Conjugia inter nobiles & ignobiles expreſſe in Dania prohibita.*

AD errorem † quoq; fortunæ referunt interpretes, ſi 1
quis fœminam ignobilem ſibi deſponderit, quam nobilem eſſe exiſtimabat. Et recte, quod nobilitas non eſt ſubſtantia, ſed accidens hærens in ſubjecto. *Bonaventura diſtin. q. 1. lib. 4. & Tancredus verus interpres*, & ut Vives definit, naſcendi ſors. Idq; probat *text. c. 1. 29. q. 1. & Didac. c. 3. part. 2. de ſponſalib. & matrimon.* Error autem fortunæ & in aliis qualitatibus ſponſalia irrita non facit. Sed contra ſentit Lombardus, & errorem perſonæ nominat, ſi quis nobilem expetat, & pro ea ignobilis illi collocetur, matrimonium non eſſe quod in

quid ei qui eam duxiſſet, id fraudi ignominiæve eſſet, *Livius lib. 9. de bello Macedon.* Quid quod & apud veteres Saxones inter ignobiles † & nobiles connubii jus non erat, ut ex legib. Saxonum & Longobardorum colligitur? Idq; apud eos ſanctiſſime obſervatum tradit Utſpergenſis & Adamus Bremenſis *lib. 1. cap. 5.* Eaq; res rationem habet, & naturam ducem, ut quæ nihil tam expetit, quam ſibi ſimile: & quo major veriorq; ſimilitudo fuerit, eo firmiorem atq; arctiorem eſſe amicitiam experientia teſtatur, & proverbia, quæ ubique apud bonos authores extant, ſimile gaudet ſimili. *Plato*: τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἀναγκεῖ ἀεὶ φίλον εἶναι οἱ ἀγαθοὶ τοῖς ἀγαθοῖς φίλοι εἰσί. Item ſemper ſimilem ducit Deus ad ſimilem πίτυξ μὲν πίτυι φίλος καὶ μύρτος μύρτος. Contra inter eos qui diſſimili ſunt fortuna, genere, natalibus, diſſimili vitæ inſtituto, non facile amicitiam & animorum conjunctionem coire, aut ſi coierit, non eſſe diuturnam, ſed cito dirimi. Id ſi uſpiam alibi certe in conjugio uſu venit, *ut teſtantur verſus Ovidii ſuaviſſimi.*

Quam male inæquales veniunt ad aratra juvenci,
Tam premitur magno conjuge nupta minor.
Non honor eſt, ſed onus, ſpecies læſura ferentes.
Si qua voles apte nubere, nube pari.

Item *Auſonius*: Par pari jugato, diſſidet quod impar eſt. Et proverbium vulgo notum, Æqualem tibi uxorem quære, γαμεῖ ἐκ τῶν ὁμοίων quod Pittaci eſſe volunt, de quo extat venuſtiſſimum Callimachi Epigramma, quod citat Laertius. Item, τλῶ κῆ σαυτὸν ἔλω. Æqualem tibi uxorem ducito. Imo, & æqualitas ſit inter maritum & conjugem, fœminam vult marito inferiorem eſſe Martialis:

Inferior matrona ſuo ſit, Sixte, marito.
Non aliter fiunt fœmina virq; pares.

Itaq; recte viri docti conſulunt, ut fœmina præſtantiori ſe, vel nobiliori nubat: idq; ſatius eſſe, quam ut vir ſe præſtantiorem ducat. Idq; inter alia Plutarchus diſertis verbis tradit. Deſponendæ ſunt, inquit, filiis mulieres neq; nobiliores neq; divitiis ſuperiores. Sapienter enim dictum eſt: τλῶ κῆ σαυτὸν ἔλειν. Rationem hanc adfert Plutarchus, quod qui præſtantiores ducunt, hi non uxorum mariti, verum ſervi dotis fiunt, nam vir tenuis fortunæ qui doram

duxit

duxit uxorem, incommode vivit, tum quod uxor illi imperet, tum quod in perpetua suspicione vivit, se ab uxore contemni, quod non obscure innuit Juvenalis:

Malo Venusinam, quam te Cornelia mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus adfers
Grande supercilium, & numeras cum dote triumphos.

Item:

Intolerabilius nihil est quam fœmina dives.

Imò, locupletissimam ducere, *inquit Vives*, ut tu illius opibus per otium fruaris, cum delictum est in legem Dei, tum etiam concordiæ inimicum. Adde, quod fere felicius cedit conjugium si sponsus indotatam ducat, quam si dotatam vel genere & opibus superiorem Et laudandus est maxime, qui puellam bonæ indolis & indotatam sibi in matrimonium coöptat, cui tanti plus honoris habet ex humanitate sua, quanto fortuna illi est iniquior, ut ille inquit. Imo Vives eleemosynæ genus scribit, indotatam ducere, & qui id faciat hoc commodi capere, quod non solum uxorem, sed ancillam duxerit, quæ ei ad nutum præsto sit, neq; ei exprobrare possit, se tot talenta in dotem attulisse, sed maritum Dominum omnium agnoscat.

Interim tamen, ut in reliquis vitæ actionibus, ita in conjugio ineundo decorum servandum esse honestas ipsa suadet, & Deus fons honestatis præcipit. Itaq; maritus futurus sui ordinis, familiæ, & facultatum rationem habere debet, cavereq;, ne vel obscuram, infamem & mendicam ducat, sed sibi suisq; congruentem & familiæ natalibus dignam. Andromache Hectoris uxor apud Euripidem gloriatur, quod virum æqualem nacta sit. Te vero, inquit, charissime Hector, habui virum convenientem mihi, mente, genere, opibus & fortitudine excellentem. Quid quod impares nuptiæ damnantur, & pro legitimis non habentur. *Apulejus libro 6. de aureo asin.* Nec tu, inquit, filia contristare, nec prosapiæ tantæ tuæ statuiq; de matrimonio mortali metuas, jam faxo nuptias non impares, sed legitimas, & juri civili congruas. *Boetius in Ciceronis Topica.* Nuptias inter impares jure contractas non esse, hoc est, qui inter cives Romanos non coiissent. Et quod ex impari matrimonio concepti, non patrem, sed matrem sequantur. *Recte apud Xenophontem Hiero.*

Primum

Primum conjugium quod cum majoribus contrahitur, nimirum & propter opes & potentiam longe pulcherrimum esse videtur, & ei qui ducit, uxorem cum voluptè quandam dignitatem suppeditare.

Altero loco est id, quod inter æquales contrahitur. Quod autem ex vilioribus constat plane ignominiosum & inutile putatur. Quid, quod † & conjugia inter impares personas contracta, infelicissima sint, & plena amaritudinis & querelarum. *apud Livium* queritur Antiochus, se virginem Chalcidensem duxisse & se ex Græcia nihil præter amœna Chalcidiæ hyberna, & infames nuptias petisse. Cui etiam ab aliis exprobatur, quod amoris causa ex domo privata, & obscuri inter populos generis uxorem duxisset, & novus maritus velut saginatus nuptialibus cœnis, ad pugnam processisset *lib. 6. de bello Macedon.* Et Syphax se insaniviſſe fatetur, cum Carthaginensem fœminam accepisset domum. Illis nuptialibus facibus regiam conflagrasse suam. *lib. 10. Decad. 2.* Et Regis Danorum Hadingi filia Ulvilda ipsa privato cuidam Guthormo nupta, patri suo interitum ea de causa, quod illam ita collocasset, paravit, & maritum ad cædem sollicitavit perpetrandam. Quo spectat querela, quæ ejusmodi fuit: O miseram me, cujus nobilitatem dispar nexus obtenebrat! O infelicem, cujus stemmati rustica jugatur humilitas! O infortunatam principis prolem, quam thori lege plebejus æquiparat! Miserandam regis filiam, cujus decorem, ignavus pater in obsoletas & despicabiles transmisit amplexus! In faustam matris sobolem cujus felicitati thori commercium derogat, cujus munditiem immunditia ruralis attrectat; dignitatem indignitas vulgaris inclinat, ingenuitatem conditio maritalis extenuat! At si tibi vigor inest, si qua mentem virtus possidet, si dignum te regis genetrix probas, sceptra fasces eripe, genus probitate redime. *Saxo Grammaticus lib. 1.* Imo ab æqualib. contemni & ludibrio haberi illam, qua ex nobilib. enupsit palam est, & historiæ testantur. Virginiam Auli filiam patricio plebejo nuptam L. Volumnio Consuli, matronæ, quod è patrib. enupsisset, sacris arcebant: cujus rei indignitate mota, ara pudicitiæ plebeiæ constituxit & dedicavit, *Liv. lib. 10.* Sed & bonis prognati sibi dedecori habent, si homo inferioris conditionis optimis prognatam ducat. Quo spectant verba Eurimachi *apud Homerum Odyss. lib. 21.*

lib. 21. Judicia virorum ac mulierum veteri oportet, ne quis inter Achæos dicat; heus viri fortissimi, uxorem homines longe inferioris conditionis consecuti sunt, nobis hęc dedecori erunt. Plutarchus
§ Catonem reprehendit propter nuptias impares. Nam duxit Cato Solonis scribæ sui filiam Verba Plutarchi adscribemus. Cato propter nuptias, præter & dignitatem & ætatem suam contractas, neque in inanem neq; parvam suspicionem incidit Nequaquam enim decebat, eousq; provectum ætate, filio adulto, nuruiq; filiam ministri ejus qui Reipub. mercenariam operam locasset, supra cervicem inducere, & sive voluptatis causa id fecerit, sive ira motus, ut de scorto in filium vindicaret, turpia sunt & factu & prætextus. Quo enim
2 usus est sermone (à filio interrogatus, quo delicto aut injuria novercam ipsi induceret, alta ei voce respondit, bona verba fili, omnia in te præclara agnosco, neq; culpo quicquam, cupio autem plures mihi filios, Reipubl. cives, tui similes relinquere) is verus non fuit. Si enim ejus similes bonos filios voluerat procreare, uxorem ducere ingenuam oportuit, re initio deliberata, non satis habere aliquando obscuræ meretricis concubitus. Deinde cum id deprehensum esset, socerum diligere eum, cum quo affinitatem coire honestissimum esset, sed qui ejus voluntati libentissime obsequeretur. Sed & infelix fuit conjugium Namilla, *ut refert Hieronymus*, marito sese obsequentem non præbuit, & contumaciter sese adversus maritum gessit. Refert Vives se audivisse ex hospite suo quem Lovanii habuit, fuisse in ea civitate, ex qua ipsi origo esset, virum primarium, qui cum uxorem duxisset indotatam, & longe se inferiorem, ita jucundissime se victurum ratus, ab ea plane contemptus fuit & spretus. Ea mortua, parem sibi adjunxit, adolescentulam bonis prognatam, & forma liberali, quæ non secus illi inservivit, ac si verna domi nata esset. Illa, inquit, maritum induere, illa exuere, illa calciare, illa excalciare, extergere, mundare, & in frequenti familia neminē patiebatur curare, quæ ad mariti corpus pertinerent præter se unā. Illa vestes resarcire solita, lavare, cōplicare, cōponere & reliqua agere animo prompto ac lætissimo, quæ famulæ interdū gravarētur. Idem refert, se novisse virum, qui cum illustrissimas nactus esset nuptias, quibus ipse longe esset impar, postquam lætitia primorū dierū subsedisset, execratum

fuisse

fuiſſe illum diem, ceu fatalem ſibi, quo illa uxor ſibi ducta eſſet. Nam ſi parem duxiſſet, longe fortunatiſſimum futurum fuiſſe, ut qui dives eſſet, & bonis prognatus. *3. de officio mariti.* Apud Iſocratem gloriatur Nicocles ſe ex una uxore filios ſuſcepiſſe, & ea quidem generoſa. Ex quibus planum eſt, quantum vetuſtas generis & natalium ſplendori tribuerit. Quibus de cauſſis † adductus ſtatuo, eum, qui deceptus 4
mulierem ſibi deſpondit, quam nobilem eſſe exiſtimabat, ad nuptias conſummandas non teneri, ſiquidem ipſa genus mentita ſit, & pro nobili ſe venditarit. Nam eum deceptum eſſe palam eſt, ut qui poſt ſponſalia peracta, eo nævo illam affectam comperit, quem ſi ante præſciſſet, nunquam ei fidem dediſſet. Ideoq; à contractu recedendi, & aliam ſibi conditionem quærendi ei merito facultas libera relinquenda eſt: Sin verò tum, cui nuptias promiſit ignobilem eſſe non ignorabat, & convinci poſſit ſeſe ſciviſſe, teneri tam ducere exiſti- 5
maverim, niſi legibus † expreſſe inter nobiles & ignobiles prohibita ſint conjugia, ut in Daniæ regno *Receſſ.* König Chriſtians *cap* 36. & olim in Saxonia, *teſte Adamo libr. 1. cap.* 5.

§. 37. SUMMARIA.

1 *An repudiare quis poſſit eam quæ pro nobili ſeſe venditarit & domum ducta ſit.*

2 *Scortum publicum duci poteſt.*

SEd quid ſi nuptiis & concubitu † ſubſecuto domum de- 1
duxerit uxorem, quam nobilem exiſtimabat deceptus, an eam repudiare & relinquere illi licebit? Et ego repudiandum minime exiſtimaverim, cum res integra amplius non ſit, ſed ſecuto concubitu matrimonium conſummatum ſit: neq; enim propter qualitatis errorem conjugium diſſolvi poteſt, *ut ſentiunt Interpretes. Tiraq. tractatu de nobilit. c. 20. num. 179. & 176. & Beuſtius fol. 33.* Sed & edicta de nuptiis ob perſonæ ſtatum imparibus à Juſtiniano ſublata ſunt. *l. 28. C. de nuptiis.* Idq; veterum authoritate & exemplo confirmatur. Rex Antiochus civem Calchidenſem, quam duxerat retinuit, neque repudiaſſe legitur. Virginia nupta plebejo ab eo non diſceſſit, ſed eum ut maritum in honore habuit & coluit. Idque non obſcure innuit Livius his verbis: Brevis altercatio inde ex iracundia muliebri in contentio-

Digitized by Google

nem animorum exarſit, cum ſe Virginia & patriciam & pudicam, & in patriciæ pudicitiæ templum ingreſſam, & uni nuptam, ad quem virgo deducta ſit, nec ſe viri honorum ve ejus ac rerum geſtarum pœnitere vere gloriaretur, &c. Et noſtra ætas exempla vidit etiam in familiis principum, qui etiam inferioris ordinis matronas duxerunt & ductas retinuerunt: quamvis ut plurimum infelicia ſint conjugia
z & tragicos exitus ſortiantur. Nam & ſcortum publicum † duci poſſe cenſent Doctores communiter *conſil. 206. matrimoniali ex regulis ducenæ*. Quod etſi recte & honeſte non fit, tamen factum infectum fieri non poteſt. Neque audiendus eſt, qui ignorantiam poſt nuptias allegat, & ſeſe excuſare conatur. Nam illa ſupina eſt & dolo propemodum æqui paranda aliquam domum ducere, antequam exploratum illi ſit, cujas illa ſit, & ex quibus prognata, quam ſibi jungit, cum inter nuptias & ſponſalia ſpatio intercedente percunctationibus ejus conditionem diſcere potuit. *Et ita Hemmingius ſentire videtur*. Id tamen ita demum verum ſtatuo, ſi quidem honeſta ſit, non corrupta, nam tunc eam, non ob errorem, ſed quod virginem non receperit repudiare licebit marito.

§. 38. SUMMARIUM.

Error conditionis ſeu ſtatus.

ERror conditionis ſeu ſtatus eſt, cum ſervus, pro libero ſeſe gerens ingenuam duxit, Nam & hic ſponſalia & matrimonium dirimit, ſi quidem mulier ejus conditionem ignoraverit, *29. q. 2 c ſi quis ingenuus c ſi fœmina ingenua*. Idq; optima ratione conſtitutum eſt. Nam hic error cum circa mutuam corporum traditionem contingat, & ſubſtantiam matrimonii vel formam convellat, impedit matrimonium. Servus enim jure civili ἀκέφαλός eſt, ex domini perſona χαρακτήζεται. Quo fit ut ſine domini conſenſu nihil de ſe polliceri aut promittere poſſit, cum ejus neq; ſit velle neq; nolle, ut habet regula juris. Deinde nec ſibi corporis poteſtatem habet, neque id utendum alteri dare poteſt. *Thomas diſtinct. 30. quæſt. columin 3*. Ideoque ſi cum libera contrahat, nec poteſtatem ſui corporis ei tradere, nec parem obligationem contrahere poteſt. *Durand. diſtinct. 30*. Talis enim conditio vergit in præjudicium & detrimentum ejus juris quod conjux in conjugem habet. Itaq; ignoranti obeſſe non debet. Quid enim

enim ſi dominus ſervum in remotiſſimas regiones ableget, & ibi eũ vendat? uxor utiq; ejus conſortio frui non poſſet, & ſic jure eo, quod in conjugem habet, fruſtraretur. Deinde è ſervis nati in dominorum ſunt poteſtate, & à ſucceſſione ingenuorũ excludebantur, ut mulier juſtiſſimam habeat querendi cauſſam, quæ inſcia ſervò nupſit. Poſtremo & dominis pro arbitrio licuit nuptias diſturbare & divellere, cum ſervis initas. Juſtinianus lege lata ſanxit, ut ſervi qui eo tempore quo Gothi Romanum imperium invaſerant, uxores ingenuas duxiſſent ad dominos redire deberent, diſſoluto matrimonio, quod inter ſervos & liberos non conſtaret matrimonium. Et Appius Claudius filiam Virginiam deſponſatam L. Julio in ſervitutem vendicare & matrimoniũ diſturbare conabatur. *Livius.* Interim tamen Leo Imperator conſtituit, ut qui ſervam ducere vellet, ea conditione duceret, ut ipſe eandem aleam ſubeat, & ſervus efficiatur, aut precium qua mulier ſervitute liberari & redimi poſſet, ſolveret, *conſtitut.* 101. *100.*

Aliud dicendum ſi quis ſciens volens ancillam ducat. Nam recte matrimonium vel contubernium initum cenſetur, ut inter Abrahamum & Agar ancillam vere fuit conjugium jure gentium. Error verò paris vel melioris conditionis non vitiat matrimonium. Veluti ſi ſervus ancillam ducat, quam ancillam eſſe putabat, cum ei nihil exprobrare poſſit. *32. q. 6. per totum c. ſignificaſti de divortiis*: Vel ſi quis liberam ducat, quam ancillam putabat. Nec enim cauſſari poteſt ſe deceptum, cum conditionem ſuam meliorem reddiderit. *Tancredus c. 2. Bonaventura diſtinct. 36. q. 2.* Et hæc de ſervis accipienda ſunt, qui in dominorum ſunt poteſtate, & ſervitutem revera ſerviunt, de quibus jus civile intelligendum eſt. Nam alii qui ſervitio premuntur, vel operis faciundis, vel aliter, ſervi non ſunt. Ideoque recte cum libera matrimonium ineunt. Quales videmus in pleriſq; locis reperiri, qui ad operas quotidie faciundas obligati ſunt, ut vel arent, vehant, agrum colant, fodiant, & ubi diſceſſerint, domini ſuccedunt in bona mobilia, vel in ſolidum vel pro parte. Nam ſi quis ignorans cum illis contraxit, valent ſponſalia, cum homines liberi ſint, etſi oneribus & ſervitiis premantur, *Durandus.* Sed cum apud Chriſtianos ſervitus magna ex parte exoleverit, de his latius agere aut laborare, ſupervaca-neum eſt.

§. 39. SUMMARIA.

1 *Error qualitatis.*
2 *Virgo alicui desponsa quæ ab alio compressa an ad hunc errorem referenda.*

1 ERrorem qualitatis † vocant accidens quoddam subiecto inhærens: ut si mulier sit refractaria, dura cervice, male morata, immorigera. Hæc qualitas sponsalia non dissolvit, alioqui multa dissolvenda essent. Nam & vetus Poeta Simonides decem recenset mulierum genera, & unum tantùm prædicat, quod scilicet ex apibus procreatum est, reliquas ex sue, vulpe, cane, tellure, mari, asino, mustela, equa, simia genitas damnat. Phocylides quatuor genera constituit, unum probat.

Ex quatuor istis nata sunt
Mulierum genera: Ex cane, apicula,
Torva sue, equa jubata.
Ex equa nata commoda est,
Velox discurrens, pulchritudine præstans.
Ex torva autem sue, neq; mala neq; bona est.
Ex cane vero molesta, & fera est.
Ex apicula autem bene administrat
Rem familiarem, & novit laborem.
Cujus amice charissime nuptias amabiles exopta.

Quo spectat illud Terentii.

Censen' te reperire posse ullam mulierem quæ careat culpa.

Itaque & Apostulus eas vasa fragilia vocat, quæ maritus pro sua prudentia leniter tractare, & dissimulando, si qua incidant adversa, leviora reddere, & mutilare debeat. Recte Metellus Numedicus *lib. 1. c. 6. apud Gellium*. Si sine uxoribus possemus Quirites esse, omnes ea molestia careremus, sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit, saluti perpetuæ potius quam brevi voluptati consulendum. Videbatur quibusdam Metellus Censorem, cui consilium esset ad uxores ducendas populum hortari, non oportuisse nec de molestia incommodisque perpetuis rei uxoriæ confiteri, neque adhortari magis quam dissuadere, absterrereque. Sed contra illud potius orationem debuisse sumi

ſe ſumi dicebant, ut & nullas plerunque eſſe in matrimonio moleſtias aſſeveraret, & ſi quæ tamen accidere nonnunquam viderentur, parvas & leves, facileſque eſſe toleratu diceret, majoribuſque eas emolumentis & voluptatibus obliterari, eaſdem ipſas neque omnibus neque naturæ vitio, ſed quorundam maritorum culpa & injuſtitia evenire. Sapientiſſima & homine Chriſtiano digna oratio.

Ad errorem qualitatis etiam † refert Lombardus & alii, ſi virgo alicui ſit deſponſa, quam alius compreſſit, ψευδοκόρην Græci appellant, hoc eſt, quæ virgo non eſt, & tamen ſe pro virgine gerit, quaſi falſa & ementita puella: qualis fuit Pontiani uxor, *de qua Apulejus Apologia 2.* Filia per adoleſcentulos ditiores, irritamento matris ſuæ ne quidquam circumlata, quibuſdam etiam pro eis ad experiundum permiſſa: niſi in facilitatem Pontiani incidiſſet, fortaſſe adhuc vidua antequam nupta domi ſediſſet. Pontianus ei multum quidem dehortantibus nobis, nuptiarum titulum falſum & imaginarium donavit: non neſcius eam paulò antequam duceret, à quodam honeſtiſſimo juvene, cui prius pacta fuerat, poſt ſatietatem derelictam. Venit igitur ad eum nova nupta, ſecura, & intrepida, pudore deſpoliato, flore exoleto, flammeo obſoleto, virgo rurſum poſt recens repudium nomen potius afferens puellæ, quam integritatem. *Pollux.* Apulejus virginem præfloratam appellat *in Apologia*, quaſi virginitatis flore privatam, ſpoliatam, vel devirginatam, *ut Beroaldius interpretatur, libro ſexto.* Puellam elegit, & virginitate privavit, teneat, poſſideat, amplectatur. Sed meo judicio rectiùs ad conditionis errorem refertur, quod vitiata ſtatum quodammodo mutet, infamis fiat, & capitis, ut ita dicam diminutionem patiatur. Nam pudicitia amiſſa omnis in fœmina virtus ruit, *ut Divi Hieronymi verbis utar.* Et apud Hebræos vitiata pro virgine deſponſa & ducta, re patefacta, capite pœnas luebat, & lapidibus obruebatur. *Deuteron. 22* Unde conſtat jure divino eas ſervas pœnæ affectas, & per conſequens ſtatum mutaſſe. Sed & apud Græcos pœnam hanc uſitatam fuiſſe, oſtendit Euripides *in Tragœdia quæ Jon inſcribitur*, de Creuſa, quæ gravida Xuto nupſit: res ita habet. Creuſa filia fuit Erichthæi Regis Athenienſium, quæ, cum compreſſa & gravida eſſet ex Apolline, nupſit Duci Xuto, qui harum nuptiarum adminiculo ſuc-

cessit in regno Attico. Cum autem Creusa tandem peperisset filium ex Apolline, mater verita ne re patefacta filia supplicio afficiatur, puerum exposuit, & abjecit. Non est ergo vitium mulieri illatum simplex quædam qualitas, neque à Deo omnis sapientiæ fonte pro ea censetur, sed ejusmodi nævus & macula, quæ mulierem viro desponsam, prorsus deformat, imò delictum & crimen, quod eam mortis ream facit, usque adeo, ut vir absque infamiæ macula eam ducere non possit. Nam & uxoris infamia mariti dignitatem maculat. *Plinius in Panegyr.* Et credebant veteres, satis pœnarum esse adversus impudicas in ipso flagitio, ut aliis legibus non sit necesse eas coercere. *Tacitus libro secundo.* Hebræi stupratam humiliatam nominant. *Judicum capite 19.* quasi dicas abjectam vilem, omniumque ludibrio expositam.

§. 40. Summarium.

Sponsam ab alio compressam an quis ducere cogatur?

Quæritur itaque, an ad sponsam ducendam compellendus sit sponsus, quam ab alio corruptam esse constat? Et juris canonici interpretes, & Theologi etiam Scholastici, hoc delictum levissimum, & quasi pro nihilo ducendum existimant. Ideoque sponsam vitiatam repudiari non posse. *Lombard. distinct. 30. & 29. q. 1. & c. quemadmodum de jurejurand.* Qui juravit aliquam ducere in uxorem, non potest ei fornicationem præcedentem opponere, sed futuram. Interim tamen rationem nullam adferunt, cur ita sentiant, nisi hoc in argumentum trahere velint, quod apud quasdam gentes usu receptum esse tradunt, ut virgines corpore quæstum faciant, & meretricentur, quoad dotem sibi pararint. De Lydis id commemorat *Herodotus lib. 1.* & de Troglodytis & aliis multis *Alexander ab Alexandro, & Valer. Maximus lib. 9. c. 946. scribit.* Volsinenses statuisse ne qua virgo ingenuo nuberet, quam non ex Senatorum numero aliquis delibasset, Idem de Phœnicibus refert *Nicephorus lib. 7. c. 46. his verbis:* Phœnices qui Libanum montem ad Heliopolim incolebant, virgines suas ante nuptias ad stuprum prostituere desierunt, quod lege apud eos antea fieri receptum erat. Et de Babyloniis *Herodotus:*

datus: Babyloniorum mos eſt, ut eorum mulieres ad templum Veneris deſidentes, ſemel in anno cum exteris conſuetudinem habeant. Et *Niceph. lib. 10. c. 9.* Hieropolitani virgines ſuas ad ſtuprum proſtituere ſunt ſoliti, & à quocunque vitiari curarunt, antequam ad conjugii communionem cum ſponſis ſuis venirent, & vel hoc colore excuſare conantur, quod vi aſtrorum ad luxuriam impellantur virgines, quemadmodum Meſſalina ſtuprum excuſare conata eſt. *Suetonius lib. 5. cap. 26. & Tacitus.* Interpretes qui commentarios in libros ſententiarum congeſſerunt, ut Bonaventura & Durandus hanc quæſtionem non attingunt, quod illis, ut ego cenſeo, non probarentur, quæ hac de re Lombardus ſcripſit. Rectius meo judicio ſentiunt, qui ſponſum ad eam accipiendam, quæ ab alio vitiata ſit, minimè teneri exiſtimant, idque authoritate verbi Dei, qui lege per Moſen lata ſtatuit ne quis meretricem ducat, neque profanam neque mulierem repudiatam à marito, *Levit. 21.* alii vertunt malæ famæ mulierem, *ut Vatablus.* Et *Joſephus lib. 4. antiquit. c 8. & ult.* Moſen non abs re ſtatuiſſe ſcribit, ducendas eſſe uxores virgines, honeſtis parentibus prognatas. Item ſcortum de filiabus Iſrael non ferendum. *Deuter. 23.* quæ ſcilicet extra matrimonium ſeſe proſtituit, *ut Hebræi explicant*, Idem ſtatuit Fridericus II. Rex Daniæ, *conſtitutione edita anno 1582.*

§. 41. SUMMARIA.

1 *Virginitatis explorandæ modus.*
2 *Hymen quid.*
3 *Virginitatis explorandæ modus adhuc uſitatus apud Afros.*
4 Morgengab *unde deductum.*
5 *Proverbiorum Germanorum, cum qui ſciens volens meretricem ducit patriam prodidiſſe, vel proditorem tandem vraſurum.*

ET ne cui † pro virgine obtrudi poſſet, quæ virgo non 1
eſſet, Deus ipſe remedia propoſuit quibus exploratur num virgo ſit, quæ collocatur, vel corrupta; nimirum ut lintea inſpicerentur infecta ſanguine rupti hymenis indice virginitatis, quibus in amplexum viri veniſſet mulier. Eſt autem † ὑμὴν membrana aut pelli- 2
cula quædam, quæ in virginum natura obtenditur, & primo Veneris tenta-

tentamento seu concubitu disrumpitur vel scinditur. *Scaliger. lib. 1. cap. 10. Poetices & Cælius libr. 4. cap. 23.* Intra muliebre pudendum Eugin est sive Hymen integritatis argumentum.

Eam autem explorationem sub chuppa factam existimant, hoc est, in eo loco, quo sese sponsus una cum sponso abderent, quo spectant verba Kimhi [*mkum hssibreth hclh em hchthn nkra chup*] id est, chuppa vocatur locus, quò sese reciperent, & occultarent sponsus & sponsa, ex quo cum egrediebatur sponsus, magna omnium cum lætitia excipiebatur. Quod referunt illud *Joelis 2.* Procedat sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Thalamus Græcè, latine cubiculum nuptiale, ὅθεν τὸ παλεῖν ἅμα, hoc est, simul genialem vitam agere, ut supra notavimus Sed ne sponsus post expletam libidinem hoc prætextu eam repudiaret, quod virginem non reperisset, ea de caussa parentes, quorum maximè intererat, lintea quibus congressi essent, asservabant, illaque si opus esset, coram senioribus civitatis expandebant: Idque expressè *Deuteronom. 22. cap.* cautum est. Quod si sponsus sponsam innocentem diffamasset, & actione apud Judices instituta questus esset, se eam non reperisse virginem, convictus mendacii, uxorem retinere cogebatur, & mulctæ nomine patri centum siclos solvebat, & nihilominus vapulabat, ut Hebræi tradunt.

Actionem autem de dolo non solùm contra eam quæ vitiata erat, sed etiam adversus parentes & curatores, qui eam pro virgine nuptum collocarant, institutam fuisse Philo tradit his verbis: si quis post epulum nuptiale cum puella non maritali affectu, sed tanquam cum meretrice libidinis caussa congressus, deinde non habeat quod ei propalam exprobret, calumniosè vertat se ad occulta crimina, dicendo in primis complexibus eam à se mulierem deprehensam, non virginem: vocetur universus Senatus ut judicet, adsint etiam accusatæ parentes, communem caussam acturi. In tali enim controversia, quando de castitate corporis quæritur non imminet periculum soli filiæ, sed etiam ejus curatoribus, non modo, quia usque ad suum tempus non custodierunt natæ pudicitiam, verum quia vitiatam desponderunt pro virgine, decipiendo, qui eam sibi uxorem petiit. Qui si litem vicerint, mulctetur calumniator, ex judicum arbitrio, tum pecuniis, tum verberibus, & quod ei gravissimum erit confir-

confirmetur matrimonium, ſi modo uxor cum tali habitare ſuſtineat. Hic enim lex relinquit liberum abire an manere velint. Maritis eadem poteſtas non permittitur, propter recentem calumniam. Quid quod & Græci id ab Hebræis acceptum ſequuti videntur. Apud Lucianum *in Toxari* Zenotamis filiam Menecratis ſibi deſponſam abduxit in thalamum, *καὶ Δαοχρήσας αὐτλῶ*. paulo poſt prodiit.

Sed & ab ea membrana vel hymene quæ prima veneris tentamento ſcinditur, Græci ſtulti & laſcivi, Deum nuptialem Hymenæum nominarunt, ut & cantum nuptialem Hymenæum. Unde illud *Catulli*:

Hymen adeſ ô Hymenæe.

Item *Ovid. Faſtor. 2.*

Conde tuas Hymenæe faces, & ab ignibus atris
Aufer, habent alias mœſta ſepulchra faces.

Terent. Verum hæc mihi mora eſt tybicina & hymenæum qui canent. Et paulò poſt: Miſſa hæc face hymenæum, turbam, lampadas, tybicinas. Et *apud Apollonium de Jaſone, Juvenalis Saty. 6.*

---- Non pronuba Juno,
Non hymenæus adeſt illi, non gratia lecto.

Romani vero Thalaſſionem Deum nuptialem conſtituunt, eumque inclamare ſoliti ſunt, qua de re *Plutarchus. 12. lib. αἰτιῶν. & Livius lib. 1.* Lectus nuptialis *στρῶσις* dicebatur, quod velo eſſet obtectus, & *παστὸς* velum dicebatur thori maritalis, cujus obtentu ſacra illa pudentius peraguntur. *Scaliger lib. 3. c. 100.* Sed & Romanos ejus rei rationem habuiſſe ex Claudiano colligitur *in Epithalamio Mariæ ac Honorii.*

Et veſtes Tyrio ſanguine fulgidas
Alter virgineus nobilitet cruor,
Tunc victor madido proſiliet thoro
Nocturni referens vulnera prælii.

Et † ne quis exiſtimet, hunc morem virginitatis explorandæ in deſuetudinem abiiſſe, ſciendum eſt apud plæraſque gentes Mahometicas, quæ à Moſe multa acceperunt, eam rationem adhuc frequentari, ut apud Afros, qui in matrimoniis celebrandis hunc ritum obſervant, *ut refert Joannes Leo lib. 3. c. 34. in deſcriptione Africæ.* Sponſa tabernaculum ligneum octogenale ſerico panno tectum ingredi-

Digitized by Google

tur, & in eo sedens à bajulis defertur, eam comitantibus parentibus & affinibus, & magno cum tybiarum, tubarum, & tympanorum strepitu, prælucentibus facibus, ad maximum forum contendit temploque præterito sponsus socrum & reliquos omnes salutat, domumq; quantum potest properat, pater, frater & patruus sponsam ad cubilis ingressum deducunt, eamq; pariter sponsi matri tradunt. Sponsam in cubiculum ingredientem sponsus excipit, & suo pede ipsius pedem tangit. Ibi tum aliis discedentibus, ambo recluduntur. Interim paratur nuptiale convivium, & mulier quædam præ foribus expectat, donec linteolum sanguine tinctum illi porrigat. quod illa manu gestans convivis ostendit, alta voce clamans, virginem incorruptam & à viro integram fuisse. Hanc cum aliis quibusdam fœminis primo parentes sponsi, deinde sponsæ excipiunt splendide. Quod si fortassis corrupta reperiatur, magno omnium cum dedecore nuptiis infectis ad parentes relegatur. *Hactenus Joannes Leo.* Idem adhuc in Hispania servari, scribit disertis verbis Laurentius Joubertus Professor Academiæ Montispessulani, *in libro cui T. Erreurs populaires au faict de medicine & regime de sante. lib. 1. c. 4. Ancores auiourdhui les Espagnole grans obseruateures de ceremonies sont que l' endemain denoces les matrones montrent au public & auec grand' acclamation les draps du lict nuptial pour voir les taches de la defloration criant par plusieurs foi d' vne feneſtre, qui reponde a la vne vierge larenemos.* Egò tamen cum anno 83. in Hispania legatus ad Regem Philippum à Duce Holsatiæ Adolpho missus essem, nihil tale percunctationib. discere & explorare potui, etiamsi cum viris primariis ea de re sermonem & colloquia haberem. De Barbaris & Nigris eadem penè tradit *Petrus Bembus lib. 6. Historiæ Venetæ.* Hi enim, *inquit*, & boni homines & strenui bellatores filiabus suis ubi primum natæ sunt pudenda consuunt, sic tamen ut urinæ meatus non impediatur. Illæ autem sic consutæ ubi adoleverint, nuptum dantur. Sed primum ea sponso relinquitur incumbitq; cura, ut ferro conglutinata cervicis uteri labia secet dividatq; Tanta est apud homines illos barbaros in conjuge ducenda virginitatis certitudo. Ex quibus colligitur etiam gentes Mahumetanas, quæ ob πολυγαμίαν male audiunt, in nuptiis contrahendis castitatis rationem habere, & abiis abhorrere, quæ pudicitiæ jacturam fecerint. Imò etiam post sponsalia peracta, si constiterit, eas à viris integras non esse, repudiare &

reji-

rejicere, ut mirum videri debeat inter Christianos reperiri Theologos & Jureconsultos, qui hæc vitia elevare conantur, & in eo disputant, virginitatis & pudoris jacturam nævum & qualitatem censendam esse, quæ nuptiis impedimento non sit, quod mihi religio est dicere, atque ipsis commentum placet.

Quid quod in primi complexus seu noctis remunerationem & præmium pudicitiæ & virginitatis interfectæ, ut Apulei verbis utar, munuscula quædam mane sponsus sponsæ donabat. Apulejus munus nuptiale appellat, *lib.* 6. apud quem Vulcanus Veneri currum dono dat pro munere nuptiali post primum amplexum maritalem. Nam cum viri maximè expetant ut virginitatem sponsæ illibatam sibi adferant, pro ea erepta munus datur, ut quodammodo fiat compensatio & præmium sit devirginatæ puellæ, quæ virginitate nihil habet majus neque pretiosius. *Verba Apulei hæc sunt.* At Venus terrenis remediis, inquisitionibus, abnuent cœlum petit, jubet construi currum, quem ei Vulcanus sub tali fabrica studiose poliverat, & ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat, &c. Primum concubitum thalami rudimentum nominat, Græci θεώρητρα appellant. *Harmenopulus libro quarto T. ic.* Virgo, *inquit*, propter honorem virginitatis habet theoretrum, vidua non habet. Item, theoretra tantum dantur ei, quæ virgo fuerit. θεώρητρον munus quod sponsus sponsæ dabat innuptiis, cum primum illa retecta, se videndam præbet flammeo depositio. Item, munera quæ amici sponsæ & domestici contribuebant. Theoretrum autem est in singulas dotis libras seni aurei nummi *libro quarto. T.* 7. Quæ munuscula & aliis nominibus Græci exprimunt. Nam sponsa à sponso detegebatur, atque ejus detectionis gratia munera accipiebat, quæ ἀναϰαλυπτήρια & quia tunc primum ab eo videretur, ὀπτήρια, & quod eam alloqueretur, προσφθεϰτήρια dicebantur. *Harpocration, Pollux, Philostratus, Scaliger libro poetices.* Idque etiam Romanos observasse non obscure innuit Juvenalis *Satyra* 6.

--- Nec illud
Quod prima pro nocte datur cum lance beata
Daricus & scripto radiat Germanicus auro,

id est, donum quod datur à marito novæ nuptæ pro prima nocte, & quidem aurea vel argentea vasa, vel auro ornata, quibus imperatorum imagines insculptæ erant, ut Domitiani qui Daricus fuit dictus & Germanicus à devictis Dacis & Germanis, data fuisse propter virginitatis florem ademptum, inde colligitur. Atque hinc procul dubio manavit Saxonum & aliorum Germaniæ populorum institutum, ut in præmium & signum pudicitiæ & complexus virginalis sponsus sponsæ munus, torquem, vel cathenam auream offerat, & dono det, quod & à tempore matutino † quo offertur Morgengabe/ dicitur, cujus mentio fit in usibus Feudorum. *T. de filiis natis ex matrimonio, ad morganaticum contracto, & in legibus Longobardorum Ripuariorum & Alemannorum.* Hispani hodie arrham nominant, *ut notat Didacus.* cujus doni etiam institutum & vox haud dubie à Gothis in Hispanorum coloniam transmigravit. Dona antelucana item vocantur, quia matutino tempore afferuntur. *Hesychius, ὄρθρια δῶρα,* vocat.

Quid quod & Græci lectum genialem, thalamum γοιγήδιον, hoc est, legitimum seu virginalem nominant. *Euripides.*

Accipiens me è domo paterna,
Primus in virginalem duxisti thalamum.

Quæ omnia latius persecuti sumus, ut ostenderemus, Deum fontem castitatis velle, ut in nuptiis contrahendis pudicitiæ imprimis haberetur ratio. Atque ea de causa remedia quædam prodidisse, quibus tanquam ad Lydium lapidem pudicitia exploraretur, ne corruptæ pro puellis locarentur, & viris fucum facerent, & de ea re gentes etiam prophanas sollicitas fuisse, & adhuc hodie sollicitas esse.

Unde efficitur jure divino non recte duci illam, quæ ab alio compressa sit: tantum abest, ut ad eam ducendam quis cogi possit, neque id Deo probari, ut qui puellam vitiatam lapidibus obrui jussit, *Deuteronom. vigesimo secundo.* Sed hæc res latius exemplis firmanda est, & primum Josephi, qui divam Virginem cum eam gravidam reperisset antequam domum deducta esset, clam repudiare statuit, ne ei maculam inureret, etsi adversus eam lege agere & jure divertere potuisset, non tamen absque dedecore & infamia Mariæ. Et quidem nisi divino edoctus oraculo fuisset, consilium de ea deserenda, ita ut conceperat animo, haud dubie impleviset, *ut Ammonii veteris Theologi verbis utar.* Qua de re eleganter vetus Poeta *Juvencus.*

Interea

Interea Mariæ ſponſo miracula mentem
Sollicitant, manifeſta uteri quod pondera vidit.
Et ſecum voluit, quanam ratione propinquæ
Dedecus oppreſſum celet, thalamoſq; recuſet.
Talia tractanti, torpeſcunt membra ſopore,
Audivitq; Dei ſuper horrida ſomnia vocem:
Accipe conjugium nullo cum crimine pactum,
Spiritus implevit ſanctus cui viſcera fœtu.
Hanc cecinit vates venturam ex virgine prolem,
Nobiſcum Deus eſt cui nomen. Protinus ille
Hæc præcepta ſequens, ſervat ſponſalia pacta.

Imò peccatum eſſe maximum cenſebant veteres, ſi vitiatam domini retinuiſſent, quaſi ad adulterium conniverent. Idque Nicephorus *lib. 1. cap.* 8. non obſcurè innuit. Angelus filium Davidis Chriſtum nominat per inſinuationem declaratum, unde exoptatus expectatuſque ille proditurus eſſet. Ipſam quoque ſponſam conjugem nominat, quaſi diceret, cave te cogitatio deliberatione ulla conturbet, ut vereare ne Deum offendas, tanquam adulteram uxorem domi cohabitantem habeas. Tantum enim à piaculo & macula omni abeſt, ut etiam longè ſuper naturam ſit, iſta in utero fœtus conſtitutio. Ne igitur dubites ac timeas ipſam recipere, quam tamen quantum in te eſt, repudiaſti & extruſiſti, &c. Quibus verbis oſtendit Nicephorus, Joſephum virum ſanctum ea de cauſſa voluiſſe repudiare Mariam, quod bona conſcientia cum adultera & mortis rea ſe vix poſſe habitare ſibi perſuaſum haberet. Mariam autem adulteræ loco habebat, cum videret ei uterum intumeſcere. Sed & apud Terentium Pamphilus non vult reducere conjugem, quam ex alio gravidam eſſe putabat, quod id honeſtatis ratio non pateretur, ut ex his verbis colligitur. *Hecyra act. 3. ſcen.* 3. Pollicitus ſum, & in eo certum eſt, quod dixi, fidem, nam de reducenda, id verò neutiquam honeſtum eſſe arbitror. Nec faciam, etſi me amor graviter conſuetudoque ejus tenet. Itaque nec mater Philumenæ urget, ut eam recipiat, ſed id ejus arbitrio permittit his verbis: Cæterum de reducenda, id facias quod in rem ſit tuam, parturire eam, neque gravidam ex te ſolus conſcius. Sed ubi ex ſe gravidam eſſe comperit, eam ad ſe recipit. Et *apud Homerum 8. Odyſſ.* Vulcanus negat ſe

liberaturum ex vinculis Martem & Venerem, donec ei pater reddat omnia dotalia quanta illi puellæ causſa promiſerat, quod pater illi pulchram quidem ſed impudicam filiam dediſſet.

Sed & poſterior ætas exempla vidit ſimilia. Ludovicus Rex Galliæ Adelam filiam Richardo Henrici Regis Angliæ filio, Aquitaniæ comiti, deſpondit, & quod nondum nubilis puella eſſet, deducta eſt in Angliam, & regis commiſſa curæ. Rex etſi ſenex, virgine abuſus clàm illi ſtuprum intulit. Cum autem filius apud patrem inſtaret, ut nuptias maturaret, pater diem ex die ducere, procraſtinare, ut qui puellam vitiatam, cum Leonora uxore facto divortio, uxorem ducere, & ſi ex ea liberos ſuſcepiſſet, liberos Leonoræ abdicare, & cum Gallo affinitatem ſtabilire decreverat. Itaque Richardus filius inimicitias adverſus patrem ſuſcepit, eique bellum intulit, quæ res patri exitium & mortem attulit. Cum ejus corpus afferretur ſepeliendum, & ei Richardus filius in itinere occurriſſet, ſanguis è naribus mortui patris ſubito erupit, quaſi indignantis & commoti filii aſpectu, vel quod magis veriſimile eſt, propter inceſtum cum ſponſa filii commiſſum. Richardus paulò poſt Adelam puellam ſibi deſponſam, ob ſuſpicionem violatæ pudicitiæ, & à ſe integram repudiavit, & cum dote, multiſque muneribus locupletatam domum remiſit, & Beringariam filiam Garſiæ Navarræ Regis in uxorem duxit. Quæ res male habuit Philippum Galliæ Regem Adelæ fratrem, atque ut injuriam ſorori repudiatæ illatam ulciſceretur, fratrem Richardi Joannem ſollicitavit ad novas res moliendas. & quo facilius eum permoveret, promittebat, ſe ei daturum in uxorem Adelam ſororem, quæ ob ſuſpicionem amiſſæ pudicitiæ à Richardo repudiata eſſet. Sed mater Joannis Leonora filium Joannem à propoſito avertit. *Polydorus lib. 13. & 14. in vita Henrici II. & Vives de officio mariti & conjugii.* Et ne peregrina aut externa conſectemur, Gerardi Comitis Holſatiæ conjux Anna, Marchionis Badenſis filia anno 1430. domum ad ſuos redire coacta fuit, tanquam ſuſpectæ pudicitiæ, & ab alio compreſſa, quod ſeptimo menſe filium enixa eſſet, ideoque Adolphus ut adulteram eam ferre nollet, perſequeretur & odiſſet. *Qua de re poſtea. Chronicon Holſatiæ part. 3. fol. 136.*

Quid quod & poſteriores Imperatores lege lata caverunt ut ſi

ſponſa

ſponſa ex alio gravida deprehenderetur, ſponſalia reſcindi poſſent. *Leo conſtit. 93.* Qui & hujus rei graviſſimas adfert cauſſas, & quidem has, quod conſenſus non rectè interveniſſe dici poſſit, ubi ſponſus in virginem conſentit quæ non eſt, ſed vitiata ſeu ψευδοκόρη. Et quod error ſeu falſa opinio eos conjunxerit, non veritas. Deinde quod inter eos nunquam ſit coalitura concordia, ubi tàm graves exiſtunt diſſidiorum cauſſæ, imò tragicos ſæpè exitus conſequi teſtis eſt experientia, ubi maritus eam quæ ab alio vitiata eſt, ducit, & ductam retinere cogitur. Poſtremo quod ratio non patiatur, ut quis ſibi fœminam ex alio gravidam, & fœtum alterius ſubjiciat. Item quod ſponſa oblectationis & amoris gratia ducatur. Ea autem nulla eſſe poteſt, & ſi qua fuit, evaneſcit, ubi mulier reperitur alterius amori dedita eſſe, & ex eo gravida, propter quam levitatem meretriciam vir ipſam uxorem agnoſcere non debet. Quam conſtitutionem in ſuam Epitomen redegit Harmenop. *lib. 4. T. 1. & 12.* Qui hoc addit ita demum reſcindi matrimonium, ſi nuptiarum tempore corrupta reperiatur, quæ pro virgine collocata ſit, ſiquidem perſpicuis ſignis id demonſtrari poſſit, quod rationem habet. Nam in re tanti momenti ſolis conjecturis locus eſſe non debet, quamvis Patricius cenſet, eam adulterii non damnandam, ſi ante nuptias id in ſe admiſiſſet: quod tamen jure divino ſecus habet, ut paulò ante diximus. Idque veteres etiam Romanos obſervaſſe multa ſunt argumenta. Facem in nuptiis in honorem Cereris præferebant, & aqua aſpergebatur nova nupta, ut ea caſta puraq; ad virum veniret, aquā & ignem cum viro communicaret. *Feſtus.* Ita ſenis crinibus ornabantur nubentes, iſque ornatus vetuſtiſſimus fuit, quo etiam ornabantur virgines veſtales, quorum caſtitatē nubentes viris ſuis ſpondeant. *Feſtus.* Quid quod veteres exiſtimarunt, ſponſam non tantum virginitatem illibatam, ſed & oſcula ad maritum ſyncera adferre debere, ut teſtatur Valer. Max. de Publio Mævio, qui in libertum ſibi gratiſſimum animadvertit, & occidit, quod filiæ nubilis ætatis oſculum præbuiſſet. Sane in univerſum oſcula fœminarum prohibita fuere præterquam conſanguinearum. Idque adhuc in Italia paſſim ſervari videmus. Quibus & hoc adjicio, quod moribus & inſtitutis Athenienſium, is qui adulteram ſciens retinet, ἄτιμος eſt, hoc eſt, infamis efficitur. Demoſthenes, & apud Romanos Domitianus,

Equitem

Equitem Romanum ob reductam uxorem, cum qua maritus ob adulterii crimen divortium fecerat, judicum albo erasit, & nota affecit. *Sueton. & ex eo Alexand. Genialium dierum lib. 4. cap. 8.* Quod si ita est, an non eodem loco habendus est, is qui sciens volens sponsam ab alio stupratam ducit. Nam & eam pro adultera habendam innuit Moses *Deut. cap. 22.* Sed & apud Lacedæmonios δίκη καταγαμίου erat contra eum qui uxorem malam duxisset, quanto magis qui adulteram vel vitiatam sciens accipit, quæ mala imo pessima est, & mariti dignitatem maculat. Atque ea de caussa apud omnes pene gentes male audit, & peculiari nomine notatur, qui vitiatam vel meretricem ducit. Apud Germanos imprimis ea res detestabilis & infamis est, usque adeo ut proverbio jactitent, eum qui sciens volens meretricem ducat, patriam † prodidisse, vel proditorem tandem evasurum. Cujus rei adhuc vestigia apud Tacitum extant. Publicatæ, inquit, pudicitiæ apud Germanos nulla venia, non forma, non ætate maritum invenerit. Nemo illic vitia ridet, nec corrumpi aut corrumpere seculum vocatur, id est, consuetudo seculi. Et paulò post: plusque ibi boni mores, quam alibi bonæ leges valent. Scribit Bonifacius, veteres Saxones severissime in virgines vitiatas, & qui eas vitiassent animadvertisse, *in epistola ad Edoardum Angliæ Regem.* In antiqua, *inquit*, Saxonia, ubi nulla est Christi cognitio, si virgo in domo paterna fuerit stuprata, vel matrona fuerit adulterata, strangulatam cremant, & super fossam sepulturæ stuprator suspenditur, aut cingulo tenus, vestibus succisis flagellant. Cæsæ matronæ eam de villa in villam pungunt, donec illam interimant. *Nauclerus.* Et quod de Sacerdote scripsit Procopius Gazæus etiam ad eos qui mariti futuri sunt, rectè accommodatur. Non enim, inquit, solùm sacerdotis est, ut fugiat manifesta mala, quæ famam nostram fugillant. Nam & ubique maritus vitiatæ ludibrio habetur, non tantum à scurris & aliis, verùm etiam ab illis qui uxorem constupraruntut *ait Paulus de Castro consilio ducentesimo nonagesimo secundo*, quod meretrices omnibus exosæ sint, & contemptui. Isocratem de Athenionsium civitate dicere solitum referunt, eam scortis esse similliman, etenim qui illarum venustate delectentur, velle quidem omnes cum ipsis rem habere, qui tamen cum ipsis nuptias contrahere vellet reperiri neminem, etiamsi sui ipsius maximus esset contemptor,

ptor, ita Athenienſium civitatem ad peregrinandum & ſeſe oblectandum, jucundiſſimam eſſe, ad inhabitandum verò non ita tutam. *Ælian. lib. 12.* Huc adde quod delictum illud ſæpiſſime admittitur, ideoque non leviter condonandum, ſed ſevere vindicandum eſt, juxta *l. aut facta, de pœnis, ff. creſcentibus delictis & pœnas exaſperare oportet. Beroaldus lib. 6. Apulei.* Ipſa virginitas conjugalis omnis maritis acceptiſſima eſt, juxta verſum.

Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis,
Et tenui primam deligere vngue roſam.

ſed plerunque nova nupta ab alio præflorata ad maritum venit. Ita Lago data fuit uxor, quæ ex Philippo Ægypti Rege gravida erat, ex quo natus fuit Ptolomæus, qui re Philippi, verbo Lagi filius fuit. *Pauſanias lib. 1.* Et Brutus Julii Cæſaris filius habitus fuit. Nam cum ejus matre Servilia rem habuiſſe dicitur juvenis, qua de cauſſa & Cæſar in prælio, ut ei parcerent, juſſit. *Plutarchus in Bruto.* Et ſcortum ejiciebatur ex populo Iſraelitico. Philo: qui & ejus rei cauſſas reddit. Sed ut hæc mittamus, an non incommodum maximum eſt, quod qui corruptam ducit, in ea ſemper ſuſpicione verſatur & vivit, eam in poſterum ſui ſimilem futuram. Nam ſemel malus ſemper præſumitur: & vulgo dici ſolet, nullam mulierem unius alicujus cauſſa impudicam fieri.

--- Has parvæ poterunt impellere cauſſæ
In ſcelus, ad mores facilis natura reverti.

Quæ diſſidiis perpetuis & rixis anſam præbet. Et meretrices raro vel nunquam ſeſe ad bonam frugem recipiunt. Et quamvis reſipiſcentiam teſtentur, tamen ante actæ vitæ turpitudo ne ſic quidem abolebitur, *argumento, l. palani, de ritu nupt.* Itaque Theano mulier Pythagoricæ profeſſionis interrogata, quot diebus mulier poſt viri congreſſum pura fieret? reſpondiſſe fertur: à proprio viro confeſtim ab alieno nunquam, *ut refert Stobæus.*

Huc accedit & illud, quod verendum ſit, ne liberi matri ſimiles evadant, juxta illud, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. Mali corvi malum ovum. Nam certum eſt filias matrum mores repræſentare & indolem referre ſolere. Quo facit illud Juvenalis *Satyr. 6.*

Scilicet expectas, ut tradat mater honeſtos,
Aut alios mores quam quos habet.

Itaq; elegantissima est Pelei *in Andromache apud Euripidem* Oratio.

Et ego quidem loquebar te ambiente affinitatem,
Nunquam tecum affinitatem contraherę,
Negę intra domum accipere
Malæ mulieris pullum. Imitantur enim
Mulierum opprobria. Hoc & considerate mihi
O proci, bona filiam ex matre ut ducatis.

Vnde & Columella, autoritate versus Vergil. *Eclog. 1.*

Sic tauris catulos similes, sic matribus hœdos.

nihil, inquit, dubium, quin ipsa natura sobolem matri similem esse voluerit. Et in hanc rem plura congessit omni laude dignus *Tiraquel. in l. 7. connubial. gl. 1. p. 7. fol 116.* Et hanc nostram sententiam confirmat jus civile, contractum rescindens, quo quis se virginem emere putans, corruptam emit. Idque expresse respondit Ulpianus *l. ex empto. §. si quis virginem, de actione empti.* Si quis, inquit, virginem se emere putasset, quum mulier venisset, & sciens errare eum venditor passus sit, redhibitionem quidem ex ea caussa non esse, veruntamen ex empto competere actionem, ad resolvendam emptionem, ut restituto pretio mulier reddatur, &c. Quod & ad matrimonium recte refertur, quod & bonæ fidei contractus est, non secus ut emptionis. Nec his adversatur, quod in argumentum trahi solet. *ex l. alioqui, de contrh. empt.* Valere emptionem si virginem me emere putarem, quæ jam esset mulier, ita tamen ut teneatur venditor ad id quod interest. Nam in hac specie de serva agitur pro virgine vendita, quæ mulier est, cujus venditio valet, quod servile corpus æstimationem recipiat, ideoque id quod interest seu damnum à venditore præstari possit. *l. si sterilis, §. quisquis, de action. empt.* At in proposita quæstione ubi de nuptiis puellæ liberæ agimus, quæ pro virgine desponsa, corrupta sit, ubi damnum æstimari non potest, neque id quod interest præstari. Nam liberum corpus æstimationem nullam recipit, neque pudicitia amissa ullo pretio redintegrari aut compensari potest. Itaque hic æquitas aliud postulat, nimirum ut mulier reddatur, & contractus dolo initus rescindatur, & qui alterum circumvenit, puniatur. *Qua de re infra.* Quam sententiam etiam veteri juris interpreti Hugoni placuisse scribit *Angelus in summa*, quod scilicet possit repudiari mulier, si tempore sponsaliorum erat corrupta, quæ pro virgine sese gerebat. Ita

sentiunt

sentiunt Theologi recentiores, *Lutherus*, *Philippus*, *Hemmingius*, *Chythræus*, ut si vir postquam comperit sponsam vel uxorem ab alio vitiatam & gravidam, non attigerit, & ab ea separari cupiat, neq; precibus aut alia ratione flecti possit, ut eam retineat, vel ejectam recipiat, judex repudium aut divortium permittat, idque exemplo legis Mosaicæ & aliarum gentium, quæ idem jus servarunt, ut jam explicatum est, Quamvis rectius eum facturum plerique existimant, si vitiatam retineat, eique delictum condonet, & ejus quod interest nomine certam aliquam pecuniæ summam, & quasi alteram dotem accipiat, quam si eam repudiet: quod tamen apud me non satis exploratum est, qui mulierem vitiatam sine infamia vix retineri posse statuo. Idque non obscure *apud Terentium* innuit Pamphilus. Nam de reducenda, id neutiquam honestum esse arbitror. Et quod Josephus verebatur, ne Deum offenderet, si Mariam tanquam adulteram domi cohabitandam haberet, & reciperet. Nam & adultera jure divino censetur, & mortis rea. Et uxoris infamia mariti dignitatem maculat. Unde recte *Plinius in Panegyrico*: Multis illustribus dedecori fuit, aut inconsultius uxor assumpta, aut retenta patientius: ita foris claros domestica destruebat infamia, & ne maximi cives haberentur, hoc efficiebat, quod mariti minores essent. Et *Epistolarum lib. 6.* Plinius de Galitta adultera ait, eam suam & mariti dignitatem adulterio maculasse. Item, quod miles uxorem adulteram retinuerit, male audisse. Apud Germanos veteres pro more servatum fuisse, ne quis infamen vel vitiatam duceret, Tacitus scribit, etiamsi vel forma præcelleret vel etiam ætate florenti esset. Quo spectant verba. Non forma non ætate maritum invenerit. *lib. de moribus Germanorum.*

§. 42. SUMMARIUM.

Vitiatam ab alio sciens ducens an repudiare possit?

SEd quid si quis eam quã scit vitiatam esse sponte sibi desponderit aut duxerit, & deinde repudiare velit? Respondeo cogendum esse illam retinere, neque enim se deceptum queri potest, qui sciens & volens eam sibi desponder, cujus conditionem non ignorat. Qua de re elegans extat exemplum *apud Valer. Max.* de

Cajo Ticinio, qui Fanniam quam impudicam esse sciebat, duxerat, & postea hoc prætextu eam repudiare volebat, quo dotem lucraretur. Eum coegit Cajus Marius illi dotem reddere, quod sponte illam duxisset, cujus mores exploratos haberet. *Plutarchus in Mario*: Fannia à Tinnio marito suo repudiata, cum dotem (quam satis amplam attulisset) reposceret, ille adulterium objiceret, ad Marium consulem caussæ cognitio delata fuerat, isque cum caussis peroratis appareret, Fanniam pudicitiæ parum fuisse temperantem, Tinnium verò cum id cognitum haberet, duxisse tamen eam, inque matrimonio diu habuisse, utrisq; succensens, viro dotem reddere jusserat, Fanniæ litem ignominiæ caussa, quatuor insuper æreis æstimaverat. Itaq; non debet alicui affectata ignorantia, vel supina & crassa negligentia hac in re patrocinari. Est itaque hæc una exceptio ejus sententiæ, quam defendimus, nimirum impudicitiam sponsæ marito justam caussam non præbere repudiandi uxorem, quam sciens impudicam duxit.

§. 43. Summarium.

Sponsa si de consilio & mandato sponsi vitiata sit?

IDem dicendum existimaverim, si sponsus vel maritus in carcere hærens, vel alioqui in vitæ discrimine constitutus, sponsæ vel uxori imperet, ut adulterandam sese præberet, quo is carcere liberari posset, & mulier ei obsecuta, alicui sui copiam faceret. Neque enim audiendum existimaverim, si uxorem repudiare velit ob adulterium, cui ipsemet sese administrum præbuit. Exempla in sacris literis extant de Rachele, quæ Jacobo Bilha ancillam dedit, *Genes. 30.* & de Sara quæ Abrahamo ancillam subjecit Hagar. *Genes. 16.*

§. 44. Summarium.

Sponsam vitiatam si quis sciat & tamen ab ea non abstineat.

ALtera est, si sponsus postquam resciviisset sponsam vitiatam, ab ea non abstinuerit, sed ut uxorem tractaverit, tacite rei cognitæ acquievisse, eiq; hoc delictum condonasse præsumitur. Quæ patientia ei obstabit, si imposterum expleta libidine, & quando eum satietas ejus cœpisset, illam repudiare vellet. Nam quod

semel

ſemel placuit, ampliùs diſplicere non debet. Et qui ſciens & volens in conſuetudinem ejus, quam ſcit ab alio vitiatam, conſentit, idque concubitu planum facit, errorem allegare non poteſt, neque hoc prætextu ſe excuſare. Idque Theologis probari video, & conſtitutione Regis Friderici II. cautum eſt. Et rectè.

§. 25. SUMMARIUM.

Sponſa quæ ſe pro virgine gerit cum non ſit & viro nubit an à magiſtratu puniri poſſit.

RUrſus hic quæritur an magiſtratus in eam animadvertere debeat, quæ compreſſa pro virgine ſeſe gerit, & viro deſpondetur vel nubit? Et coercendam non exiſtimaverim, ſi vir ei hoc delictum condonet. Idque authoritate Taciti, qui refert veteres credidiſſe, ſatis pœnarum eſſe adverſus impudicas in ipſa profeſſione flagitii, ut aliis decretis non ſit neceſſe eas coercere. *lib.* 2. Itaque ſi maritus poſt ſponſalia vel nuptias contractas, re patefacta injuriam diſſimulet, magiſtratus officium nullum erit. Idque quod bene concordantia matrimonia turbari non oporteat. Nam ſi magiſtratus in uxorem exemplum edere vellet, cui maritus nihil objiceret, ea utique res anſam perpetuis diſſidiis præbitura eſſet, & uxoris infamiam quodammodo ſopitam reſuſcitaret, quam texiſſe melius fuerit. Neque enim omnia peccata corrigi poſſunt, ideo quædam præſtat tegi, quæ animadverſione pejora erant futura: juxta verſiculum.

Curando quædam fieri pejora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigiſſe fuit.

Quæ ſententia legi Moſis eſt conſentanea. Nam ita demum uxor coercetur, ſi maritus adverſus eam accuſationem inſtituat *Deuteron.* 22. Aliud dicendum ſi maritus ad repudium agat, & nulla perſuaſione adduci poteſt, ut vitiatam ducat, vel retineat. Nam tum eam pœna arbitraria à magiſtratu coercendam exiſtimaverim. Quod ſi quis durum exiſtimet, eum ad legem Moſis relegamus, & Græcorum, quæ ejuſmodi facinus capitali ſupplicio plectendum cenſent, ut ſuprà explicatum eſt.

§. 46. SUMMARIUM.

Parentes sponsam corruptam pro virgine collocantes an puniendi?

AN verò parentes, tutores, vel alii qui vitiatam puellam sciebant coercendi sint, quod sponsum deceperint, & ad fidem dandam dolo impulerint? Et coercendos existimáverim, idque authoritate veteris scriptoris Philonis, qui disertis verbis imminere periculum κυρίοις seu curatoribus scribit, si vitiata pro virgine collocata sit, non modo quia eam non custodierunt, verùm quia vitiatam desponderunt pro virgine, & sponsum vel maritum deceperunt *lib. de legib. specialibus.* Idque quod in re tàm magni momenti aliquem fallere turpissimum est. Idque expressè cavit Rex Daniæ Fridericus II. & causam subjicit, quod peccatum maximum sit. Pœna autem arbitraria erit, vel carceris, vel pecuniæ.

§. 47. SUMMARIUM.

Sponsa vi rapta an repudiari possit?

TErtia exceptio seu cautio est, si puella honesta vi rapta & compressa sit. Nam ea pro pudica habenda est. Itaque & sponsus ad consummandum matrimonium tenetur, si puellæ post sponsalia vel nuptias factas inita, vis & vitium illatum sit, quod mens impudicam faciat, non casus, *ut Seneca loquitur:* & *Ambrosius*, revera non potest caro ante corrumpi nisi mens fuerit ante corrupta, *32 q. 5. revera & cap. Raptor 27. q. 2. Arnobius.* Nemo unquam innocens male interemptus infamis est, nec turpitudinis alicujus nota commaculatur, qui non suo merito pœnas graves, sed cruciatoris patitur sævitatem. Item, haud est nocens quicunque sponte non est, *lib. 1.* Item, peccatum omne involuntarium veniam meretur. *Dionys. Halicarn. lib. 1. ita sentit Didacus part. 1. cap. 5. num. 3. Abbas c. discretionem, de eo qui cognovit consanguineam uxoris*, nullum vis illata consensum nec crimen habet, sicut de illis qui à prædonibus aut hostibus capti, corpore muliebria patiuntur, *l. 1. supra, de postulan. c. si quis à Turcis & fil. sequent. 55. distinct. Anost. c. 22.* Nam virgo prostitui potest sed adulterari nequit. Rectè *apud Ovid.* Helena.

An

An quia vim nobis Neptunius attulit heros,
Rapta semel videor, bis quoq; digna rapi
Crimen erat nostrum, si delinita fuissem,
Cum sim raptæ, meum quid nisi nolle fuit?

Et tantum abest ut eam repudiare possit sponsus vel maritus, ut injuriam illatam ulciſci, & honorem sponsæ & uxoris vita antiquiorem habere debeat. Itaque & vitæ discrimen adiisse maritos propter stuprum uxoribus illatum, historiæ testantur. De Lucretia vi compressa, & quo pacto ejus mortem ultus sit maritus eleganter Livius *lib. c. Decad. 1.* & Dion uxorem Aristomachen, quam Dionysius satelliti Syracusano nubere coegerat recepit, & pro uxore habuit, ut quæ per vim nupsisset & stuprata esset, & tyrannum persequutus ultus est. Historiam supra recitavimus *ex Ælian. Quæ & apud Plutarchum extat, in vita Dionys.* Cum arcem, inquit, Dio recepisset & uxorem, mulieres regiæ se non continuerunt, quin ad portas obviæ ei occurrerent, Arete Dionis filium ducens, Aristomacha pone sequens lacrymans & sollicita, quonam modo maritum salutaret, atque compellaret, quæ ipso vivente cum altero rem habuisset. Ibi Arete, cum eam primum, dein filium salutasset Dio, Aristomacham Dioni adducens: Miseræ, inquit, te exulante fuimus, ô frater, adventus tuus & victoria omnem nobis ademit mœrorem, hanc una excepta (Aristomacham indicabat) quam infelix ego vidi cogi, ut te vivo alteri nuberet. At tu fortunæ munere dominus factus, quid tandem de ea necessitate fers sententiæ? ut avunculum ne, an ut maritum salutabit? Hæc ubi dixisset soror, Dio lacrymis effusis perhumaniter uxorem apprehendit filioque ei tradito in domum suam ire jussit, ubi ipse quoque reddita Syracusanis arce habitabat. *Hactenus Plutarchus.* Regnante Carolo VI. Galliæ Rege, duo quidam proceres ex familia Petri Alonzonii Ducis, Jaquetus Grisus & Joannes Carongius singulari certamine congressi inter sese dimicarunt. Caussa contentionis hæc erat. Jaquetus Grisus Joannis Carongii uxorem peregre profecti per vim stupraverat. Nam cum Argentolum ubi uxor morabatur venisset, simularetque se arcis videndæ caussa, quam bene ædificatam accepisset, venire à Carongii uxore sola intromittitur, atque ibi Grisus solitudine loci fretus fœminæ renitenti vim intulit, eamque stupravit. Uxor marito

reverso

reverso lacrymis oppleta, tum sibi factum commemorare & lamentari, & ad scelus ejusmodi vindicandum hortari. Quare commotus Joannes rem omnem ad Dulcem Alonzonium referre, petereq;, ut adulter vel meritas pœnas lueret, vel in certamen descenderet, seque duello purgaret. Jaquetus negare factum: Joannes instare factum. Cumque Alonzonius apud quem instituta erat accusatio, certamen illud non concederet, quod Jaqueto esset propensior, Joannes ad Senatum Parisiensem appellabat. Postquam annum totum res agitata esset, & uxor crimen Jaqueto intentaret, ille verò constanter negaret, decretum est, ut monomachia litem finirent. Diem certamini edicit Senatus. Carolus Rex ex loco edito ejus pugnæ spectator fuit. Aderat quoque Joannis uxor plaustro vecta, ad quam vir accedens, tum, inquit, uxor sola & unica testis es, & stupri tibi illati conscia, cujus caussa hoc certamen suscepi: Itaque libere profitere, num rectè & justè adulterum aggredior? mi vir, inquit, mihi fide, securus accede, nihil tibi mentita sum. Ibi tum mox primum congressi sunt equites, deinde pedites: Joannes Carongius primum ex equo in femore vulneratur. Sed ne sic quidem territus, in pedes desiliens adulterum prostravit, atque interemit, & palàm fecit, esse vindicem Deum, qui scelerum impunitatem non ferat laquetum interemptum carnifex ad patibulum pertractum suspendit. Victorem Carongium Galliæ Rex honorario eximio & annuo ducentorum Francorum, quoad viveret, stipendio locupletavit & auxit, ne benefactis præmia deessent. Nobiles verò & alii summis laudibus prædicare, qui pro vita pudicitia & fama uxoris, corpus suum vitæ discrimini exposuisset. Etenim mariti dolor quantus sit, cujus uxor vim patitur, ex eo colligere licet, quod ad insaniam quodammodo redigantur, & suis visceribus non parcant, argumento est, quod *Judic. cap. 15.* memoriæ proditum est, maritum uxorem vi compressam in frustra concidisse. Et Lepidus ex mœrore mortuus est, quod incidisset in literas quasdam, ex quibus de adulterio uxoris suæ cognovit. *Plutarch. in Pompejo.*

§. 48. SUMMARIUM.

Stuprata vi an si pro virgine sese venditet repudiari possit?

Ad

AD institutum revertamur. Dixi; si post sponsalia vel matrimonium consummatum mulieri vis illata sit, non jure eam repudiari posse. Id autem locum non habere existimaverim, si ante sponsalia contracta per vim stuprata sit mulier, & tamen sese pro virgine venditarit, & pro virgine etiam desponsa sit. Nam tunc eam repudiari posse, neque sponsum ad eam ducendam compellendum esse rationis est, cur enim mentita est se virginem, quæ virgo non est confessa, idque excusavit, nisi ut maritum falleret. Cur habitu virginali incedit, & vestitu, nisi ut ficum faciat futuro marito. Itaque & meritas pœnas luit, si à sponso vel marito deseratur, quod dolus & fraus ab hoc contractu & fœdere sanctissimo abesse debeat, qui sola pietate & fide nititur.

§. 49. SUMMARIUM.

Puella partim vi partim dolo circumuenta & compressa an repudiari possit?

POstrema exceptio hæc est, si puella partim vi partim fallaciis & technis, vel sub specie religionis pudicitiæ jacturam faciat, simplicitate ducta, eam repudiandam minime putarim. Ita dolum & vim æquiparare videtur Philo. Quidam putant medium quiddam esse, quando sponsa nondum tamen nupta dolo aut vi opprimitur, *de legib. special.* Exemplo res fit clarior. Maximo Senatori Romano uxor erat forma venusta ac prudens, cujus amore Valentianus Imp. flagrans, quo ea potiri posset, Maximum ad se accersit, & cum eo talis ludere cœpit, & auro certo proposito, annulum ejus signatorium lucratus est. Annulum clam ad uxorem mittit mariti nomine Valentianus, ut statim signo perspecto veniat in palatium salutatum Imperatricem Eudoxiam. Illa statim paret. Eam quidam ad hoc destinati excipientes, longe in Gyneconitidem duxerunt, ubi Valentianus ei occurrens vim intulit. Illa domum reversa lamentari, maritumq; incusare & detestari, qui huic malo occasionem dedisset. Maximus ingenti dolore perculsus, sui ulciscendi caussa insidias Imperatori struere cœpit. Commodum visum est, Aetium Ducem & militem insignem, qui maximas victorias de Scythis reportaverat, suspectum reddere, quod incœptum Maximus eo perduxit, ut illum Valentianus interficiendum curarit. Ibi tum Attila qui hactenus Ae-

tium metuisset, totam Europam populatus est, & Occidentis imperiū sibi tributarium fecit. Maximus Valentianum deinde nullo negotio interemit. Eudoxiam conjugem Valentiani capit, eamq; in uxorem ducit, quū ejus uxor paulo ante decessisset. Cumq; forte fortuna una cum Eudoxia cubaret, confessus Maximus se Valentianum amore captum, ejus maritum interfeciſſe. Illa exacerbata, & de ultione cogitans Carthaginen mittit, & Gizerichum ne viri necem inultam pateretur rogat. Gizerichus ingenti classe in Italiam navigans Romam ingreditur, Maximū Roma fugientem insectati lapidibus obruunt, membratimq; discerpunt. Gizerichus Eudoxiam & filius ejus ex Valentiano capit, prædamq; omnem in Africam convexit. E captivis mulierib. Eudoxiam Honoricho filio, Placidiam vero Olybrio nobili Senatori Romano locavit. *Procop. lib. 3.* In propoſita facti ſpecie, nemo non videt Eudoxiam partim dolo, partim vi adductam pudicitiæ jacturam feciſſe, neq; à viro ea de cauſſa repudiatam fuiſſe. Imò maritum ne injuriam inultam pateretur capitis periculum adiiſſe. Ad eandem fallaciam pertinet, quod Æſchines in Epiſtolis de Cimone quodam, quo ipſe peregrinationis comite dum in Ilio exularet, uſus eſt, refert. Lege cautum erat, ut puellæ in Ilio nubiles antequam viris locarentur in Scamandrum fluvium lotum deſcenderent, eiq; ſuam virginitatē conſecrarent, verbis conceptis, quæ ejuſmodi fuiſſe refert Æſchines, λαβὲ ὦ σκάμανδρε τὴν παρθενίαν μου. Cum autem plures virgines nubiles eſſent, evenit, ut una quædam Callirohe nomine claris parentibus orta, ad flumen accederet, conſecraturā Deo Scamandro pudicitiam, Cimon Æſchinis comes, qui id ſubodoratus eſſet, & virginis pudicitiæ inſidiaretur in ulva & virgultis proximis ſeſe abdiderat, ibique deliteſcebat, & quo Deum repræſentaret, coronam ex arundinibus confectam capiti impoſuerat. Cumque Callirohe inter lavandum verba illa ſolennia proluiſſet λαβὲ ὦ σκάμανδρε τὴν παρθενίαν μου, ibi tum Cimon è veſtigio ex ulva exiliens in hæc verba prorupit, λαμβάνω ἤδεως ἐγὼ σκάμανδρος ὢν καὶ πολλὰ ἀγαθὰ ποιῶ σοι, & è veſtigio virtum virgini intulit: poſtridie cum in Ilio ad ſpectacula quæ ibi celebrarentur, maxima hominum multitudo confluxiſſet, virgo Callirohe, cui ſorte fortuna Cimon occurriſſet, ſe ad pedes ejus abjecit, & ſublata voce, en, inquit, ō nutrix, Deum Scamandrum, cui ego heri conſecravi virginitatem.

Nutrix

Nutrix cum percunctationibus didiciſſet vitium virgini ſub ſpecie religionis illatum, rei indignitate mota, lamentari, exclamare, populum adverſus Cimonem, qui religionem & puellam ludibrio habuiſſet, concitare, & in ſummum illum diſcrimen adducere. Ille fuga ſibi ſalutem quærens, in ædes muri vicinas ſeſe cojecit, atq; ita naviculâ nactus evaſit. Multitudo populi, quæ eum perſequebatur ignem in domum injecerunt, eamq; exuſſerunt. Ego Callirohen excuſandam, cui ſub ſpecie religionis fucus factus ſit, & ea de cauſa velut impudicam minime repudiari potuiſſe exiſtimaverim, cum ſimplicitate ducta & religione vitiata ſit. Nam ut recte ille,

Fallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria, ſimplicitas digna favore fuit.

Nec ei vitium objici & exprobrari jure poteſt, cum corpore tantùm peccarit, animum autem integrum & incorruptum retinuerit. Et mens eſt quæ impudicam facit, *Seneca*. Sed noſtra ætas exempla vidit ſimilia. De Alberto monacho familiæ Franciſcanæ narrat Baptiſta Egnatius, eum cum confeſſionis munus obiret, matronæ Eliſæ Quirinæ Venetæ fœminæ formoſæ perſuaſiſſe ſe juſſu Archangeli Michaelis veniſſe, qui eam præ cæteris matronis diligeret, noctemq; unam condiceret, qua ad eam ſit venturus, meo tamẽ, inquit, veſtitu, meoque hoc corpore. Quod quum illa (ut eſt mulierum ingenium) libenter accepiſſet, die dicta & perſcripta ad eam venit. Cum ſemel & iterum in eodem verſaretur negotio, mulier eam rem enunciavit, & patefecit. Cognati mulieris operam dabant, ut Albertus comprehenſus pœnas daret, ille vero nudus in ſubjectum canalem ſeſe præcipitem dedit, & inde in ædes hominis ignoti ſeſe recepit. Ibi comprehenſus in Marcianam aram urſina pelle tectus deductus, omnium ludibrio expoſitus fuit. Sed tandẽ à ſodalibus ſuis Franciſcanis ſublevatus, carceri perpetuo mãcipatur. Apud Livium etiam de bacchalibus legere licet, quorum prætextu, veluti religionis, multis ſtuprum illatum fuit. Ita & mulier quædam pœnitentiã agens à Diacono Conſtantinopoli, ſub prætextu religionis compreſſa fuit. Idq; delictum tã graviter populus tulit, ut de conſilio Eudemonis Nectarius ſtabilierit, ne quis deinceps in Eccleſia presbyter pœnitentiarius eſſet, & ut cuiq; permitteretur, pro cõſcientia ſua de immaculatis myſteriis participare. Sic enim fore ut Eccleſia calumniis libera eſſet. Et hanc ob

cauſſam presbyter pœnitentiarius in Eccleſiis eſſe deſiit. *Nicephorus lib. 12. c. 2 8.* Ita Helena *apud Ovidium* excuſat matrem, quod technis & dolo deluſa, adulterium commiſerit.

Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſæ
Error inest: pluma tectus adulter erat.

Ita & Bartrandam Rolſiam excuſari poſſe exiſtimaverim, cui ab Arnoldo Tilio fucus factus eſt, ſimulante ſe Martinum Guerram, hoc eſt, maritum Bartrandæ. Hiſtoria nota eſt, eamque deſcribit *in Arreſto Tholoſano* Coraſius, quem omnino vide & lege.

§. 50. SUMMARIUM.

Vitiata ut repudiari poſſit evidentiſſimæ probationes requiruntur.

INterim tamen ut vitiata repudiari poſſit, ea de re certo conſtare oportet. Et quidem evidentiſſimis probationibus convincenda eſt mulier, quæ corrupta eſſe dicitur. Nam in cauſſis criminalib. luce meridiana clariores probationes eſſe debent. *l. ult. C. de probationib.* Jus enim præſumit virginem fuiſſe ſponſam: Ideoq; vir affirmans contrarium, probare id cogitur. *Panorm. c 1. ext. de adulte. l. apud Labeonem §. ſi quis virgines de injur.* Idque diſertis verbis *tradit Harmenop. lib. 4. Tit. 12.* Si quidem expreſſis ſignis id demonſtrari poſſit, eam incorruptam eſſe. Eoque ſpectant verba legis 137. Genevenſis. *Quand' il ſe trouueroit per probation ſufficante. &c.* Nam & jure Moſaico qui ſolis ſuſpicionibus nixus mulierem diffamaſſet, eam retinere cogebatur, & vapulabat. *Deut. 22.* Itaque mihi vehementer probatur, quod Lutherus hac de re ſcriptum reliquit, cujus verba, ut potui, latine expreſſi. Convincenda eſt puella, quæ corrupta eſſe dicitur. Nam hoc caſu ſolis ſuſpicionibus aut conjecturis niti, vel hominum maledicorum ſermonib. qui puellam traducunt, id vero neque Deo placet, nec æquum eſſe arbitror. Nam diabolus ſæpe ſuſpicionibus pravis & linguis virulentis nuptias diſturbavit, & ubi diſturbandi poteſtas non fuit ſuſpicionib. oneravit, & exaſperavit. Quibus ut occurratur, hæc ineunda ratio eſt: Si aliquis in aurem tibi inſuſurrarit, ſponſam tuam à viro integram non eſſe, & in eam rem multa congerit, quod vel dicat, ſe id exploratum habere, vel ſuis oculis vidiſſe, ita homi-

hominem jugulato: Numquid in eo perſiſtere & in judicio, ſi fortaſſis eo ventum ſit, hæc quæ vera dicis teſtari, & profiteri paratus es? Quod ſi ille id ſe facturum negaverit, & tandem eo evadat, ut dicat ſe monendi ſaltem cauſſa hoc protuliſſe, ibi pro certo habeto, illum à Diabolo ad te ablegatum eſſe, & falſa dicere, etiamſi pater, mater, frater vel ſoror ſit, qui te de ea re convenerit. Idque ex eo palàm eſt, quod te monere tibique conſulere vult, quando ampliùs res integra non eſt. Cur autem re integra ad te non acceſſit & conſilium dedit, &c. *Et alio in loco*: Quidam in facie Eccleſiæ una cum virgine ſibi deſponſa cognatis præſentibus & amicis, antequam cubitum deductus in ſponſæ amplexum veniſſet, certior factus eſt à quibuſdam, ſponſam vitiatam & virginem non eſſe: an eam repudiare debeat, quæritur? Reſpondeo repudiari poſſe, ſi quidem homines fide digni id palàm affirment, & ſponſam convincere parati ſint. Sin minùs poſſe illum peregrè aliquo proficiſci, ibique aliquandiu hærere, quoad alteri ipſa nupſerit, vel quod tutiſſimum erit, ſi quidem illi, qui hæc ſparſerunt, palàm affirmare, profiteri & probare nolint, ut eos veluti perfidorum & infamium loco habeat.

§. 51. SUMMARIA.

1 *Vitiatam puellam quomodo probari poſſit?*
2 *Concubitus ex indiciis probatur.*
3 *Virginitatis explorandæ ratio apud Epheſos uſitata.*

PRobationes † autem quibus mulier vitiata & corrupta 1
eſſe convincatur, hæ ſunt. 1. ſi uterum ferat & gravida ſit ex alio vel non ſuo tempore, hoc eſt, juſto peperit, & tunc res ipſa indicat, eam à viro integram non eſſe, ut alia probatione opus non ſit. Ita Agis Rex Spartanorum Leotychidem profeſſus eſt ex ſe natum non eſſe, temporis ratione adductus. Nam terræ motu ſubito perterritus Agis, è thalamo uxoris curſu ſeſe proripuerat, neque totis exinde decem menſibus cum ea concubuerat. Qua de cauſſa & poſtea Leotychidas regno excidit. Et meritò. Nam & ipſe Alcibiades confeſſus eſt, ex ſe natum eſſe, qui cum Timæa Agidis uxore furtivam conſuetudinem habuerat. *Plutarchus in Alcibiade & Lyſandro,*

& *Xenophon lib. 3. historiæ Græcæ.* Ita *apud Terentium* colligit mater filiam ex Pamphilo non esse gravidam, idque ostendunt hæc verba: Parturire eam, neque gravidam esse ex te, solus conscius. Nam, ajunt, tecum post duobus concubuisse mensibus, tum postquam ad te venit, mensis agitur hic septimus, Quod te scire res ipsa indicat. *Hecyr. 3. scen. 3.* Interim tamen si septimo mense pariat mulier, suo tempore & rectè peperisse dicitur. *l. septimo mense, ff. de stat. homin. Idque Philo Judæus & alii notarunt. Macrobius libro secundo capite sexto in somnium Scipionis:* Humano patrui frequentiorem usum novem mensium certo numerorum modulamine natura constituit, sed ratio sub ascíti numeri senarii & multiplicationem procedens etiam septem menses compulit usurpari. Euristhæus nascitur septimo mense. *Euripides, Thucidides & alii.* Et Demarathus Aristonis Regis Spartanorum filius nondum exactis decem mensibus. *Herodotus.* Qua de causa etiam Aristho cum Ephoris sedens diductis in digitos mensibus dixit juratus. Hic filius non est meus. Quod etiam Demaratho postea objectum fuit Regi exorto, quod non esset Spartanorum Regis filius. Ideoque pater eum necare statuerat, & Pythius ea de re consultus eum legitimum non esse falso respondit. Rectius mater Demarathi, mulieres, inquit, etiam novem ac septem mensium partum edunt, non omnes decimum mensem explent. Ego te fili septimestrum genui. *Herodot. late lib. 6. & Pausan. lib. 3. Idem statuit Plato lib. 5. de Repub.* Omnes quicunque nascentur decimo mense vel septimo, ex ea die qua quis liberis operam dedit, mares filii, fœminæ filiæ nominabuntur. Itaque gravissimè peccavit Gerardus Comes Holsatiæ, quod Marchionis Badensis filiam repudiavit, ea de causa, quod septimo mense peperisset: quæ tamen omnium judicio innocentissima & pudicissima fertur fuisse. Sed magis culpandus videtur Adolphus ejus frater, qui ei gravis & molestus fuit, & sua importunitate eam abegit. Aliud dicendum, si undecimo mense post mortem mariti pariat. Nam tunc non rectè, & suo tempore peperisse dicenda est. *Novella Justiniani. de ea quæ parit undecimo mense.* Et id innuit Terentius his verbis; Quem ego avum feci jam ut esset, filiæ nuptiis, nam tua gnata peperit decimo post mense: Numerum cape. Eo repudium misit avunculus causa mea.

Deinde

Deinde si mulier interrogata, an post inita sponsalia cum alio rem habuerit, fateatur se concubuisse, nam hæc confessio probationis evidentissimæ justa est: Ut illa apud Ovidium.

Ille meæ spolium virginitatis habet.

Item:

Virginitas facta est præduri præda Patronis.

Verba Medeæ *in epistolis Heroidum.* Nulla enim plenior & firmior est probatio, quam proprii oris confessio, juxta vulgaria. Et hoc casu judex velut in causa adulterii pro repudio pronunciabit.

Postremò & jure civili & canonico de pudicitia ex corporis inspectione judicatum esse constat unde *l. de ventre inspiciendo*, ubi dicitur obstetricum testimonio standum & acquiescendum. Et ne quis id novum & Jureconsultorum inventum existimet, scire debemus, etiam in primitiva Ecclesia hanc probandi & judicandi rationem usitatam fuisse. Nam & Cyprianus virgines Deo dicatas, quæ cum viris concubuissent, per manus obstetricum inspici jussit, *lib. 1. Epistola 10.* Quod & in jus canonicum relatum est *27. q. 1. c. quod si, & in c. proposuisti, de probationib. conf. 62. matrimon.* Nam & hymenem seu pelliculam illam in puellulis videri posse, diductis illarum cruribus, *testatur Vesalius lib. 5. cap. 15. Anatomiæ*, etiamsi inter secandum non satis conspiciatur. Sed & si virgo sola cum solo in eodem lecto deprehensa sit, ἐπ' αὐτοφόρῳ satis magnum indicium est & argumentum, eam à viro integram non esse. Nam & ex indiciis † concubitus probatur, *l. Lucius de condito. & demonstrat. & notatur in l. filium, de his qui sui sunt vel alieni.* Et ex solitudine maris & fœminæ præsumitur concubitus, licet necessario non probetur, *c. proposuisti, de probationibus* Quibus accedit legis Mosaicæ institutum seu modus explorandæ virginitatis à Deo ipso perscriptus, ex sanguine rupti hymenis: Nam membrana hoc impetu rupta vel lacerata, & dein continuo affrictu divulsa excalefactaque sanguinem emittit & promanare sinit. Et hic modus olim in populo Israelitico fuit usitatus, & adhuc apud quasdam gentes, ut Afros, observatur, *ut suprà ex Joanne Leone docuimus.* Sed ei quantum tribuendum sit, aliis judicandum relinquo. Panormitanus incertum & fallacem esse tradit, quod mulieres subdolæ facilè possint pharmacis & potionibus illa signa edere quæ Moses requirit, & hac

& hac ratione maritis fucum facere, ſane inter Medicos non ſatis convenit de hymene neque de ſanguine illo, qui ex pellicula rupti hymenis emanare dicitur. Nam alii prorſus hymenem reperiri negant, alii contra multum hiſce ſignis tribuendum cenſent, quaſi à Deo ipſo monſtratis, idque veritati eſt conſentaneum, Nam cum Dei Spiritus in ſacris literis hæc dictarit & prodiderit, de eo dubitare nefas eſſe videtur. Neque enim ampliora teſtimonia requirere par eſt, cum verbum Dei hanc dubitationem & controverſiam dirimat. Huc accedit auctoritas multorum Medicorum, Arabum, Græcorum & Latinorum, ut Celſi, Veſalii, Fallopii, Carpi, Fernelii & Wieri, idem ſentientium, & populorum inſtituta ut Afrorum, qui experientia teſte, hac ratione, tanquam Lydio lapide caſtitatem explorari poſſe cenſent. Qua de re multa congeſſit *Laurentius Joubertus Profeſſor Academiæ Montis peſſulani lib. cui T. Erreurs populaires anfuict de Medicine, lib. 1 cap. 4.* & tandem concludit his verbis: *Or de cela on peut entendre, comme & de quoy pluſieurs filles rendent duſang au leue deflo-ration de ceſt hymen ſuy tont celles, qui ſont aages. Les plus jennes peuvent rendre auſſi, meſmes ſi elles ont eu quelque foiz lens menſtrues. Car an der-riere des dittes peaux, ſe retient, quelque matiere duſang qui ha flue de parties ſuperieures. Et lors quæ ample ouver ture eſt faite, ce reliqua ſe vride au pre-mier aſſaut par la nouuelle breche. Voila comment toutes peuvent avoir quelque ſang an leur defloration pourveu quelles ſoient anpuberte, capables de leur men-ſtrues. Comme il eſt bien raiſonnable quon ne marie les filles ſelon la loy de nature ecrite dedans nos coeurs & je crois que la loy de Dieu ne permette autre-ment Dou il eſt ecrit Deut. cap. 22.*

Etſi autem multum hiſce ſignis tribuendum cenſeo, tamen ſi ea in virgine non reperiantur, ſatis cauſſæ eſſe non exiſtimaverim ad eam repudiandam & damnandam. Quod omnium Dd. judicio ſæpè manus & oculi obſtetricum fallant, & indicia hæc à certitudine abſint, & quod hæc ſigna facilè imitari & mentiri fœminæ, & maritis fucum facere poſſint.

Tritum enim eſt illud apud Gallos proverbium. *Quon eſt plus trompe, en fẽmmes & en chevaux, qu au tout autre animal:* Plus falli homines in fœminis & equis, quam in ullo alio animali.

Deinde quod hymen in mulieribus non tantum coitu, ſed & alio quocunque petulanti attritu divulſa laceratave aboleatur. Et

quod

quod obſtetrices in quibuſdam locis puellulis recens natis pelliculam comminuant & affringant, perinde ac fruſtra mulieribus datam, ut *Veſalius tradit libro quinto capite decimo quinto.*

Itaq; Leucippe apud Statium, ſi virginitatis, inquit, periculum aliquo modo fieri poteſt, fiat, quaſi dicat difficillimam ejus eſſe probationem. Itaque ſponſi diligenter cavere debent, ne diſſeminandis rumoribus, ſponſis maculam inurant, eoſque ſuſpectæ pudicitiæ arguant, ſi fortaſſis hymenis indicia manifeſta non ſint. Nam tantùm abeſt, ut hac ratione quicquam proficiant, ut ſibi ſuiſque labem & maculam aſpergant, & quidem indelebilem, *quod recte monet Mauſerus.*

Aliam explorandæ virginitatis † rationem apud Epheſos uſitatam refert Achilles Statius *libro octavo*, quæ fiebat fiſtulæ indicio. Nam in ſpelunca quadam fiſtula ex pluribus tibiis compacta, quæ ex harundinibus conſtabant collacata, & à Pane Deo ſuſpenſa fuit, quam deinceps incolæ Dianæ conſecraverunt. Itaque cum virgo in ſuſpicionem violati pudoris veniſſet, eam populus ad ſpeluncæ fores comitabatur, ut fiſtulæ judicium ſubiret, quod tale fuit. Quæ ſtupri ſuſpecta erat, ſtolam induta in antrum deſcendebat, cujus poſtes ſtatim à quodam obſerabantur. Et ſi quidem puella à viro integra eſſet, dulcis & divinus quidam ſonus audiebatur, & ſtatim valuæ ſpeluncæ ſponte aperiebantur: Sin autem virgo non erat, ſed ψευδοκόμη fiſtula pro cantu flebilem ſonum emittebat. Populus relicta muliere ſtatim domum redibat. Virgo autem quædam ejus loci antiſtita, tertio demum die ſpeluncam ingreſſa, fiſtulam humi delapſam, virginem autem nuſquam reperiebat. Id judicium ſubjiſſe Leucippen, & incolumem evaſiſſe, idem commemorat.

Sed hæc etſi fabuloſa ſunt, tamen arguunt, quantam caſtitatis rationem habuerint veteres, nulla religione imputi; ut dolendum ſit, Chriſtianos hæc ſuſque deque habere. De virginitate probanda *vide Philonem. f. 501.*

Catullus *in Argonauticis.*

Non illam nutrix orienti reviſeris,
Heſterno collum poterit circumdare filo.

Imô virorum virginitatem Germanos explorare potuiſſe *Cæſar commentariorum lib. 1. ſcribit*. Et de hac quæſtione ſatis ſuperque: Quæ ſi longiora videbuntur, rei magnitudini adſcribenda erunt.

§. 52. SUMMARIUM.

Formula ſententiæ.

Formula autem ſententiæ qua uti ſolent hæc eſt.

NAch dem N. ſich mit N. eingelaſſen/ vnnd jhr die Ehe zugeſagt/ vnnd aber N. vberwieſſen wird/ daß ſie jhrer Ehren nicht rein/ ſondern von einem andern zuvor beſchlaffen vnd geſchwängert ſey.

Sprechen wir die Verordnete des Conſiſtorii, daß N der begangenen Vnzucht vnd Betrugs halber/ mit N. die Ehe zuvollnziehen vnd zubeſitzen/ nicht ſchuldig/ ſol auch dahin nicht compellirt werden/ es were denn/ daß er es gutwilliglich thun wolte: Vnnd ſol N. mit einer andern ſeiner Gelegenheit nach ſich einzulaſſen vnd zu verheyratheu/ vnbenommen ſeyn. Wir weiſen aber gedachten N. der Obrigkeit zur Straffe anheim/ damit andere ſich dafür zu hüten/ vnnd die Gemeine Gottes nicht betriegen mögen.

§. 53. SUMMARIUM.

Puellæ compreſſæ ex ſponſo ſe gravidam affirmanti, an credendum etiam ſi jurare velit.

SEd quid ſi puella compreſſa, ex ſponſo ſe gravidam eſſe affirmet, an ei credendum ſit, etiam jurare volenti? Et reſpondeo ei juramentum deferendum non eſſe ad fidem & probationem firmandam, tum quod mulier hoc eſt, inſtabilis, tum quod meretrix eſt, de quibus *Terentius*: Neque pol iſtæ Deos metuunt, neque has Deum multum curare arbitror. Item, actore non probante reus abſolvitur, *l. qui accuſare C. de edendo*. quod tamen ita accipiendum eſt, ſi nullæ ſint probationes aut præſumptiones *c. 2 & ibi Panormitanus de clandeſt. deſponſation.* Nam ſi præſumptionibus aut conjecturis gravetur reus, juramento ſeſe purgare cogitur. Qua de re latius infra *cap. 14.* Interim

tamen

tamen vitiatæ juramentum deferendum non eſt. Itaq; graviter peccatum eſt, ab Epiſcopis Arrianis in cauſſa Euſtathii Epiſcopi Antiocheni iniquiſſime damnati & exauthoritati. Res autem ita habet. Arriani Epiſcopi quo Epiſcopalem dignitatem adimerent & loco pellerent Euſthatium, meretriculam venuſtam conduxerunt, ut linguam illis daret & Euſthatium ſtupri comm.ſſi poſtularet. Conventu habito, in quo ducenti quinquaginta erant Epiſcopi, alios omnes exire, mulierem autem illam impudentem ingredi juſſere. Illa ingreſſa infantem lactantem in ulnis gerens impudenter clamitat, ſe eum ex Euſtathio concepiſſe & peperiſſe. Euſtathius id conſtanter negare, & percontari, ſi quem teſtem criminis ejus conſcium, aut qui id noſſet, haberet. Quæ cum neminem ſe habere diceret, juſiurandum illi judices iniqui deferunt, contra legis præſcriptum, quæ diſertis verbis jubet, crimina quæ alicui objiciuntur duobus aut tribus teſtibus probanda eſſe. Et Apoſtolus rurſus adverſus presbyterum accuſationem abſq; duobus aut tribus teſtibus admitti non vult. At illi nulla legis ratione habita & nullis teſtibus adverſus tantum virum judiciū conſtituere. Poſtquam enim mulier illa verba ſuo juramento confirmaſſet, infantem ſcilicet Euſtathii improbæ libidinis opus eſſe, ſtatim illi veluti contra mœchum calculos tulerunt, Epiſcopis aliis qui inſidias ſtructas ignorabant, fruſtra intercedentibus. Lata ſententia Imperatorem ea de re certiorem reddunt, & de eo removendo inſtant. Interim gravis propter illius abrogationem Antiochiæ coorta eſt ſeditio, quæ penè ad interitum urbis ſpectare videbatur, quippe quæ in duas partes diſceſſerit, alterique factioni manus militaris opem ferret, quæ res etiam fecit, ut per Thraciam & Illyricum deportaretur.

Paulò poſt autem infœlix illa meretrix morbo graviſſimo affecta, rem omnem uti erat exponit, nimirum ſe à ſacerdotibus pecunia corruptam, linguam venalem habuiſſe, ſe ipſam autem prorſus non mentitam, quod ex Euſtathio quodam opifice, & homine mœchanico concepiſſet. Sed nec juramentum hoc caſu à parte parti, hoc eſt, ſponſo ſponſæ deferendum eſſe æquitas dictat. Nam quis non videt mulierem vitiatam pejeraturam, quo infamiam & maculam quodammodo abolere, ut virum nanc ſci poſſit. Qua de re apud Demoſthenem adverſus Bæotum elegans exſtat exemplum.

Mantias quidam cui uxor erat legitima, consuetudinem cum Attica muliere Plangone habebat. Illa peperit filios duos, qui ubi adolevissent Mantiam ut patrem in jus vocant, & ut pro liberis se agnoscat petunt. Mantias cum matre liberorum paciscitur, ut si ei jusiurandum deferat, jurare velit liberos ex Mantia genitos non esse. Id illa se facturum recepit. Itaq; cum in jus ventum esset, Mantias Plangoni jusiurandum defert, ratus, ut receperat, eam juraturam, liberos ex Mantia genitos non esse, illa vero contra juravit, liberos ex Mantia genitos esse. Quo facto Mantias eas pro suis agnoscere coactus fuit, quos ille adoptavit, & ad curiales deduxit. Unde colligitur, quantum meretrici juranti credendum sit. Idem ostendit historia *apud Nicephorum lib. 17, c. 22.* Simeon quidam vir sanctus solitariam vitam apud Emesam agebat temporibus Justiniani. Ex ejus familiaribus cuidam ancilla erat, quæ ab alio vitiata, ubi partus instaret, tempus à dominis patrem pueri indicare coacta est. Illa Simeonem secum clam consuevisse, seque ex eo gravidam dixit, & ita se rem habere juravit, idque si opus esset, se in os illi dicturum affirmavit. Hoc ubi ad Simeonis aures pervenisset, ille factum non negare, carnem se circumferre dicens. Postquam autem sermones increbuissent ea de re, ipse ut videbatur pudore suffusus, sese subduxit. Cum verò tempo pariendi instaret, & illa sedili solito insideret, mulier vehementissimis doloribus afficiebatur, ac in summo discrimine versabatur, quod fœtus non prodiret. Ibi Simeon in tempore ipso adveniens, à mulieribus qui ei in pariendo aderant, rogatur, ut ad Deum preces profunderet. Ille verò palam non prius fœtum solem aspecturum prædixit, quam mater clandestinum patrem prodidisset. Quod ubi fœmina fecisset, & patrem verum nominasset, confestim infans maternis locis exiliit, veritate quodammodo illi obstetricis officium exhibente. Et de his hactenus.

§. 54. SUMMARIA.

1 *Sponsus cum sponsa ante celebratas nuptias consuetudinem habens an puniendus.*

2 *Auctoris opinio.*

1 QVid si sponsus † ante celebratas nuptias & benedictionem subsecutam una cum sponsa consuetudinem habuerit, an impune

impune id fecerit, quæritur, an verò puniendus ſit? Et quidem ſi eorum ſententiam ſequemur, qui ſponſalibus de præſenti verum matrimonium conſtitui cenſent, dici aliter non poteſt, quam quod impune ſponſo ad ſponſam accedere liceat, cum ſponſa uxoris loco ſit, & in ſacris literis etiam uxor appelletur. *Deut.* 22. *Matth.* 1. uxoris autem poteſtatem habet maritus. Idque in quibuſdam locis Chriſtiani orbis, & iis quidem celeberrimis uſu receptum eſſe, notius eſt, quam ut deſignatione opus ſit, *Et notavit Poſtellus.* Qua de cauſſa & Theologi Scholaſtici veniale peccatum cenſent eſſe, ſi quis ante benedictionem & nuptias ad ſponſam ſeſe applicet. Sed tamen apud illas gentes, quæ religionis & ſapientiæ laudæ claruerunt, perpetuo obſervatum fuiſſe, ne ſtatim poſt ſponſalia pecudum ferarumque ritu in concubitum ruerent vir & mulier, ſed ut ſpatium aliquod intercederet, quo ſponſus à ſponſa abſtineret, initio hujus tractatus demonſtratum eſt. Jacob ſane Rachelem ſibi deſponſam tot annis nunquam attigiſſe legitur, antequam ea domum deducta, & illi tradita eſſet, etiamſi in ſolitudine, in paſcuis, ruri, & domi verſaretur cum ea, quam poſtea uſque ad extremum vitæ diem amavit. Idque & honeſtas, cujus in hoc tractatu inprimis habenda eſt ratio, monet. Rectè *Vives.* Qui ſponſalia ita inſtituere, ne primo ſtatim congreſſu conjuges jungerentur, pudicitiæ maximè videntur conſuluiſſe, ne mulier & familiariter verſaretur, & rem haberet cum eo, quem fortaſſis nunquam eſſet allocuta, quod non fieret, ſine magna pudicitiæ & pudoris jactura. In quibus ſita eſt haud exigua pars bonorum in civitate morum, & publicæ quietis per gentes omnes. Quibus & hoc adjicio, duobus gradibus, & ut Nicolai Pontificis verbis utar, duobus fœderibus matrimonium conſtitui, nimirum ſponſalia & nuptiali. Neque unum ſufficere ut conſummatum matrimonium cenſeatur, & ut ſponſus corporis ſponſæ jus & poteſtatem conſequatur. Quid, quod nec pater vel κύριος filiam deſpondens, ea mente deſpondet, ut ſtatim in ejus poteſtatem & complexum veniat, & poſſideatur, ſed ut paulò poſt ea palàm ei tradatur, præeunte benedictione, & nuptiis ſubſecutis in lecto collocetur, & concubitus ei expreſsè concedatur, hoc eſt, ducbus fœderibus manciperur & poſſideatur. Et hoc eſt, quod Cicèro ſcripſit: Firmiter matrimonia majores noſtri ſtabilita eſſe voluere, quæ res

facit, ut eam ante nuptias attingere sponsus non debeat, neque manus injectionem habeat, & per vim rapiens capite plectatur, *l. unica §. quibus connumeramus. Cod. de raptu virgin.* ut ex iis quæ suprà de differentiis disputavimus, liquet Itaque rectè Comnenus constitutione lata vetuit, ne ante benedictionem ulla sit inter sponsum & sponsam corporum communicatio. Verba suprà recensuimus. Idque & in Rebuspublicis & Ecclesiis hodie obtinet, usque adeo, ut si quis ante benedictionem, & nuptias cum sponsa consuetudinem habeat, re patefacta pœnas det, & maculam sibi uterque aspergat. Et sponsa quidem in plerisque locis quæ ante benedictionem sponso sui corporis copiam fecit, in pudicitiæ amissæ symbolum velata, vittata, & iis vestibus quibus conjugatæ utuntur, incedere cogitur, quod ante traditionem, & benedictionem à Deo per os sacerdotis præeuntem contra parentum & κυρίων voluntatem clàm marito pudicitiam prodiderit, & matrimonium consummaverit, angelos, ecclesiamque, quos testes adhibere oportebat, Deumque pronubum insuper habuerit, & neglexerit, & matrimonium furtivum contraxerit, quod publicè fieri debuit. (Itaque & veteres tàm prophani quàm Christiani, maximè satagebant, ut quam maxima populi frequentia nuptiæ peragerentur, & ut benedictio & copulatio in cœtu Christianorum fieret, & in templo vel loco publico.) Quod quidem peccatum maximum est, & animadversione dignum, ut taceam, liberos ex eo concubitu natos, vel ante vel post nuptias, ignominiosos esse, & peculiari nomine notari, & præcoquos à Saxonibus appellari, quasi non suo tempore, & rectè nati sint. Qui nævus non minimum habet dedecoris, & materiam τοῖς λοιδορῆσαι βλομένοις, Unde constat sponsos ejusmodi impatientes moræ, & in sponsas & in seipsos male consulere. Sed in quibusdam Ecclesiis illud observatur, ut conjuges qui ante benedictionem consenserint, ad publicam pœnitentiam adigantur, & coram Ecclesia culpam præsente ministro agnoscere cogantur, qua de re suprà *late capite 5. §. 10.*

Et rectè, propter eas quas suprà attulimus causas, & quod Ecclesiam pro deridiculo & delectamento habuerint, in eo, quod quæ virgo non sit, pro virgine sese venditet & gerat, & benedictionem flagitet palàm, cum clàm consummatum sit matrimonium. Itaque sic

ſic † ſtatuo, in eos qui ejuſmodi delictum in ſe admiſerint, magiſtratum animadvertere poſſe, & oportere, idque vel pœna carceris, vel mulcta pecuniaria pro modo facultatum: Atque eo ſpectat Lex Genevenſium 132. *que devant les fianzailles, & juſques a ce que la mariage ait eſte: benit en l' egliſſe, a lafazon de chreſtiens, les parties n' habitent point emſemble comme mary & femme, ſur paine de trois jours de priſon à pain & al' eau & qu'eſtans appellezen conſiſtoire llr. ij ſoyent remonſtres de leur faute.* Et conſtitutio Regis Friderici, qua cavetur, ut ſponſus, qui ante copulationem conſueverit cum ſponſa, à magiſtratu mulctetur unà cum ſponſa, reprehenſione miniſtri præeunte.

§. 55. SUMMARIUM.

Sponſus ſi cum ſponſa ante benedictionem conſueverit quæ ex alio gravida deprehenditur an retinere eam cogatur.

SEd quid ſi ſponſus ante benedictionem cum ſponſa conſueverit, quæ ex alio gravida deprehenditur, an eam retinere cogatur? Et hic idem ſequendum exiſtimaverim, quod ſuprà de puella pro virgine deſponſa tradidimus, nimirum ut invitus eam retinere non cogatur, ſed repudiare poſſit.

Nam etſi culpandus ſit, qui ante benedictionem cum ea conſuetudinem habuerit, ideoque coercendus, tamen ob id puellæ vitiatæ ψευδοκόμης peccatum non elevatur, neque vitium illatum aboletur, neque ea excuſatur, quod peccatum peccato cumulaverit. Imò eo deterior ipſius eſt cauſſa & conditio, quod illa concubitus geminatione meretricios mores & animum prodat, & viro repudiandi cauſſam & materiam præbeat ampliſſimam. Nam actus geminatio voluntatis propoſitum ac perſeverantiam arguit, *ut Eberardus latè in loco à vi Geminationis.* Nec ad rem facit, quod concubitu quodammodo conſummatum matrimonium eſſe videatur. Nam reſpondeo, virum in ſponſam virginem conſenſiſſe, & cum ea ut virgine congreſſum, quæ tamen à viro integra non eſt, ſed corrupta deprehenditur. Ideoque conſenſus qui nuptias conſtituit, interveniſſe non rectè dicitur. Cum autem in poteſtate ſit viri, corruptam

tulere, ac ideo contra mulieres lex est lata. Et paulò post. Quomodo tu igitur castitatem exigis, quam tamen nequaquam rependis? Quomodo petis, quod non reddis? Quomodo in corpore honori æquali, leges fers inæquales, &c. Ibidem. Et hoc pro mulieribus: erunt duo in carnem unam. Caro igitur eundem habeat honorem, &c. Loquitur autem Nazianzenus de eo jure, quod ex M. Catone refert Aulus Gellius *lib. 10. noctium Atticarum c 27.* non fuisse idem jus uxoris in maritū, quod mariti in uxorem. Illa te si adulterares digito non auderet contingere, in adulterio uxorem si deprehendisses sine judicio impune necares, &c. Sed hic magis spectandum quid lex Dei velit, & jubeat quæ ad conscientiam pertinet, quam Ethnicorum quorundam leges, qui & ipsi sibi non constant. Nam & plerique non minus maritum adulterum peccare & puniendum esse, quam uxorem censent. Epictetus, à re venerea, inquit, quantum fieri potest ante nuptias purus esto: Sin attigeris, ea legitime utendum, *c. 47. in Enchiridio.* Quod ita interpretatur Simplicius, ante nuptias autem caste vivere, præter alias utilitates etiam justum est, ut castitatis fides, quam ab uxore maritus stipulatur, vicissim uxori à marito servetur. Et Jureconsultus ab uxore, inquit, virum pudicitiam exigere, quam ipse non præstat, iniquum est. Et quod apud Gellium Cato scribit, olim factum & servatum est, sed posterioribus legibus correctum & antiquatum, ut colligitur *ex l. nec in ea lege §. & ideo & l. seq. ad leg. Jul de adulter. t. 5. l. 13, si uxor, ad leg. Juliam de adult. l. 5. C Gregoriano lib 48. §. judex.* Et huc non inepte accommodari potest illud *Euripidis*,

Idem jus est viro & mulieri
Injuria offensæ à marito,

Et elegantissima sunt aureisq; literis exaranda verba *Augustini* in jus canonicum relata, *in c. si ducturi 32. q. 6. c. nihil iniquius*: Si ducturi estis uxores, servate vos uxoribus vestris quales eas vultis invenire, tales & ipsæ inveniant vos. Quis est vivens, qui non castam velit ducere uxorem? & si quis accepturus est virginem, quis non intactam desideret? Intactam quæris, intactus esto: puram quæris, purus esto. Non enim illa potest, & tu potes. Imo majorem castitatem à viris requiri *tradit Augustinus lib. 2. de adult. conjugiis, & Clemens Alexandrinus lib. 2. pædagog. c. 10.* Si enim honestatem exercere oportet, multo magis tuę

das mit derselben ehelichen beygelegen/ sey er von Sinnen kommen/ vnnd an Ketten eine zeitlang gefänglich gehalten worden. Nach deme es aber sich mit jhme gebessert/ habe er erstlich eine Magd/ nachmals eine Wittwe beschlaffen darauff jhr euch des Rechtens zu vnterrichten gebeten/ ob gedachte N. N. ermeltem N. N. nachmals ehelichen beyzuwohnen schuldig/ oder ob auff den Fall daß dieselbe von jhm loßgezehlet N. N. mit der Witfrawen/ so er nachmals beschlaffen/ zur Ehe kommen vnnd gelassen werden möge.

Demnach vnterrichten wir verordnete Commissarien des Consistorii N. vor Recht/ daß nach Göttlichem/ vnd allen dißfals dieser Lande vblichen Rechten obgedachtes N. N. jhrem verlobtem Breutigam N. N. der an jhr ewrem Bericht nach zweyfach ehebrüchig worden/ ehelichen beyzuwohnen nicht mag gedrungen werden/ sie wolte sich dann mit jhme Christlich versühnen lassen/ vnnd jhme wiederumb gutwillig annehmen/ sonst wurde sie von gedachtem N. N. der Ehe halben billich loßgezehlet vnd entbunden/ vnd jhr sich anderwert zu verehelichen erläubt/ N. N. aber mag weder mit der beschlaffenen Magd noch Witfrawen dißfals zur Ehe nicht zugelassen werden/ sondern wird der Weltlichen Obrigkeit wegen geübtes Ehebruchs zur Straff billich befohlen/ von Rechts wegen.

§. 57. SUMMARIA.

1 *Sponsus si ante sponsalia scortatus fuerit an ob id sponsalia dissolvi possint?*
2 *Auctoris opinio.*

ALia † quæstio est, si vir ante sponsalia contracta scortatus fuerit, an id ei sponsa objicere possit & sponsalia dissolvere? 1
Minime. At mulieri quod pro virgine desponsa est, hic nævus obest, ut eam ob caussam à sponso repudiari possit, si constiterit, eam corruptam esse. Respondeo, etsi castitas à viro, ut ab uxore desideratur, & iniquum sit maritum ab uxore pudicitiam exigere, quam ipse non exhibeat, *l. 13. si uxor, ad l. Juliam de adult. l. 5. C. Gregor. Titul. nec liceat viro quod uxori non licet. Ambrosius lib. 1. c. 4. de Abrahamo.* & idem jus sit mulieri ac viro injuria offensæ à marito, tamen in fœmina libido multo fœdior est ac in viro, & inprimis adulterium, quod ob sobolis certitudinem & partus suppositionem in uxore gravius est. Ideoque leges magis indulgent virorum libidini, quam mulierum,

idq; ostendunt verba Clitophontis *apud Achillem Statium lib. 5.* Profecto meam, si qua est virorum virginitas exemplum tuæ secutum esse intelliges, &c. *& idem lib. 8.* virginitatem ipse meam, si qua viris virginitas inest, impollutam adhuc, quemadmodum Leucippe, servo, &c. Et verba Catonis, quæ apud Gellium referuntur *lib. 10. c. 23.* In adulterio, inquit, si uxorem deprehendisses, impune necares, illa vero te attingere non auderet, nec jus esset. *Fabius Quintilianus lib. 5. institutio orator.* de exemplis differens scribit, non idem esse dominum cum ancilla cojisse, quam dominam cum servo, neq; illud quam hoc tam turpe esse, *gloss. in §. si qua cum servo 12. q. 2.* Qua de causa, etiam Vespasianus *apud Suetonium lib. 11.* auctor fuit, Senatui decernendi, ut quę se alicui servo junxisset, ancilla haberetur. De viro autem, qui cum ancilla aliena cubuisset, verbum nullum, imo quod major castitas in fœminis requiratur, quam viris innuere videtur *Ecclesiastes cap. 42.* Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando te faciat venire in opprobrium inimicis. De filiis vero, quod hic minus sit periculi, altum silentium. Et *Plautus his verbis*:

Non minus potest
Pudicitiam quisque servare suæ filiæ.

Et in hanc sententiam plæraq; congessit *Tiraquellus l. 1. connubiali gloss. in l. palam § quæ in adulterio, de ritu nuptiar. Nevizan. fol. 280.*

Ratio hæc est, quod pudicitia læsa omnis in fœmina virtus ruit, & quod mulier nupta, ut diximus, stupris sese volutans partum adulterinum marito subjiciat, eumq; hæredem bonorum legitimis exclusis constituat, etiamsi patrem neq; ore, neq; ulla corporis parte referat; quo furtum aut plagium nullum potest esse majus neq; detestabilius. Quo spectat illud *Martialis* in Cinnam, qui pater septem liberorum habebatur: cum nullum procreasset, versus hi sunt *lib. 6.*

Pater ex Marulla Cinna factus es septem,
Non liberorum, nam nec tuus quisquam,
Nec est amici, filiusve vicini:
Sed in grabatis tegetibusq; concepti
Materna produnt capitibus suis furta.
Hic qui retorto crine Maurus incedit,
Sobolem fatetur esse se Cogisantæ,
At ille simia nare, turgidis labris,

Ipsa

Ipſa eſt imago pannici palæſtritæ.
Piſtoris eſſe tertium, quis ignorat?
Quicumq; lippum novit, & videt Damam.
Quartus cinæda fronte, candido vultu,
Ex concubino natus eſt tibi Lygdo:
Præcide, ſi vis filium, nefas non eſt.
Hunc verò acuto capite, & auribus longis,
Quæ ſic moventur ut ſolent aſellorum,
Quis mortuum filium neget Gyrthæ?
Duæ ſorores, illa nigra, & hæc ruſa,
Croti Choraulæ, villiciq; ſunt Carpi.
Jamq; hybridarum grex tibi foret plenus,
Si ſpado Coreuſis, Dindymusq; non eſſet?

Sed nec Jure Moſaico requiritur, ut vir mulierem non attigerit, ſed de muliere, ut virgo ſit, quam ſollicitus fuerit legislator, ea quæ de exploranda virginitate *Moſes Deut. 22.* prodidit, demonſtrant: Etſi contra ſentit *Zonaras Apoſtolico Canone 48. & βασιλικῶν interpres lib. 9. t. 38.* dubitat: Itaque ut rem in pauca conferamus, ſponſalia † diſſolvi minimè exiſtimaverim, etiamſi ſponſa ſponſo obiiciat, eum veneri ante ſponſalia deditum fuiſſe, & ſeſe libidinibus contaminaſſe, idque doceri poſſit, modo poſt illa contracta caſtam vitam inſtituat. 2

§. 58. SUMMARIA.

1 *Sponſalia dolo malo inita an ſint firma.*
2 *Facti ſpecies.*
3 *Limitatio ſupra dictorum.*
4 *Facti ſpecies.*

NUnc videndum an † ſponſalia dolo malo inita irrita ſint. *Verbi gratia.* Parentes tenuioris fortunæ filiam indotatam locupleti locare cupiunt, & dolis adoleſcentem inducunt, ut fide data de conjugio, filiæ vitium inferat, quæritur an fallacia patefacta eam ducere cogendus ſit? Reſpondeo, ſi quidem conſtat fucum adoleſcenti factum, & parentum hanc eſſe technam, æquum eſt, ut 1

iisdem quibus adolescentem fefellerunt, dolis deludantur, & una cum damno dedecus reportent, ut qui hominem rerum imperitum in fraudem illexerunt. Non enim ad hoc institutum est matrimonium, ut in fraudem illiciatur simplicitas, sed ut conjugum uterque sine suco liberrima voluntate alteri jungatur. Captio enim est, non conjugium, quum alter habet prædam quam captabat, altera decepta plorat, nisi mavis hoc raptus appellare genus, *ut Erasmi verbis utar*. Itaque rectè ille *apud Ovidium*.

Ad fuerat melius, si te puer iste tenebat,
Quam tu, nescio quas, dicis habere faces.
More bonos solito, spem non corrumpere fraude,
Exoranda tibi, non capienda fui.

Quid enim si philtrum vel amatorium poculum præbuerunt adolescenti parentes vel sponsa, eumque inescarunt? de quo *Seneca in Phædra, Nicetas de Sclero refert, & Ovidius, de arte amandi.*

Nec data profuerint pallentia philtra puellis:
Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

Apud Achillem Statium Georgias ita loquitur; Georgias, *inquit*, Ægyptius miles fuit, qui amatoriam potionem comparavit, & eam Leucippes potui infudit. Et quia valentiore pharmaco usus est pro amante, insanam reddidit *lib. 5. Item lib. 5.* Audio Thessalas vestras, quos ament, ita cantionibus veneficiisque percellere, ut ad aliam mulierem nullo pacto animum adjicere queant. *Qua de re infrà.*

2 Quod† si (quod sæpè factum scimus) illum inebriarunt & in eodem lecto collocarunt puellam, & cum eo cubare jusserunt, & hac ratione in illa vitianda sese administros præbuerunt? Quid si lenæ procurarint, ut vix tribus ab adolescente prolatis verbis coitus accederet? Quod si puellam omnium lectissimam & castissimam prædicarunt, quæ tamen apud omnes pessime audiat & quodammodo infamis sit? Quid si pro bono sanoque commendatus, qui pessimis sit moribus, vel scabie Neapolitana, vel lepra, morbo comitiali laboret? Quid si quis se prædivitis alicujus filium finxerit, cum sit mendicus? aut claro genere prognatus qui ex incesto est genitus? Certè promissionem illam pro nihilo habendam existimaverim, quod dolo & persuasione inductus & circumventus conjugium promisit. Nam verisimilè est non coiturum fuisse matrimonium, nisi latuisset

tuisset vitium, & opinione falsum esse, qui conjugium promisit. Et persuadere plus est, quam compelli atque cogi sibi parere, *l.* 1. § *persuadere ff. de servo fugitivo.* Matrimonia autem liberrima voluntate contrahi debent. Etsi autem illa coactio, quæ persuadendo fit violenta non est, ut nec illa, quæ dolo fit (non enim vim facit, qui dolo malo aliquid facit, *l.* 2. §. *doli de vi bono rap.*) tamen fraudulenta & dolo malo facta est, *l. cum quis ff. de dolo.* Ea autem quæ dolo malo inita sunt, vim nullam habent. Imò jure rescinduntur. Idque in contractibus bonæ fidei, inter quos etiam numeratur matrimonium, obtinere debet, in quo fœdere sanctissimo, & re tàm ardua & sacra, bona fides elucere & exuberare debet, *Jas.* §. *fuerat num 1. Instit. de actionib.* Cui malitia, & dolus prosit, & deceptis simplicitas obsit, *l.* 1. *ff. de dolo.* Quibus accedit quod scribit VIVES, quod ego verissimum esse existimo. Nunquam bono & frugi conjuge uteris, quem technis ac dolo circumventum pellexeris, *de officio mariti lib.* 1. Rectè *Plutarchus* Piscatio quæ fit medicamentis, citò comprehendit, & facilè capit piscem, & insipidum & ingustabilem & pravum reddit: ita & quæ amatorium virus & præstigias machinantur in viros, eosque voluptate capiunt, hæ cum stolidis amentibus, & labefactatis ætatem exigunt. Neque enim oblectaverunt Circen illi qui fuerunt potionati, neque ex iis qui conversi in apros & asinos erant, illa capiebat voluptatem: at Ulissem virum cordatum, cujus erat sapiens consuetudo, mirifice dilexit. *In præceptis Connubialib* Itaque & Prudentius in seculi sui mores invehens, damnat matrimonia quibus conjuges dolo inductæ irretiuntur, *his verbis.*

Nubunt puellæ sæpè luduntur dolis,
Amasionum comprimuntur fraudibus,
Incesta fervent! furta mœchorum calent,
Fallit maritus, odit uxor pellicem,
Deos catenæ colligant adulteros.

In his itaque judicis partes erunt, personæ deceptæ succurrere, maxime verò si insignis sit fallacia & magni momenti, & quæ prævideri non potuit, aut caveri: Idque pronunciando promissum matrimonium non subsistere, sed irritum esse. Deinde ne hominibus perditis matrimonio abuti, & fuco dolisq; impune alios circumvenire liceat pœna gravissima afficiendi sunt à magistratu,

qui

qui se administros ejusmodi facinorum præbuerunt, & malis artibus nuptias conglutinarunt. At non licet separare homini quos DEUS conjunxit? Respondeo, Deum ejus conjunctionis auctorem non esse, sed Diabolum. Itaque hic dicendum, quos Diabolus per suos ministros conjunxit, Deus per suos ministros separet.

Aliud dicendum est, si quidem parentes filiam indotatam diviti locare cupiant, & optent, interim tamen nullam in eum fallaciam intendant: & mutuo amore incitati juvenes, sibi fidem dant accedatque concubitus. Nam hoc casu pro matrimonio pronunciandum esse, æquitas dictat, cum parentum culpa nulla sit, neque dolus argui possit. Nec ad rem facit, quod ille locuples illa paupercula sit, cum in judiciis πρόσωπολημψία spectanda non sit. Nam si vir hac ratione & jure divitis alicujus filia potiri potest, idque parentibus gravissimum est, an non æquum est, ut eodem jure filius uti cogatur in filia paupere desponsa & vitiata? Idque Luthero probari video, & æquum est.

3 Sed quæ † de dolo hactenus tradidimus, hac cum cautione accipienda sunt, nisi puellæ per dolum verbis obscuris & ambiguis fucus factus, & vitium simul illatum sit. Nam tum eam is qui verbis phaleratis illexit, & dolo vitiavit, retinere cogitur, veluti: si verbis obscuris & ambiguis, quæ plures interpretationes recipiunt, usus quis, puellæ fidem dederit, quo ea potiri posset, & illa sibi conjugium his verbis promitti existimans, ei sui copiam fecerit: hic propter dolum contractum minimè vitiari dicendum est, imò pro muliere decepta judicandum esse, æquitas ipsa postulat, quæ ei rectè exprobrare potest, qua illa *apud Ovidium.*

Sum decepta tuis, & amans, & fœmina verbis,
Dii faciant, laudis summa sit ista tuæ.

Itaque is qui eam decepit, & phaleratis suis dictis ad concubitum pellexit, eam merito ducere cogendus est. Exempla suprà ejus rei multa congessimus *cap. 4.* quæ hic referri possunt, veluti non te deseram quoad terram pedibus calcavero.

Item Joannes te desponsat, cui Joanni nomen non est. Item tantum tibi honoris restituam, quantum ignominiæ intuli, &c. Et hic rectè dici puto, matrimonium dolo initum non esse rescindendum; *quod glossa & Panormitanus scripsit in c. cum dilectus extra, de his quæ vi me-*

vi metuſve cauſſa. Dolum qui in matrimonio adhibetur actum non vitiare, *& in l. à divo Pio. de ritu nuptiar. & Baldus in l. cum Artemidorum C. ut in poſſ: ff Legata eatur. Hoſtienſis §. & unde dicatur. t. de ſponſalibus,* niſi ejuſmodi eſſet dolus, qui conſenſui eſſet contrarius, ut veriſimile ſit non coiturum fuiſſe matrimonium, niſi dolus adhibitus eſſet, eumq; impediret. *Abbas in d. cap. cum dilectus cujus hæc ſunt verba:* Niſi talis eſſet dolus, qui habuiſſet tollere conſenſum: *qui allegat Johannem Andream cap. unico de rational.* Et textus *in c. cum locum, de ſponſalib. & conſilio 64.* Ubi eſt facti ſpecies † de eo qui perſuaſus ab conſanguineis ſponſæ aureas montes pollicentibus, fidem dedit, & poſtea comperit, ſponſam omnium eſſe pauperrimam. *Didacus 2. parte cap 3. §. 7.* qui tradit, dolum circa fortunam aut facultates non vitiare matrimonium, veluti ſi mulier viro perſuaſerit, ſe amplas habere facultates, quum tamen omnium ſit pauperrima & ære alieno obruta, eoque rem perduxerit ut nubat, dolum illum non vitiare matrimonium. *Jaſon. & Dd. in l. pacta noviſſima. C. de pactis.* Id ego verum exiſtimaverim, ſi matrimonium traditione & nuptiis conſummatum ſit, ſin vero ſponſalia tantum inita ſint, audiendum exiſtimaverim, qui queritur ſe dolo inductum à muliere aureos montes pollicente, quæ tamē in bonis nihil habeat. Idque apud Græcos obſervatum fuiſſe, *tradit Harmenopulus expreſſe, lib. 4. t. 1.* Si res ejus hypothecæ nomine obligatas eſſe conſtiterit, diſſolvi poſſunt ſponſalia. Idq; rationem habet. 4

Nam ratio naturalis non repugnat, quin ſi vitium aliquod incommodum aut nævus ſubſit, & quidem ejus momenti, ut veriſimile ſit, non coiturum fuiſſe matrimonium, niſi latuiſſet vitium, ut re patefacta contractus recte ſolvi poſſit. Veluti ſi quis, ut paulo ante diximus, fingeret, ſe prædivitis cujuſdam eſſe filium, cum ſit mendici filius, vel ſponſus ſe locupletiſſimum prædicarat, & Codro ſit pauperior, vel ſanum, cum Elephantiaſi, morbo comitiali, aut alio vitio laborat.

Et quamvis non ſit expreſſa conditio, conſtat tamen eſſe falſum opinione, qui pactus eſt conjugium, æquitas videtur ſuadere, diſſolutionem, per dolum initi contractus, ſi qui falſus eſt, remittere fraudem nolit, præſertim ſi conſtat, ab altero contrahentium data opera procuratum, ut alter falleretur, quod genus exempla permulta

jactantur popularibus fabulis, neque tamen vera. Idq; Erasmo placuisse video.

Sed tamen error circa fortunas non vitiat matrimonium: Respond. Aliud est errare & sibi persuadere, sponsum vel sponsam divitem esse. Aliud est technis talibus, & phaleratis verbis melleque illitis persuaderi, & fraude procurata impelli ad fidem dandam illi, cui nisi vitium latuisset, fidem daturus nunquam fuisset. Nam & hæc coactionis quædam species est, ut paulo ante tradidimus, cum data opera ab altero contrahentium procuratum est, ut alter falleretur. Atque ei, cui fucus factus est, succurrendum existimaverim, modò adhuc res sit integra, & matrimonium non sit consummatum, ut suprà diximus. Itaq; recte *Erasmus*: Erit quidem destinantium matrimonium, quanta fieri potest cura providere, ne capiantur, verum in his, quæ magni momenti sunt, nec provideri quibunt, circumventæ personæ partim succurrere poterit pontificum authoritas, pronunciando, non cojisse matrimonium, partim legum civilium severitas, per quas non sit impune malis imponere matrimonii fuco. Non enim ad hoc institutum est conjugium, ut in fraudem illiciatur simplicitas, sed ut conjugum uterq; suo bono jungatur alteri. Captio est, non conjugium, quum alter habet prædam quam captabat, altera decepta plorat, nisi mavis hoc raptus appellare genus.

Interim tamen, qui verbis, laudibus aliquem ornat, & parentibus vel conjugiis ipsis commendat, & hac ratione persuadet, ut filium vel filiam dent nuptum, neque dolo facere neque peccare censetur. Ita *apud Xenophontem lib. 4. historiarum Græcarum* Agesilaus Rex nuptias conciliat inter Cotyn & Siphridatæ filiam, quam à forma, à genere, à parente, ab amicis commendat, cujus verba elegantissima adscribenda sunt *ex lib. 4. Historiarum Græcarum*. Agesilaus, dic, ait, mi Siphridata, num Cotyi filiam uxorem dares? Multo quidem lubentius, subjecit ille, quam Cotys, amplæ ditionis & copiarum imperio præpotens exulis filiam duceret. Hæc tum de nuptiis hisce tantùm facta est mentio. Quum autem discessurus Cotys esset, Agesilaum salutaturus adit. Ibi sermonem hunc in præsentia triginta virum Siphridata remoto, Agesilaus occepit. Dic mihi ait, mi Coty, quo genere natus est Siphridates? Et ille, natus est, inquit, genere apud Persas

sas nulli secundo. At filiumne ipsius quam sit elegans vidisti? Quid ni? ait: Heri cum eo cœnatus sum. At perhibent ei filiam hoc ipso formosiorem esse? Sane perpulchra est, ita me Jupiter amet, inquit Cotys. Hanc ego subjecit Agesilaus, quando nobis amicus esse cœpisti, auctor essem, ut duceres: primum bellam (quo quid esse marito jucundius possit?) deinde natam patre apprime nobili, tantaque potentia prædito, ut injurius Phernabazi læsus sic eum ultus sit, ut jam ceu vides, universa ipsum sua ditione expulerit. Itaque sat scito, cum perinde ac hostem illum ulciscì potuit, etiam hominem amicum beneficiis efficere posse, planeq; velim existimes, si hæc fiant, non illum modo tibi socerum fore, sed & me & Lacedæmonios cæteros, quumque nos Græciæ principatum obtineamus, omnem præterea Græciã. At enim si hæc facias, quis vnquam te magnificentius uxorem duxerit? Quam enim sponsam tot equites cetrati, gravis armaturæ pedites unquam deduxerunt, quot hanc uxorem tuam nunc domum tuã sunt dedecturi. Tum Cotys Agesilaum interrogans, hæccine inquit, etiam Siphridatæ probantur, quæ dicis? Et ille, ita me Dii ament, inquit, mi Coty, non ille me jussit hæc dicere, sed ego tametsi mirifice gaudeam, quoties de hoste pœnas sumo, longe tamen majori voluptate mihi frui videor, quum quid amicis boni reperio. Cur igitur inquit Cotys, non sciscitaris, an hæc ille velit? Et Agesilaus, abite vos, inquit, Herippida, & hominem edocete, ut eadem quæ nos velit. Tũ illi surgentes Siphridatæ rem exponebant, quumq; nihil intercederet moræ, visne, inquit Agesilaus, mi Coty nos etiam huc ipsum arcessamus nimirum multo facilius, ait, te persuasurum arbitror, quam cæteros omnes. Tum deinde Siphridatem Agesilaus cum reliquis accersit. Quumq; illi accederent, Herippidas, cætera quidem, ait, mi Agesilae, quæ dicta sunt, quid prolixe commemorari necesse fuerit? Hoc Siphridatæ verbum extremum fuit, perlubenter se facturum, quicquid tibi videatur. Græce πᾶν ποιεῖν ἂν ἡδέως ὅτι σοὶ δοκοίη. Igitur mihi videtur, inquit Agesilaus, ut tu quidem Siphridata, (quod fœlix faustumque sit) Cotyi filiam des uxorem: tu verò eam Coty ducas; Puella tamen ante vernum tempus itinere terrestri à nobis ad te deduci non poterit. At enim subjecit, Cotys, mari ad me mitti poterit, si quidem ita tu velis. Secundum hæc

datis acceptisq; dextris, Cotys dimissus fuit. Græci δεξίας δόντες καὶ λαβόντες ὅπι πόσις. Quumq; Cotyn properare Agesilaus intellexisset statim instructa triremes, datoq; Calliæ avehendæ puellæ negotio, Dascylium ipse profectus est. Ita Plinius Mutium Acilianum Junio Mauritio diligenter commendat, veluti dignum cui sororis filia collocetur, *verba, cap. 2 adscripsimus.* Apud Xenophontem Agesilaus Siphridatæ filiam commendat Cotyi, quod formosa sit, quod bonis prognata, ut ex verbis illis, quæ *cap. 9. §. 7.* annotavimus liquet. Et argumento est longa illa commemoratio *Genes. 24.* quæ non tantùm ad Abrahamum aut servum pertinet, sed proci commendationem continet, quem verbis ornare & commendare puellæ decet ab honestate, forma, divitiis, parentibus, &c. Ita & puellæ laudes prædicat, quod pudica sit, benè educata, & bonis prognata. Hæc omnia pertinent ad matrimonium, & nuptias conficiendas, & Deo probantur *ut Lutheri verbis utar*, contra, qui improbos & sceleratos laudant peccant & culpandi. Itaque Aspasiam dicere solitam ferunt, bonas pronubus γεφυρίδας, quæ cum veritate bona de aliis commemorent, plurimum ad conciliandam inter homines affinitatem valere: quæ verò mentirentur, eas laudando nihil aliis prodesse. Fieri enim ut qui decepti sunt, sese oderint mutuo, atque etiam conciliatrices ipsas. Imò & contra eum actionem institui posse, qui puellam vitiatam sciens alteri desponderit pro virgine, & dolo malo illectum ad fidem dandam impulerit, *Philo tradit, idque supra notatum est.*

§. 59. SUMMARIA.

1 *Furor impedit sponsalia.*
2 *Forma sententiæ.*

SEd & furor impedimento est, idque ratione causæ efficientis, quo minus sponsalia contrahi possint. Nam furiosus consensum, qui in sponsalibus requiritur, præstare non potest, cum neque judicium neque voluntatem habere præsumatur. Idque etiam de furore qui sponsalia antecessit, *tradit Cajus l. 8. desponsalib.* & qui nulla dilucida intervalla habet. Qui enim illum furit furorem, nullum actum, qui consensu perficitur, expedire potest. Neque refert,

utrum

utrum alteruter sana mente præditus sciverit, cum cum quo contraxit, furere, an ignoraverit. *Præpos. c. dilectus. & Didacus.* Interim tamen furiosus, qui dilucida intervalla habet, recte sponsalia contrahit, eo tempore quo furor intermittit, & cessat. Nam tunc ad sanam mentem reversus sapit, & per consequens consentire potest. *c. quamvis 27. q. 1. l. Dynus de officio præsidis l. 22. si marit. sol. matrim.* Ita si furor intervenit post sponsalia à sano contracta, sponsalia non dirimuntur, *l. furor de sponsalibus, l. oratione ff. de rit. nuptiar. 32. q. 7.* Interim tamen si propter furorem displicerent nuptiæ integrum fuit sponso vel sponsæ, alteri remittere, jure civili, & aliam sibi conditionem quærere *l. 1. C. de sponsalib.* Eamque causam justissimam sponsaliorum dissolvendorum existimaverim. Quis enim non abhorreat ab ejus consuetudine qui furere cœpit, cum nunquam ad sanam mentem redire præsumatur, *ut ait JCtus.* Et quantum ex ea re mali sæpè ortum sit, exempla tragica eorum, qui furore correpti, uxores interemerunt post nuptias, satis ostendunt, quæ in mea tempora inciderunt, tristia & horrenda. Deinde quod furiosis venere abstinere conveniat, ideoque cælibem vitam vivere satius est. Nam Venus cerebro nocet, *ut Hippocrates & Galenus docent. lib. 2. Epidemiorum.* Cerebri autem pars semen est. Itaque rectè veteres eum qui furore correptus sit, ad agnatos & gentiles deducendum rectè statuerunt, non ad nuptias invitandum. Rectè Bonaventura, furiosos, etiamsi dilucida intervalla habeant à nuptiis tamen abstinere debere scribit, propter periculum quod maximum est. Deinde quod prolem educare & cum uxore conversari nesciunt. *35. q. 1.* Idem statuit Rex Fridericus II. *constitutione lata anno 1582.*

Sed hic quæritur, an si post sponsalia ante benedictionem & concubitum subsecutum furere alteruter cœperit, alter cogi possit ad matrimonium? Et congendum non existimaverim, siquidem sanus à furiosi consuetudine abhorreat. Idque expressè statuit *Leo constitut. 111. & 112. quam etiam in suam Epitomen redegit Harmenopulus lib. 4. Tit. 1.* Quæ æquitate summa niti videtur, quod is qui furere cœpit ad sanam mentem nunquam redire præsumatur, ideoque justam recusandi causam habeat, qui illius consortium refugit. Deinde, quod furiosus ad conjugalem conjunctionem non sit idoneus cum prorsus nihil intelligat, ideoque inter feras connumerandus esse

videatur. Unde enim, ut Leonis verbis utar, propagatio generis speratur, cum furor spectaculum solo aspectu horrendum miserę uxori, miseriorem maritum exhibeat, ne dum cum ipso consuetudinem habere permittit. Taceo quod furiosus absentis loco habeatur, non secus ac infans. *l. 27. de recept. arbitr. l. 2. solut. matrim. l. 209. coram. & l. 246. de verb. significat. l. 2. §. furiosus ff. de jure condit.* Maritus autem absens pro nullo habendus est. Postremò ad matrimonii consummationem requiruntur sponsalia fœdera, & nuptialia fœdera, & utrisque assentiri debent conjuges. *c. nostrates 27. q. 1.* Ejus autem qui in furorem incidit, post contracta sponsalia, consensus nullus est. Itaque quo pacto conjugium inire possit, non video. Quid quod vir nec benedictionem petere, nec à sacerdote interrogatus, num eam uxorem velit quam sibi despondit, respondere possit, cum nihil eorum quæ illic peraguntur, intelligat. Interim tamen eorum sententiæ accedo, qui triennium aut quadriennium expectandum censent, ut quo res sit evasura dispici possit. *l. sapè de sponsalib.* Verba ita habent: Sæpè etiam justæ causæ non solùm annum vel biennium, sed etiam ulterius trahunt sponsalia, veluti valetudo sponsi sponsæve, quo elapso, si ea vis morbi sit, ut peritorum testimonio ejus curatio difficilis sit, vel desperetur, dirimi posse censeo, cum Deus ipse quodammodo ea dirimere videatur, perpetuum impedimentum objiciens & intercedens, & hoc casu licebit sano aliam sibi conditionem quærere. Et hæc de furore ante matrimonium consummatum incidente accipienda sunt.

Aliud dicendum si quis furore correptus planè restitutus sit,
2 quo † casu ita pronunciari solet.

VNser freundlich Dienst zuvor / Gestrenger / Ehrnvester / guter Freund / als jhr vns vermeldet / daß jhr euch mit einer Jungfrawen N. N. genant / in Beysein der Freundschafft / ehelichen verlobt / zu welcher Zeit die Jungfraw bey guter Vernunfft vnd Gesundheit gewesen / biß zu Außgange der Verlöbte / nach welcher sie gantz kranck / an der Vernunfft gebrechlich / vnd gar irre worden / also daß man sie hat verwahren / auch weder Wasser noch Fewer vertrawen darff / vnd daß folgends der Jungfrawen Mutter zu euch kommen / vnd gesagt / wie wil das werden / die Jungfraw begehrt noch wil ewer nicht / Welche Rede die Mutter nicht verneinen können / vnd ob jhr euch zu der Jungfraw mit

Reden

Reden vnd Geberden freundlich stellet / sie doch ewer gar keine Gnade mehr haben / sich auch hören lesset / sie begehret ewer nicht / noch wolle in keinen Wegen zu euch in ewer Hoff kommen / welchs auch die Mutter sich öffentlich habe hören lassen / darauff jhr von Bericht begehret.

Demnach unterrichten wir verordente Commissarien des Consistorii zu N. vor Recht / Dieweil nach geschehenem Ehegelübt diese Kranckheit vnd zurüttung der Vernunfft geschehen / daß dieser auch des andern / in ewrem Bericht vorgenant / Vrsach wegen / die eheliche Verbündnüß nicht kan zutrent noch geschieden werden / sondern wird die Jungfraw / da sie / wie sich ewer Schreiben ansehen lest / wiederumb restituiret / vnd vorige Gesundheit erlanget / euch ehelichen beyzuwohnen / von der weltlichen Obrigkeit billich compelliret vnd angehalten werden / von Rechts wegen.

Sin verò jam constante matrimonio quis furere cœperit, matrimonium dissolvi non posse existimo. *cap. hi & sequen. 12. q 7.* Quid enim tàm humanum est, quàm fortuitis casibus mulieris maritum, & mariti uxorem participem esse *l. 22. si cum dotem soluto matrimonio.*

Quò spectat illud *Halycarnassæi lib. 2.* Δεῖ πάσῃ τυχῇ ἐλθεῖν. Ita celebratur dictum Theogenis, quæ fuit nupta Regi Agathocli, sese nubendo non prosperæ tantum, sed abversæ quoque fortunæ iniviſſe societatem. Et ita uxorem quæ cum honestate amat maritum, describit Euripides.

Dulce est q; conjugem, mali
Si evenerit quid cum viro tristarier,
Doloris esse & gaudii participem.

Item:

Ægr. tus etsi sis, agra simul feram,
Tuaq; patiar mala: & certe mihi
Non quicquam acerbi: una cum amicis nam decet
Fieri beatos, quid nisi hoc [illegible] est.

tat Clemens lib 4. Stromat. Et *apud Lucanum*, Martia uxor Catonis reditura ad maritum ita loquitur.

Non me datorum sociam rebusq; secundis
Accipis, in curas venio, partemq; laborum.

Et de fide conjugali apud Valerium Maximum extant exempla *lib. 4. cap. 6.* Idque fides & charitas Christiana flagitat. Leo tamen Imperator

tor *constitutione tit. 112.* statuit, ut si post nuptias uxor furere cœpit, triennium expectare debeat maritus. Quod si nec tunc quidem morbus sese remiserit, posse uxorem repudiari. Si vir furore corripiatur, uxor quinquennium expectet, & si quinquennio elapso ad sanam mentem vir non redierit, dissolvi matrimonium. Idque veteri juri civili est consentaneum, quo statuitur, ut si tantus sit furor, ita ferox, ita pernicioſus, ut sanitatis spes nulla sit reliqua, circa ministros terribilis: & altera persona, vel propter sævitiam furoris, vel quia liberos non habet, procreandæ sobolis libidine tenta est: licentia erit compoti mentis personæ furiosæ nuncium remittere, ut nullius culpa matrimonium videatur esse dissolutum, neque in damnum altera pars incidat, *l. 122. §. si maritus soluto matrimon.* Idem dicendum, si quis uxorem dæmoniacam habeat. Idque *15. canone Timothei Alexandrini* cautum esse *notat Harmenopulus lib. 4. T. 12.* Qui uxorem dæmoniis actam habet, si aliam sumpserit, adulterium non committit. Sed hæc lex etsi æquitate niti videatur, tamen inter Christianos minimè locum habere debet, *ut rectè Beza disputat latè.* Ego sic statuo, eos quos Deus convinxit, divellendos non esse propter incidentem in matrimonio furorem, cum jam in unam carnem coaluerint, & tàm prosperæ quam adversæ fortunæ societatem iniuerint. Et matrimonium Xenodochium valetudinariorum Theologi nominant. Idque expressè constitutione Regis Friderici II. cautum est.

§. 60. SUMMARIUM.

Furor quomodo probetur & præsumatur.

PRobatur autem furor circumstantiis signis & factis, quæ furioſus perpetrat, quemadmodum Dd. loquuntur. Si sana mente destitutus lapidibus petat, & feriat eos, cum quibus illi nihil est negotii; *verbi gratia*, apud Lucianum Medicus Dionicus venit in ædes tybicinis Polyprepontis phrenetici, ignarus illum eo morbo teneri. At tybicen protinus surrexit, foribus occlusis ac nudato gladio tybias ipsi tradidit, iisque ut caneret jussis, deinde ubi id non posset, scutica quam manu gestaret illum percussit. Diaprepontem vapulasse

vapulasse *vide Lucianum.* Interim tamen & hoc notandum, sponsalia à furioso inita, tempore furoris inita videri, quando certo non constat, utrum furoris tempore vel dilucidi intervalli contracta sint, ideoq; inutilia esse & nulla. Ideoq; ille qui sponsalia contracta affirmat, probare necesse habet, eo tempore, quo furor intermisit matrimonium promissum esse *glo. c. finali, in verbo compotem, de successionibus ab intestato, Estq; communiter recepta sententia. Jas. l. patre furioso, de his qui sui sunt vel alieni juris*; idque quod furiosus nunquam ad sanam mentem redire præsumatur. Id autem de furore continuo, non autem de momentaneo, vel qui intermittit, recte dici existimo. *Bartol. l. final. de bonor. possessionib. Jason. l furiosum C. qui testam. facere possunt. Decius & alii.* Quæ de furioso diximus, eadem & de mente capto intelligenda sunt.

§. 61. Summarium.

Ebrii sponsalia quatenus subsistant.

Huic affinis est quæstio de ebrio, qui & ipse mentis cœcitate laborare videtur. Nam ut furiosus non recte sponsalia contrahit, propterea quod judicio & voluntate destituitur, ita nec ebrius, si quidem tanta sit ebrietas, ut neq; mens neque pes officium faciat, neque ipse intelligat, quid agat, qualem & poeta describit.

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,
Vino sæpe suum nescit amica virum,

Propertius Et *Erasmus* cum absente loquitur, ut habet proverbium, cum ebrio qui litigat: & præsens præsenti loquitur puer, temulentus cum temulenta paciscitur matrimonium, quem si perconteris experrectum, quid fecerit non satis meminerit. *Et ita sentiunt Dd. primi nominis, in cap. dilectus de sponsalibus. Et Augustinus*: Ebrietas aufert memoriam, dissipat sensum, & confundit intellectū. *Socinus consil. 47. 3. volum. Decius cons. 112 Decius c. 2. 2. partis, n. 9.* Idq; quod ebrius furioso æquiparatur, & consentire nō credatur. *γὰρ ὁμοιότερον μαινομένῳ ὁ μεθύων.* nihil enim similius insano quam ebrius, *dixit Anacharsis.* Unde recte Seneca ebrietatem voluntariam insaniam appellat. Vinum namq; homini mentem mutare, ac furorum gignere constat. *Plin. lib. 14. naturalis historiæ* Et *Aristot.* recte, quod per ignorantiā fit, non omnino voluntarium est, sed illud voluntarium est, cujus nos postea minime pœnitet.

Deinde nec voluntarium est, si principalissima ignorentur, ut quid sit, aut cujus gratia quid fiat. Aliud enim est per ignorantiam aliquid facere, aliud ignorantem esse. Ebrius & iratus ignorantes faciunt. Itaq; Pittacus duplici pœna mulctabat ebrium, qui facinus aliquod in se admisisset, quod in ejus fuisset potestate ebrium non fieri. Deinde ob malum perpetratum, electio, id ist, προαίρεσις voluntarium apparet esse, 3. *Ethi.* Itaq; qui ebrius, hoc est, benè potus conjugium promisit, & ubi crapulam edormierit, pœnitentia ductus id ratum non habet. à promissione discedere potest. Neque enim consensisse dicitur, qui ebrius, hoc est, insanus sua voluntate promisit, quia

Nox & amor vinum q; nihil moderabile suadent.
Illa pudore vacat, liber amor q; metu.

Et pessimi sunt consiliarii amor & vinum

Ut vino calefacta venus tum sævior ardet
Luxuries ----

Claudianus *de bello Gildenico.*

Quid tibi præcipiam, de Bacchi munere quærit,
Vina parant animos Veneri. ----

Ovid. de remed. amoris. Et periurus non est, qui id non servat, quod ebrius & benè potus, juraverat. *Text. 22. quæst. 4. c. unusquisque.* Nam & alii contractus ab ebrio facti jure non subsistunt. *l. dolum*, C. *de dolo.* Exemplum adfert Albericus de Hispanis, qui eum ad prandium invitaverant, & inebriaverant, ut ebrius pro illis fide juberet. Idque etiam locum habere Doctores censent, etiamsi ad promissionem concubitus accesserit, veluti si benè potus mulieri fidem dederit, & eum ea rem habuerit, matrimonium ratum non esse, sed potius stuprum censendum, nisi vir ubi crapulam edormierit, ea quæ ebrius promisit novo consensu rata habeat. *c. unusquisq; est, in verbo, quod ebrius 22. q. 4. c. sane 15. q. 1. Bal. Salv. l. dolum C. de dolo*, & ubi ebrietas dominatur, ibi libido & furor diminatur. *35. c. venter*, & ebrietas statim mentem evertit. *c. vinolentiam, ead. distinct.* Itaque & Lothus cui temulento filiæ sese miscuerunt, non de incestu culpatur, sed de ebrietate. *cap. inebriaverunt 15. q. 1.* Itaque sapienter Rex Fridericus I I. vetuit

vetuit, ne ab ebriis sponsalia ineantur. Aliud dicendum, si quis paulo plus adbiberit, & ratione non destituatur. Nam hic recte sponsalibus consentire potest. Neque enim is ebrius, vel insanus censetur, sed ad hilaritatem bibisse, & ut Seneca ad ebrietatem venisse dicitur. Nam multos reperire licet, qui ubi vino nonnihil incaluerunt, ea quæ facienda sunt majori cum dexteritate agant, quam si prorsus sobrii sint.

Exemplum extat apud Nicætam. Quod & Seneca non obscure innuit, indulgendum est animo, dandumque subinde otium, quod alimenti & virium loco sit. Nonnunquam & usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, sed ut deprimat curas. Trudit enim curas, & ab imo animum movet, & ut morbis quibusdam, ita & tristitiæ medetur. Liberque non ob licentiam linguæ dictus est inventor vini, sed quia liberat servitio curarum animum, & asserit, vegetioremque & audaciorem in omnes conatus facit. Nam sive Græco Poetæ credamus, aliquando & insanire jucundum est, sive Platoni frustra poeticas fores compos sui pepulit, sive Aristobuli, nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ fuit. *Seneca lib. 2. de Tranquillitate vitæ.* Idque institutum gentes maximæ & celeberrimæ secutæ sunt.

Persæ penè poti de rebus maximis & seriis consultare consueverunt. Nam si quando ipsis consultandum videtur, tunc postera die jejunant, proponitque is, qui ædibus illis in quibus forte consultatur, præest, & si placuerint atque jejunaverint, utuntur ipso, sin minus comprobetur, abrogant, & de quibus jejuni deliberaverint, de iisdem poti pronunciant. *Herodotus libro primo.* Persica deliberatio *apud Heraclitum* Si quid sobrii retulerint, de eo consulere ebrios: sin ebrii proposuerint, id confirmare sobrios. *Suidas.* Idem de veteribus Germanis refert *Tacitus in libello de moribus Germanorum*, qui disertis etiam verbis inter pocula sponsalia contracta esse refert. Idque ex eo notavit *Alexander ab Alexandro*, authoris, ut solet nomine suppresso, laudem sibi præreptam existimans, si authorem per quem perfecisset nominasset.

Quod ego in homine laudato qualis revera fuit Alexander, minime laudandum censeo. Hebræi sane piaculum & nefas esse existimant, aliquid quod ab alio acceperis literis mandare suppresso ejus nomine à quo didiceris, quasi hoc inventum sit tuum, quod qui id faciat, in aliena opera laudem sibi eat quæsitum, & sese ornet alienis plumis, instar corniculæ Æsopicæ. E contra prædicandum & laudandum censent, in commemorandis aliorum inventis autoris nomen exprimere, argumento sumpto ex libro Esther ubi inter alia scribitur, Reginam Assuerum Mardochæi nomine appellasse, ejusque compellationis beneficio populum Judaicum, cui interitus parabatur ab Hammone, periculum evasisse & liberatum esse. Quo spectant verba in capitulo patrum [*el haumr dhr bschm amru mbia gaulh leulm*] id est, quicunque aliquid dicit, autore ejus nominato, qui prius dixit, redemptionem in mundum adducit, juxta istud quod *Esther 2.* legitur. Et dixit Esther ad Regem ex nomine Mardochai. Et recte *Plinius secundus*. Est benignum & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris. Sed Taciti verba adscribam: sed de reconciliandis invicem inimicis & jungendis affinitatib. & adsciscendis principib. de pace denique ac bello, plærumq; in conviviis consultant, tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens nec astuta nec callida, aperit adhuc secreta pectoris licentia joci. Ergò detecta & nuda omnium mens, postero die retractatur, & salva utriusq; temporis ratio est. Deliberant dum fingere nesciunt, constituunt cum errare nesciunt, &c. *Hucusque Tacitus*. Germanorum autem morem, qui nec hodie in desuetudinem abiit, confirmat Græcus versus, quem Plutarchus citat.

γάστρὸς ἀπὸ πλείης βελτίων καὶ μᾶλλον ἀμείνων.
A stomacho saturo melior mens consiliumq;.

Interim tamen hanc cautionem hic adhibere oportet, quam Seneca eodem loco recenset, his verbis. Sed nec sæpe faciendum est, ne animus malam consuetudinem ducat. Et aliquando tamen in exultationem libertatemq; extrahendus, tristisque sobrietas removenda paulispes. Item, ut libertatis, ita vini salubris moderatio est. Et de his hactenus.

§. 62.

§. 62. SUMMARIA.

1 *Ebrium quem fuisse quomodo probetur.*
2 *Species facti.*

SEd quærat † aliquis quomodo constabit & probabitur, 1
aliquem ita vino obrutum & plenum fuisse, ut mentis plane cœcitate laboraverit, nec intellexerit quid egerit? Idque disquirere operæ precium est, quod sæpe comperi eos, qui fucum mulieri fecissent, dicerent, sese vino obrutos & inscios fecisse, idq; ex præscripto Ovidii, qui *libro de arte amandi* id tradidisse videtur, his versibus:

Ebrietas ut vera nocet, sic ficta juvabit:
Fac titubes blæso subdola lingua sono.
Et quicquid dices faciesve protervius æque,
Credatur nimium caussa fuisse merum.

Item:

Quin etiam ut possem verbis petulantius uti,
Non semel ebrietas est simulata mihi.

Verba sunt Paridis ad Helenam *in Epist. Heroid. apud Ovid.* Exemplum est apud Plautum de Lysitele, qui virginem vitiavit, & in vinum culpam transferre conatur. *verba supra cap. 9. adjecimus.* Ego si ea de re dubitetur, id testibus probandum existimaverim, qui ei adfuerunt, cum vino sese injurgitaret. Hi enim ex ipsius verbis, sermone aliisque actibus, ut ingressu, gestibus, & gesticulationibus facilè colligere potuerunt, utrum rationis usum haberet & saperet, an verò desiperet. Et siquidem simulasse ebrietatem dicatur, qui sobrius fuerit, & vitium virgini intulerit, fide de conjugio data, idque prætexat, ad jusjurandum, tamquam ultimum remedium decurri posse existimaverim, quo is sese purgare necesse habet, qui se ebrium fuisse affirmat, & non intellexisse quid ageret, cum matrimonium promitteret. Interim tamen graviter monendum censeo eum, qui ebrietatem simulatam prætendere putatur, ut diligenter secum meditetur, num ebrius nuptias promiserit, ne si simulate agat, in conscientiam peccet. Nam ipse optimè sibi conscius est, utrum cum fidem daret, intelligeret quid ageretur, an verò rationis prorsus expers fuerit. Species † facti ea de re extat *in consil. 6. matrimonials Ger-* 2

manarum, ubi quidam juratus affirmavit se adeo temulentum fuisse, ut postridie nihil penitus earum quæ pridiè acta essent, recordaretur. Et si quidem juratus dixerit, se ebrium fuisse, ejus juramento standum est. Animus enim jurejurando demonstratur & probatur, veluti per spiritualem torturam. *l. pro hærede, in pr. & ibid. Bartol. de acquirend. hæred.*

Apud Romanos hic honor tributus fuit virginibus vestalibus, ut si quis ad supplicium duceretur, & forte fortuna ei occurrisset Vestalis, is non necaretur, sed liberaretur. Interim tamen jusjurandum exigebatur à virgine, fortè fortuna se non data opera interveniisse. *Plutarchus in Numa.*

§. 63. SUMMARIUM.

Sponsalia rectè an contrahat qui amore furit.

DE eo qui libidine incitatus & amore cæco victus fidem dat, an idem dicendum sit, rectè hic quæritur? Nam & is furere videtur, qua de causa & amor cœcus dicitur, quod cœcos amatores reddit. *Ovid. Epist. 1. Heroid.*

Quid deceat non videt ullus amans.
Ante pedes cæcis ludebat semita nobis,
Scilicet insano nemo in amore videt.

Et *Menander* μόνον ἀπαρήγορητον ἀνθρώποις ἔρως. Id est, solus amor inter homines nullo sermone consiliove movetur. *Item Plato*, τυ φλάττω τοῦ τὸ Φιλέμενον ὁ Φιλῶν. Amans cœcus est circa rem amatam Et sine sensu vivere amantes *Propertius scribit*. Surdos facit amor, quod is qui amore occupatus est, nominis ac famæ existimationem negligat. Quò spectant versus.

Ah pudeat certè, pudeat, nisi forte, quod ajunt,
Turpis amor surdis auribus esse solet.

Æsopus dicere solitus est, eos qui amore capti sunt, inverecundos esse solere. Quid quod & gustus sensum & olfactus corrumpit. Nam amanti candida nigra, & dulcia amara videntur. *Calphur. Eclog. 1.*

Te sine, væ misero, mihi lilia nigra videntur,
Nec sapiunt fontes, & acescunt vina bibenti,
At tu si venias & candida lilia fient,

Et

Et ſapient fontes, & dulcia vina bibentur.

Et Nemeſiani his ſimillimi.

Te ſine, væ miſero, mihi lilia nigra videntur,
Nullos nec mirtus, nec laurus ſpirat odores.

Rectè Mimus; Et amare & ſapere vix Deo conceditur. Item, amor & vinum in tua ſunt poteſtate antequam bibas: poſtquam biberis, tuus es illorum poſſeſſionis ac mancipii. Quod ſi ita eſt, non videtur liberrima voluntate conſentire ille, qui amore captus, rationis uſum & ſenſum amiſit. At dicat aliquis, amore & benevolentia conciliari nuptias, ideo tantum abeſt, ut amor nuptiis impedimento ſit, ut ſi deſit nihil agi videatur. Itaque ego ſic ſentio, etiam qui amore ardens & furens, conjugium permiſit, parentibus inconſultis, & iis qui parentum locum obtinent, quos Græci κυρίους appellant, ideoque clàm. Vel ſi vidua, quæ tamen liberiorem contrahendi facultatem habet, κυρίοις in conſultis amore irretita promiſit matrimonium, amore impulſa, & ſeſe liberari cupiat, pœnitentia ducta, audiendum exiſtimaverim, præſertim ſi ad Venerem acceſſit Liber vel Bacchus. Quid enim intereſt, inter adoleſcentem vino & amore ebrium, & mente captum? Quid mentis habet puella, cui Baccho juncta Venus inſaniam conduplicavit? cui Lenonum & inſtigatorum voces incantarunt dementiam? ubi per lenam, per vinum amentiæ parentem; per impudicos luſus, per noctem pudore carentem, per magicas epagogas inter vix puberes intercedunt tria verba. an illic eſt conſenſus, ubi nullus eſt ſobrius ſenſus, ſed totum pectus, temulentia libido & maleficæ voces, triplici occuparunt inſania? *Eraſmus.* Vinum enim & amor peſſimi ſunt conſiliarii.

§. 64. SUMMARIUM.

Amoris vehementia unde conſtet.

SEd unde conſtabit amoris vehementia & furore quodammodo impulſum eum qui promiſit? Id ex circumſtantiis colligendum eſt, ſi fidem dedit, ut diximus, parentibus & cognatis inconſultis. Si optimis prognatus, viliſſimæ puellæ vel ſuſpectæ pudicitiæ & formoſæ, conjugium promiſit, nulla habita generis vel natalium ratione,

ratione, si nullis testib. adhibitis clàm in occulto & obscuro loco, & remoto ruris angulo, ut ille inquit, si lenonum & lenarum technis & artibus inductus id fecit, eosque loco parentum & cognatorum in consilium adhibuit, & pronubos esse voluit. Nam norunt lenæ talium nuptiarum conciliatrices, quod à Jureconsultis traditum est, verba præsentis temporis reddunt matrimonium ratum. Quin & verba futuri temporis, si succedat conjunctio corporum, vertuntur in verba præsentis temporis, fitq; matrimonium non modo ratum, verùm etiam consummatum, eoque hoc ipsum procuratur à lenis ut coitus accedat, vix prolatis etiam verbis, *ut rectè Erasmus notavit*. Si celeriter & de improviso, statim ut puellam vidit, eam sibi despondit, sine ulla deliberatione & consultatione: si nocte sponsalia contraxit, quod tempus fraudi maximè accommodatum, & matrimoniis contrahendis minimè idoneum est. Nam & illum amore irretitum esse verisimile est *consil. 6. matrimoniali Germanorum n.18.* juxta illud.

Nox & amor vinumq; nihil moderabile suadent.

Si constet vini plenum fuisse, ita tamen ut prorsus ratione non careret, qui promisit & inter pocula promissio facta sit. Idem dicendum, si phyltron puellæ propinaverit adolescens, vel è contra, & de eo constet quod de Sclero quodam refert *Nizetas*. Nam Sclerus cum puellam nubilem adamaret, ac eam sibi expeteret, per lenam ei malum persicum misit, quo puella in sinum recepto amore & libidine insaniens ab eo vitiatur. Puellæ verò cognati id facinus indigne ferentes, effecerunt, ut ejus aspectu penitus privaretur, quam impudice aspexerat. Nam Imperatoris Manuelis jussu excœcatus est, quod sub Astronomiæ professione Magiæ operam dedisset. His & similibus de caussis excusandum existimaverim, qui pœnitentia ductus à contractu recedere cupit. Interim tamen, nisi evidentissima subsint & concurrant indicia & argumenta, quibus palàm fiat, eum qui nuptias promisit amore victum & insanum promisisse, audiendum non existimaverim. Nam alioqui hoc prætextu omnia sponsalia in dubium revocari & infirmi possent, quod quis sese amore captum promisisse affirmaret qui ubi deferbuisset, sese extricare cuperet.

§. 65. Sum-

§. 65. SUMMARIA.

1 *Sponsalia solvi ob morbum contagiosum.*

2 *Si sanus nihilominus cum leproso matrimonium consummare velit an prohibendus à magistratu.*

NUnc ad † alia impedimenta transitum faciemus, quæ 1
ratione caussæ materialis existunt. Itaq; si alteruter conjugium morbo insanabili & contagioso, id est, vel lepra vel elephantiasi affectus sit, & id ignoraverit alter, vel in eum post sponsalia inciderit, alter ad nuptias consummandas non tenetur. Neque hic distinguendum arbitror, an sponsalia verbis præsentis an futuri temporis concepta sint. Nam si propter contagium ejusmodi conjunctio vitanda est, & ei vitanda erit qui de præsenti contraxit. Ab eorum autem consuetudine qui hoc morbo infecti essent, abstinere Deus ipse jussit, lege per Mosen lata, qua leprosi hominum commercio exterminantur, & solitarie vivere jubentur. *Levitic. 13. & 14.* quam ab Hebræis Persæ legem acceptam in suam Rempublic. invexerunt, *ut testatur Herod. lib. 1.* Apud Persas, *inquit*, qui lepra aut vitiligine infecti sunt, eos urbem ingredi non conceditur, & cum aliis Persis consuetudinē habere. Dicunt n. illis hos morbos immissos, quod in solem peccarint, &c. Itaque sic statuo sponsalia inter sanum & leprosum contracta, hanc ob caussam dirimi posse, si tamen constet medicorum judicio, vel morbum contagiosum & immedicabilem esse. Idq; lege Genevensium expresse cautum est. 137. & constitutione Regis Friderici II. anno 82. promulgata, ubi & inter alia cavetur, si post sponsalia alteruter in ejusmodi morbum incidat, tempus præfiniendum esse, intra quod curetur ægrotus, & dispiciatur, num medicabilis sit morbus. Quod si ei mederi non possit, sponsalia dissolvenda esse: si quidem id alteruter cupiat. Imò constante matrimonio conjugium deserere leprosum posse, siquidem id ante nuptias celaverit conjunx, & morbo infectus idem cavit. Et recte. Nam & Deus ipse hanc conjunctionem improbare & impedire videtur, qui morbo immisso hominum commercio & consuetudine illum cui fides data est propter peccata eximit, & solitarie vivere vult. Quod & Ethnicis ignotum non fuisse *Herodotus innuit.* Quid, quod & jure Mosaico ei qui fœdam aliquam in uxore deprehendisset, repudiandi jus esset. Adde quod errore ductus

consensisse videtur, qui leprosæ vel epilepticæ fidem dedit: nihil autem consensui magis est contrarium quam error. *l. si per errorem. de jur. jdictione omn. judic.* Sed & culpandi maximè sunt parentes, item sponsus vel sponsa, qui quæve morbum cælavit, & fraude alterum circumvenit. Nam dolus & fraus nemini debent patrocinari, & huc facit textus, *in cap. 1. quemadmodum in fine de jure jurando*, cujus summa est, eum qui juratus alicui matrimonium promisit, ducere cogendum non esse, si quidem mulier vel in lepram vel paralysin incidat. Et ita glossa accipit hunc textum, quem interpretes ad sponsalia de futuro restringunt, sed male. Nobis adstipulatur Erasmus his verbis: Studium, inquit, ac diligentiam hominum non improbo, tantùm illud admiror, nullum errorem fortunæ obstare, quo minus coeat matrimonium, sunt enim quædam fortunæ mala servitute tristiora. Quis enim non malit cum servo, quam cum leproso, aut scabie Neapolitana corrupto vivere? Et sunt quædam morum vitia morbis comitialibus aut lepris abominabiliora. Nec enim consentit puella quæ nubit ei, qui pro bono sanoque commendatus est, nequaquam facturæ, si sciret qualis esset, præsertim si dolo perperam circumventa est puella. Lutherus distinguit, ut si sanus leproso sciens & volens fidem dederit, matrimonium consummare debeat, secus si ignoraverit vitium. Quod non placet: cur autem, statim explicabo.

2 Hic quæritur, †si sanus nihilominus cum leproso matrimonium consummare velit, nulla lepræ ratione habita, an à magistratu prohibendus sit? Et quamvis canones ejusmodi conjugia concedant: *extra de conjugio leprosorum cap. 3. de leprosis, parte 27. concilii Lateranensis*: tamen si de vi morbi & contagio constet, magistratum ejusmodi conjugium, quo minus coeat, sua authoritate impedire posse existimaverim. Nec enim ferendus est, qui sibi ipsi interitum accersere conatur: juxta illud JCti, perire volens audiendus non est. *l. 13. de appellationibus.* Deinde quod Deus ipse has conjunctiones aversatur, qui leprosum solitariam vitam vivere jubet. Postremo & Reipublic. interest, ne nuptiæ coeant. Nam verendum est, ne ejusmodi contagium propagetur & latius serpat, & tandem universam civitatem inficiat & contaminet. Nam medicorum testimonio lepra hæreditariis morbis annumeratur, qui cum semine in liberos derivantur, & longè lateque disseminantur, ut quicquid ex eo matrimonio

gigna-

gignatur, ad perniciem & peſtem Reipub. naſci videatur, propter contagium, quo omnes inficiuntur veluti peſte. Quo ſpectat illud *Juvenalis*.

---- Sicut grex totus in agris
Unius ſcabie cadit, & porrigine porci,
Uvaq; conſpecta livorem ducit ab uva.

Item:

Dum ſpectant cæſos oculi, læduntur & ipſi,
Multaq; corporibus transitione nocent. *Ovidius.*

Nam cum ſemen genitale ab omnibus corporis membris procedat à ſanis quidē ſanum, à morbidis morboſum, fiatq; ut ex calvis calvi gignantur, ex cæſiis cæſii, & ut plurimum diſtortus diſtortum generet: *Hippocrat. lib. de aere.* quis dubitat, quin & ex leproſo leproſus gignatur? Idque in primitiva Eccleſia diu obſervatum fuiſſe, ex reſcripto Alexandri III. *quod extat concilii Lateranenſis parte 38. capite quarto* colligitur, *de leproſis.* ut ſacerdos removeatur ſi lepra eum laborare manifeſtum ſit, *cap.* 1. Et ne Eccleſiam accedat, qui ea macula ſit infectus. Sed & ei alimenta præbeantur, & coadiutor detur, qui curam animarum habeat. *cap. ultimo.* Sed & parentes qui liberos propter divitias in ejuſmodi nuptias conjiciunt, prohibendi ſunt, ut qui tyrannorum non parentum officio fungantur. Quibus etiam liberi bona conſcientia reclamare poſſunt, & debent. Unde contagioſo nupta apud Alciatum, patri maledicit, eumq; Mezentium nominat.

Dii meliora piis, Mezenti? cur age ſic me
Compellas? Emptus quod tibi dote gener,
Gallica quem ſcabies, dira & mentagra perurit,
Hoc quid nam eſt aliud, die mihi ſæve pater,
Corpora corporibus quam iungere mortua vivis:
Efferaq; Hetruſci facta novare ducis?

Alluſit autem Alciatus ad ea quæ *Virgilius lib. 8. Aeneid.* de Mezentio tyranno Tyrrhenorum rege refert, qui novo ſupplicii genere ſolebat viva corpora mortuis colligare, quoad ipſa quoque fœtore tabeſcerent & animam exhalarent: perinde facere ſcribit Alciatus patres illos crudeles, qui filias ſuas forma integra & bona valetudine, viris lepra, podagra vel Gallica ſcabie corruptis, hoc eſt vivis

cadaveribus tradunt: Nam hoc voluit indicare voce mentagra. Est autem mentagra morbus, à mento sic dictus: nam à mento primum ortus, per faciem, collum, pectus, & manus, insolito quodam & fœdo furfure dilatatur, oculis tantùm immunibus. *Plinius lib. 26. cap. 1.* De Mezentio hi sunt versus Vergilii.

Mortua quin etiam jungebat corpora vivis
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora
Tormenti genus, & sanie tabeq; fluentes
Complexu in misero, longa sic morte necabat.

quasi dicat, non minus torqueri mulierem sanam, quæ leproso conjuncta sit, ac si mortuum cadaver vivo jungatur. Qua de re etiam Capitolinus, qui refert Opilium Macrinum reddidisse Mezentii supplicium, quod ille vivos mortuis illigabat, & ad mortem cogebat longa tabe confectos. Unde etiam in Circo cum favor publicus in Diudumenum semper fuisset acclamatum. Egregius forma juvenis cui pater haud Mezentius esset. Quod & de Hetruscis refert *Valerius Maximus lib. 9.* Ac Hetrusci quidem parum feroces in pœna excogitanda, qui vivorum corpora cadaveribus adversa adversis alligata atque constricta, ita ut singulæ membrorum partes, singulis essent accommodatæ, tabescere simul patiebantur, amari vitæ pariter ac mortis tortores. Plura ad hanc rem spectantia videre licet *apud Erasmum in colloquia quodam.* De lepra autem vel elephantiasi constante matrimonio incidente, infra in suo loco in tractatu denuptiis dicetur. Nam ea matrimonium non dirimit. Et de lepra hactenus.

§. 66. SUMMARIUM.

An ob quæsuis morbos contagiosos sponsalia dirimantur?

SEd an idem de aliis morbis contagiosis & insanabilibus & tetris horrendisque dicendum, quales sunt scabies Gallica, seu Neapolitana, epilepsia vel comitialis morbus, phrenesis, paralysis, phtysis. Et hic idem penè statuendũ censeo, quod in lepra, ut scilicet sanus invitus eam, quæ ejusmodi morbo affecta sit, ducere nõ teneatur. Nã cum ea sit morborũ illorũ turpitudo & vehementia, ut alter alterius congressum refugiat & exhorrescat, merito audiendus est is, qui

qui à promiſſione diſcedere cupit: ſiquidem nulla corporum communicatio acceſſit. Idem de hydrope dicendum exiſtimaverim, ſiquidem de Medicorum ſententia inſanabilis ſit. De morbo comitiali vel epilepſia expreſsè ſentit *Durandus lib. 4. diſtinct. 27. quæſt. 3. Et Hemmingius fol. 165. & conſtitutio Regis Friderici II. de ſcabie Neapolitana, idemque Eraſmus, ut ex iis quæ paulò ante annotavimus liquet, & latè in libello de Chriſtiano matrimonio.* Atque hic utrique conſulendum eſſe rectè Beza ſcripſit, ut juri ſuo renunciare ultrò malint, quam ut ulterius ad eam conjunctionem progredi velint, in qua vix ſit ſperandum, eos commode victuros. Quod ſi alterutri id perſuaderi non poſſit, & alter matrimonium implere recuſat, dirimenda ſponſalia eſſe exiſtimaverim. Idque lege Genevenſium expreſsè cautum reperio. Et ita conſulti reſponderunt *Theologi Vittebergenſes, ut refert Sneidewinus in commentariis ad T. de nuptiis, idque probant Theodorus Beza, Hemmingius. D. Beuſt. fol. 18.* Et rectè. Nam quem Deus hujuſmodi morbo horrendo, & abominabili afficit, is ſciat ſe ad cælibatum vocari divinitus, & à matrimonio ineundo veluti ineptum & inhabilem avocari, ideoque rectiùs facere ſi cælibem vitam inſtituerit, & Deo ſeſe ſaluteremque ſuam commiſerit. Et ita ſentire videtur *Vives, in libello de officio mariti, cujus verba adſcribemus.* Magis illud providendum, ne quo laborent morbo, ex iis quos Medici hæreditarios vocant, qui à parentibus in liberos transfundantur, inter quos fœdi nonnulli, & qui officia vitæ impediunt. Ab his eſt diligentius cavendum, quam ab aliis vel levibus, vel non perinde tetris atque ab abominandis. Quin ipſe, ſi quo laboras horrendo atque averſando morbo, vellem ad eum modum vitæ tuæ rationes conſtituere, ut vivere cælebs poſſes ſine delicto. Quam enim dulciſſimum eſt genuiſſe, tàm eſt acerbiſſimum, videre liberos gravi morbo afflictos, quem ſæpe optemus, ſi fieri poſſet, in nos translatum potius quam in illis tanto cum dolore noſtro aſpicere, &c. *Et paulò poſt.* Hoc enim eſt boni & ſapientis hominis, nolle ut infortunium ſuum ad multos pervadat, ſed ſe uno concludatur. Quod ſi in amicos viros ea ſumus charitate præditi, ut accuratè demus operam, ne ad illos mala noſtra contagione quadam ſerpant: quantò magis decet in liberos noſtros ad eum nos eſſe modum affectos? Hoc verò conſilium putent patres datum eſſe, & ſibi in eis conjugandis, ne tales videant nepotes & ſucceſ-

successionem gentis. Et *libro de Christiana fœmina.* Valetudinis major est habenda ratio, tum propter domus & familiæ munia, quæ sanum rectorem crebro postulant: tum propter uxorem & liberos, quos morbo suo inficit, si sit contagiosus. Idque tanto accuratius cavendum, si teter sit morbus atque abominabilis, & ex iis quos medici hæreditarios nominant. Dixi pene. Nam etsi hi morbi tetri sint, horrendi & insanabiles, tamen si is sit utriusque affectus & benevolentiæ erga alterum, ut conjugium cupiant, impediendos esse non arbitror, dummodo à contagione nihil sit periculi.

§. 67. SUMMARIUM.

Sponsalia an propter deformitatem possint dissolvi.

HUic affine est quod Dd. tradunt, quod si post sponsalia alteruter in corporis vitium incidat, quod deformitatem insignem afferat, sponsalia dirimi posse, veluti si cui nasus præcidatur, vel oculi exsculpantur, *textus cap. quemadmodum, de jurejurand.* intelligitur enim promissio vel juramentum cum clausula vel conditione, rebus sic stantibus. *cap. cum, M. Ferrarien. de constitut. lib. 6. l. final. quis satisdare cogantur. Angelus in summa, & Duarenus.* Et hæc rectè dici existimo. Interim tamen propter morbum diuturnum, quod alteruter contrahentium laborat, dummodo sanabilis sit, & minimè contagiosus, ut quartana, hydrops, & id genus alii, sponsalia dissolvi minimè posse statuo. Itaque rectè cautum est constitutione Friderici secundi, ut si post sponsalia alteruter incidat in morbum contagiosum, vel alium tetrum & difficilem, tempus aliquod curationi præstituatur, si interea æger sanari possit: sin minus, & morbus sit immedicabilis, rectè dissolvi posse sponsalia.

§. 68. SUMMARIUM.

Sponsalia an dirimi possint si quis claudus, surdus, vel mutus fiat.

SEd si quis claudus, surdus, vel mutus fiat, & hic idem dicendum censent, quod hic à contagio nihil metuendum sit, &

mutus

mutus & surdus ad conjugalem consuetudinem idonei sint, neque quenquam inficiant. Eoque referunt dictum Augustini, quod in jus canonicum relatum est *c. si uxorem 34. quæst. 5.* Cujus summa est, uxorem sterilem, deformem, cœcam vel claudam, doloribus morbisve confectam retinendam esse. Ego tamen sponsam audiendam existimaverim, quæ sponso post sponsalia claudo, muto, vel surdo facto nubere recusat, neque ei invitam collocandam esse, præsertim si sanitatis nulla sit spes reliqua. Interim tamen expectandum esse annum vel biennium, *leg. sæpe, de sponsalibus*, ut constare possit, utrum morbus sit medicabilis vel immedicabilis. Imprimis autem si claudus quis factus sit, quod is ad societatem conjugalem ineptus sit, & ideo ad cælibatum vocari videatur. Nam claudum vel claudam in matrimonium recipere, nemo non recusat. *Herodot. lib. 5. refert*, Amphioni natam fuisse filiam claudam Labdam nomine, quam nemo Bacchidarum (erant autem Bacchidæ, penes quos Corinthii regimen erat) ducere volebat, quam tamen Ection Echecratis filius duxit.

§. 69. SUMMARIA.

1 *Sponsa an repudiari possit ob medicamenta sterilitatis sumpta.*
2 *Steriles mulieres male audiverunt.*

IDem dicendum si sponsa medicamenta sterilitatis sumpserit, idque liquido constet. Nam † & eam repudiari posse censeo: quippe cum ob sterilitatem etiam constante matrimonio uxores repudiatas esse tota antiquitatis historia ostendit. Anaxandridas uxorem alteram ducere coactus fuit ab Ephoris, quod prior esset sterilis. *Herodot. Pausanias.* Ariston repudiavit duas steriles uxores. *Herod. Pausanias*, item, Ægeus duas uxores steriles repudiavit, primam Metam Opletis filiam, alteram Calciopen Rhoxonoris filiam *Athenæus Augustin. de bono conjugali c. 7. & lib. 19. contra Faustum.* Ac ob frigus & sterilitatem nuptias dissolvi nemo nescit, & male audisse mulieres steriles, tanquam meretrices, quasi libidinis causa, malis venenis abortum procurarent. Interim tamē si quis sciens claudo, cœco vel alio vitio corporis affecto fidē dedit, tenebitur, modo id vitiū contagiosum nō sit, maxime verò si claudus claudo, cœcus cœco matrimoniū promi- 1 2

promiserit. Nam & hic æqualitas ad conjugii concordiam facit cum alter non habet, quod alteri objiciat. Qua de re apud Erasmum memorabile extat exemplum, de quodam Britanno, qui tibiis esset contractis, ut sella veheretur, si loco moveri vellet. Is uxorem duxit cœcam, & rationem facti hanc reddidit, sic melius inter nos conveniet, inquit, ferre claudus cœcam, nec erit quod alter alteri exprobret. Nec fefellit eum judicium, convictus fuit suavissimus, Deos eos prole numerosa beavit, undecim scilicet liberorum, qui omnes sano corpore & vegeto fuerunt. Nam verissimum est quod proverbio Græco jactatur, homines conciliari malis fortunæ, veluti exuli cum exule, cum ancilla servo, cœco cum claudo, deformi cum luscо. Quò spectat Epigramma *D. Pauli ab* Eitzen soceri mei *in Ethicis.*

Uxorem claudus cœcam ducebat, uterq;
Istius accepit commoda conjugii.
Cœca virum mulier claudum portavit, at ille
Portantis cœcum lumine rexit iter.
Mutua sic debet cum conjuge vertere conjux
Officia, & tali gaudet amore Deus.

Epigramma ad imitationem veteris Poetæ Antiphili factum, quod ejusmodi est.

Ἀμφω πυρὶ, καὶ ἀλήμονες ἀλλ' ὁ μὲν ὀψὲ
ὁς ἦ βασὶς ἄλλον δ' ἄλλος ἐπηρεσίη.
Τυφλὸς γὰρ χωλοῖο κατωμήδων βάρος ἀρας
Ἀτρεμὸν ἀθυρείοις ὀμήκλων ἀκεβάτῃ.
ἡμία Δαμφοτέροις ἤρκεϊ Φύσις ἐν γὰρ ἑκάρῳ
Τἀλλιπὰς, ἀλλήλοις ἐφ' ὅλον ἠρήνισαν.

Quod ita Ausonius vertit.

Insidens cæco graditur pede claudus utroq́,
Quo caret alteruter, sumit ab alterutro.
Cæcus namq́ pedes claudo, gressumq́ ministrat,
At claudus cæco lumina pro pedibus.

Item:

Ambulat insidens cæco pede captus utroq́,
Atq́ alterna subit munia debilitas.

Nam

Nam cæcus claudo pede commodat, ille vicissim
Mutua dat cæco lumina pro pedibus.

Quos etiã Morus varie vertit, & Politianus Græce. De Paralyse frigiditate exectione & impotẽtia, & aliis corporis vitiis, quæ & ipsa conjuges inhabiles reddunt, ad conjunctionem sexuum, quæ generandi causſa viventibus data est, tractatu de nuptiis dicetur, quod ea ut plurimum matrimonio consummato patefiant.

§. 70. SUMMARIUM.

Sponsa quamdiu teneatur exspectare sponsum.

SEd & absentia sponsi vel sponsa diuturna sponsalibus impedimento est. Quid enim si sponsus sponsam deserat, & alio sese recipiat? Certe liberum est, alteri aliam sibi conditionem quærere, *c. de illis, extra. de sponsalibus lib. 2. Cod. de sponsalib.* Sed quam diu sponsa sponsum exspectare debeat, antequam alteri despondeatur, quæritur? Et jure Codicis triennium præfinitum *est l. 2. C. de repudiis*, siquidem sponsus peregre profectus sit, & hinc inde vagetur, & non constet, ubi degat. Idem tempus præfigit constitutio Regis Friderici II anno 82. lata, meo autem judicio distinguendum est, de sententia Caji Jureconsulti *l. sæpe de sponsalib.* Utrum justa & necessaria de causſa absit sponsus, an vero nulla de causſa? sed ut fallat, & sponsam ludibrio habeat Priore casu non tantùm annum vel biennium sed triennium & ulterius, ut Caii verbis utar, exspectabit, *gl. d. l. 2. de sponsalib.* Causſæ autem justæ hæ sunt, valetudo sponsi sponsæve, & peregrinationes, legationes. Reipub nomine, quæ ex necessaria causſa sunt. His adde captivitatem, exilium, deportationem, vim. Quid enim si quis vi detineatur, & si quæ sint aliæ id genus causſæ, de quibus judex ex bono & æquo statuet Item, si sponsus de voluntate sponsæ profectionem susceperit, & tam diu se abfuturum dixerit. Quibus casibus sponsa tantisper exspectare tenetur, quoad revertatur, vel de ejus morte certissimus nuncius allatus sit, vel si commodum videatur, ea loca ubi sponsus commoratur, adire potest. Non enim desertor est, qui ex necessaria causſa, & qui invitus abest: item qui volente sponsa abest. Nam is demum nocens & culpandus est, qui sua sponte nocens est, *ut inquit Seneca, & id innuunt cap. 1. 2. & 4. 34. distinct.*

q. 1. Et hanc distinctionem sequitur constitutio Regis Friderici II. in verbis, *nisi justis de causis impediatur.* Dm fetemander. Ich er vil lougliche verfolde forhedret *Tradit Angelus in summa*, sin vero nulla ejusmodi caussa subsit, an adhuc triennium sponsum exspectare necesse habeat? Et ego ita sentio, siquidem non constat, ubi terrarum degat, vel utrum superstes sit, item, an revertendi & nuptias consummandi animum habeat, *& ita Johannes Andreæ sentit.* Quod si constiterit, eum nullo impedimento aut de caussa necessaria detineri, biennium saltem exspectandum existimaverim, *l. 2. Cod de sponsalib. Quæ & Harmenopuli est sententia*, si in eadem agat provincia, si in remota aliqua orbis regione, triennium. Quod tempus si excesserit, posse puellam alteri conjungi, *lib. 4. tit. 1.* Quæ opinio etiam Cyni fuit, & æquitati maximè est consentanea. Sed si constet, eum animum revertendi, sponsamq; ducendi prorsus abjecisse, ita ut nulla spes sit, eum reversurum (verbi gratia, si admonitus, rescripsit sibi non placere nuptias, eamque res suas sibi habere jussit) brevius tempus, hoc est, unius anni sufficere existimaverim. In quam sententiam Panormitanus inclinare videtur, *d. c. de illo in fine.* Idque etiam in sponsalibus de præsenti locum habere existimaverim, quanquam Dd. contra sentiunt. Nam cum matrimonia propter desertionem diutinam dirimantur, quanto magis sponsalia? Idque propter periculum, ne mulier longa ista & diutina absentia commota, animum ad malas artes applicet, ut est natura hominum prochivis ad libidinem. Neque enim omnes Penelopæ similes existunt, quæ Ulissem viginti annos exspectavit peregrinantem. Qua de re memorabile *apud Herodotum* exemplum exstat, *lib. 4. initio.* Scythæ cum 28 annos peregre abfuissent, & in patriam reversi essent, uxores repererunt servis junctas visi orbatis (nam Scythæ omnes servos excæcare solent) & armis uxores repetere coacti fuerunt.

§. 71. SUMMARIUM.

Sponsam objisse si quis credat & aliam sibi despondeat utram retinebit?

SEd quid, si quis rumore & conjecturis verisimilibus adductus, & existimans sponsam objisse, aliam sibi despondeat? Et dicen-

dicendum, prima sponsalia posterioribus præferenda esse. Itaque secunda relicta, primam cui fidem dedit, retinere cogetur: Sed si secundam domum duxerit, nuptiis subsecutis & concubitu, matrimonium divellendum minime existimaverim, iis rationibus adductus, quas supra *cap.* 12. adduximus. Quod si autem prima ad eum redire, eique nubere nolit, à magistratu cogendam esse palam est: quod si nec hac ratione adduci possit, ut nubat, secundam eum ducere posse non dubitatur.

§. 72. Summaria.

1 *Procedendi modus contra sponsum absentem.*
2 *Formula sententiæ.*

NUnc videndum quis † procedendi ordo contra absen- 1
tem servandus sit. Et persona quæ conqueritur, se sponsum vel sponsam alicubi reliquisse, & nescire num nupserit, percunctationibus diligenter inquirere & explorare debet, utrum sponsus vel sponsa adhuc in vivis sit, & interim nullum conjugium tractare. Quod si ne tum quidem percunctationibus comperiat, ubi terrarum degat, vel utrum in vivis sit, & aliquam duxerit, ibi tum res ad consistorium deferenda est, & perendum ut publice denunciatione in cœtu fidelium facta trinundino citetur, & præterea citatione publice valvis affixa, ter vocetur, ut ad diem certum sese sistat coram judice causam allegaturus, cur hactenus diem ex die duxerit, & nuptias remoratus sit, intervallum autem citationum erit sex hebdomadarum, vel unius mensis, plus minus, ita ut terminus integer sit quatuor aut quinque mensium, vel semestre, ne quid habeat absens, quod causetur; sin comparverit auditur: sin autem die præfinita non comparuerit sponsus vel sponsa, ab absente tanquam desertore libera pronunciatur, potestate ei facta alii nubendi. Vide tamen legem Genevensem f. 40. 41. rectius hæc tradentem. Idem dicendum, etsi sponsalia jurata sint. Didacus. Interim tamen sponsæ ejusque parentibus juramentum deferri potest à judice, ut jurent, se nescire ubi locorum sponsus degat, sed & sponsi cognatis deferri posse existimaverim. Idque lex Genevensis expresse tradit. Formula † autem sententiæ 2
ita concipi solet.

IN Ehesachen N. Klägerinnen an einem/vnd N. Beklagten anders theils. Nach dem N. jhr N Catharinen die Ehe zugesaget/vnd nach gehaltener Verlöbnis an frembde entlegen örter sich begeben/jhr seythero nichts geschrieben/ oder zuentbieten lassen / vnnd ob er wol auff Anruffen Catharinen / an drey vnnd mehr vnterschiedliche Oertern/ allda er seine Wohnung vnd wesentl ch Auffenthalt / vnnd sonsten seine Freunde vnd Bekandten hat/von der Cantzel/vnd sonsten durch öffentliche Edict/drey mal auff gereumte vnnd gewisse Tage citirt / vnnd peremptorie geladen worden/allhie für vns zuerscheinen/vnd anzuhören/welcher Gestalt seine Vertrawete jhnen seines Wegziehens vnd Aussenbleibens halber / beklagen würde / vnd seine Verantwortung vnd Entschüldigung dagegen einzuwenden vnd fürzubringen. Ist aber vngehorsamlich außgeblieben/vnd nicht erschienen / auch niemand seinet wegen einige Entschuldigung fürgebracht.

Als sprechen wir Verordnete des Consistorii zu N. daß Catharina auff Hansen zu harren / nicht schuldig sey / Sondern von jhme/ als einem Desertore vnd muthwilligen Verlasser seiner Vertraweten/darfür er dann billich erkläret vnd erkandt wird/ hiemit sol loß gezehlet vnd entfreyet/vnd sich jhrer Gelegenheit anderstwo zu verehelichen/jhr billich gestattet vnd nachgelassen sol seyn/von Rechts wegen/etc.

§. 73. SUMMARIA.

1 *Sponsalia an solvantur voto continentiæ subsecuto.*
2 *Votum continentiæ damnatur à Theologis.*

HIs etiam Canonistæ adjiciunt aliam sponsalium dissolvendorum causſam, nempe † votum continentiæ virginitatis vel cælibatus, de quo etiam nobis, hoc loco aliquid dicendum est. *Verbi gratia*; Qui fidem mulieri dedit, paulo post immutatus, vitam monasticam eligit,& sponsæ valedicit, dissolvi sponsalia Canonistæ uno ore affirmant, *c. non solum 33. q. 8. & 27 q. 1. & tot. t. de conversione conjugat.* Idque apud Græcos & Romanos servatum ostendit *l. Deo nobis C. de Episcopis & Clericis,& Harmenop. lib. 4. t. 1.* qui & inter plures alias causſas hanc recenset qua sponsalia dirimantur, si quis, inquit, ad vitam monasticam transeat. Nicetas refert, Imperatoris Alexii Angeli filiam à patruo fuisse desponsam Stephano Triballorum

Prin-

Principi, Stephanum autem exiguo tempore in principatu exacto, monachum factum esse, in Papycio monte, sponsa repudiata Artaxerxes Aspasiam quam filio Dario dederat in uxorem, postea ademit, & Dianæ Ecbatanis sacerdotem constituit. Quæ res maximas secum attraxit calamitates. *Plutarch. in Artoxere.* Camiola Toringa vidua Senensis locupletissima civis Messonensis, Rolando Petri Siciliæ Regis fratri captivo, significari jussit, se λυτρὸν pro eo soluturum, & carcere liberare eum velle, si quidem promitteret, se eam uxorem ducturum. Quod ille se facturum sancte recepit. Matrimonio per procuratores promisso, mulier Rolandum duabus auri unciarum millibus redemit. Rolandus liberatus promissis stare noluit, quod Regio sanguine ortus, civem ducere sese indignum existimaret. Comiola Rolando dicam scripsit, & re ad judices delata hominem convicit. Tandem ab amicis persuasus nuptias facere decrevit. Cumque amici convenissent, ut de nuptiis transigerent, Comiola, quæ prorsus immutata erat & à nuptiis abhorreret, Rolandum ingratitudinis & ignaviæ accusare & objurgare, qui beneficiorum prorsus oblitus, eam ludibrio haberet, cui vitam & salutem deberet, & tandem palàm professa est, sibi nuptias illas cordi non esse, neque adduci posse, ut homini tàm vecordi nubat, sed nuptiis spretis Deo virginitatem, opesque suas dicare. *Fulgosius lib. 5. cap. 3.* Idque etiam tunc locum habere existimant, ut etsi is, qui simpliciter vovit, postea juratus alicui conjugium promittat, votum servare cogatur & pœnitentiam agere debeat, quod juramentum non rectè præstiterit. Sed Theologi † recentiores contra sentiunt, & ejusmodi 2
votum continentiæ perpetuæ seu virginitatis prorsus impietatis damnant, & rejiciunt, tantum abest, ut sponsalia vel matrimonium eo dirimi velint. Rationes autem quibus ipsi nituntur hæ sunt, quod ejusmod. votum pugnet cum mandato & ordinatione Dei, qui hominem condicit ad societatem conjugalem, & disertis verbis præcepit, ut crescerent, terram replerent, & Reipub. Christianæ seminarium pie sancteque propagarent. *Genes. 2.* Non est bonum hominem esse solùm, hoc est, extra conjugium esse. Item, crescite & multiplicamini, quæ verba quater in sacris literis reperiri notant Hebræi Quibus significatur, eam esse Dei voluntatem, ut qui à vita cælibe abhorret, vel ad eam aptus non est, quod [*hih izru mhgbr elu:*]

id est, concupiscentiam innatam sentiat invalescere; maritus fieri debeat, ne in transgressionem incidat, ut Hebræorum verbis utar. Quo spectant sententiæ vulgo apud illos jactatæ: Nihil est bonum nisi mulier, cuicunque non est uxor, is homo non est Item, qui fructum ex se non edit, assimulatur effusori sanguinum Qui habitat sine uxore, est sine bono, sine benedictione, sine cohabitatione, sine lege, sine pace, *qua de re plura legere licet, in libro qui inscribitur Arba Turim.* Idem vult Apostolus *1. Corinth. 7.* Unusquisque fornicationis vitandæ caussa uxorem habeat. Item melius est, nubere quam uri. Et Athæneus ex auctoritate Hieroclis Philosophi tradit, genus hominum esse sociale, ipsius autem societatis elementum quasi quoddam & principium conjugium, sine quo neque civitas consistere, neque domus perfecta esse possit. Qua de caussa & Homerus Mysas & Thraces sine mulieribus viventes ἀβιώς, id est, minimè vivos appellat, vitamque cælibem dimidiatam reputat, & Prothesilai domum imperfectam nominat, quod absque conjuge esset. *Iliad. n.* Et matrimonium semiperfectum appellant, quod caret liberis, beatum autem id censent, quod floret & germinat undequaque, *Clemens lib. 2. Stromatum.* Quò spectat dictum Hieroclis ὁ μὴ πεῖραν ἐσχηκὼς γαμετῆς γυναικὸς, ἢ τῶν τέκνων ἄπειρος ὢν ἔστι τῆς ἀληθινωτάτης καὶ γνησίας φιλίας.

Sed & ipsa hominis creatio & forma corporis demonstrat, hominem à Deo ad conjugium, non ad cælibatum factum & destinatum esse. Itaque rectè Lactantius *lib. 6. c. 23.* Cum excogitasset Deus duorum sexuum rationem, attribuit ipsis, ut se invicem appererent, & conjunctione gauderent. Itaque ardentissimam cupiditatem cunctorum animantium admisit corporibus, ut in hos affectus avidissimè ruerent, eaque ratione propagari & multiplicari genera possent. Quæ cupiditas & appetentia in homine vehementior & acrior invenitur, vel quoniam virtutem soli homini dedit, ut esset laus & gloria in coercendis voluptatibus & sui abstinentia. *Et paulò post.* Sicut autem dedit nobis oculos Deus, non ut spectemus voluptatemque capiamus, sed ut videamus, propter eos actus, qui spectant ad vitæ necessitatem, ita genitalem corporis partem, quod nomen ipsum docet nullâ alia de caussa, nisi efficiendæ sobolis caussa accepimus. *Item:* Nec aliam ob caussam Deus, cum cæteras ani-

ras animantes susceptо fœtu maribus repugnare voluisset, solam omnino fœminam viri patientem fecit, ne fœminis repugnantibus, libido ageret viros aliud appetere, eoque facto castitas gloriam non inveniret. Eodem spectant verba elegantissima veteris philosophi *apud Stobæum* à quo hæc Lactantius mutuatus esse videtur. Sunt nuptiæ maximè secundum naturam, si quicquam aliud. Quam enim aliam ob caussam opifex hominis primum quidem bipartitò divisit genus nostrum deinde genitalia ei bina adjunxit, aliud viri, aliud fœminæ, postremo cupiditatem vehementem utrique injecit conservationis & conjunctionis cum altero, & ingens desiderium mutuum alterius utrique concitavit, ut mas fœminam appeteret, fœmina marem. Nonne igitur fit evidens, quod utrunque sexum conversari jungique voluerit, & communi operam vitam instituere, seque mutuo juvare & gignere, simul ac educare liberos, ut genus nostrum perpetuo esset *Arnobius lib.* . Sed enim ut ad usus certos, manus, pedes, oculi, cæterique constructio membrorum sua quæque in officia constituta est, ita convenit credere, in sui muneris functionem comparatas esse has partes, *4. & 13. Item lib. 8.* Quid qui sanguine suo libat, & vulneribus suis supplicat? non profanus melius esset, quam religiosus, aut cui testa sunt obscœna demessa, quomodo Deum violat, qui hoc modo placat, cum si Eunuchos Deus vellet, posset procreare, non facere. Eadem tradit Lucianus *in Dialogo de amoribus*, & iisdem pene verbis, quæ adscribere supervacaneum est. Et Cicero *de finibus*. Consentaneum est naturæ, inquit, ut sapiens velit uxorem sibi adjungere, & ex ea liberos procreare. Qua de caussa gentes quæ sapientiæ laude claruerunt, naturam ducem secutæ, vitam cælibem maximè damnarunt, & pœnis afficiendam, è contra conjugium honoribus & præmiis honestandum existimaverunt. Et ut ab Hebræis primum initium faciamus, Moses sterile conjugium execratur, & maledictis annumerandum censet eum, qui semen, hoc est, sobolem in populo Israelitico nullam haberet. Et Lya despecta dicitur, quod sterilis esset. Quod si lex sterile conjugium damnat multò magis steriles damnat. Nam si natura culpanda est, multò magis voluntas eorum damnanda est, qui operam dant, ut steriles sint. Et inter alias pœnas & calamitates, quib. Deus populum suum afflixit,

& hæc

& hæc à Davide numeratur & recenſetur, quod virgines nuptialis gaudii expertes, innuptæ manſerint. *Pſal. 78.*

Urbibus innuptæ varis manſere puellæ.

§. 74. SUMMARIUM.

Cælibes à veteribus mulctati.

SEd & leges Perſarum Græcorum & Romanorum, eos qui cælibes eſſent mulctabant, & veluti indignos ad honores non admittebant. Apud Athenienſes feſto quodam die cælibes à mulieribus circum aram tracti, flagris cædebantur, quo ex ignominia illata, ad dandam liberis operam excitarentur. Et Lycurgus lege lata cives Lacedæmonios arceri jubebat ludis gymnaſticis, & ſpectaculis, qui cælibes eſſent: imò hieme nudi cogebantur forum publicum circumire, & carmen in ſeipſos probroſum canere, quo fatebantur, ſe meritas pœnas luere, quod in patrias leges deliquiſſent.

Præterea nec ipſi natu minores aſſurgebant, neque cedebant loco, quod tamen apud Romanos nefas exiſtimabatur, & morte piandum, ſi juvenis vetulo non aſſurrexerat. Et ſcribit Plutarchus Periclide nobiliſſimo clariſſimoque viro in theatro venienti, neminem locum dediſſe, quod dicerent, ne tu quidem mihi qui cederet genuiſti, Græcè *οὐδὲ γὰρ ἐμοὶ σύτον ὑπείξαντα γεγένηκας.* Idque laudatum fuiſſe à Lacedæmoniis. *Plutarchus in vita Lycurgi.* Camillus etiam cenſor cælibes & oratione, & minis metuq; mulctæ, eo compulit, ut viduas quæ multæ erant propter bella matrimonio ducerent. *Plutarch.*

Quid quod & actiones ſeu judicia publica eo nomine inſtituta erant apud Athenienſes *ἀγαμίων* ſive *ἀγαμίου δίκη*, id eſt, crimen ſeu actio neglectarum nuptiarum adverſus eos qui uxores non duxiſſent, hoc eſt, cælibes. Apud Lacedæmonios *ὀψιγαμίου καὶ κακογαμίου δίκη* adverſus eos qui ſero duxiſſent uxores, vel quod non bene duxiſſent uxores *κακογάμοι* erant, qui propter divitias affinitates divitum quærebant, non autem virorum bonorum. *Plutarchus in Liſandro. Clemens libro ſecundo Stromat.* Laconum legislator, non ſolum pœnam impoſuit ei, qui uxorem non duxiſſet, ſed etiam ei, qui unam tantum, & ei qui ſerius duxiſſet, & cælibi.

Idem

Idem tradunt *Athenæus, Plutarchus in Lysandro, & ex eo Sigonius de Republic. Athenienſium, Bonfinius de caſtitate conjugali. Volaterranus libro trigeſimo, Alexander libro quarto capit. octavo.* Itaque & unicuique mulctam dixerunt, *teſte Stobæo.* Primam ei qui uxorem non duxiſſet, alteram ſero ducenti, tertiam & graviſſimam illi, qui malam duxiſſet uxorem, quod ob ejus pravos mores maritus male audiat, ideoque merito mulctandus ſit, qui in re tam magni momenti ſibi non proſpexerit, & eam duxerit, cujus mores exploratos non haberet.

Ita Claudius Cornelius Siſentius, cum in Senatu culparetur ob uxoris vitam & mores, is hac excuſatione uſus eſt, quod eam ſciente & ſuadente Auguſto duxiſſet. Cæſar ubi id audiviſſet verbum nullum prolocutus, curia ſe proripuit. *Dion.* Ephori Archidamum Regem mulctarunt, quod uxorem exigui corporis duxiſſet. Non enim nobis reges ſed regulas procreabis, dictantes, Græce *οὐ γὰρ βασιλῆς ἡμῖν ἀλλὰ βασιλίδια γυνάσες.*

Mulctam autem hanc definit Plato *de legibus libro ſexto.* Cælibem poſt trigeſimum quintum annum ætatis vult quotannis pendere centum vel ſeptuaginta vel quadraginta drachmas, pro modo facultatum, ſi quis autem ſingulis annis mulctam non perſolvat, decuplum debeat, eamque mulctam Junoni ſacram eſſe. Item in juvenum cætu cælibem inhonoratum eſſe debere. *Clemens lib. 2. Stromat.*

Præclare Plato jubet uxoris alimentum publice pendere ærario eum, qui uxorem non duxiſſet, ſumptus item, quos oportet dare magiſtratibus. *Dionyſ. Halicarnaſſeus lib. 9.* Priſca lege cogebantur uxores per ætatem viri ducere educareque liberos, quos & Romani ſecuti ſunt.

Nam & hi mulctam dixerunt illis, qui cælibes viverent. Unde uxorium pependiſſe dicebatur quod uxorem non haberet, æs populo dedit. Æs à cælibibus primi exegerunt M. Furius Camillus & M. Poſthumius Cæſus anno ab urbe condita 300. *Feſtus.* Idque expreſſis verbis tradit *Valerius Maximus lib. 2.* Camillus & Poſthumius, *inquit*, cenſores, æra pœna nomine, quod ad ſenectutem cælibes pervenerant, in ærarium deferri juſſi erant, iterum puniri dignos, ſi quo modo de tam juſta conſtitutione queri ſint auſi, cum in hunc modum

increparentur. Natura vobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit, parentesque vos alendos nepotum nutriendorum debito (si quis pudor est) alligaverunt. Accedit etiam iis, quod infortuna longa præstandi hujusce muneris vocationem estis assecuti, cum interim consumpti sunt vestri anni, & mariti & patris nomine vacui. Ite igitur, & nodosam exolvite stipem utilem posteritati numerosæ. Ita M. Valerius Maximus & Junius Brutus Bubulcus censores bona eorum, qui ad senectutem cælibes perveniissent, fisco tradebant. *Tranquillus & Volaterranus lib. 30.* Idem tradit *Nicephorus lib. 7. c. 46.* Constantinus, *inquit*, absurdas apud Romanos leges, ne cælibes in adeunda hæreditate conjugibus æquarentur, neve præterquam propinqui quicquam ex testamento lucrarentur: Præterea, ut qui liberos non procreassent, dimidia parte bonorum mulctarentur, abrogavit, ne scilicet qui cælibatum complecterentur, quod deteriore maritis essent conditione, minus eam sectarentur vitam, quæ se in studiis Deo placitis sedule exercet. Quin & ii qui per continentiam in cælibatu vitam degunt, præcipuum quiddam præ illis haberent sanxit, ut cælibes scilicet omnes, etiam impuberes, pro eo atq; eis visum esset, testari possent, contra consuetudinem, quæ olim apud Romanos obtinuerat, qui leges tales condiderant, ut urbem seditionibus, bellis civilibus ante ejusmodi sanctionem exhaustam, civibusq; orbatam, matrimoniis liberorumque procreatione frequentiorem redderent. *Sozomenus historiæ tripartitæ lib. 1. c. 9.* Et *Tertullianus lib. de Monogamia.* Aliud, *inquit*, est, si apud Christum etiam legibus Iuliis agi credunt & existimant, cælibes & orbos ex testamento Dei solidum non posse capere. De Augusto refert Zonaras *Tom. 2.* cum vitæ cælibi tam virorum quam fœminarum pœnas constituisse, conjugio autem & procreationi liberorum præmia proposuisse. Qu. enim Metellus censor censuit, ut ducere omnes omnino uxores, cogerentur liberorum procreandorum causa. Exstat oratio ejus quam Augustus Cæsar quum de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam in Senatu recitavit. *Florus lib. 59. Quæ oratio apud Dionem exstat lib. 56.* Nam cum Equites legem, quæ de cælibibus lata erat, antiquari vellent, Augustus seorsim cælibes, item eos qui mariti essent, in concionem convocavit, & cum cælibes numero superiores esse vidisset, vehementer

menter commotus est, & maritis collaudatis in cælibes invectus est. Orationis summa hæc est. Dolere se tantam eorum esse multitudinem, qui nec virorum, nec civium, nec Romanorum nomine digni sint, quod neq; viros, neque cives, neque Romanos sese præstent, ut qui genus suum abolere, & nomen Romanum perdere in animum induxerint. Atq; ea in re eos maximum flagitium committere, quod omnia alia crimina exuperet. Homicidas esse, qui eos non gignant, quos ex se nasci conveniebat: impietatis reos esse, qui nomina majorum intermori sinant: sacrilegio sese obstringere, qui genera à Deo monstrata aboleant, eoq; templa eorum atq; aras evertant: Patriæ proditores, qui eam sterilem reddendo funditus exstirpent, dum habitatoribus eam orbent. Majores eorum Romulum, Curtium, Sabinos, vitæ discrimina adjisse, & bellum pro nuptiis gessisse; eos nuptias pro nihilo habere, nulla alia de caussa, nisi ut cælibes sint, exemplo virginum vestalium. Itaque si pudicitiam etiam non servent, itidem ut illas, supplicio afficiendos esse. Quare pœnitentiam eos agere, & ad nuptias animum adjicere debere, ut deinceps laude non reprehensione digni videantur. Initio nascentis Reipub. Romanæ memini premissum fuisse negligere conjugium, neque sobolem, legibus ea de re latis, se autem mulctam constituisse quod non parerent, ut ejus metu in officio continerentur, præmia autem obtemperantibus; sed nec sic quicquam profeciisse. Quod his omnibus licentiam illam extra matrimonium, & absque sobole vivendi, præferant conjugio, cum interim latronibus & immanissimis belluis nihil præstent, neque eos tam cælibe vita capi, ut absque mulieribus vivant, & ut lecti sociam quilibet non habeat, sed licentiam libidini & lasciviæ excercendæ quærere, se lege lata permisisse, ut teneras puellas & conjugio immaturas sibi desponderent, ut hac ratione eas ad nuptias impellerent, sed neque minando, hortando, neque differendo, neque orando quicquam profeciisse. Itaque se non videre, qua ratione Respublica stare & conservari possit, nisi forte exspectent, quod est in fabulis, ut ex terra aliqui exoriantur, qui Rempublicam excipiant & tractent. Hortari itaque, ut insanire desinant, & secum reputent, urbem nullo modo salvam esse posse, nisi in locum eorum qui morbis & bellis absumantur, alii substituantur: Esse quidem in matrimonio molestias & difficultates,

idque negari non posse, interim cogitandum, nullum esse bonum, cui non sit aliquid acerbi admixtum, quod si quis declinare velit, ne bonum quidem appetendum esse, quando quidem ad virtutem & voluptatem veram perveniri non possit, nisi in ea paranda labor impendatur. Idq; in conjugio in primis locum habere, ubi etsi quædam sint molesta, tamen plura esse bona, si hæc cum illis conferantur. Nam præter ea commoda quæ conjugium sua natura secum adferat, ipsa præmia legibus constituta maritis, cives ad parendum adducere debere. Turpe esse eorum caussa, propter quæ alii vitam suam amittunt, nolle mulieres ducere, & liberos alere. Atque de his cum illis expostulare sese coactum fuisse, sperareq;, eos jam persuasos, ut civium nomen retinere, ac virorum patrumque cognomen accipere velint. Quare si se diligant, ac patris nomen non adulationis sed honoris caussa dederint, hortari operam dare velint, ut mariti patresq; fiant, quo ipsemet id merito ac jure, gerere possit. *Hactenus Augustus.* Eadem pene tradit *Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.* Ignavi est & imbecilli animi fugere conjunctum & vitæ consuetudinem cum uxore & liberis. Cujus enim est amissio malum, ejus omnino possessio bonum est. Ita autem se habet in reliquis. Atqui liberorum amissio, inquit, est ex supremis malis. Filiorum ergo possessio bonum est. Quod si ita est etiam matrimonium. Absque genitore, inquit, nunquam fuerit filius, nec absque matre filii conceptio. Patrem vero & matrem efficit conjugium. Item, si uxoribus ductis liberos non procrearent, hominum caritatem invehent, & civitates dissolvent, & qui ex iis existit, ornatum: est autem ejusmodi eorum impietas, quod divinam dissolvunt generationem.

*Sed quia de præmiis dicere cœpimus, & hoc notandum est, quod in honorem conjugii Moses constituit, ut qui recens uxorem duxisset, in bellum proficisci non cogeretur. *Deuteron. cap. 20* Cavere enim voluit, ne novus maritus in prælio cadat, nullo post se hærede relicto, miseret vero cum uxoris & sponsæ & viduæ statim futuræ, *ut loquitur Procopius Gazæus, vel ut Clemens Alexandrinus*: Ne dum avellimur à cupiditatibus ignavo & abjecto animo, demus operam militiæ, *lib. 2. Stromat.*

Ita & Græci & Romani præturas, quæsturas, consulatus, honores & magistratus iis qui mariti essent, dederunt, & plurium liberorum

rum patres, in rebus omnibus & negotiis illis præferebantur, qui cælibes essent, & pauciores liberos haberent. *Alexander libro quarto. Geniali. capit. octavo. Bonfinius libro tertio, de pudicitia conjugali.* Quò spectant verba Clementis Alexandrini *libro secundo Stromatum.* Non permittunt legislatores maximos magistratus gerere iis, qui uxorem non duxerint.

Et *Cornelius Tacitus lib.* 2. de prætore in locum Hispanii Galli, quem mors abstulerat, subrogando, certamen incessit. Germanicus atque Drusus Horterium Agrippam propinquum Germanici fovebant, contra plerique nitebantur, ut numerus liberorum in candidatis præpolleret, quod lex jubet. Idque & Hebræos secutos esse ex lege quæ in eorum Jurisprudentia exstat, colligitur, cujus hæc est summa. In Senatum non recipiendum esse senem decrepitum, nec Eunuchum, quod crudelis & immisericors sit, nec virum, qui nullos liberos habet, ut misericors esse discat; [*ain memdin hſſihdrin ſkn muſig bſchnim ula frü ſchiſch bu achſriuth ula ſchain lu bnim cdi ſchiha rchmn:*] Et Theophilus in constituendo tutore, inquirendum esse scribit, an vir sit bonæ frugi, an locuples, an vitæ pignora habeat, id est, liberos. Nam qui liberos habet, novit quo pacto erga liberos affectus esse debeat, quibus in locum patris datus est, § 1. *de satisdationibus tutorum vel curatorum.* Imò imperfectus homo censetur. *Clemens lib. 2. Stromat.* Qui caret liberis, est ea perfectione defectus, quæ est secundum naturam, ut qui i suum successorem in locum suum non substituerit. Perfectus enim est, qui ex seipso fecit similem, vel potius quando illum idem fecisse viderit, hoc est, quando in eandem pervenerit nâturam filius, cujus est quem genuit. Reges quoque Persarum præmia subditis proposuerunt, propter sobolem, quæ ἄθλα πολυτεκνίας Strabo vocat, ut hac ratione regnum populosum redderent, & nunquam deessent, quorum opera contra hostem uterentur. *Herodotus.* Apud Persas secundum bellicam fortitudinem præcipue digna censetur viro numerosæ sobolis procreatio, ex uxoribus justis & pellicibus.. Et qui plurimos ediderit liberos, ei rex quotannis munera mittit. Apud Lacedæmonios jus trium liberorum vacationem à militia tribuebat, per quatuor libertatem consequebantur.

Apud eosdem vir qui tres filios procreasset, ab excubiis liber erat, qui vero quinque à publicis officiis immunitatem habebat. *Ælianus.* Florentiæ etiam hodie vir duodecim liberos habens, immunis à vectigali efficitur, *ut refert Volaterranus libro 1 igesimo Philologiæ.* Jus etiam trium liberorum apud Romanos magni beneficii loco habebatur (quo spectant verba Plinii *in epistola ad Trajanum* Scio Domine quantum beneficium petam) & tribuebat immunitatem à multis oneribus, & plurima concedebat, præcipuo quodam jure, & singulari, scilicet, ut mulieres res suas sine tutorum auctoritate administrare possent, & testamentum condere, *Plutarchus in vita Numæ*, ut viri ab omnibus muneribus civilibus & tutelis excusarentur.

Quod jus mariti, qui tres liberos non habebant, impetrare ab imperatoribus solebant, & difficulter obtinebant, *ut ex Trajani epistola ad Plinium colligitur:* Quam parce hæc beneficia tribuam, inquit, utique mi Secunde charissimè, hæret tibi, cum etiam in Senatu affirmare soleam, non excessisse numerum, quem amplissimum ordinem suffecturum mihi professus sum. Quò spectat & illud *Martialis.*

Nescio quid de te non belle Dento faterus,
Conjuge qui ducta jura paterna petis,
Sed jam supplicibus Dominum lassare libellis
Desine, & in patriam servus ab urbe redi.
Nam dum tu longe deserta uxore, diuque,
Tres quæris natos, quatuor invenies.

Ex quibus colligitur, quoties infœlix aut sterile esset matrimonium, jus trium liberorum petitum esse. Itaque Plinius *ad Traianum* Suetonio suo jus trium liberorum petens, huic, inquit, jus trium liberorum necessarium faciunt duæ caussæ. Nam & judicia amicorum promeretur, & parum fœlix matrimonium expertus est, impetrandumque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegarit.

Ex quibus omnibus efficitur, cælibatum omnibus gentibus, quæ sapientiæ laude claruerunt exosum & damnatum fuisse. Quarum consensus & auctoritas non parum momenti ad veritatis investigationem habet. Nam quod ab omnibus hominibus probatur, id natura notum esse oportet. Quippe qui naturam ducem sequi-

tur,

tur, nunquam aberrabit. Cum itaque cælibatus tanto odio & reprehenſione laborat, ei utique tantum tribuendum minimè videtur, ut ſponſalia ſubſequens infirmare debeat. Idque etiam ex collocatione cælibatus & conjugii demonſtrari poſſe videtur. Ideoque hæc duo inter ſe conferre oportet.

§. 75. SUMMARIA.

1 *Conjugium à Deo inſtitutum.*
2 *Cælibatus lege vel mandato expreſſo non eſt inſtitutus.*
3 *Sponſa voto continentiæ non liberatur à promiſſione facta.*
4 *Conjugium ſecundum naturam eſt.*
5 *Virgines veſtales Romæ virginitatem ſervare non potuerunt.*
6 *Virginitatis perpetuæ profeſſio impoſſibilis.*
7 *Cælibatus in Germaniam quando introductus.*

CONjugium † à Deo inſtitutum eſt, & hominibus expreſsè mandatum, cælibatus † verò lege vel mandato expreſſo inſtitutus non eſt, neque præceptus, ſed ex non præcepto & ſponte pro arbitrio ſuſcipitur. Idque Apoſtolus teſtatur verbis diſertis. De virginibus, inquit, expreſſum Dei præceptum non habeo, conſilium autem do. Itaq; rectè vetus Theologus *Maximus lib. 4 de charitate.* Τὰ μὲν τῶν ὑφ' ἡμῶν κατὰ θεὸν πραττομένων, κατ' ἐντολὴν πράττεται τὰ δ' οὐ κατ' ἐντολήν, ἀλλ' ὡς ἂν τις εἴποι ἑκούσιον προσφοράν. οἷον καθ' ἐντολὴν μὲν, τὸ ἀγαπᾶν τοὺς ἐχθρούς. τὸ μὴ μοιχεύειν, μὴ φονεύειν, μὴ τὰ λοιπὰ ἃ κατ' ἐντολὴν· ἢ τὸ παρθενεύειν, ἢ ἀγαμία, ἢ ἀλτημοσύνη, ἢ ἀναχώρησις, ἢ τὰ ἐξῆς. ταῦτα δώρων λόγον ἐπέχουσιν, ἵνα ἐάν τινας τῶν ἐντολῶν καθορθῶσαι ἐξ ἀσθενείας μὴ δυνηθῶμεν, διὰ τῶν δώρων ἀγαθὸν ἡμῶν ἐξιλεωσώμεθα θεόν. *Id eſt,* quæ à nobis ſecundum Deum fiunt, partim ex præcepto fiunt, partim non ex præcepto, ſed ut ſic dicamus, voluntaria appetitione. Ex præcepto fiunt, ut Deum & proximum diligamus, & inimicos amemus, ne adulterium committamus, ne quem occidamus & alia id genus plura. Cæterum non ex præcepto fiunt, virginitas, cælibatus, paupertas, vita eremitica, & alia id genus plura. Habent enim donorum rationem, ut ſi qua præcepta ex infirmitate implere nequeamus, per dona bonum illum domi-

1
2

dominum placare ſtudeamus. Et *Gregorius lib. 15. moralium*: Virginitas non eſt de præcepto. Item virginitatem magis obtulit quam imperavit Deus. Unde rectè ille Bonfinius *lib. 4. de virgine.* Quoniam divinus ille figulus non ignorans vaſculi fragilitatem quod effinxerat, virginitatem in audientis poteſtate dimiſit. Quo ſpectat illud: Non omnes cápiunt hoc verbum ſed quibus datum eſt. Item, ſi virginitatem imperaſſet, & damnaret nuptias hominum, videretur auferre ſeminarium, unde & ipſa virginitas naſcitur. Ex quibus colligi poſſe videtur, eum qui † conjugium promiſit, & ſponſam habet, voto continentiæ non liberari, quod is Dei mandatum expreſſum habeat, quo res promiſſa nititur, hoc eſt, conjugium, at qui continentiam vovit Dei mandatum non habet, ſed ἐκουσίαν προσφορὰν &, ut Apoſtolus loquitur, conſilium, & ubi conſilium datur, afferentis & accipientis eſt arbitrium, ubi præceptum, ſerviendi eſt neceſſitas. Nuptiæ autem ut diximus imperantur, virginitatis verò nulla ſunt præcepta. Ideoque plus valere debeat, quod Dei expreſſo verbo & mandato nititur & ſuſcipitur, quam quod ſponte & pro arbitrio ſuſcipitur.

3

4 Deinde conjugium † maximè ſecundum naturàm eſt, ad quod appetitione innata trahimur, ducimur & impellimur. Quò ſpectat illud *Ciceronis de finib ſup. allegat.* Conſentaneum eſt naturæ, ut ſapiens velit uxorem ſibi adjungere, & ex ea liberos procreare. *Clemens Alexand. lib. 2. pædag.* Non coire autem ad liberorum procreationem, eſt facere Injuriam naturæ, quam quidem magiſtram adſciſcere oportet, & quas adducit temporis diſcrimina, prudenter conſiderare, ſenectutem, inquam, & puerilem ætatem. His enim nondum conceſſit, illos autem non vult ampliùs uxorem ducere. Votum autem continentiæ perpetuæ, ex eorum numero eſt, quæ in noſtra poteſtate ſita non ſunt, & à nobis vix vel difficulter præſtari poſſunt, quæ Græci ἀδύνατα vocant. Quo ſpectant verba Chriſti. Non omnibus datum eſt, qui poteſt capere capiat. Idque indicat S. Maximus: Qui, inquit, virginitatem aut cælibatum honorat, ei neceſſe eſt, ut habeat lumbos præcinctos, & lucernam ardentem per precationem, & contemplationē & ſpiritualem charitatem. Quò ſpectat illud *Ignatii παρθενίας ζῆλον μηδενὶ ὑπολείπ. ὑποβαλὲς γὰρ τὸ κτῆμα ἡ δυσφύλακτον, ὅταν καὶ ἀνάγκην γένηται. Id eſt*, virginitatis jugum

jugum nemini imponito. Periculosa enim est possessio, & custoditu difficilima, quando coactis imperatur, &c. Idque experientia omniū temporum testatur. Nam ne virgines † quidem vestales Romæ virginitatem servare potuerunt, quas tamen solum quinquennium à nuptiis abstinere & ignem sacrum custodire oportebat, & ab initio quatuor fuere postea propter sacrificiorum multitudinem Tarquinius ad quatuor duas addidit. *Dionys. Halicarn. lib. 1. & 3.* qui numerus semper mansit. Numæ autem temporibus triginta annos innuptas manere oportebat, post elapsum autem annum trigesimum nihil vetabat, cui vellent nubere, idque aliquot fecisse idem testatur. Primo decennio discebant quæ sui essent officii, altero ea exercebant, tertio decennio alias ipsæ docebant *Plutarchus.* Ad exemplum autem Romanorum, Helena etiam, Constantini Magni mater, postquam sancta ligna crucis inventa essent templo in sepulchro Domini extructo, Vestales vel sacrificulas instituit, eisque è publico victum decrevit. *Suidas in voce ἐστιάδες.* Interim tamen ex tam paucis multæ prostatim post constitutum sacerdotium. Amulii filia Rea vel Sylvia, mater Romuli & Remi, à patre Vestalis facta, gravida deprehensa & in carcerem conjecta est, ubi & vitam finivit. *Plutarch.* Et sequens ætas exempla vidit similia. Tuciam virginem Vestalem incestum commisisse refert *Plinius lib. 28. cap. 2.* Sextilia item virgo in stupro deprehensa, morte pœnas luit, & viva defossa est. Capronia virgo deprehensa, suspendio supplicium antevertit. Minutia vestalis suspecta stupri, propter mundiorem cultum, ad portam Collinam via strata defossa est. *Livius lib. 7.*

Eo anno Minutia Vestalis suspecta, primo propter mundiorem justo cultum insimulata, inde apud Pontifices ab indice servo, quum de eo jussa esset sacris abstinere familiamque in potestatem hoste facto indicio viva sub terram defoditur, ad portam Collinam dextera via strata defossa scelerato campo ab incesto id ei locō nomen factum *Livius lib. 5. ab urbe condita.*

De Oppia & Floronia idem narrat. *Livius lib. 2.* Nam altera sub terra defossa est ad portam Collinam, altera sibi ipsi mortem conscivit. De Opimia idem narrat *Dionysius Halicarnassæus*, his verbis: Interea dum hæc in castris geruntur, in urbe observata sunt multa pro-

digia, quæ omnia eo tendebant, ut creditum est, offensos esse Deos. Quamobrem magna inquisitione secuta tandem indicium ad pontifices delatum est, unam Vestalium ignis sacri custodum Opimiam amissa virginitate sacra pulluere. Cujus criminis vera confessione quæstionibus expressa traduxerunt per medium comitium, dempta prius capiti corona suis manibus, vivamque defoderunt, in specu subterranea. Duos vero ejus corruptores flagitii convictos, statim necauerunt, verberatos publice, *lib. 8.* Idem narrat de Urbinia virgine Dionysius *lib. 9. his verbis*. Hac calamitate sæviente, quidam servus pontificibus indicat, unam virginum Vestalium Urbinium virginitate amissa, impure sacra pro populo facere, qui amotam à sacris, & in judicio convictam verberaverunt, traductamque per urbem vivam defoderunt.

Ex incesti patratoribus alter sibi ipsi manus intulit, alter à pontificibus comprehensus in foro sub furca flagris cæsus ac necatus est. Atque ita demum pestilentia desiit. *Hactenus Dionysius.* Ita & Pinaria Marci filia in stupro deprehensa fuit. *Dionys. lib. 2.* Antonius etiam Caracalla Clodiam Lætam vitiavit, de qua etiam supplicium sumptum fuit, quamvis ipsa exclamaret, sese innocentem esse & virginem, & propter morbos corporis ad rem veneream ineptam. *Dionys. Niceus & Xiphilinus in Antonino.* Cornelia item virginum Vestalium maxima stupri convicta, anno Christi redemptoris nostri 94. subiata est, *ut refert Eusebius in Chronicis.*

De Catilina narrat Sallustius & Valerius, eum sacordotem Vestæ stuprasse. Posthumia virgo Vestalis de incestu causam dixit, ob suspicionem elegantioris cultus ingeniumque liberius, quam virginem deceret, parum abhorrens à fama. Absoluta tamen Pontificum sententia, qui eam abstinere, colereque sancte potius, quam scite jusserunt. *Livius lib. 4. 2. & 22. Et Plutarch. in libro quomodo ex inimicis capiendum sit emolumentum.* Posthumia, *inquit*, quod solutior in risum esset, & liberius confabularetur cum viris, in crimen incestus vocata est. Quam tamen, cum comperisset Pontifex Maximus, eo crimine innoxiam, & liberasset judicio, Spurius Minutius admonuit, ne sermonibus levioribus quam viveret uteretur. Plinius *lib. 4. epist.* refert, Domitianum Cæsarem Corneliam Maximillam Vestalem vivam defodisse. Otto Junius apud Senecam declamator de virgine Vestali quæ

incesti

incesti damnata, & de saxo dejecta, & recreata ad pœnam repetebatur: Fortasse se, inquit, pœnæ præparavit, & ex quo peccare cœpit cadere condidicit. Adde quod nulla pene Vestalis suspicionis expers fuit, quod & Arnobius notavit *libro octavo*, his verbis: Nisi forte apud istos major castitas virginum, aut religio sanctior sacerdotum, cum pene in pluribus virginibus, quæ inconsultius viris se miscuissent, Vesta sane nesciente, sit incestum vindicatum, in residuis impunitatem fecerit non castitas tutior, sed impudicitia felicior. Ubi autem magis à sacerdotibus, quam inter aras & delubra conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? frequentius denique in ædituorum cellulis, quam in ipsis lupanaribus flugrans libido defungitur, &c. *Huc usque Arnobius.*

Idque testantur exempla. Crassus cum Licinia virgine Vestali rem habuisse dictus est. Et ejus stupratæ caussam dixit, cum illa à Plotio quodam stupri accusata esset. *Plutarch. in Crasso, & lib. quomodo ex inimicis emolumentum capiendum sit.* Huc facit *quod Seneca refert lib. 6. Declamation.* Virginem Vestalem hunc versum scripsisse.

Fœlices nuptæ, moriar nisi nubere dulce est.

Et ea de caussa in crimen incestus vocatam esse, & parum abfuisse, quin capite pœnas luisset. Itaque Athenienses & alii Græci sapientiores fuisse videntur, qui igni perpetuo conservando, non virgines, sed mulieres grandævas, & per ætatem ineptas ad conjugium, præfecerunt. Et ut Vestales ethnicorum missas faciamus Christianorum virgines cælibes non minori infamia laborant plerisque in locis, ut & semper laborarunt. Quis enim ignorat, quod patrum nostrorum memoria de Udalricho Episcopo Moguntinensi memoriæ proditum est, nimirum, eum cum in vivario Romæ piscaretur, sex mille capita infantum reperisse, eo tempore, quo Gregorius Pontifex sacerdotibus conjugium interdixisset, & cælibatum stabilire vellet. Unde colligitur, quod supra diximus, difficilem, imo † impossibilem virginitatis perpetuæ professionem esse. 6

Impium autem & temerarium est id vovere quod in tua potestate non est, neque in te situm, hoc est, continentiam, quam ignoras à Deo tibi esse datam, cum sit donum particulare, hoc est, quod paucis conceditur. Deinde ut ad tempus tibi datum sit, ut cælibem

vitam agere possis, an idcirco certus es, te perpetuo tui similem fore: & tamen si votum perpetuæ continentiæ esse velimus, requiritur, ut certo sciamus, continentiam nobis in perpetuum datam esse. Ergò adhuc dicendum est, cum quis matrimonium promisit, id consummare debere, neque voto continentiæ excusari, hoc est, rei impossibilis & in certæ, & quæ in ipsius non est potestate sita, sed à Deo pendet. Matrimonium ergo promissum voto continentiæ subsecuto præferendum esse, nemo non videt.

Postremo conjugium disertis verbis omnibus mandatum est à Deo: Continentia vero particulare donum est, & à Deo paucis conceditur. Et quidem tria tantum genera hominum, qui ad cælibatum idonei sunt, *Matth 19.* recensentur. Primo qui natura inepti sunt ad conjugium, vel quod ita nati sunt, vel quod natura abhorreant à nuptiis: Secundo, Castrati. Tertio, qui donum singulare habent, ut sine pollutione vitam solitariam vivere possint. Unde constat paucissimis illud donum contingere, & rarissimos eosdemque semideos virginitatem servare posse. Sed & paucis id concedi oportere, humanarum rerum ratio exigit. Nam si omnibus aut plerisque concederetur, exilium & interitum humano generi allaturum esset. Neque enim cælibes esse possent, si omnes cælibes essent. Conjugio enim dempto, honestam humani generis propagationem tolli necesse est. Itaque recte ille *apud Ovidium* de muliere, quæ sponte abortum fecerat.

Si mos antiquis placuisset matribus idem,
Gens hominum vitio deperitura fuit,
Quique iterum jaceret generis primordia nostri,
In vacuo lapides orbe parandus erat.

Quod autem inter tot hominum myriades paucissimis conceditur, id sibi jure quodam singulari vendicare, & de se polliceri, temerarium est, & adversus Deum contumeliosum, præsertim si ab eo fiat qui sponsam habet, cui matrimonium promisit. Nam eo ipso satis ostendit, se à nuptiis non abhorrere, neque continentiæ donum habere, neque ad cælibatum divinitus vocari. E contra conjugium recte promitti potest, ab iis qui sano sunt corpore. Itaque & promissum præferendum est continentiæ voto subsecuto, tanquam res certa pro incerta. Incertam autem esse ex eo convincitur, quod is qui conju-

conjugium promiſit, poſtea levi momento impulſus, continentiam vovet, & eo ipſo ſatis indicat, ſe ſibi non conſtare, & ut diximus à matrimonio non abhorrere, & dat exiſtimandi copiam, futuræ vitæ conſuetudinem, & quid ab eo in poſterum exſpectandum ſit. Quarto, matrimonii inſtitutio auctorem habet Deum, matrimonii prohibitio doctrina dæmoniorum appellatur. *1. Tim. 4.* Is autem qui matrimonium promiſit, idque propter cælibatum implere recuſat, interceſſione ſua matrimonio impedimentum objicit, idque ſuo ipſius arbitrio. Itaque id non ex Dei præcepto, ſed ex doctrina dæmoniorum facere id videtur. Deus etiam quo ſanctius eſſet nobis conjugium, aliqua ex parte plus honoris habuit matrimonio, quam virginitati. Nam juxta Pauli doctrinam honorabile conjugium in omnibus, & thorus immaculatus. Quamvis etiam virginitas, ſua peculiaria ornamenta habet. Quinto, matrimonii inſtitutio una eſt & eadem & manſit una & eadem quod ſuaviſſimis verſibus expreſſit *Stigelius.*

Lætitiæ præſens dignatus adeſſe jugali
Conjugii Chriſtus, vincula ſancta probat.
Quin etiam menſas donis regalibus ornat,
Dum vina è liquidis dulcia reddit aquis,
I nunc qui vita conſumis cælibe corpus,
Quod placeat Chriſto, vivere diſce genus.

ante & poſt diluvium, at cælibatus uſus nullus fuit, ut qui poſt Chriſtum natum primum inſtitutus & exortus ſit, (neque enim in veteri teſtamento veſtigium ullum extat, ex quo colligi poſsit cælibum conventus fuiſſe, aut monaſteria, neque vox apud Hebræos ulla extat, qua monachus aut monialis exprimi poſsit) & variis hominum traditionibus jactatus & immutatus. Nec enim ejus authores idem ſentiunt, neque ſibi conſtant. Nam in Synodo Nycæna decretum fuit, ut qui ſacerdotes facti & mariti eſſent, uxores retinerent, qui vero ad ſacerdotium aſpirarent cælibes, cælibes etiam manerent. *Nicephorus lib. 8. cap 19. & libr. 17. cap. 34.* In Oriente autem omnes atque etiam Epiſcopi, ſi vellent, pro arbitrio ſuo, non aliqua legis neceſsitate coacti, cælibes vivebant. Multi verò contra uxores legitimas habebant in ædibus Epiſcopalibus, & liberos ex illis ſuſcipiebant, quas ſibi matrimonio junxiſſent: quæ conſuetudo in

Thessalonia & Macedonia & Græcia omni servata fuit, & ab Heliodoro Tricensi Episcopo, cujus extant amatorii libelli, inventa esse dicitur, cui etiam propter illos libellos Episcopatus ademptus fuit, *ut testatur Nicephorus.* Imo & Græcorum Ecclesia hodie jus suum retinere dicitur. Ita & Synodo Nicæna, cum quibusdam videretur constituendum esse, ut Sacerdotes in sacrum ordinem electi, præter lectores deinceps ab uxoribus quas duxissent, abstinere deberent, solus Paphnutius Thebarum Episcopus intercessit & obstitit, quo minus id decerneretur, veneratione dignum esse matrimonium, neque castitate & pudicitia id vacare dictitans, ejusque usum legitimum demonstrans, uniuscujuscunq; Episcopi cum uxore sua congressum esse σωφρονούντων καλὸν: Synodum rogavit, ne eam legem ferrent. Grave enim utrisque sacerdotibus & conjugibus eorum, atque vitæ parum pudicæ caussam fore. Quam sententiam Synodus probavit, & id cujusque arbitrio non necessitate concluſit, Paphnutium secuta, qui uxorem nunquam duxisset. *Nicephorus lib. 8. cap. 19. Rufinus lib. 10. 6. Socrat. lib. 1 cap. 11. & Sozomenus.* Et vir clarissimus Synesius Episcopus Cyrenaicæ regionis, à Theophilo Alexandrino Episcopo designatus: uxorem deserere noluit, *ut ipse testatur, in epistola ad Enoptum fratrem, his verbis:* Mihi & Deus ipse, ipsaque sacra Theophili manus uxorem dedit. Quapropter omnibus prædico, testatumque esse volo, me illam prorsus deserturum non esse, neque cum illa clandestinam consuetudinem habiturum. Alterum enim minimè pium, alterum minimè legitimum est. *Nicephorus libro 14. cap. 55.* Sed
7 & in Galliam & Germaniam † anno Christi 1078. primum cœlibatus à Pontifice Hildebrando invectus fuit maximis totius cleri motibus, & dissensionibus, *qua de re latè Lamberdus Schaffnaburgensis* Quæ omnia maximo argumento sunt, de cœlibatu doctrinam variè jactatam & controversam, & nunquam à tota Ecclesia receptam fuisse. Nam in Græcia quidam cælibes pro arbitrio, alii mariti fiebant. Item à sacerdotibus perpetuum votum continentiæ qui ordinandi erant, exigebatur, conjugatis autem uxorum usum concedebant: quod quid aliud est, quam ostendere & ad vivum demonstrare, doctrinam de cœlibatu, nullis propemodum & incertis fundamentis initi. Rectè patres qui eam rem in cujusque arbitrio non necessitate concludendam existimaverunt, quod & Bonaventura

tura notat & laudat. Quæ cum ita sint, nemo non videt, plus matrimonio quam voto continentiæ tribuendum esse, & per consequens illum qui nuptias promisit, sese extricare & excusare non posse, quod virginitatem se voluisse dicat, cum sponte eam susceperit contra fidem datam: Idque qui mulierem sibi desponsit, eam relinquere non possit, cum uxor sit quodammodo.

Sextò, in eo differentia conspicitur, quod qui continentiam voverunt, si continere nolunt, mariti fieri possunt & debent: matrimonium autem ad tempus contrahi non potest. Quod si illi qui voverunt, matrimonium contrahere possunt, quanto magis illi, qui nondum voverunt, & matrimonium promiserunt, mariti fieri possunt & debent, quando post fidem datam continentiam voverunt? Idque expresè tradidit *Hieronymus in epistola ad Demetriadem de servanda virginitate.* Sanctum virginum propositum, & cœlestis Angelorumque familiæ gloria quarundam, non bene sese gerentium nomen infamat, quibus apertè dicendum est, ut aut nubant, si se continere non possunt, aut contineant, si nolunt nubere. Et *Augustinus libro de bono conjugali, cujus verba citantur distinctione vigesima septima:* quidam, *inquit*, nubentes post votum asserunt adulteros esse, ego verò dico vobis quod graviter peccant, qui tales dividunt. Et *Cyprianus epistola 11.* si se ex fide Christi dicaverunt virgines, pudice & caste sine ulla fabula perseverent. Si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est ut nubant, quam ut in ignem suis delitiis vadant. Nam cui licet quod plus est, quod minus est licere debet. Plus autem est contra votum matrimonium inire, quam post sponsalia inita & matrimonium promissum & votum factum à sponso, hoc est, quando quis sui corporis potestatem amplius non habet, matrimonium consummare.

Septimò, Deus etiam in innocentiæ statu conjugium instituit & ordinavit. Unde sequitur post lapsum quo caro per peccatum corrupta & depravata est, ejus usum necessarium esse. Cælibatus autem multis post seculis invectus est, & expressum Dei mandatum non habet ut conjugium, sed traditio est humana, & ut Paulus loquitur, doctrina dæmoniorum, idque matrimonii primam & antiquissimam institutionem impedire non debet. Unde sequitur, &

sponsa-

sponsalia inita & mutua promissione firmata, per votum subsequens rescindenda non esse, cum injuria & contumelia ejus, cui fides data est, & qui fidem dedit, ut quæ perfidiæ eum, qui promissum non servat obnoxium reddunt. Sed & hac ratione convinci potest, eum qui sponsalia contraxit, cælibem vitam eligere non posse, quod sponsus & sponsa obligatione maritus & uxor quodammodo sint & nominantur, & quod sponsalia κατὰ τὸ matrimonium constituant, ut supra explicavimus, ideoque sponsus quod suum non est sponsæ adimere non possit. Quod si ita est non rectè sponsus sponsæ valedicere potest, quam semel elegit. Nam & ethnici ἄγαμον seu cælibem non existimabant eum, qui sponsam haberet, argumento est, quod apud Euripidem *in Phœnissis* legitur Hæmonis nuptiæ victimam prohibent. Non enim est cælebs, quamvis non attigit lectum, sed habet desponsatam, quasi sponsus non sit cælebs, ut qui maritus quodammodo sit, & ita sentit Lutherus his verbis, **Es ist eben so wol eine Ehe nach dem öffentlichen Verlöbniß als nach der Hochzeit / darumb sol das geistliche Recht nicht gestattet haben / daß eines das ander verliess: / vnd ins Kloster liesse / &c.**

His adde quod sponsalia contracta dirimi non possint absque infamia & contumelia puellæ cui fides data est, ideoque ea dirimenda non esse. Nam puella etiamsi intacta sit, tamen suspicione non vacat, utrum à viro integra sit, præsertim si aliquandiu sponsi consuetudine usa sit, & ut Erasmi verbis utar, etiamsi coitus non intercesserit, potuerunt tamen alia multa intercedere, quæ nullus æquo animo in sponsa sua ferat. Deinde multos tangit suspicio, ne propter occultum aliquod vitium animi, aut corporis dimissa sit, quare cum alii per alium non debeat conditio iniqua inferri, non arbitror pugnaturum cum pietate si stabiliat Ecclesia; ne votum solenne spoliet maritum sponsa sua. Ergo adhuc statuendum est, votum sponsalibus ritè peractis cedere debere. Deinde si Deus stupri solùm caussa matrimonium distrahi vult, meritò dubitare quis potest, unde voti solennis tanta vis sit & efficacia, ut ex conjugatis faciat cælibes, contra expressum Dei verbum, *vide Erasmum de institutione matrimonii lib. 6. & 7.*

§. 76. Sum-

§. 76. SUMMARIA.

1 *Cælibatus an prorsus damnandus & explodendus.*
2 *Cælibem vitam Romani minime probarunt.*

SEd hoc loco † quærat aliquis an cælibatus prorsus sit damnandus & an vota de virginitate servanda impia sint, & minime obligatoria? Respon. Virginitatem seu cælibatum probandum & prædicandum esse, suo tamen modo & ratione, ne cælibatum extollendo conjugium vituperemus, quod plærosque feciſſe videmus, qui dum cælibatum in cœlum laudibus evehunt, conjugium vituperant & damnant, quasi alterum alterius luminibus officiat. Hinc factum est, ut apud Christianos minor habita fuerit matrimonii ratio, quam par erat, quod priscos illos, ut Erasmi verbis utar, admirabilis quidam ardor habebat cælibatus ac perpetuæ integritatis. Itaque complures extiterunt qui laudes virginitatis extulerunt, qui virginibus & viduis pie sancteque vivendi præcepta tradiderunt, erga conjugatos non fuit eadem sollicitudo. Recte *Epiphanius in refutatione Montani*: Sancta, *inquit*, Ecclesia, & virginitati suam gloriam tribuit & viduitatem laudat, & conjugium honore afficit, scortationem vero & adulterium & impudicitiam damnat. Nec enim duo mala sunt connubium & fornicatio, quorum alterum pejus sit: sed duo bona conjugium & continentia, quorum alterum melius est, *ut Augustinus loquitur in Jovinianum. Cui Arnobius adstipulatur his verbis*: At nos pudorem non facie sed mente præstamus: unius matrimonii vinculo libenter inhæremus cupiditate procreandi, aut unam scimus, aut nullam plærique inviolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius quam gloriantur. Tantum denique abest incesti cupido ut nonnullis etiam ruboris sit pudica conversatio, &c. *Et Clemens Alexand. lib. 7. Stromatum.* Qui enim fuerit perfectus, exempla habet Apostolos, & revera vir ostenditur, non in eo, quod vitam elegerit monasticam, sed ille viros vincit, qui in matrimonio & liberorum procreatione, & domus cura ac providentia citra voluptatem & dolorem se exercet, & cum domus curatione est individuus à Dei charitate, & insurgit adversus omnem tentationem quæ affertur per filios, uxorem & famulos, & possessiones. Et autem qui domum non

1

habet, magna ex parte evenit, ut non tentetur. *Huc usque Clemens.* Quod his verbis *Nazianzenus* expressit: Nam etsi de cælibatu nullum neque Christi neque Apostolorum præceptum habemus, tamen eam nobis magnopere commendarunt, & consilium dederunt, ut si quis assequi queat, eam sectetur præmio sollicitantes. Sin minus satius esse contrahere, quam uri, & tamen melior castitas est virginalis, si cui illa concessa est, nam illa ad Deo serviendum, ad bene beateque vivendum commodior, ut quæ omnis molestiæ expers, & curis vacua, vitam minimo cum incommodo transigit. Id autem ego de ea castitate & virginitate dictum velim, quæ omni ex parte absoluta est, hoc est, quæ animum & corpus immaculatum retinet ab omni cupiditate & appetentia, quæ homini natura inest. Et ita intelligendus divus Paulus, qui nihil, ait, esse prius, melius nil cælibe vita, *Gregorius Nazianzenus in dictum Evangelii.* Bonæ sunt nuptiæ, sed nequaquam dicere habeo quod virginitate sint sublimiores. Nihil enim magnum quid esset virginitas, si non pulchro pulchrius foret. Nolite ægre ferre quæ jugo subditæ estis, oportet Deo magis servire quam hominibus, attamen virgines & nuptæ inter nos colligamini, unumque sitis in Domino, ac mutuo vobis ornamento. Non esset cælebs, nisi essent nuptiæ. Unde enim in vitam hanc ingressa est virgo? & nequaquam conjugium pudicum, nisi virginem fructificant Deo. Itaque & Hebræorum jurisprudentia tradit, qui à lege propagandi & generandi neminem immunem esse scribunt, nisi qui se totum Deo tradidit devovitque, his verbis: [*vam chschkb nfschu bchurh vndbk bh el imiu vla nfchi afchh ain biduem vhua schla iha izru imbghr.*] Id est, si quis animum adjiciat ad legem (hoc est, sacram scripturam) & ei intentus sit semper, & mulierem non ducat, is non peccat, modo cupiditas innata in eo non dominetur & prævaleat. Ea autem castitas ab iis qui integra sunt valetudine & sano corpore vix servari potest, nisi ex singulari Dei potentia, & divina potius quam humana censetur. Ideoque in terris rarissime reperitur, & paucissimis contingit. Interim tamen negari non potest aliquos reperiri, qui extra conjugium caste vivere possint: Sed hi quia donum cœleste & supra humanam sortem habent eximium, navigent suo vento, ut Lutheri verbis utar. Ita Festus cælibem dictum existimat, quod cœlo vitam dignam agat, vel agere debeat.

debeat. *Quintilianus lib. 1. cap. 10.* cælibes quasi cælites quod onere gravissimo vacent, ἀβέβους Græci vocant, quamvis rectius à Græco κοίλιψ, id est, carens concubitu, ut αἰγίλιψ carens capra deducatur. Quod si vero corpus quis immaculatum retineat, interim flammis libidinum æstuet & uratur, ea castitas tantum abest, ut conjugali anteponenda sit; ut eam longe postponendam, imo ne castitatis quidem nomine dignam existimemus. Neque enim corpus castum esse potest, ubi ejus pars potissima & dominatrix, hoc est, mens polluta est, & maculata, atque his melius est, nubere quam uri, *Procopius Gazæus 24. Genesis.* Non enim corpus sed animus & vitæ institutum caussantur sobriam castitatem. Et virginitas integritas mentis est ab omni corruptione ac contagio. Mentis dico, quod ejus præcipua pars & pene tota in animo sita est. Nam & mentem solam spectat Deus. Imò quidem nec virgo apud homines censetur, quæ animo contaminato corpus integrum servat. Itaque Seneca incestam eam pronunciat, etiam sine stupro, quæ cupit stuprum. De qua *Nazianzenus*, σὺ μὲν εἰ παρθένος ἐγὼ δὲ εἰμὶ, γῆ εἰ φρέσιν ἡ σὺ φα οἶδα, id est, corpore virgo sum, an mente sim, haud satis scio, *fol. 456.* Et illa virgo parum casta cujus cum corpus integrum sit, animus tamen fœdo libidinis æstu ardet. *Procopius cap. 24. Genesis, & paulo post.* Talem quærit Paulus, quæ scilicet corpore & spiritu casta sit, loquitur de Rebecca. Recte ille *apud Ovidium lib. 3. amor. Elegia 4.*

Si qua metu dempto casta est, ea denique casta est,
Quæ quia non licuit, non facit, illa facit.
Ut jam servaris bene corpus, adultera mens est.
Nec custodiri, ni velit, ulla potest.
Nec mentem servare potes, licet omnia claudas,
Omnibus exclusis intus adulter eris.

Et cum hujusmodi incommoditatibus conflictari plærosque qui continentiam voverunt, dubium non est, quibus satius esset, relicta societate vitæ sociam sibi adsciscere, juxta Dei mandatum, quam turpe quicquam in se admittere. Et ita saniores Theologi sentiunt. At in hanc sententiam descendere videtur *Bonfinius in dialogo de castitate conjugali*, quam Olympia Morata fœmina nostri seculi doctissima, hisce versibus erpressit:

Quæ virgo eſt, niſi mente quoq; eſt, & corpore virgo
Hæc laudem nullam virginitatis habet.
Quæ virgo eſt, uni Chriſto ni tota dicata eſt,
Hæc Veneris virgo eſt, totaq; mancipium.

Quos verſus nos ſic Græce expreſſimus:

παρθένος ἐκ ψυχὴν ἔων καὶ σώματι παρθὸς.
παρθενίας γὰρ ἄξιον αἶνον ἔχει.
παρθένος ἥ τις μὴ χριστῷ παρέδωκε σεαυτὴν
παρθένος Ἀφροδίτης κ' ἀνδράποδον γίνεται.

Nazianzenus, παρθένε παρθένος ἴσθι καὶ ὄμμασι καὶ κρυφίοισι μήδε σωσεισαγάνης δέρσενα κηδεμόνα ἄρσεσιν ἔχε ἀγάπητον ἀπόπεσον ἀνδρας ἀπάντας τι δρήζεις θανάτου φάρμακον ἔνδον ἔχει. *Id eſt*, ò virgo, virgo ſis & oculis & occultis. Neque tibi adjungas virum curatorem, Chriſtum habes amatorem, viros omnes reſpue. Quid proderit tibi venenum lethale intus alere? *fol. 57.*

Huic conſentaneum eſt, quod *Clemens Alexandrinus* ſcribit. Summa, inquit, ergo eſt, vel jungi matrimonio, vel omnino extra matrimonium purum & mundum eſſe oportet. *libro ſecundo pædagog. cap. 2.* Ex quibus etiam efficitur, viros principes, qui non pietatis affectu, ſed vel familiæ vel bonorum conſervandorum ſtudio ſeſe obligari ſinunt ad vitam cælibem, maximè culpandos eſſe. Nam promiſſiones omnes, quibus quis à matrimonio vel non nubendo arcetur, legibus improbantur. Qualis eſt illa Admeti *apud Euripidem*, promittentis, ſe nullam aliam uxorem ducturum. Et *apud Ovidium*.

Nec domina ulla meo ponet veſtigia lecto,
Solus ero, quoniam non licet eſſe tuum.

Ita libertis remittebatur juſiurandum, qui promiſerant, ſe uxores nunquam ducturos, modo nuptias recte contrahere vellent. *l. adigere de jure patronatus.* Idque quod vitam † cælibem minime probarint Romani. Et ita ſentit Lutherus his verbis. Hodie multos invenies, qui vellent nullos ſibi liberos naſci. Atque hæc plus quam barbarica immanitas inter nobiles imprimis invenitur, & principes qui ſæpe à conjugio ea ratione abſtinent, ne habeant poſteritatem. Longe fœdius eſt, quod reperiuntur principes, qui ſe cogi ſinunt, ne ducant uxores, ne familia augeatur ultra modum. Profecto digni, quorum

memo-

memoria deleatur de terra viventium. Quis enim hæc porcina portenta non execretur, ſed oſtendunt hæc quoque peccatum originis, alioqui generationem admiraremur, tanquam ſummum opus Dei, & maximum donum ornaremus meritis laudibus.

§. 77. SUMMARIA.

1 *Religionis diverſitas num ſolvat ſponſalia.*
2 *Matrimonium inter duos infideles contractum an ſubſiſtat.*
3 *Matrimonium inter fidelem & infidelem.*
4 *Infidelis quis accipi hic debeat.*
5 *Si tempore ſponſalium uterq; fuit fidelis, alter poſtea in hæreſin incidat.*
6 *Si tempore ſponſalium uterq; fidelis fuit & poſtea alter in epicureiſmum prolabatur.*
7 *Si tempore ſponſalium uterq; infidelis ſit, alter paulò poſt fidem Chriſtianam amplexus fuit.*
8 *Matrimonium ſi contractum ſit inter infidelem & fidelem.*
9 *Auctoris opinio.*
10 *Fidelis ſi infidelem deſerat.*
11 *Forma ſententiæ.*

INter cauſſas † quibus ſponſalia diſſolvuntur etiam referunt religionis diverſitatem, de qua & nobis dicèndum eſt. Multis autem modis in controverſiam venire poteſt, utrum propter religionem ſint reſcindenda ſponſalia. 1

Primò ſi ſponſalia † inter duos infideles ſint contracta, & hic dubium non eſt, quin rata ſint ſponſalia. Nam etſi religione Chriſtiana imbuti non ſint, tamen illis diſcrimen honeſtorum & turpium natura inſitum eſt, ut matrimonium, hoc eſt, unius cum fœmina conjunctione, à concubitu promiſcuo diſcernere poſſint. Itaque ethnici de conjugio reverenter ſentiunt, idque laudibus evehunt. Imò leges ethnicorum de conjugio quæ in libris juris civilis continentur, æquiores ſunt & ſanctiores, quam pontificum hac de re conſtitutiones plæræque, idque nos ſuprà multis in locis collatione legum facta planum fecimus. Deinde & matrimonium juris eſt naturæ, quod natura omnia animalia docuit. Itaque dubium non eſt, 2

quin vera etiam matrimonia inter ethnicos fuerint, & indissolubilia. Nam ut testantur historiæ, quingentis annis nulla apud Romanos fuerunt divortia. Primum autem divortium Cajus Carbilius cum uxore fecit, quod diceret liberorum procreandorum caussa se uxorem ducere. Quanta autem severitate in adulteros animadverterint, notius est quam ut demonstratione egeat. Postremò cum solus consensus nuptias constituat, sequitur & infideles de nuptiis contrahendis consentientes, rectè nuptias inire.

3 Secundò si sponsalia sint contracta inter infidelem & fidelem qui ante nuptias in hæresin prolabatur. Et hic idem dicendum est, nimirum rata esse sponsalia. Nam si inter duos infideles, sponsalia & nuptiæ rectè contrahuntur, sequitur & ob alterius lapsum & infidelitatem ea dirimenda non esse. *Gloss. in cap. non oportet 28. quæst. 1. Idem probat D. Thomas in 4. distinctione 39. quæst. 1. articul. 1. & textus in cap decrevit, de hæreticis in 6. & Didacus 2. parte capite sexto numero 4.*

4 Infidelem autem † hoc loco accipi velim eum, qui de plerisque articulis fidei Christianæ non rectè sentit, & tamen fundamentum prorsus non abnegavit.

5 Tertiò. Si tempore † sponsalium uterque fuerit fidelis, alter postea in hæresin incidat, & novum genus doctrinæ profiteatur, *ut Harmenopuli verbis utar, libro quarto, T. 1.* Quod ego de eo intelligo, qui fundamenta doctrinæ Christianæ & articulos fidei retinet, & Ecclesiæ membrum se profitetur, sed tamen in quibusdam à vera Ecclesia dissidet, quales nostra ætate plurimos, videmus qui de sacramentis, libero arbitrio, de prædestinatione, &c. digladiuntur, & omnia suis disputationibus involvunt, ut quid sequendum, fugiendum sit, vix constare possit. Huc refero & Anabaptistas, qui & ipsi Christianos se profitentur, & sunt, etiamsi in multis de religione parum rectè sentiant. Et quamvis Harmenopulus etiam ob hanc caussam sponsalia dissolvenda existimat, ego tamen aliter statuo, idque authoritate divi Apostoli qui non vult, ut fidelis infidelem, hoc est, qui fundamentum abnegat, relinquat, eo ipso innuens, multò magis eum qui religionis fundamentum retinet, & sese Christianum profitetur, deserendum esse. 1. *ad Corinth.* 7. Nam & semper in Ecclesia fuerunt certamina de rebus maximis, & hodie maximè fervent, quæ tamen ejus momenti non sunt, ut propterea conjugem

deserere

deserere liceat, quæ propter solum adulterium repudiari potest. Et ita *Erasmus* sentit, ut vir ferat uxorem, uxor virum, si forte alter per alterum corrigatur, inter quos non omninò convenit de dogmatibus, de quibus hodie fervet per universum orbem disceptatio. Refert *Procopius* de Amalarico Gotho historiam, quæ huc spectat. Amalaricus Gothus, quum uxorem duxisset rectè de religione sentientem, & ipse Arrianæ hæresi deditus esset, non sinebat illam legitimis & veris ritibus uti, nec prio patriæ & optima sua consuetudine Deum sibi propitiando colere. Unde eum integerrima fœmina in viri mores concedere nollet, & contemptui haberi apud hunc cœpta, atque adeo ut de cætero ferendus non videretur: Illa Theodeberto fratri ut sese habuissent enunciavit omnia, cui Amalaricus alioqui erat infensior. Qua de caussa Germaniæ gentes, Wisegotique inimicitias inter sese contraxere, utrinque ac diuturno bello inter hos decertatum. Sed victus demum Amalaricus, cum magna suorum jactura occubuit. Theodebertus verò suis cum rebus omnibus sorore redempta, & Galliæ partem, quantamcunque sortiti fuerant Visigothi, recepit. *Procopius libro 1.*

Quartò si uterque † tempore sponsalium fidelis fuerit, & post- 6
ea alter in atheismum Epicureismum vel manifestam impietatem prolabatur, vel etiam Turcam vel Judaicam religionem amplectatur, hoc est, totum Christum cum sacris literis & Apostolorum symbolo abnegat, & apostata factus sit? Et ne hic quidem sponsalia aut matrimonium dissolvi existimaverim, nisi tanta ejus sit impietas, ut in eum magistratus animadvertat nam ii qui circumcidi apud Turcas se patiuntur, vel Christiani, quod fide abnegata Judæi fiunt, capite plecti solent, ubi id constiterit, quod ubi fit de matrimonio omnis quæstio subiata est.

Quintò, † si cum uterque initio sponsalium vel matrimonii 7
contracti infidelis esset, alter paulò post fidem Christianam amplexus sit, & ne hic quidem sponsalia vel matrimonium dissolvi posse putarim. Quamvis quidam existimant, si Judæus sit maritus ab uxore Christiana facta deseri posse, idq; in Concilio Toletano constitutum, & in jus canonicum relatum est, *cap. Judæi 28. q. 1.* Hæc de caussa, quod Judæi in veteris testamenti libris exercitati facilè conjuges seducere possint. Id tamen probare non possum, cum id pugnet

cum

cum Apostoli verbis, cujus plus apud me auctoritas valet, quam Pontificum hac de re constitutiones. Et hac de re memorabile exstat exemplum apud Paulum Diaconum. Temporibus Heraclíani Imperatoris, uxor Regis Persarum Cæsarea Constantinopolim cum ex quo famulitio proficiscitur ut sacris Christianorum per Baptismum initiaretur, ab Imperatore humaniter excepta, & paulò post baptizata fuit. Rex Persarum infidelis, ubi id comperisset, misit qui uxorem repeterent, eaque de re Imperatorem qui ignoraret eam Reginam esse, sese excusare, quod diceret fœminam Persicam privatam advenisse, & baptizatam esse, ejusque videndæ copiam legatis petentibus fecit. Legati Reginæ mandata Regis exposuerunt, & ut demum ad maritum rediret, obsecrarunt, Regina se id facturam negavit, & ut Regi nunciarent jussit, se ad eum redire nolle, nisi & ipse fidem Christianam amplexus esset. Rex Persarum ea re motus, ad Christianam religionem animum adjecit, & una cum 60000. Constantinopolim profectus & baptizatus fuit. Etsi autem illa negavit se rediturum ad maritum, tamen rem seriam non egisse verisimile est, sed, ut hac ratione Regem ad fidem Christianam converteret. Ideoque hæc techna prædicanda est, qua illa maritum lucri fecit. Interim tamen maritum deserere non potuisse, verba Pauli Apostoli ostendunt *1. Corinth. 7.*

8 Sextò, si matrimonium † inter infidelem & fidelem, qui religionem Christianam ex professo oppugnet, contractum sit: Veluti si Christianus Judæam vel Turcicam mulierem ducat, aut è contra, an hoc religionis statu matrimonium dissolvendum sit? Et minimè dissolvendum existimaverim, siquidem conjuncti sint matrimonio.

Sed quid si sponsalia tantum inita sint, & alteruter recedere cupiat à pactis conventis, an audienda sit? Et audiendam existimaverim, sin autem conjungi cupiant, & matrimonium consummare, ferendos esse. Et cur sic sentiam, movent me Apostoli verba, qui conjugem infidelem deserendam non esse, disertis verbis scribit, nisi infidelis ipse consuetudinem & consortium refugiat, & convictum recuset, *1 Corinth 7.* Si quis frater habet uxorem infidelem, & hæc assentitur, & habitet cum illo, ne dimittat eam, quod si infidelis discedit, discedat, non enim servituti subjectus est frater, vel soror in

hujus-

hujusmodi, sed in pace vocavit nos Deos. Ego dico, non Dominus: Quasi dicat, expressum ea de re non exstare præceptum, se tamen ut Apostolum Spiritu Sancto præditum hoc dicere, & præcipere, cujus apud me plus valet auctoritas, quam Pontificum hac de re constitutiones, quæ tamen bono consilio sancitæ esse videntur. Et tantum abest, ut matrimonium illud impium esse videatur, ut Paulus disertis verbis affirmet, maritum etiam incredulum per uxorem fidelem sanctificari, & uxorem incredulam per maritum. Eodem spectant & illa verba eodem capite: Qui namq; scis mulier an virum sit servatura? aut qui scis vir an uxorem sis servaturus? Cognovit illud Petri *1. Epist. 3.* Uxores subditæ sint propriis viris, ut etiamsi non credant verbo, per uxorum conversationem absque sermone lucrifiant. Scribit Erasmus se novisse aliquot viros, qui ingenue professi sint, se salutem animarum suarum debere conjugibus. Et legimus multos viros Christianos à fœminis ad pietatem conversos esse ut à Domitia Flavius Clemens, qui fuit unus ex Domitiani propinquis. Item Clodovæus Rex Franciæ à Clotilde, Hermogillus Gothorum Rex à Jugulde, & præterea multi alii, quorum meminerunt historiæ.

Huc accedit quod evangelium non abolet leges naturæ, neque politias, sed eis nos uti sinit ut aliis rebus. Conjugium autem juris naturæ esse interpretes uno ore statuunt, & quod omnibus gentibus inter se commune fuit, ideoque ut aliis rebus externis utimur, ita & conjugio, neque enim vetitum est cum Judæo Turca, ethnico, cibum sumere, colloqui, contrahere, transigere, ideoque nec matrimonium vetitum est, *ut recte Lutherus disputat.*

Et ante legem Moisis & sub lege inter fideles & infideles fuisse connubiorum jus, ex eo colligitur, quod nulla lege prohibita reperiantur, Idque exempla testantur. Nam Moises Madianitam duxit. *Exod. 1.* & Joseph Ægyptiacam, Hester Assuero nupsit, *cap. 1. lib. Hester.* Moises deinde lege lata vetuit, ne cum Cananæis Israelitæ miscerentur, quos Deus perdere decreverat, nisi se ad meliorem frugem reciperent. *Exod. 24. Deut. 7.* Itaque recte fecit Esdras, qui ejusmodi conjugia etiam consummata dissolvit, quæ tamen ipso jure nulla erant, utpote contra Dei prohibitionem facta. *Esdræ. 9.*

Unde sequitur, illam prohibitionem generalem non fuisse, & per consequens aliarum gentium connubia illis permissa fuisse. Nam exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, ut Jureconsulti loquuntur. Idque ex eo liquet, quod Israelitis captivas ducere licuit, etiamsi infideles essent, ut omnes accipiunt verba quæ *Deut. 21.* exstant: fortassis quod captiva, cum in Domini potestatem pervenisset, facile ad religionem flecti posset.

Sed nec post Christum natum evangelio promulgato ulla exstat lex vel prohibitio, quæ fideliū cum infidele conjugium damnet ac vetet, nisi quod pontifices quædam ea de re sanxerunt, *ut videre licet distinct. 8. quæst. 1. cap. ex his cap. itaque cap. cave Christiane*, quæ tamen prorsus damnandæ sunt ut postea dicetur. Itaque recte *Scotus* & *Paludanus* prohibitionem illam juris humani non divini aut naturalis esse recte tradunt *4. distinct. 39. quæst. 1. Et Augustinus in lib. de fide.* Igneus interpres juris prohibitionem matrimonii cum infideli esse contra Pauli Apostoli doctrinam scribit, *in l. fidei commissum num. 45. ad Syllanianum.*

Et veterum scripta testantur, in ecclesia semper liberum fuisse ethnicam ducere, aut de religione dissentientem. Mater Augustini Monica ethnico nupta fuit, homini difficili & aspero, in ejusque conjugio perseveravit, qui tandem uxoris castitate aliisque virtutibus & obsequiis motus, ad Christianam religionem transiit. Temporibus Tertulliani viduam gentili nupsisse, idque ab aliis retro factum esse, se recordari scribit idem Tertullianus. Idque de præcepto *Apost. lib. 2. ad uxorem.* Sed & patrum nostrorum memoria Calo-Joannes Imperator Trapezuntinus filiam Despinam Usumcassavi Regi Persarum nuptum collocavit, ea tamen lege & conditione, ut uxori religionem Christianam colere promitteret, quod ille recepit se facturum, & servavit, vixeruntque multos inter se annos conjunctissime, *refert Jovius, Bizarus, & alii qui res Persicas tractarunt.* Interim tamen fateri cogimur ejusmodi conjugia inter infidelem & fidelem plena esse periculi, scandali, & magnas secum adferre incommoditates, ut pessime suis rebus consulere videantur, qui ejusmodi nuptiis sese implicari sinunt. Nam verendum est ne maritus infidelis uxorem de religione recte sentientem in suam sententiam, & sectam

& ſectam pertrahat, & ad idolatriam perducat. Qua de cauſſa & Moiſes vetuit, ne Iſraelitæ cum Cananæis conjugio jungerentur. Deinde verisimile eſt, vix inter eos coalituram eſſe concordiam, qui de religione diſſentiunt, quod maritus uxorem in ſuam ſectam pertrahere, è contra mulier virum ad ſe pellicere conetur. Unde recte *Ambroſius lib. 1. de patriarcha Abraham. c. 9.* Quomodo poteſt congruere charitas, ſi diſcrepet fides? & ideo cave Chriſtiane, gentili aut Judæo filiam tuam tradere, cave, inquam, gentilem aut Judæam, atque alienigenam, hoc eſt, hæreticam & omnem alienam à fide tua, uxorem accerſas tibi. Prima conjugii fides caſtitatis gratia eſt, ſi idola colas, quorum prædicantur adulteria, ſi Chriſtum neget, qui præceptor & remunerator pudicitiæ, quomodo poteſt diligere pudicitiam? Si Chriſtiana ſit, non eſt ſatis niſi ambo initiati ſitis ſacramento Baptiſmatis; ſimul ad orationem vobis ſurgendum eſt, & conjunctis precibus obſervandus Deus. *Hactenus Ambroſius.* His adde quod ejuſmodi matrimonia nec in timore Dei contrahi poſſint. Neque enim ſacerdos eis recte benedicere neque infidelis conjunx benedictionis particeps eſſe poteſt. Quibus de cauſſis recte pontifices qui legibus latis ejuſmodi conjugia vitanda eſſe ſuaſerunt, & pias & de religione recte ſentientes ducendas eſſe præceperunt. Et quamvis ſponſalia cum illis qui fundamentum fidei retinent, contracta, tolerari poſſint, minime tamen toleranda videntur, quæ cum Mahumetanis aut Judæis, hoc eſt, perſonis ipſum fidei fundamentum abnegantibus contrahuntur. *Et ita ſentit Eraſmus.* Paulus, *inquit*, non permittit mulieri liberæ, jamque Chriſtum profeſſæ, nubere, niſi in Domino, hoc eſt, ſuæ religionis viro. Unde miror hoc à quibuſdam horum temporum ſcriptoribus trahi, fas eſſe cum Judæo, cum Ethnico jungere matrimonium. Judæorum autem connubia imprimis damnantur, quod in lectione veteris teſtamenti exercitati, facile Chriſtianis imponere poſſint. Idque tradit *gl. 28. diſtinct. 1. c. 17. 28. q. 1.* Ideo Pontifex in concilio Urbanenſi ſtatuit, ut ſive Chriſtiana Judæo, ſive Judæus Chriſtiano jungatur, à fidelium communione arceatur Sed & magiſtratus recte in eum animadvertet, qui id fecerit Interim tamen ratum manebit matrimonium. Idq; non recte ſtatuit concilium Toletanum *xiii. Canon. 26.* ut Judæi cum Chriſtiana matrimoniũ diſſolvatur, niſi velit Chriſtianus fieri, prius

tamen monendos esse, quod fidelis non possit in ejus permanere conjunctione, quæ Judaicam sectam colat. Sed nemo non videt canonem illum expresse repugnare Apostoli verbis, qui fidelem minime deserendũ censet. Sed ut ut sit Hebræi sane adeo abhorrent à nuptiis [*ndrib*:] hoc est, alienigenarum qui fidem Judaicam non amplectuntur, ut eam conjunctionem cum aligenigena Sodamia & adulterio graviorem & turpiorem dicant esse, *ut Abenezira tradit in*
9 *Decalogum*. Itaque sic † statuo, magistratum leges ferre posse, & prohibere sub pœna capitis, ne ejusmodi matrimonia coeant, vel si nullæ leges sint, initio sponsalium intercedere posse, ne sponsalia aut matrimonium inter Christianam & Mahumetanum vel Judæum contrahantur, ne quis jugum ducere cogatur cum infidelibus. Id tamen hac cum exceptione accipiendum est, nisi infidelis Judæus promittat se Christianam religionem amplecti velle, idque non obscure præ se ferat. Nam tum spes est fore, ut fidelis infidelem ad religionem Christianam convertat, quemadmodum Cæsaream Reginam Persarum fociisse supra tradidimus. Idque ea de causa statutum est, ne alter alterius contagio inficiatur. Eoque spectant verba Apostoli supra enumerata, *qui namque scis mulier, in maritum fis servatura*. Quasi dicat, maximis periculis sese objicere, qui ejusmodi conjugia ineunt, sed tamen bene sperare & operam dare debere, ut infidelem lucri faciant. Deinde quod & magistratus constante matrimonio prohibere possit, ne maritus uxorem vel verberibus vel minis ad suam religionem cogat. Quid enim si uxorem maritus (*quod Plinius in explorandis Christianis se feciisse scribit lib. 5. Epistol.*) jubeat se præeunte Deos appellare, imagini Imperatoris & simulachris numinum thure & vino supplicare, & Christo maledicere: Vel *ut Augustinus loquitur*, simulachrum faciat maritus, idque uxorem colere jubeat: hoc casu justam de viro quærendi caussam habebit, & eam rem ad magistratum referendi, cujus est intercedere & prohibere, ne vis mulieri fiat. Interim tamen recedere non posse conjugem existimaverim, quamvis ita *Augustinus* sentiat *35. q. 1. c. non solum*. Et ita statuit concilium Laodiceum *cap. 31. his verbis*. Quoniam non oportet cum hæreticis commiscere connubia, & filios vel filias dare, sed potius accipere, si tamen profiteantur Christianos se futuros & catholicos. Et *cap. 10.*

idem

idem ſtatuit concilium Chalcidonenſe *actor. 15. cap. 14. his verbis.* Sed neque copulari debet nuptura hæretico, Judæo aut pagano, niſi fortè promittat, ad orthodoxam fidem ſe orthodoxæ perſonæ fidem transferre. Altera exceptio hæc eſt, ſi ea conditione ſponſalia ineantur, ut fideli liceat religionem Chriſtianam colere, idque infidelis ſpondeat, & promittat, ſe fideli ad eam rem impedimento non fore, ſe religionis Chriſtianæ exercitium liberum illi permittere velle, quale fuit pactum inter Regem Perſarum Uſumcaſſavem & Deſpinam Imperatoris Trapezuntii filiam, & hac ratione huic malo occurretur, ne vir à mulieribus, & è contra mulieres à maritis ad idolatriam pertrahantur. Sin verò ſine his cautionibus magiſtratu inconſulto & ignorante, ſponſalia contracta ſint inter fidelem & infidelem, id eſt, Chriſtianam & Turcam, ſponſalia dirimenda minimè exiſtimaverim, etiamſi non rectè & bona conſcientia conſtituta ſint, ſed tamen pœna vindicanda eſſe, ne impune ejuſmodi quid tentaſſe videantur. Ideoque illi, qui tale quid fecerint, à magiſtratu mulctandi, & pœna quoque Eccleſiaſtica coercendi erunt, ut qui graviter peccarint, quod cum hoſtibus religionis & apoſtatis contraxerint, eoque ipſo ſatis oſtenderunt magis ſibi placere homines infideles & atheos quam Chriſtianos. Itaque & leges civiles capitali ſupplicio afficiendos ſtatuunt, qui tale quid in ſe amiſerint, hoc eſt, cum Mahumetanis & Judæis apertis matrimonium contraxerint. Quod etſi duriuſculum videtur, tamen ita lex ſcripta eſt, *l. ne quis Chriſtian. C. de Judæis. & ibi D. D. ex C. Theodoſiano lib. 3. t. 14.* Eadem pœna ſtatuitur in matrimonio cum gentili vel ethnico contracto, & in Hiſpania idem ſtatuit lex Regia *4. fori t. 11. Et Didacus 2. part. cap. 6. §. 11.* Summa ergo horum eſt, ſponſalia vel matrimonium inter infideles vel unam infidelem & fidelem contractum dirimendum non eſſe, niſi infidelis ſine culpa fidelis conſuetudinem & conſortium, quam cohabitationem vocant, refugiat & diſcedat. Nam tunc bona conſcientia dimittitur uxor, *28. q. 1.* Et ſi propter deſertionem matrimonium diſſolvitur conſummatum, multò magis ſponſalia diſſolvi ſtatuendum eſt. Atque hæc ſacræ ſcripturæ & verbis Apoſtoli conſentanea ſunt. Et ita Synodi veteres ſtatuerunt. *Laodicena c. 10. & 31. Chalcedonenſis 14. c. Chartaginenſis 24. ut ſuprà oſtenſum eſt.* Et Synodus Tridentina poſtrema: ſi

quis dixerit propter hæresin dissolvi matrimonium anathema sit. Synodus autem Constantinopolitana sexta contra statuit, nimirum inter hæreticum & orthodoxum nullum esse matrimonium, & fidelem ab infideli discedere posse, si cum eo cohabitare nolit. Sed id prorsus cum Apostoli verbis pugnat. Interim tamen & inter patres plerique reperiuntur, qui contra sentiunt, *ut videre licet 28. q. 1.* qui conjugium cum infidelibus prorsus damnant, & dirimendum censent, his rationibus moti, quod ἀπιστία seu infidelitas sit stuprum vel fornicatio spiritualis, *ut Tertullianus loquitur lib. 2. ad uxorem.* Fideles gentilium matrimonia subeuntes, stupri reos esse constat, & ab omni communione fraternitatis arcendos, ex literis Apostoli dicentis, cum ejusmodi nec cibum sumendum. Et *Augustinus cap. Idolatria 28. q. 1.* Crimen illud adulterio gravius esse statuit, ideoque matrimonium dirimere, *ex libro de fide & operibus c. 15. Cyprianus de lapsis Ambrosius lib. 9. Epist. 70.*

Sed his respondere facilè est, etsi crimen omnium maximum sit impietas vel ἀπιστία, tamen si ad matrimonium conferatur, adulterio majus non esse, quod adulterium conjugio maximè repugnet & adversetur. Idque ex eo liquet, quod ex Christi sententia solum matrimonium dirimat adulterium. Itaque non rectè inter se conferuntur impietas, hoc est, spiritualis fornicatio & adulterium, quod ad sponsalium vel matrimonii dissolutionem attinet. Nam & infidelis maritus esse potest, *ut Apostolus testatur, 1. Corinth. 7.* Adulter autem & maritus nemo simul esse potest, cum adulterio abrumpatur matrimonii vinculum. Itaque mirum non est, si easdem non habeant effectus in caussa conjugii, adulterium & spiritualis fornicatio, habet quidem idolatria speciem quandam fornicationis κατὰ τι, non ἁπλῶς. Ideoque argumentum vel similitudo à fornicatione carnali ad spiritualem non semper locum habet. Tertullianus videns Apostoli verba *1. Corinth. 7.* sibi obstare, illa accipienda esse dicit de iis, qui infideles inventi sunt, antequam ad Christum conversi essent, hoc est, de primo casu à nobis proposito. Si quis, inquit, fidelis uxorem habet infidelem, non dicit, uxorem ducit infidelem. Ostendit jam, in matrimonio agentem mulieris infidelis, mox Dei gratia conversum cum uxore manere debere. Quod si de fideli ante matrimonium pronunciasset

absolute

absolute permiserat sanctis vulgo nubere. Sed & hic respondeo, si matrimonium cum infideli concessum est, sequitur & sponsalia concessa esse. Nam qui vult consequens, vult & antecedens. Deinde si vir infidelis sanctificatur per mulierem fidelem, nemo non videt id intelligendum esse, sive quis infidelem duxerit, sive in matrimonio infidelis inventus, ad Deum conversus sit. Postremò bene sperare debemus de infideli lucrifaciendo, id tam de eo qui acceptus est, quam de eo qui accipi debet, intelligendum esse nemo non videt, adhibitis tamen illis cautionibus, quas supra adjecimus. 4. Apostoli verba in genere loquuntur de eo qui conjugem infidelem habet, ideoque restringenda non sunt ad illos, qui jam in matrimonio vivunt. Augustin. sentit, licere quidem fideli relinquere infidelem, sed non expedire, ne occasionem lucrandi infideles negligere videatur fidelis, ideoque ea libertate uti debere. Ut itaque fratres in Christo acquirantur, vetat Apostolus fideles recedere ab infidelibus, *27. q. 1. c. jam nunc.* Multa enim sunt facienda, non jubente lege, sed libera charitate, quæ sententia æquior est.

Sed quid si fidelem † infidelis deserat, & ejus consuetudinem refugiat, an fidelis aliam ducere possit? Et quamvis hæc quæstio huc non pertinet, tamen leviter attingenda est. Ambros. *1 Cor. 7.* expresse tradit, fidelem si ab infideli deseratur, alii nubere posse, neque in eo peccare. Idque ego verum existimaverim, sive uterque tempore sponsalium infidelis fuerit, sive alter fidelis, sive alter infidelis, sive cum infideles essent, alter in hæresin prolapsus sit, & fidelem deseruerit. Nam semper fidelis desertione infidelis à servitute seu obligatione matrimonii absolvitur. Idque ostendunt expresse verba Pauli, quod si infidelis discedit, discedat, non est servituti subjectus frater aut soror in hujusmodi. *cap. simili modo 28. q. 1.* Servitutem appellat obligationem matrimonii, quæ servitutis quandam habet speciem, ut initio hujus libri explicavimus, quamvis contra sentiat Gratianus, & fidelem desertum ab eo qui apostata factus est non liberari vinculo existimat, ut aliam ducere possit. Ergo ut rem in pauca conferamus, matrimonia inter utrumque fidelem contracta, rata esse dicimus. 2. Sponsalia itidem inter fidelem & hæreticum, qui pietatis fundamentum retinet. 3. Sponsalia & matrimonium firmum esse inter fidelem utrunque contractum etiamsi

alter

alter postea constante matrimonio apostata factus sit. 4. Si cum ex duobus infidelibus tempore sponsalium alter constante matrimonio Christianam religionem amplexus sit, matrimonium itidem ratum esse & firmum. 5 Matrimonium inter Turcam & Christianam contractum nævo non carere, sed tamen dissolvi non debere, interim legibus latis prohibenda & vindicanda esse ejusmodi conjugia. Hæc autem matrimonia uno tantum casu dissolvi posse, scilicet propter desertionem infidelis, qua fidelis à sponsalium vel matrimonii obligatione liberatur. Sententia ita formari solet.

11 HAbt jhr mit Jungfraw N. mit Vorwissen jhres Bruders einer Ehehalben Handlung gepflegen / vnd es hat die Jungfraw jhr Vollwort vnd Willen in der Sachen auff jhren Bruder gentzlich gestellet: Da nun ewerm Bericht nach / der Bruder mit euch in ewer Vaterland gereyset / vnd euch daselbst / nach gethaner Erkundigung ewres Standes vnd Vermögens in beyseyn etlicher Leute seine Schwester verlobet vnd zugesaget / vnd die Jungfraw hat jhr folgendes / als jhr wiederumb kommen / solches neben jhren Vormünden gefallen lassen. So mag solch Ehegelübt der Vrsach halben / daß in Böhmen des Orts eine andere Religion dann in diesen Landen gehalten / nicht getrennet werden / Sondern Jungfraw N. ist solch Verlöbnüß mit Christlichem Kirchgang vnd Ehelichem Beylager zu vollnziehen schüldig / von Rechts wegen.

§. 78. SUMMARIUM.

Sponsalia propter status mutationem dissolvuntur.

ALiam præterea adfert Harmenopulus ex constitutione Leonis caussam, qua sponsalia dissolvuntur, nimirum propter fortunæ ac status immutationem, hoc est, capitis maximam diminutionem, quæ nihil aliud est, quam prioris status immutatio, *l. 1. de capitis diminutione*, quod accidit his, qui propter admissa crimina civitatem & libertatem amittunt, & servi pœnæ efficiuntur. Itaq; si quis crimen aliquod capitale aut flagitium in se admittat, & post contracta sponsalia infamiam incurrat, sponsam audiendam existimaverim, quæ sponso nubere recusat, & sponsalia pacta dissolvi

ſolvi cupit, modo id ante nuptias conſummatas petatur, veluti ſi quis latrocinium, adulterium, homicidium, falſum, furtum, & aliud id genus crimen committat, & ignominioſus vel infamis fiat. Idque æquiſſimum eſſe videtur. Nam ſponſa matrimonium promiſit viro honeſto & integræ exiſtimationis, & ea mente & intentione fidem dedit, quod viro honeſto nubere vellet, ejus autem ſtatus & conditio jam immutata eſt. Nam qui integræ erat exiſtimationis & famæ, labem ſibi aſperſit, & flagitioſus, infamis & deteſtabilis factus eſt, hoc eſt, civiliter mortuus eſſe videtur. Quare neque mulier cogi debet, ut ei nubat, qui ſupplicium vel laqueum meritus ſit ob perpetratum ſcelus. *Et ita ſentit Eraſmus*: Si crimen, *inquit*, ſit enorme, aut lex civilis capitis pœna liberat alterum conjugum, aut is liberetur in totum à matrimonio, qui vacat crimine: & pro mortuo habeatur, qui mortem meruit niſi recuſet etiam innoxius à noxia diſtrahi. Et hanc ſententiam noſtram confirmavit Rex Fridericus II. *conſtitutione edita An. 1532. ſententia fol. 51.*

§. 59. SUMMARIA.

1 *Sponſalia propter homicidium commiſſum dirimuntur.*
2 *Homicidas deteſtabiles & hominum conſortio indignos exiſtimavit antiquitas.*
3 *Extenſio concluſionis poſitæ.*
4 *Scheim verbi Etymologia.*

ET ut de homicidio † primum agamus, cum hoc delictum omnium ſit maximum, puellam audiendam exiſtimaverim, quæ à ſponſo poſt cædem perpetratam ſeſe liberari cupit, ſiquidem illa affirmet & profiteatur, ſeſe toto pectore ab illo abhorrere. Rationes autem cur ſic ſentiam hæ ſunt, quod lege lata per Moiſen, homicidas è medio tolli Deus præceperit, ne terra polluatur. *Num. 35.* Ne recipiatis pretium redemptionis pro vita homicidæ, qui ad mortem condemnatus eſt, ſed omnino interfici debet, ne faciatis ut terra in qua habitatis fallat, ſanguis enim ejus facit, ut terra fallat, nec poteſt terra à ſanguine qui effuſus eſt expiari, niſi per ſanguinem illius qui ſanguinem fudit. Ne igitur contaminetis terram in qua habi- 1

bitatis. Addunt Thalmudistæ, etiamsi omnia totius orbis bona daret, tamen judices iis flecti non debere *præcepto 161. idque repetitur præcepto 202.* Non miserearis ejus qui sanguinem innocentem effudit. Et *Exod. 21* si aliquis volens & callide machinetur proximo suo necem, ab altari illum rapies, ut interficiatur. Et *Levit. 24.* & in aliis locis inculcata, ne judices eam oblivioni tradant, quod delictum omnium sit maximum. Idque eleganter explicat *Philo Judæus.* Qui *inquit* hominem occidit, homicida vocatur, sed revera sacrilegus est, & quidem insignis, quippe qui sacrilegium maximum perpetravit, sublato è mundo re pretiosissima sacratissimaq;, quando nil Deo tam est simile, quam hoc sigillum pulcherrimum, expressum à matrice pulcherrima, ad exemplar ideæ rationalis effectum. Ergo quilibet homicida confestim pro impio sceleratoq; habendus est, ob facinus perpetratum impium atq; nefarium, & debet è mundo tolli ut maleficus, meritus enim plures mortes, exolvit se unica. Nec iniquum videri debet, si quod prior ipse fecit, idem & ipse patiatur, &c. *Hactenus Philo.* Imo & Deus ipse ad pœnam trahit homicidas mirabili & imperv estigabili ratione, scilicet ut ex corporibus interfectorum sanguis erumpat & emanet, ubi ad ea homicida propius accesserit, si modo is, qui occidit cominus vulnus ipsum inflixerit, *ut Ludovicus Bonavinius lib. 2. muliebrium tradit, & Philippus Melanchton in Physicis loco de providentia & Valeriolus in observationibus* adfert rationes Physicas: tandem subjicit, sed magis (ut recte arbitrandum est) Dei judicio id fieri censendum est *Plato lib. 9. de leg* scribit, animam occisi homicidam persequi. Verba Platonis sunt: Qui hominem liberum interfecerit, non sponte, iisdem purgationibus utatur, quibus is qui servum interemerit. Et priscum mysterium non contemnat. Ferunt enim hominem vi interemptum qui libere vixit, homicidæ proximo post tempore succensere. Cumque propter violentam mortem, terrore turbationeq; plenus sit occisus, homicida omnibus viribus terrere atque turbare maximè, si viderit homicidam inter suas more solito vivere. Quare opus est ut homicida propter hominem interfectum anno integro exul à patria omnique regione procul vitam ducat; *lib. 9 de legib. Idem sentit Xenophon lib. 9. Cyropædiæ. 16.* Cyrum moriturum ita loquentem introducit: An nec dum animadvertistis, quos terrores illorum animi qui vim & injuriam passi sunt, homicidis invitiant? quos scelerum

rum vindices nefariis immittant. Idque verissimum putavit *Marsilius Ficinus cap. 5. de immortalitate animarum, & Virgilius lib. 4. Æneid.* Lucretius & Plutarchus de anima Cleonices, quæ Pausaniam à quo interfecta erat, usque ad mortem non desitit persequi & compellare hoc versu:

Ito ad supplicium, dat maxima damna libido.

In vita Cimonis. Item *in Cæsaris vita* Plutarchus. Magnus tamen ille genius qui viventi adfuit, mortui quoque cædem prosecutus est, auctores ejus terra marique agens, & investigans eo usque, dum nemo eorum superesset, sed quicunq; in facinoris pactum vel facto vel consilio venissent pœnas dedissent, & iis quæ hominibes evenerint, maximam Cæsi casus admirationem meretur. Is enim victus apud Philippos, eodem quo Cæsarem gladio sese peremit, &c. Sed & aliæ gentes quæ sapientiæ † laude claruerunt, ut Græci, homicidas detestabiles, & hominum consortio indignos existimaverunt, quod non tantum terram, sed & eos qui cum illis commercium haberent pollui putarent. Quo spectat illud veteris Philosophi *apud Stobæum.* Multis, *inquit*, legibus sancitum est, non esse purum eum qui cum homicida commercium haberet. *Xenophon in Hierone.* A multis lata lex est, qua sancitur, ut ne is quidem purus habeatur, qui cum homicida versetur. Τῶ μιαιφόνῳ μηδὲ τὸν συνόντα καθαρεύειν. Quo fit, ut per suas patrias quisque civium tuto vivat. Et *Simplicius in Epicteto.* Ἴσθι ὅτι ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολισμένος καὶ τὸν συνατριβόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη κἂν αὐτὸς ὢν τύχῃ καθαρός. *Id est*: Scito, inquit, quod si sodalis pollutus fuerit, necessario pollui, etsi purus ipse fuerit, nam polluitur quod purum est, impuro commistum. Æschylus dicebat in omni negotio nullum esse prava societate majus malum, ἐν πᾶσι πρᾶγμασι εἶναι ὁμιλίας κακῆς κακὸν οὐδέν. Qua de causa nolebant veteres in unum & eundem locum convenire honestos viros & homicidas, & templis eos ejiciebant. Quo spectat oraculum Apollinis, *quod apud Plutarchum exstat*, μιαιφόνων θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι ναοῦ. Musarem cultorum interemisti, templo exito. *Vide plura ibi.* Sed & apud Turcas homicidis fana ingredi non licet *fol. 18. de rebus Turcicis parte 1.* Apud Græcos sacerdos ad sacrificia accessurus hoc primum præfabatur, τίς τῆδε. Id est, quis hic? qui vero intererant sacris, respondebant πάλλοι καὶ ἀγαθοὶ, quod est dicere,

multi & boni: idque quod polluti homicidio, aut sanguine infecti humano sacris arcebantur, neve aras contingerent aut sacrificio interesse lege vetabantur. *Id quæ ex Platone colligitur lib. 9. de legibus.* Si homicida cum immundus sit, templa Deorum petere & sacrificare audeat, & tempore statuto non peregrinant interempti cognati, id ad judices deferat, & de cæde accuset, &c. & *Xenophon in Hierone.* Homicidas à sacris arcent. *Alexand. lib 4. cap. 7. genialium dierum.* Ita nec homicidas quisquam tecto recipere voluit, *Pausan. lib. 2.* Ante Apollonis fanum ædificium quoddam est, quod Orestis tabernaculum appellant. Prius enim quam materni sanguinis maculam expiationibus Orestes eluerat, de Trœzeniis nemo eum tecto recipere voluit. Sed in ea ipsa cella illum consistere jusserunt, ibique qui ei lustrationi præfuerunt, epulas ei præbuerunt quantisper rite expiatus est. Ad eum vero lustrandum & alia februorum genera adhibita dicunt, & aquam ex Hippocrene. *Dionysius lib. 8.* Matricida diceris, filiorum interfector, uxoris pernicies, patriæ malus genius. Nec ad sacra, nec ad epulas, nec ad domesticum sarem admittet te quisquam justus ac pius ac ne ipsis quidem carus eris, in quorum ista facis gratiam. Verba sunt Minutii ad Martium.

Sed nec auditoria ubi jus dicebatur subire homicidis fas erat, imo caussam dicere sub dio cogebantur. Qua de caussa areopagitæ sub dio judicabant, quod nollent judices & homicidas, vel qui de cæde accusarentur, sub eodem tecto versari. Idque tradit *Sigonius lib. 3. cap. 3. Euripides:*

Non finebant in conspectum venire:
Neque in occursum, si quis forte reus esset sanguinis.

Idem statuit *Plato lib. 9. de Republ.* de iis qui parentes pulsassent. Quisque inquit, parentes pulsasse convictus erit, perpetuo exulet, deinde à sacris omnibus arceatur. Quod si non obtemperaverit, sed civitatem & templa inique coinquinet, quicumque magistratus de ea re certior factus, & confestim id facinus non punierit, maximarum injuriarum reus habendus est. Ita Tarquiniis expulsis Romæ Senatusconsultum factum est, ut lustraretur civitas, quod populus necessitate coactus esset civilis cædis auctor fieri: Quasi nefas esset sacris interesse, & participare victimis, nisi exemptos piaculo solemnibus lustrationibus. *Dionys. Halicarn. lib. 5.* Imò qui ob homicidium supre-

ſupremo ſupplicio afficiendi erant nolas & tintinnabula geſtare cogebantur, ne quis inter eundum illorum contactu ſeſe piaculo obſtringeret. *Zonaras fol. 32 Tomo. 2.* quod à patribus acceptum eſſe veriſimile eſt. Nam & Deus ſignum reatus in Cain poſuit, quod iis qui illud aſpicerent metum & terrorem incuteret. Quale autem fuerit ſignum, non exprimit Moſes *cap. 4.* Interpretes ſentiunt, conſcientiæ terrore conſternatum fuiſſe Cainum, & toto corpore tremuiſſe. Idque ex *Baſilio* colligitur. Ebrioſus, inquit, maledictionem Cain ſponte ſibi attrahit, tremens & incerto motu nutans ac vagans in omni vita. *in homilia contra ebrioſos. Suidas* idem ſentit. Poſt condemnationem, inquit, Cain deterius vixit. Nam obitus quidem vitæ malorum affert requiem, ſed in metu & dolore vivere infinitarum mortium ſenſum adfert. Tremens igitur & gemens Cain, quaſi à dæmone occupatus, in epilepſia vitam ſuam omnem exegit; ſigno eo à quodam accepto, ne interficeretur. Ultionem autem ſive peccata Caini dicas ſeptem invenies, ſive quæ de eo Deus dixit, & ne ſic quidem aberrabis à ſententia. Nam in Caini facinoribus ineſt invidia, ob Abelum ipſi prælatum 2. dolus cum fratrem ſecum abire in campum juſſit. 3. Cædes additamentum malorum. 4. Fratris cædes, quod primus homicido malum vitæ exemplum reliquit. 5. quod ipſe Cain patefecit, ſi me, inquit, ejeceris è terra, & à vultu tuo occultatus fuero, graviſſimum ſupplicium eſt. 6. ſeparatio à Deo, ſanis hominibus. 7. Quod pœna non occultatur, ſed ſigno manifeſto omnibus denunciata eſt per tremorem & gemitum, omnis igitur, inquit, qui te nunc occidere auſus fuerit, malis te hujus vitæ liberabit, tuumque ſupplicium tollet. Quare, inquit, poſuit Deus ſignum in Cain, ne quiſquam qui eum recepiſſet, occideret. *Suidas.* Quamvis veriſimilius ſit, fuiſſe ſignum aliquod viſibile, quod qui aſpicerent, ſcirent tales perſonas eſſe piacula, & à ſacris, foro ac conſortio humano arcendos eſſe, donec publica expiatione rurſus recepti eſſent, & ut à peccando & à patrandis cædibus deterrerentur. *Scribit Suidas*, moris fuiſſe apud veteres, ſi quem per inſidias occidiſſent, & cædem expiaturi eſſent, ut extrema cadaveris amputarent, & torquem ex illis particulis confectum de collo ſuſpenderent. Unde patet, quantum crimen ſit homicidium & quam execrabiles apud veteres fuerint homicidæ, ut quorum omnes refu-

gerint consuetudinem, ut merito audienda sit puella, quæ homicidæ nubere recusat, ut quorum etiam congressum meretrices respuant. *Apud Lucianum* mulier meretrix à milite, qui ex militia sanguinolentus domum redisset, se toto pectore abhorre profitetur. Nam cum eam miles ad concubitum sollicitaret, & duplam mercedem offerret: illa respondet, non potero cum viro cædibus polluto concumbere. Homo devotus & execrabilis es, & cruor ex capite illius barbari, quod in lancea fixum portabas, in te distillabat. Egone igitur ut talem virum amplectar? Absit ô Charites, neque enim iste talis carnifice est melior. *Et paulò post*: audiens totum Leoniche, nauseo atque horreo, ipsas istas umbras videre mihi videor. Ex quibus constat, quam detestandum apud veteres hoc delictum fuerit. Ita & *Ovidius* mulierem increpat, quæ cum homine sanguinario consueverat.

Ecce recens dives pacto per vulnera censu,
Præfertur nobis, sanguine factus eques.
Si nescis caput hoc galeam portare solebat,
Ense latus cinctum, quod tibi servit erat.
Læva manus minime ferum male convenit aurum
Scuta tulit dextram tange cruenta fuit.
Qua periit aliquis potes hanc contingere dextram.
Hæc ubi mollities pectoris illa tui est.
Cerne cicatrices veteris vestigia pugnæ,
Quæsitum est illi corpore quicquid habet.
Forsitan & hominem quoties jugulaverit ipse
Indicet: hoc fessas tangis avara manus. lib. 3. amo. elegia. 7.

Expiabant autem homicidas veteres Ethnici hoc modo, ut is qui cædem perpetrasset, & pollutus esset, bis septem vicibus inundationibusque vestes ablueret aqua, & his piamentis ab inmunditia emaculari sese arbitrabantur. *Alexand. lib. 4. cap. 13.* Exempla expiationis necis humanæ *apud Herodotum lib. 1.* exstat, ubi meminit Crœsi nuptias filio suo facientis. Cum autem, inquit, filii nuptias Crœsus in manibus haberet, advenit Sardeis quidam calamitate præditus, manibusque impuris, natione Phryx. Hic cum ad Crœsi ædes accessisset, gentilique instituto rituque patrio postulasset, sibi ut liceret expiamenti optati compotem esse, Crœsus eum expiavit.

Est

Est autem Lypis Græcisque ritus expiandi similis. Postquam autem Crœsus legitima justaq; lustrationis peregit, undenam ille, & quis esset, percontari instituit. Et paulum infrà. Gordii, inquit ille, filius sum, cui Midas parens fuit. Adrasto mihi nomen est, qui quis imprudens germanum meum interemi, ad te accessi, sum enim & à parente ejectus, & omnibus fortunis exutus. *Hactenus Herodotus.* His adstipulatur *Macrobius lib. 3. cap. 1. Saturnal.* Violatum cum se nosset Æneas, multa cæde pollutum, ait:

Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates,
Me bello è tanto digressum & cædere recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine vivo.

Abluero. Unde constat diis sacra facturum corporis ablutione purgari. Apollonii autem interpres alium tradit expiandi ritum. Qui dolo cædem perpetrassent, summas quasdam interempti partes amputabant, & à collo suspendebant. Deinde etiam hausto interfecti sanguine in os expuebant, idque Jasonem postquam Absyrtum occidisset, fecisse scribit, sed addit quod maximè notandum est. ἢ θεμὶς ἀντίνητ' ὀλυκτασίας ἱλάσκεσθαι. Id est, modo fas sit auctoribus, cædes dolo perpetratas expiare, quasi dicat, frustra expiationes illas adhiberi. Quo spectat illud *Ovidii lib. 2. Fastorum.*

Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis
Flumineâ tolli posse putatis aqua.

Idem narrat *Suidas.* Solent, inquit, in occisorum capitibus abstergere enses, quasi removentes piaculum cædis, vel quod propter expiationes extrema interfecti amputabant, & de axilla ejus suspendebant, ut scilicet viribus destitueretur ad ulciscendum homicidam. Vel quod ii qui bellum civile gesserant, interemptos mutilabant, ab omni parte corporis aliquid resecantes, ne quo deinceps incommodo ab iis afficerentur, & extrema illa inter sese connexa de semetipsis suspendebant, his se viris illis eripere conantes, ne quid in posterum mali ab illis paterentur; citat versus Sophoclis. Hujus autem ablutionis, quæ aqua fiebat, morem ex veteri testamento permanasse dubium non est. Nam & Deus ipse præcepit, ut si homo interfectus esset, & auctor cædis ignoraretur, judices qui in loco propinquiore essent vitulo cæso manus abluerent *Deuter. 21.* Et vallis illa inculta relinquebatur, hoc est, nec arabatur, nec sementum

tum recipiebat. *Præcepto negativo 166 & ibi Riccius.* Ita & qui mortuos saltem tetigissent, aut domum ubi cadaver jaceret ingressi essent, immundi erant & polluebant tabernaculum domini nisi aspersi essent, & ea de caussa morte pœnas luebant, quanto magis illi, qui morti caussam præbuissent, & occidissent. *Vide Ricc. fol. 152. l. Levit. 21. Suidas.* Mos fuit elato cadavere, defuncti propinquos lustrationis ergo lavari. Ad quem mortem etiam haud dubie Pilatus respexit, cum manus ablueret.

Ex his efficitur, puellam quæ nuptias homicidæ sibi desponsi refugit, & sponsalia dirimi cupit, dissentiendi caussam gravissimam habere, eique judicem æquiorem esse debere, si toto pectore se ab eo abhorrere, & nullo pacto abduci posse sancte affirmet, ut in ejus complexum veniat, quod nos aliquoties accidisse scimus. Quod tamen ego de illo homicida vel sicario accipiendum existimaverim, qui dolo cædem perpetravit, vel insidias, conjurationes fraudulentas molitiones fecisse, & voluntate sua cædem patrasse convictus fuerit, secus si casu cædes commissa sit, ut si per imprudentiam quis aliquem occidisset, ferro è capulo elapso, ut Moses *Deuter. 19.* statuit, vel, *ut Simplicius in Epictetum*, qui conjecto in latrones jaculo amicum occidit, vel qui jure meritoque aliquem occidit, ut qui Tyrannum vel alterum interemit: *Sigonius de Republica Athenien sium:* vel vim inferentem occidisset, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ. Qua de re latè *Doctores, in l. vi vim, de justicia & jure.* Quæ de homicidio diximus, eadem † de omnibus aliis criminibus gravioribus & capitalibus quibus infamia irrogatur, accipi volumus, qualia sunt crimen læsæ Majestatis, veneficium, adulterium, falsum, plagium & furtum. Nam & fur infamis est, *l. non potest de furtis l. consensu Cod. de repudiis.* Idque expresse de furto statuit Rex Fridericus. Apud veteres Romanos scuti amissio. *Tacitus lib. de moribus Germanorum:* Scutum reliquisse præcipuum flagitium. Nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas est, in cujus locum hodie successit crimen militis desertoris, hoc est, in prælio fugientis. Neque enim ut Plutarchus rectè disputat, is qui cecidit & vulneravit aliquem, tantum profuit, quantum is qui pedem retulit, ac fugit, nocuit. Itaque apud Græcos desertores non tantum omni magistratu arcebantur, sed & affinitatē, cum iis contrahere ignominiosum erat

Addit

Addit *Plutarchus*, iidem impune ab obvio quovis feriuntur, ſqualidi & humiles circumeuntes, centones diſcolores induti, barbæ partem radunt, partim tondent, *in Ageſilao*. Apud Germanos adhuc pœna manet, ut ignominioſi fiant, zu Schelmen † werden, quam ego 4
vocem à Schild hoc eſt, à ſcuto deductam exiſtimo Schelmen quaſi Schiltmen / hoc eſt, qui ſcutum deſeruerint vel Scholdmen / der geſchulten ſen. Ergo ſic ſtatuendum, honeſtæ perſonæ concedi poſſe repudium, ſi is cui fides data eſt delictum vel flagitium in ſe admiſerit. Huc facit, quam & eiſdem de cauſſis jure civili divortium conceditur. Idque expreſſe ſtatuit *Theodoſius l. conſenſu C. de repudiis his verbis.* Si qua igitur maritum ſuum adulterum aut homicidam aut veneficum, vel certe contra noſtrum imperium aliquid molientem, vel falſitatis crimine condemnatum invenerit, ſi ſepulchrorum diſſolutorem, ſi ſacris ædibus aliquid ſubtrahentem, ſi latronem vel latronum ſuſceptorem, vel abactorem, aut plagiarium, vel ad contemptum ſui domuive ſuæ ipſa inſpiciente cum impudicis mulieribus (quod maximè etiam caſtas exaſperat) cœtum ineuntem, ſi ſuæ vitæ veneno aut gladio aut alio ſimili modo inſidiantem, ſi ſe verberibus quæ ingenuis aliena ſunt, afficientem probaverit, tunc repudii auxilio uti neceſſario ei permittimus libertatem, & cauſſas diſſidii legibus comprobare. Quæ de ſponſa diximus, eadem etiam de ſponſo intelligenda ſunt, nam & eiſdem de cauſſis ſponſam à ſponſo repudiari poſſe cenſemus, idque ejuſdem legis verba oſtendunt: vir quoq; pari fine claudetur, nec licebit ei ſine cauſſis apertius deſignatis propriam repudiare jugalem. Nec ullo modo expellat, niſi adulteram, vel veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut ſepulchrorum diſſolutricem, aut ex ſacris ædibus aliquid ſubtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum virorum ſe ignorante vel nolente convivia appetentem, aut ipſo invito ſine juſta & probabili cauſſa foris ſcilicet pernoctantem, vel circenſibus vel theatralibus ludis, vel arenarum ſpectaculis in ipſis locis, in quibus hæc adſolent celebrari, ſe prohibente, gaudentem, vel ſibi veneno, vel gladio aut alio ſimili modo inſidiatricem, vel contra noſtrum imperium aliquid machinantibus conſciam, ſeu falſitatis ſe crimini immiſcentem invenerit aut manus audaces ſibi probaverit ingerentem. Tunc enim neceſſario & diſcedendi permittimus facultatem, & cauſſas diſſidii legibus

comprobare. Etsi autem his de caussis matrimonium dissolvi minime existimo, sed quibusdam tantum, ut in tractatu de nuptiis dicetur, tamen ob quamlibet harum sponso vel sponsæ repudium mitti, & sponsalia dissolvi posse sentio. Idque veteres secutos esse, historiæ testantur. Imperator Philippus Princeps sapiens, moderatus, & magnanimus, filiam Kunegundam Comiti Palatino Ottoni VVittelspacho fratri illius, qui primus Dux Bavariæ exortus est, desponderat. Otto post sponsalia contracta, familiarem quendam Ducis Bavariæ dolo interemit. Cumq; propter cædis commissæ scelus, magnam incurrisset infamiam, ipsi quoq; Philippo exosus fuit, usq; adeo, ut filiam quam ei promiserat, in matrimonium dare negaret: indignum filiæ nuptiis dictitans eum, qui injusta cæde pollutus, & humano sanguine contaminatus esset. Filiam autem VVenceslao Ottocari Boemi regis filio nuptum collocavit. Otto repulsam passus vindictæ cupidus Imperatori interitum parabat. Cumq; die quadam Bambergæ Imperator sibi venam incidi curasset, & paulò post sese quieti tradidisset, Otto ingressus conclave, in quo Imperator quiescebat, gladio stricto ei guttur præcidit, graviter etiam vulnerato Henrico Trucheſio, qui solus Imperatori aderat, & Ottoni exitum præcludere tentaret: Ex quo vulnere Imperator mortuus est, anno 1208. 10. Calend. Julii. Parricida vero præsidio Egberti Episcopi Bambergensis & Marchionis de Anderſche evasit, sed paulò post ab Henrico Kalidino Philippi Marschallo Ratisbonæ, in casa quadam obtruncatus est, *ut Nauclerus & alii referunt*. Ita & Gobryas filiam Regi Assyriorum dare noluit, qui se cæde contaminasset. Historia nota est ex Xenophonte. Assyriorum Rex filiam suam, Gobryæ viri nobilis & primarii filio nubere voluit, ea spe ut filia Gobryæ ipsius filio vicissim nuberet.

Accidit, ut venatum irent, ex Regis mandato Regis filius & Gobryæ filius, cumq; ursam & leonem prostravisset Gobryæ filius, & se strenuum præbuisset, Regis Assyrii filius ab invidentia victus cuidam astanti hastam eripuit, & Gobryæ filium confodit. Itaque Gobryas illi Regi exorto filiam dare noluit. Verba apud Xenophontem hæc exstant. Filia mihi est, eaq; virgo, quam à Gobryæ militibus unice diligo conjugio matura. Eam me ante hac Regi nunc rerum potienti, putabam uxorem alere. Verum modo me ipsa filia multum

plorans

plorans suppliciter oravit, ne se fratris interfectori tradam; quæ quidem mea quoque est sententia, *lib. 4. Cyropædiæ.* Rex autem postea Babylone expugnata interemptus est.

§. 80. SUMMARIA.

1 *Homicidium si sit remissum an nihilominus repudiari possit.*
2 *Homicidii pœnam princeps remittere non potest.*

SEd quid si homicida † vel alterius criminis reus condemnatus à principe sit restitutus, qui illi delictum condonarit, an venia impetrata illi sponsa nubere cogatur? Et cum restitutus sit, ad omnia restitutus esse videtur. Nam generalis restitutio, veluti in integrum te restituo, omnia jura complectitur, *l. 1. & l. ultima §. ultim. Cod. de sententiam passis. l. 1. eodem. ff. veluti patriam potestatem jus agnitionis aliaque id generis.* Quod si specialis sit, & jura quædam continet, ultra non valet *l. 1. §. in insulam. C. eodem.* 1

Ego tamen sponsam cogendam non esse existimo, ut sanguinario infamato vel ignominioso nubat restituto, idque quod crimine condonato & venia impetrata, non aboleatur infamia, sed semper adhæreat infamato, non secus ut lepra leproso, & illum comitetur quocunque se conferat.

Deinde quod † princeps non possit homicidium condonare vel pœnam remittere, quod Deus puniendum esse expresse jubet, non magis quam si de lege divina dispensare vellet, cui princeps subjectus est. Itaque hic cum *Daneo* sentio, facti æstimationem esse in potestate judicis, pœnæ autem detractionem aut imminutionem, in eo facto & delicto, quod lege Dei expresse pœnam & supplicium meretur, non esse in potestate cujusquam hominis: ac ne totius quidem orbis Monarchæ, *Ethices lib. 2. cap. 13.* Recte Demosthenes *contra Aristocratem.* Plurimum profecto interest, utrum irrogandæ mulctæ jus penes legem sit, an vero in potestate inimici, adde hominis. Quod si capitis pœnam luit magistratus, qui contra principis vel superioris leges dispensat & indulget, qua ratione principi permissum esse dicemus dispensare, & delicta quæ Deus impunita esse non vult, condonare, ut homi- 2

cidium quod solo homicidæ sanguive expiari Deus expresse mandavit. *Deut. 13.* Non paret illi oculus tuus, neque cum eo misericorditer ages. *Exod.* 21. Morte morietur, id est, ei delictum non condonabis. Et ante Moisis legem latam legimus, *Genes. 9.* Quibus etiam respondet dictum Christi, quicunque acceperit gladium, gladio peribit.

Deut. 19. Ne parcat ei oculus tuus sed excindas sanguinem innoxium ex Israel, ut bene sit tibi. Et *Num. 36.* Ne recipiatis pretium pro vita homicidæ, qui ad mortem condemnatus est, sed omnino interfici debet. Item, ne polluatis terram in qua habitatis, sanguis enim facit ut terra à sanguine ejus qui effusus est, expiari nisi per sanguinem illius qui sanguinem effudit non possit. Ex quibus verbis constat, quoties homicidium vel aliud crimen impunitum relinquitur, toties hærere in Republica religionem, quæ si non fuerit expiata, Deum offendi, & de tota illa regione supplicium sumi, &c. Nam hac indulgentia gratiæ, Deo ipsi fit injuria, de cujus lege homines dispensant, & remittunt. Est enim peccatum quod contra legem Dei committitur & Deum ipsum respicit. Itaq; postquam Deus injuriam sibi illatam tanti æstimat, ut illam morte expiari velit, impium est & cõtumelioſum, de alienæ offensæ & contumeliæ æstimatione & pœna contra ipsius Dei prohibitionem expressam dispensare velle? ut recte Danæus disputat. Adde quod & criminis sese participem facit, qui ad scelera connivet, eaque condonat. Recte Agathius. Γ'σὸν τῶ̃ τὸ μὴ κωλύειν τοὺς τὸ μὲ μελῶντας. Ea de caussa Deus tam sæpe verbis distertis præcepit, ut scelera puniantur, ne populus totus consensione & connivendo se sceleris contaminet, & reum faciat & ita omnes luere cogantur, quod ab uno vel pluribus est commissum. Neque enim sacrificium acceptius Deo fieri potest; hominum sceleratorum supplicio. Apud Euripidem *in Oreste* sapientissima est Tyndari oratio, graviter reprehendentis eos, qui homicidas pecunia mulctant, & ὑποφόνεια accipiunt, & ea consuetudine bestiali & homicidiali, ut Euripides loquitur, occasionem præbent, ut homicidia homicidiis cumulentur, ut quæ pecunia redimantur pro arbitrio privatorum. *Verba Tyndari hæc sunt.*

——— Interrogabo te hoc Menelae,
Si interficiat aliquem tua conjunx,
Et illius filius rursus interficiat matrem,

Et natus ex interfectore illo eadem cæde
Solvat, finis malorum quousq; procedet?
Rectè posuerunt majores olim hæc:
Non sinebant in conspectum venire,
Neque in occursum, quisquis forte reus esset sanguinis:
Sed expiabant exilio, non vicissim occidere sinebant.
Semper enim unus foret cædi obnoxius,
Extremam contaminationem accipiens manibus.
Ego defendam quantum possum legem.
Bestialem hunc, & homicidalem morem
Tollens, qui semper terras perdit & urbes.

Rectè *Arnobius lib. 7.* Multitudo peccantium crescit, cum redimendi peccati spes datur, & facilè itur ad culpas ubi est venalis ignoscentium gratia. Huc etiam spectat dictum *Genesis 4.* Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu vestra. Quod si autem tota Respub. unius sceleris contagione polluitur, necesse est uxorem quæ homicidæ vel homini scelerato nubit imprimis pollui, ut quæ cum eo in unum corpus coaleſcit, & criminis commissi quodammodo particeps fit, quem detestari & ad pœnam rapere debebant. Itaque *apud Stobæum* recte ille viro, inquit, aut muliere injustitiam à civitate notatis, neque auxilium debet quisquam, neq; conversari, quod similis illis fiat, qui cum illis conversatur. Et de his hactenus.

§. 81. SUMMARIA.

1 *Sponsalia ratione affinitatis solvuntur.*
2 *Species facti ex Blondo.*
3 *Sponsalia dissolvuntur si pater sponsi vel sponsæ mille aureos in dotem dare promisisset & illam pecuniam solvere non posset.*

RAtione etiam affinitatis dissolvuntur sponsalia veluti 1
si sponsus ante sponsalia inita vel post cum consanguinea sponsæ rem habuisse, & ea abusus esset. Tunc enim propter affinitatem, licet meretriciam, sponsalia rescindenda esse æquum est, etiamsi sponsa à pactis recedere non cupiat. Idque jure canonico bene cautum est, *27. q. 2. cap. si quis sponsam & toto titulo, de eo qui cognovit*

guovit consanguineam uxoris suæ &c. ex literis. Congruit constitutio Regis Friderici II. Anno 82. edita, hoc addens, neutram ducere debere qui id fecerit, & puniendum esse pro delicti qualitate. Nam cum alteri affinis esse cæpit, post sponsalia maritus esse non potest. Ita matrimonium diremptum fuit inter Richardum de Sagio, quod ante contractum matrimonium rem habuisse diceretur, cum uxoris suæ consobrina. *Historia supra recitata est.* Et sponsalia item inter Henrinci II. Angliæ Regis filium, & Adelam Ludovici Galliæ Regis filiam inita, rescissa fuerunt quod pater sponsam filii compressisset. Imo matrimonium rescindendum pontifices statuerunt, quod cum mariti
2 prioris consanguineis initum esset, qua de re facti species † apud Blondum extat, *lib. 3. inclinationis Romæ* de Mathilde, quam Henricus IIII. Imperator Henrici III. filius apud Panormum urbem vicit, illa mortuo marito Godofrido Azoni nupsit Marchioni ex familia Esthensi. Nuptiis factis & concubitu consummatis rescivit Mathildis maritum mortuum Azoni cognatū fuisse, & eo quidem consanguinitatis gradu, ut jure Pontificio ei nubere minimè posset. Illa hac re vehementer commota & perturbata, rem ad Gregorium Pontificem retulit, qui in hæc verba rescripsit. Gregorius Episcopus Mathildi salutem. Qualiter testibus & sacramentis in præsentia natura probatum sit te habuisse virum cōsanguineum Azonis, te etiam & Azonem Marchionem in quarto consanguinitatis gradu consanguineos esse, ipsi iidem, qui causæ interfuerunt, poterunt tibi referre, unde quia Marchionem Azonem sacramento constrinximus, nullam deinceps sine licentia nostra conversationem maritalem habere, tibi etiam ex parte beati Petri præcipimus, ut consortio suo omnino te auferas, & de perpetrata iniquitate ita benigne pœniteas, quatenus gratiam Dei valeas recuperare, & tanti tamque turpissimi incestus infamiam declinare. Quod si fortassis præjudicio te peti existimas, atque sacramenta de consanguinitate vestra improbare posse confidis, damus tibi audientiam in proxima Romano Synodo. Sed an rectè hic pronunciarit Pontifex in tractatu de nuptiis disputabitur. Interim tamen graviter in eum animadvertendū esse, qui post sponsalia inita cum sponsæ consanguinea rem clàm habuerit, quidam censent quod & mihi probatur. Nam & fidem datam non servavit, & adulterio sese contaminavit, cum conjugem sibi

pactus

pactus ad aliam sese applicaverit, ideoq; perfidiæ & adulterii pœnas dare debeat. Cognatio enim dissolvit sponsalia. Quid enim si alicui quis promittat matrimonium, & post sponsalia eam sibi sanguine junctam esse comperterit? Verbi gratia, in primo gradu lineæ æqualis, & in secundo gradu lineæ inæqualis. Idq; usque adeo verum esse censent, ut etsi quarto gradu affinitatis sponso juncta sit, justam causſam sponsalibus renunciandi habeat. Ita ut nec id quod pœnæ nomine promissum est, debeatur, nec quod datum est, repeti possit *consil. 24. matrim. Germanor.* Publica enim honestas impedit, quo minus sponsæ mortuæ sororem matrem aut consanguineam despondere aut ducere liceat, vel è contra, ut sponsa sponsi mortui fratri aut filio aliisve ejus cognatis nubere non possit. Idque apud Hebræos, Græcos & alias gentes usitatum fuisse demonstravimus, & jure civili expresse cautum est. *l. si quam mihi ff. de ritu nuptiarum, quæ de re latius in tractatu de nuptiis dicetur.*

Aliam adferunt † dissolvendorum sponsaliorum causſam, ve- 3
luti, si pater sponsi vel sponsæ m.lle aureos in dotem dare promisisset, & illam pecuniam solvere non possit. Nam & tunc sponsus à promissione liberatur. *Joannes Andreæ cap. de illis, de conditionibus appositis*, nam sub modo vel conditione promissio facta censetur, quæ si impleta non fuerit, extinguitur obligatio, *qua de re supra late cap. 6.* Quibus consimilia pene tradit *Harmenopulus libro quarto T. 1.* dissolvi posse sponsalia si res sponsi vel sponsæ hypothecæ nomine obligatas, aut publico alicui muneri obstrictas esse compertum sit, idq; alter alterum celaverit. Nam & matrimonium non debet esse sine patrimonio. Alterum adferet fœmina, nempe matronæ virtutes, & facultatem pariendi filios: alterum vir, scilicet bona quæ ad vitam sustentandam sunt necessaria. Et homo inutilis, qui pecuniam nullam possidet, servituti aptior est, quam conjugio. Itaque quoties talis emergit causſa, quæ si tempore sponsalium patefacta fuisset, sponsus vel sponsa in matrimonium nunquam consensisset, judex propensior ad dirimenda sponsalia esse debet, ut his casibus. Nam constat persuasionibus vanis inductum & opinione falsum esse, qui conjugium pactus est. Quare æquitas postulare videtur, ut ad contrahendum matrimonium cogi non debeat, ne invitus eam ducere cogatur, quæ pollicitationibus fictis eum ad consentiendum impulit.

§. 82. Sum-

§. 82. SUMMARIUM.

Sponsalia ob inimicitias capitales dissolvuntur.

OB inimicitias etiam capitales dissolvi posse sponsalia interpretes censent. Quid enim conjugio magis repugnat quam odium & malevolentia, quod amore & benevolentia conciliari oportet? Itaque si judex adeò exulceratos animos eorum esse viderit, qui sibi matrimonium repromiserunt, ut verisimile sit, nunquam inter eos coalituram concordiam vel nuptias illas materiam cædibus vel adulteriis daturas, vel certamina excitaturas, inter utriusq; conjugis consanguineos & propinquos, judex ad dissolvenda sponsalia propensior esse debet. Et ita Lucii rescriptum accipiendum esse censent *Panormit. & Duaren. c. requisivit, de sponsalib.* de cujus intellectu non satis convenit inter interpretes, & ita sentiunt *Hostiensis & Angel. in summa.* Interim tamen judex non ob quaslibet rixas concedat repudium, sed causas diligenter examinabit. Quid enim si levissimis de rebus inter sese altercari cœperint, & unum aliquod verbum inter eos litem conciverit? certè repudium hic concedere æquum non fuerit. Itaque hic judicis partes erunt, operam dare, ut in gratiam redeant, & illam partem quæ dissidio causam præbuerit, & per quam stat, quo minus matrimonium coeat, cogere, ut contentione & odio depositio ad nuptias animum applicet. Idque exemplo veterum Romanorum qui conjuges inter sese dissidentes in templum Deæ viri Placæ convenire jubebant, quod in palatio situm erat, ut ibi inter sese quæ vellent, loquerentur, & omnem ex animo iracundiam evomerent, quod ubi fecissent tandem concordes domum redibant. *Valerius Maximus.* Dea viri Placa appellabatur, non uxorem à viro placandam, sed virum ab uxore. Quo spectant versus *Ovidii.*

Has Venus è templo multo radiantibus auro
Lata videt lites, Appiadesq; Deæ.

Item *lib. 2 de remedio amoris.*

Turpe vir & mulier juncti modo, protinus hostes,
Nam istas lites Appias ipse probat.

Quæ dere *Cælius Rhodiginus, lib. 12. lectionum antiquarum,* idque tum demum admittendum existimaverim, si uterque animo exulcerato cupiat

cupiat à pactione discedere, & eam rem apud judicem urgeat. Aliud dicendum si alteruter nuptias nolit, alter velit. Nam alioqui hac ratione fenestra aperiretur ad omnia sponsalia dissolvenda. Quis enim sponsalia dirimere cupiens, inimicitias aut lites non susciperet, si eo modo sese extricare posset, & à sponsalibus liberari.

§. 83. SUMMARIUM.

Sponsalia solvuntur nuptiis cum alia subsecutis.

SEd & sponsalia vel matrimonium promissum per matrimonium subsequens, nuptiis consummatum solvitur. Veluti si quis post contracta sponsalia aliam uxorem sibi desponderit, & domum deduxerit, sponsalia dissolvi dubium non est, rato manente matrimonio, quod tamen vix fœlix & expers molestiæ fore statuo, ut Hemmingii verbis utar. *Quæ de re supra late.*

§. 84. SUMMARIA.

1 *Sponsalia dissolvuntur lapsu temporis præfiniti.*
2 *Facti species huic rei conveniens à nemine ante hac ficta.*

ITem dissolvi † sponsalia lapsu temporis seu termini, qui contractui præfinitus est, *Doctores tradunt cap. sicut de sponsalib.* Sed nemo est, qui facti speciem huic rei convenientem fingat. Ego id ita accipiendum esse existimo. Si quis filiam alicui † promittat, ut eam intra annum vel biennium vel Calend. Junii ducat. Vel si mulier ita matrimonium promittat. Ego tecum contraho matrimonium, modo illud intra biennium consummaveris, neque post biennium illa promissione teneri volo, si nuptiæ subsecutæ non fuerint: dubium non est, quin si per alterum steterit, cui promissio facta est, quo minus nuptiæ fiant, alter obligatione liberetur, quia ex quo ab alio non completur contractus die & termino præstituto, alter per quem non stetit, resilire à contractu potest, & alii nubere. Exemplum de Phœrora supra attulimus, qui filiam Phaseli filio se daturum promisit, pollicenti se intra diem 30. illam ducturum, & cum ille amore ancillæ teneretur & nuptias non pararet, intra tempus definitum, Phæraras illi filiam dare recusavit. *Zonares.* Neq; hic requiri existimo, ut alter ea de re monitus & interpellatus, dicat se nolle nuptias, *quod Didacus sen-*

1

2

tit. Nam contractus hic, *ut tradit Panormitanus* recipit conditionem quandam, hanc scilicet, promitto & ex ea promissione obligari volo, si tu dotem dicta & præfinita contractui satisfeceris, sin minus, obligari nolo, veluti inquit, si centum in festo Paschatis Mævius Titio promittat, ea lege si librum Titius daret in festo Paschatis, & is librum non dedisset, sequitur post Paschatis festum Mævium amplius obligatum non esse. *Panorm. c. sicut ex literis, de sponsalib.* Sed hæc sponsalia vel pactiones sub modo vel conditione cõtrahi videntur, ideoque his annumeranda sunt, & de illis judicium faciendum ut de reliquis sponsalibus sub conditione vel modo. Nam quibuscunq; verbis concipiantur, sub conditione contracta esse censentur, nisi nodum in scirpo quærere velimus, hoc est, si nuptiæ factæ fuerint, die dicta intra terminum præfixum, & ita accipiendum esse capitulum, sicut ostendunt verba, nisi certum terminum, infra quem dictam Paulinam in uxorem duceret, præfixit, nec per eum fietit, quo minus ad statutum terminum matrimonium consummaverit, hoc est, Petrus promisit se Paulinam ducturum in uxorem intra biennium, & nisi infra illum terminum Paulina nupsisset, se amplius obligatum esse nolle, illa noluit nubere, & tempus elapsum est, Petrus aliam duxit, absolvitur. Nam in hoc contractu terminus appositus est ab utroque & utriusque respectu, ideoq; ad finiendam obligationem adjectus esse videtur. Quare tempore lapso si per alterum stat quo minus impleatur contractus alter non tenetur amplius, quia expiravit obligatio. Quæ & Joannis Andreæ fuit sententia. Et id de sponsalibus sub conditione contractis intelligendum esse diximus. Nam si pure contracta sint sponsalia, deinde inter sponsum & sponsam vel parentes de die nuptiarum conveniat, isq; præterierit, non recte dicimus idcirco obligationem, quæ sine ullius diei conditione contracta erat, expirasse. Idq; benè notat *Anthonius de Butrio & Abbas, quem alii sequuntur, ut Didacus part. 5. c. 5. n. 8.* licet *Propositus* contra sentiat sed male.

§. 85. SUMMARIUM.

Sponsalia per interdictum Ecclesiæ differuntur.

SPonsalia etiam differuntur per interdictum Ecclesiæ, quo quis nuptias contrahere prohibetur, quoad lis finita sit, is, qui alteri matrimonium promisit, *cap. cum Apostolica de sponsalibus, & consilio matrimoniali 35.*

§. 86.

§. 86. SUMMARIUM.

Sponsalia suspendi si præjudicialis quæstio incidat.

ITem si incidat præjudicialis quæstio, quæ prius terminanda sit, sponsalia suspenduntur, veluti si puella compressa dicat, sibi fidem de conjugio datam esse, & poculum abortionis à stupratore propinatum fuisse ad tollendum partum qui in utero sit, vel sterilitatis medicamenta data. Certe hæc quæstio criminalis tanquam præjudicialis, primo expedienda & dijudicanda est, antequam de matrimonio cognoscatur: Quippe de crimine potius judicare oportet, quod tanquam majus, minori merito præfertur. *2. q. 10. c. non est credendum, & ibi bona glossa in §. aliquando & toto T. de ordine cognitionum, s. 1, & ibi glossa magna.*

§. 87. SUMMARIA.

1 *Sponsalia diffamative suspenduntur.*
2 *L. diffamari beneficium & ejus practica.*
3 *Forma sententiæ.*

HIs adjice† & hunc casum quo sponsalia suspenduntur & impediuntur. Si quis Titium, qui uxorem ducturus est, traducat, & apud viros bonos deferat, quod sponsalia cum alia contraxerit. Nam & hic sponsalia impediri nemo non videt. Idcoque diffamatus ad tollendum impedimentum beneficio legis diffamari uti potest & debet, ne si id negligat existimationem & famam neglexisse videatur, quæ tamen viro bono negligenda non est, *cap. nolo 12, quæst. 1.* Deinde quod sponsalia aut nuptias recte contrahere non possit, antequam impedimentum removerit actione ex lege *diffamari* instituta: cujus hæc est summa, ut diffamatus† judicem adeat, illique exponat & queratur se à Mœvio traduci & diffamari, quod matrimonium filiæ suæ promiserit, qui hac ratione sponsalia, quæ cum virgine contrahere decrevit impedire & distrahere conetur. 1 2

Itaq; se petere ut citationem decernat, & Mœvio diem dicat, quo in jus venire & causas criminationis proponere & demõstrare cogatur, sub pœna perpetui silentii. Atq; ei petiti judex citationem denegare non potest, cujus forma jam in libris formulariorum & tractatu

doctoris Beustii reperire licet. Reus autem in jus vocatus venire, & causlas diffamationis & suggillationis exponere & deducere cogitur. *Bartol. l filia de accusatoribus.* fitque actor quoad causlam principalem, & diffamatus reus. *Blaterus late d. l. diffamari, C. de ingenuis manumissis.* Delatore (vel diffamatore ut vocant) comparente queritur Titius diffamatus, sese injuria traduci & deferri, quod filiæ suæ fidem dederit, petitque à judice ut Mœnium jubeat obtrectationem & suggillationem probare, aut imposterum maledictis & obtrectationibus abstinere. Quod si tum diffamator neget se diffamasse Titium, Titio incumbit probatio, cui si probatio defuerit, absolvitur Mœvius, & in expensas condemnatur Titius. Sin autem diffamator in jus vocatus sermonem quem de Titio sparserit, probare non poterit. Judicis partes sunt, illum in expensas condemnare, & perpetuum illi silentium imponere. Quod si diffamator in jus vocatus non veniat (nam & id ei liberum est) contumaciæ pœna plectitur, hoc est, silentium ei imponitur, ne imposterum Titii famam suggillet & criminetur, & qui diffamatus est, securus redditur, ut sine impedimento sponsalia vel nuptias contrahere possit, metu in quo versabatur amoto, propter obtrectationem & suggillationem Mœvii. Qui effectus hujus citationis præcipuus est. Deinde ut calumniis occurratur delatoris, qui in jus vocatus, voluntatem suam declarare cogitur, an agere velit vel ab accusatione desistere. *Innocent. cap. cum nobis, de electione. Batrig. c. cum inter de exceptionibus.*

Interim tamen unam citationem non sufficere Doctorum est recepta sententia, sed si reus in jus vocatus non veniat, denuo, hoc est, secundo citandum esse, antequam ei perpetuum silentium imponatur, & diffamatus securus reddatur. Idque ratione optima nititur, quod cum silentii impositione via agendi diffamatori præcludatur, ideo hic properandum non sit, cum magni sit res præjudicii, & nemini jus suum temere auferendum sit, & ad pœnitendum properat, cito qui judicat. *Du fol juge brisue sentence.*

Citationis autem secundæ hæc summa erit, ut quando quidem Mœvius in jus vocatus non venerit, Titium de ejus contumacia questum esse, & actione adversus eum instituta petiisse, ut ei silentium perpetuum imponeretur. Id tamen adhuc se impetrare non potuisse parte altera inaudita, qua de causla se denuo illum in jus vocare, ut si

sua

sua interesse putaverit, ad diem octavum Octobris in judicio adsit, caussam dicturus, cum illa præmonitione, ut sive veniat sive non ad partis petitionem sententiam latam iri, quæ juri & æquitati sit consentanea. Quod si ne tum quidem ad diem præfinitum diffamator veniat, ad audiendam sententiam citari debeat, citatione in hunc modum concepta. Cum bis in jus vocatus non venerit, sed contumax factus sit, ea de caussa judices sententiam concepisse quem ad diem Octobris novum publicare constituerit. Quare se adhuc eum, & quidem peremptorie vocare & citare, ut ad diem adsit, vel procurator ipsius ad audiendam sententiam, & hoc sibi prædictum sciat, sese sive veniat, sive non veniat hanc litem terminaturos & quod æquum sit decreaturos esse. Ubi dies illuxerit reo dictus, & ille sese non stiterit, ad petitionem actoris sententiam judices pronunciant, cujus hæc † formula esse potest. 3

IN Sachen legis diffamari, N. N. Klägerin eines / vnd N. N. Beklagten anders / vnd seiner Tochter dritten Theils / erkennen wir verordente des Consistorii auff eingebrachte Klage vnd vngehorsam Außbleiben des Beklagten / vnd allem fürbringen zu Recht / Demnach Beklagter sampt seiner Tochter / den Klägern bey ehrlichen Leuten hin vnd wieder angegeben vnd außgetragen / auch Klägern selbst vorweißlich auffgerückt hat / als solte er seiner Tochter N. die Ehe versprochen haben / dessen doch Kläger nicht geständig / auch auff sich ersitzen zulassen nicht bedacht / vnd derwegen Beklagten vnd seine Tochter für diesem Consistorio mit Recht fürgenommen / die auch ordentlich citiret vnd vorbeschieden / jhre Klage so sie einige zuhaben vermeineten / fürzubringen vnd außzuführen / auch folgendes auff vngehorsames Außbleiben durch öffentliche edicta angeschlagen / vnd peremptorie citiret worden / Sie aber weder durch sich / noch jhren gevollmächtigten Anwaldt erschienen / So wird Kläger von des Beklagten vnd seiner Tochter vermeinter Forderung billich entbunden vnd loßgezehlet / wie wir dann jhnen hiemit absolviren vnd loß erkennen / vnd sol Beklagtem ein ewig Stillschweigen solcher Sachen halben auffgelegt seyn / daß er derwegen künfftiglich nicht zu hören / als wir jhm dasselbige hiermit auffer legen / Erlauben auch vnd geben noch den Klägern / sich mit einer andern seines Gefallens gebührlicher weise vnd nach Christlicher Ordnung einzulassen vnd zuvermähl-

l. n. vel quod magis placet, vnd ſol Kindern mit einer andern ſich einzulaſſen vnd zu verehlichen hiemit vnbenommen vnd freyſtehen oder ſeyn, von Rechts wegen.

§. 88. SUMMARIA.

1 *Luctu ſuſpendi ſponſalia.*
2 *Luctus viduis quare præfinitus.*

1 SEd & luctus † matrimonium impedit promiſſum & ſuſpendit, quo minus id ad exitum perduci conſummarique poſſit. Nam vidua marito mortuo intra annum luctus nubere prohibetur. *l. 1. & l. liberorum, de his qui notantur infamia.* Et quidem duabus de cauſſis id tempus luctui præfinitum eſt, ut recte Græci notarunt. *Harmenopulus lib. 4. T. 6. & libr. 4. T. 1.* Primo ne fiat ſanguinis turbatio, *ut JCtus loquitur l. liberorum*, Græce *σύγχυσις τῆς γονῆς*, hoc eſt,
2 ſeminis † confuſio, quod fiet ſi marito mortuo ſtatim mulier alteri nuberet. Quid enim ſi inter bimeſtre vel trimeſtre vidua alteri copuletur, quæ ſe gravidam ignoret? dubitatio illa exiſtat neceſſe eſt, uteri partus tribuendus ſit, priori ne an poſteriori, cum mulier ſeptimo, octavo, nono, decimo menſe pariat ex Medicorum & Juriſconſultorum ſententia, idque notius ſit, quam ut demonſtratione egeat. *Gellius libr. 3. cap. 16.* qui veteris Poetæ Cecilii verſus recitat. Inſolet ne mulier decimo menſe parere? poſt nono etiam, ſeptimo atque octavo. Qua ex re quantum mali oriatur nemo non videt, nimirum ut filius prioris mariti poſteriori, vel econtra poſteroris priori ſupponatur, & ut verus ac legitimus hæres hæreditate paterna defraudetur, ſuccedat autem falſus & adulterinus in ea bona, quæ alteri jure naturæ & gentium debentur. Itaque rectè veteres nuptias illas quæ ejuſmodi incommoditatibus materiam præbent improbarunt & immaturas appellarunt Græci *ἀώρους*. *l. 1. C. de ſecundis nuptiis, Novella 22. Plin. lib. 4. epiſt.* Nuptias lugentis, nuptias ſenis, quorum alterum immaturum alterum ſerum eſt. Item nuptias feſtinatas. *Suetonius cap. 69. in Auguſto* de Liviæ nuptiis loquens quaſi dicat præcoces vel præcoquas, id eſt, præproperas.

Altera ratio eſt, quod marito mortuo uxor reverentiam debet, ideoque

ideoque luctui aliquod tempus impendere conveniat, ne si statim ad secundas nuptias transvolet, prioris mariti amorem & memoriam ex animo prorsus depositisse videatur, quod matronas honestas non decet. *Seneca.* Obliviſci ſuorum ac memoriam cum corporibus efferre, & effuſiſſime flere, meminiſſe pauciſſime, inhumani eſt. Item *Vives.* Maximum argumentum impudici animi eſt & ſævi, non plorare maritum extinctum. Idque viduis *apud Homer.* Minerva exprobrat *Odyſſ. π.* Noſti enim, inquit, qualis in fœmineo pectore mens eſt. Illius cui nupſerit vult domum ditare & juvare. Nec piorum filiorum aut defuncti viri nuptias meminit. Et *Seneca lib. 8. epiſt.* Annum ad lugendum conſtituere majores non ut tam diu lugerent, ſed ne diutius. Quam tamen mihi ex illis mulierculis dabis, vix retractis à rogo, vix à cadavere revulſis, cui lachrymæ in totum menſem duraverint, &c. Qua de re exemplum extat *apud Plutarchum in vita Lycurgi.* Lycurgi fratre mortuo uxor fratris uterum gerens, Lycurgo nuntiari juſſit, ſe paratam eſſe, ad abolendum fœtum, ut ipſi nubere poſſet, regnum Spartæ obtinenti. Lycurgus ſimulavit ſibi placere conſilium, ſed tamen non eſſe corpus veneficio lædendum ſed curaturum, ut infans quem peperiſſet ſtatim è medio tolleretur. Cum filius editus eſſet, filium ad ſe recepit & educari juſſit, & in ſolio Regio deponi, &c. Quod cum per ſe turpe eſt, tum levitatis & incontinentiæ opinionem apud viros graves parit. Neque enim feſtinatæ illæ nuptiæ à ſtupri & veneficii ſuſpicione abſunt ut rectè quidam ſcripſit. *Argumento ſunt verba Suetonii cap. 1. in vita Claudii,* Livia cum Auguſto gravida nupſiſſet, intra menſem tertium peperit, fuitq; ſuſpicio ex vitrico per adulterii conſuetudinem procreatum. Atque hac ſuſpicione ut liberentur, luctus tempus expectare debent, & Charites exemplum ſequi, cujus elegantiſſima eſt *apud Apulejum lib. 6. de aureo aſino* oratio ad Thraſillum ejus nuptias ambientem, ſtatim à morte mariti Leoptolemi. Adhuc, inquit, mei chariſſimi mariti facies pulchra illa in meis diverſatur oculis, adhuc odor cinnameus ambroſii corporis per nares meos percurrit. Adhuc formoſus Leoptolemus in meo vivit pectore. Boni ergo & optimi conſules, ſi luctu legitimo fœminæ neceſſarium conceſſeris tempus, quoad reſiduis menſibus ſpatium reliquum compleatur anni. Quæ res tum meum pudorē & tuum ſalutare commodum reſpicit, ne forte immaturitate

turitate nuptiarum indignatione justa, manes acerbos mariti ad exitium salutis tuæ suscitemus. *Hucusque Apulejus.* Valeria Messalina Sulpitii conjux, cum interrogaretur à fratribus post mariti mortem, & ætate esset integra, & corpore sano, & eleganti forma, an iterum nubere vellet? Minimè vero inquit illa. Nam Sulpitius mihi semper vivet. Itaque rectè illa *apud Ovidium.*

Perpetuoq; mihi sociatum fœdere lecti
Non patitur miseri funera flere viri.

His consentanea sunt quæ in Novellis traduntur, animam defuncti nuptiis repetitis contristari. Huc accedit quod etiam necessarios & amicos quos dileximus lugere honestum sit, idque ex charitate, qua erga illos afficimur. Nam inhumanitas quædam est non virtus, funera suorum, iisdem oculis, quibus ipsos videre, nec commoveri ad primam familiarium divisionem, *inquit, Seneca, lib. 1. epistol. Item in libello de consolatione ad Albinam.* Nam & infinito dolore, cum aliquem ex charissimis amiseris, affici, stulta indulgentia est, & nulla nimis inhumana duricia, optimum interpietatem & luctum temperamentum est, & sentire desiderium & opprimere. Christiana fœmina memoriam mariti non velut mortui sed absentis colet, majore veneratione & pietate quam fletu. Vives. Idque apud gentes omnes usitatum fuisse veterum scripta testantur. Joseph patrem suum luxit 40. diebus, *ut ex verbis Genes. c. 50. colligitur:* & impleti sunt super eo 40 dies, *ubi Procopius Gazæus* Ægyptii, inquit, illum numerum in lugendis & ad sepulturam præparandis mortuis observarunt. Penes Judæos in usu fuisse 30. dierum spatium satis comprobant exempla Aaronis, Mosis, quibus elugendis 30. dies dati sunt, *ut patet ex Numeris & Deutero.* Et Abraam uxorem suam Saram defluit, & David Saulem, & puella captiva parentes lugere jubetur 30. dies antequam nubat. *Deuter. 21.* Idque prophanæ gentes secutæ sunt. Romæ post cladem Cannensem Senatus consulto 30. dies luctui præstituti fuere *Livius lib. 2. Decad. 3. tradit Alexander lib. 3. c. 7. genial. dier.* Quod si cognati lugendi sunt, multò magis decet viduam ægritudinem ex mariti interitu conceptam ostendere, ut quæ scire debet, non modo dimidium animi sui periisse, sed ipsam totam sibi ereptam & extinctam, & non solum mente sed rebus ipsis & factis testari, imprimis autem continentia, in qua hodie luctus consistit

l. decreto

l. decreto, quibus ex cauſ. majores, ut quæ non cognatum ſed cui corporis membrum amiſerit.

§. 89. SUMMARIUM.

Habitus lugubris.

ITaque olim matronæ lugentes aurum atque purpuram deponebant, atque cum eluxiſſent denuò ſumebant. *Livius lib. 4. de bello Macedon.* Atras autem veſtes induiſſe qui lugerent parentes cognatos vel uxores, ex veterum ſcriptis deprehendere licet. Unde & atrati dicuntur, funebri vel lugubri veſte induti. *Cicero in Vatinium.* Cedo quis unquam cœnavit atratus, id eſt, funebris veſte indutus. *Macrob. lib. 3 c. 15. Saturnalior.* Craſſus vir cenſorius murænam in piſcina domus ſuæ mortuam atratus tanquam filiam luxit. Neq; id Craſſus erubuit, ſed ultrò etiam (ſi Diis placet) gloriatus eſt cenſor piam affectuoſamque rem feciſſe jactans. Item pullati, hoc eſt, pulla vel atra veſte induti, qua in luctu uti ſolent. *Cicer. in Vatin.* Atqui illud ſcire cupio, quo conſilio feceris, ut in epulo Q. Arii familiaris mei cum toga pulla accumberes. Item, quis in funere familiari cœnavit cum toga pulla. Et *6. in Verrem.* In hac officina majorem partem diei cum tunica pulla ſedere ſolebat. *Nicetas de Alexio Comneno*, neque ulla matrona, *inquit*, quandiu is imperavit, ob maritum interfectum pullam veſtem induit. Cui contrarium eſt albatus, id eſt, albis veſtib. ornatus. Nam olim vereres diebus feſtis albas veſtes ſumebant & induebant. *Cic. in Vatin.* Quum tot hominum millia accumberent, cum ipſe epuli dominus Q. Arius albatus eſſet, tu in templum Caſtoris tecum C. Fidulo cæteriſque tuis furiis recepiſti. *Horat. Serm 2. Feſtos albatus celebret. Plutarchus.* Simul ut in luctu atras veſtes ſumpſerunt. *in vita Pompeii.* Item, in luctu virorum præſtantium, equorum mulorumque jubas & crines totondiſſe *ex Plutarcho colligitur, in Alexandro*, ac tybiarum muſices uſum inhibuiſſe.

§. 90. SUMMARIUM.

Luctus ſolennia quæ in habitu conſiſtebant remittebantur, ſed non luctus in continentia conſiſtens.

ATque hæc luctus solennia, quæ in habitu consistebant, facile ejus remittebantur, sed non luctus in continentia consistens. Idq; ex Festo colligitur. Deponebatur luctus publicus, dedicatione ædis, quum lustrum censoribus condebatur, aut publice votum solvebatur. Privatus, cum liberi nascerentur, cum honos in familia veniret, quum pater, liberi, aut vir aut frater ab hostib. redirent, cum puella desponderetur, cum propinquior quis cognatione, quam is qui lugeretur natus esset, quū in sacro Coreris constitissent, &c. Quæ omnia de squalore & habitu lugubri accipienda esse recte Valla scripsit, non de continentia, quam mulier servare debet. Idq; enim mulieri idcirco nubere licebat, intra tempus luctus, purpuram atque aurum sumere, & lugubrem vestem deponere licebat. Idq; Gordianus Imp. statuit *d. l. decreto*. Decreto amplissimi ordinis luctu fœminarum diminuto, tristia habitus cæteraq; hujusmodi generis insignia mulierib. remittuntur, non etiam intra tempus quo iis elugere maritum moris est matrimonium contrahere permittitur. Illud ad Theutonū, cujus nos hic reliquiæ sumus laudem pertinet, quod Tacitus refert. Apud Germanos, inquit, veteres, tantum virgines nubunt, & cum spe votoq; uxoris semel transigitur, sic unum accipiunt, quasi unum corpus, unamq; animam: nec ulla cogitatio ultra nec longior cupiditas, ne tanquam maritum sed tanquam matrimonū ament. Unde colligitur, illorum uxores post mortem mariti in perpetuo luctu vixisse, nec unquā rursus viris nupsisse. Qua de causa etiam Cymbrorum & Theutonū uxores post prælium ad aquas Sextias commissum, quo pene omnes cæsi sunt, Marium oraverunt, ut se dono mittere vellet virginib. Vestalib. sese non minus quam illas virilis concubitus expertes victuras, idque eo facilius, quod ut dictum est, maritis mortuis, non denuo nubere, sed perpetuo lugere solebant. Sed cum id à Cajo Mario impetrare non possent, mori maluerunt, quam adulterio aut stupro pollui. Itaque nocte sequenti, omnes se laqueis præforarunt. Romæ adhuc videre licet trophæa Marii de Cymbris in via Flaminea.

§. 91. SUMMARIA.

1. *Tempus luctus.*
2. *Hebræi viduas tres menses expectare jubent.*
3. *Connanus refutatur.*

Nunc

NUnc de tempore † luctus dicendum, quod viduis leges præstituerunt. Hebræi ut ex eorum pandectis constat, viduas † tres menses expectare jubent, antequam mariti defuncti fratri vel alii nubant, quo certo cognosci possit, utrum prægnantes sint. Quo spectant verba [*vlo thchloz vlo thithibm ischh aed schibea loh; schdoschim mmithath beloh schemo hia menbereth*] id est, vidua non exuat calceamentum, neq; nubat cognato viri, antequam menses tres elapsi sint, ne forte gravida sit. Unde colligitur prægnantem duci non posse & tempus luctus expectandum esse, saltem trium mensium, quo explorari possit, num vacua sit mulier an vero uterum ferat. Romani veteres decem menses luctui præstituerunt, quod tanto spatio mulier concipiendo uterum ferendo occupata sit, & quod longissimum id sit pariendi tempus & legitimum. Quo spectat illud Poetæ. 1 2

Mares longa decem tulerint fastidia menses.

Idque Numam primum constituisse Plutarchus author est. Luctui etiam, inquit, habita ætatum & temporum ratione, modum præscripsit, nimirum pueros minores triennio non lugendos, majores natu non plures menses lugere, iis quos vixissent annis permisit, usque ad denarium numerum, neque amplius ulli ætati concessum. Itaque longissimum luctus tempus decimo mense fuit terminatum, ac tamdiu etiam mulieres à morte maritorum viduæ permanebant. Quod etiam *Ovidius 1. Fastorum* expressit his verbis

Quod satis est utero matris dum prodeat infans.
Hoc anno statuit, temporis esse satis,
Per totidem menses à funere conjugis uxor
Sustinet in vidua tristia signa domo.

Et *lib. 3.*

Adsuetos igitur numeros servavit in anno,
Hoc luget spatio fœmina mœsta virum,

Item:

Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus,
Seu quia bis quino fœmina mense parit:

Loquitur autem de anno Romuli quod decem tantum mensibus constabat, atq; id spatium temporis aliquot seculis, & Ciceronis etiã ætate à viduis observatum fuisse *ex Ciceronis pro Cluentio oratione*

constat. Ubi Cicero Cnei Magii uxorem increpat, quod prægnans à marito jussa apud socrum habitare quoad peperisset, Oppianico quinto post mense nupserit. Quæ mulier, inquit, obtestatione viri, decem illis mensibus, ne domum quidem ullam, nisi socrus suæ nosse debuit, hæc quinto mense post viri mortem, ipsi Oppianico nupsit. Quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt, erant enim non matrimonii dignitate sed sceleris societate conjunctæ. Et *Seneca de consolatione ad Albinam.* Majores decem mensium spatium lugentibus viros dederunt, ut cum pertinacia muliebris mœroris, publica constitutio decideret, non prohibuerunt luctus, sed finierunt. *Plutarchus* Matronis petentibus ut liceret Coriolanum lugere, concesserunt luctum decem mensium, quo parentes liberos fratresque prosequi mos erat, idque tempus longissimi luctus Numa definierat. *in vita Coriolani. Dionys. Halicarn. lib. 5.* Matronæ universæ eum sicut prius Junium Brutum de posito auro atque purpura per integrum annum luxerunt, non aliter, quam in luctu domestico, &c. *Loquitur de Valerio Publicola. & lib. 8.* Romani privatim ac publice luxerunt hominem scilic. Martium: ac eorum matronæ sicut in domestico luctu posito auro ac purpura ornatuque cætero, at eo amictu sunt usæ per annum integrum: *Dionys. lib. 9.* Menennius qui publicis impensis à Senatu funeratus fuerat, & à matronis honoratus luctu annuo. Et de illo etiam anno accipienda sunt verba Livii *lib. 2.* Magnum decus morti Bruti publica mœstitia attulit, & eo ante omnia insignius, quod matronæ annum eum ut parentem luxerunt. *Plutarchus de Publicola.* Mulieres quoque communi sententia seorsim inita totum annum eum luxerunt. Quæ res magno ei honori atque decori fuit. Et *paulò post.* Non aliter quam si filium, fratrem patremue, omnes communem amisissent. Verba etiam Senecæ & Apulei supra recitata. Nam Valentinianus & Theodosius primi id tempus auxerunt, & duos menses adjecerunt, idque *l. 2. C. de secund. nupt.* disertis verbis traditur, nimirum se parum temporis post decem mensium spatium adjecisse, duos sc. menses, ita ut 12. menses, hoc est, annum integrum viduæ luctui impendere debeant. Cujus rei rationem hanc adfert Connanus, quod cum mulier etiam undecimo mense parere possit, ideo etiam longius tempus præscribendum fuisse, idque. D Adrianum in judicando secutum esse, *teste Gellio lib. 3. cap. 6.* qui scribit, fœminam bonis atque honestis

mori-

moribus, non ambigua pudicitia, in 11. menſe poſt mortem mariti peperiſſe, factumq; eſſe negotium propter rationem temporis, quaſi marito mortuo poſtea concepiſſet, quoniam decemviri in decem menſibus gigni hominem non in undecimo ſcripſiſſent. Sed Divuum Hadrianum cauſſa cognita decreviſſe in 11. partum edi poſſe, idque ipſum ejus rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus id ſtatuere ſe dicit, requiſitis veterum Philoſophorum & Medicorum ſententiis. *Hucuſque Gellii verba.* Ego † tamen Connano ſubſcribere non poſſum, idque quod partus ſub initium undecimi menſis editus legitimus cenſeatur, & ſi ſub finem edatur, juſtus non ſit, ut Juſtinian. *Novella 39.* ſtatuit, idque in judicando ſecutum eſſe Hadrianum verisimile eſt. Itaque mihi verisimile non fit, Imperatores Theodoſium & Valentinianum ad longiſſimum tempus pariendi reſpexiſſe, alioqui ad decem menſes dies aliquot adjeciſſent, non duos menſes integros. 5

Deinde quod Jureconſulti ex his quæ uno aliquo caſu accidere poſſunt jura non conſtituant. Nam ad ea debet aptari jus, quæ & frequenter & facilè, quam quæ perraro accidunt, *ut loquuntur Pomponius & Celſus, l. 3. & 4. de legib.* Et antiquos Romanos Varro dicit non recepiſſe hujuſmodi, quaſi monſtroſas raritates, ſed nono menſe & decimo, neque præter hos alios partionem mulieris ſecundum naturam fieri exiſtimaviſſe. *Celſ. lib. 3. c. 16.* Probabilius eſt, Valentianum & Theodoſium qui religione Chriſtiana imbuti fuerunt, ex ſacris literis duos hoſce menſes adjeciſſe, idque neceſſarium omnino fuiſſe. Nam mulier decimo ut plurimum menſe, hoc eſt, quadrageſima hebdomada, *ut Gellius loquitur lib. 3. cap. 10.* parit, & poſt partum ex inſtituto legis Moſaicæ *Levit. 12.* ſecedere & ſola eſſe jubetur ſeptem diebus primis à partu, quibus adeo immunda & polluta cenſetur, ut nemini cum ea verſari liceat, & ne quidem marito: ſequentibus autem triginta diebus in cruore purificationis manere, quoad purgetur, nec ſacrum quid tangere, mariti etiam congreſſum fugere debet, ut Hebræi tradunt. Thalmudiſtæ addunt, ad mulierem virum neque accedere, neque digito tangere eam debere, antequam menſtrua hebdomadam integram fluere deſierint. Et qui ante id tempus id fecerit, capite puniendum. Imo non permittunt uxori cum marito in veſtibus dormire aut in communi menſa prandere, nec di-

gito marito eam tangere *c. negativo 3.* Qua in re lex infirmitati mulierum consulere voluit, spatio dierum 40. præstituto, ad vires quæ partu exhaustæ & attenuatæ essent recuperandas. Idque etiam conditionem & naturam fœminarum postulare, res ipsa ostendit. Itaq; & hodie apud omnes propemodum gentes Christianas, puerperis quies sex hebdomadarum plus minùs conceditur, quibus valetudinem curent, pedem extra domum non ponant nec evagentur.

Idque secuta est ecclesia prima, quæ inter domini natalem & festum purificationis dierum 40. intervallum constituit, hoc est, hebdomadas sex plus minus, & eo ipso indicare voluit id temporis spatium puerperis præstitutum esse, ad sanitatem recuperandam, & corpus curandum & purificandum. Quod si ergo tempus pariendi longissimum & purgationis conjungatur, 12. plus minus menses conficiet. Quid enim si mulier paulò ante mortem mariti conceperit & 10. mense peperit & purgationi tempus sex vel septem hebdomadarum impendat ex lege divina, quæ sub pœna mortis id constituit: nemo non videt, annum pene integrum absolvi, antequam nubere possit. Atque ea res Imperatores movit, ut spatium illud luctus duobus mensibus auxerint, quod id longissimum sit pariendi & purgandi tempus. Et Canutus Daniæ Rex ante annos quingentos lege Anglis lata idem sanxit his verbis: Mulieres viduæ bis senos menses exigunto, atque tum demum cui volent nubant. Sin quæ ante annum nupserit, dote mulctetur, fortunis omnibus à priore marito relictis privetur, eaque omnia cognatione proximus habeto, *Gulielmus Lambertus in Archæonomia.*

§. 92. SUMMARIUM.

Tempus luctus etiam hodie retinendum inter Christianos.

ETsi autem Mosis lex ad nos non pertinet, & pœnæ severitas sublata est, tamen in ritu purgationis manet genus, hoc est, ipsa naturæ ratio, lege confirmata, quæ tanti facienda est Christianis, ut eo tempore, nec maritus uxori molestus esse, & uxor se marito excusare debeat, si petat quod petere non decet. Dierum tamen numerus à Mose præscriptus non ita præcise servatur. Et hanc legem

legem etiam inter Christianos retinendam esse & observandam, ex iis quæ diximus planum est. Itaque recte Genevenses eam veluti antiquatam in suam Rempub. receperunt, constitutione edita, ne vidua alicui matrimonium promittat, antequam sex à mariti morte menses elapsi sint, idque sub pœna arbitraria, nisi veniam à Senatu impetraverit. *cap. 167.* Quod si promittere fas non est, multò minus nubere.

§. 93. SUMMARIA.

1 *Qui mariti lugendi sint.*
2 l. liberorum, ff. de his qui not. infam. *explicatur.*
3 *Viri ignominiosi non lugendi.*
4 *Luctus tempus continuum.*

INterim tamen non quosvis marios uxores lugere † tenentur, sed eos tantum qui integræ existimationis & famæ fuerunt. Nam illis tantum honor & reverentia debetur, de illis frequenter loquendum, & eorum memoria celebranda, *ut Senecæ verbis utar.* Annum autem integrum viduas lugere oportet, etiamsi constet eas prægnantes non esse, ut quia statim post mortem mariti pepererint. Nam non solum propter seminis confusionem, & incertum uteri, sed & propter reverentiam, quam mariti manibus uxor debet, viduæ intra legitimum tempus nubere prohibent, *ut suprà explicavimus.* Quin & mulier adhuc virgo & à viro integra maritum mortuum, antequam in ejus cubiculum perveniret, lugere debet, si tamen ei in nuptiis tradita sit & mancipata, vel domum ducta. *l. denique, de rit. nupt. Harmenop. lib. 4. c. 7.* Viduæ tamen à principe impetrare solent, ut intra legitimum tempus nubere liceat. *l. liberorum, de his qui not. infam.* Quod † ego de illis accipiendum existimo, qui prægnantes non sunt, ut quia pepererint mortuo marito, vel omnino cōstet eas vacuas esse, aut quia sexto aut septimo mense non intumescat uterus, menstrua fluant, vel alia adsint indicia, ex quib. certo cōstet, eam uteri cū non ferre. Nam prægnantib. id principes concessisse, mihi nō fit verisim le. Ita Cajus Caligula, cū dedicaret templū Augusti, justitiū indixit, & luctū inhibuit, & cōcessit, ut viduis liceret, intra consti-

constitutum quidem tempus nubere ἂν γὲ μὴ ἐν γαστρὶ ἔχωσιν, id est, siquidem prægnantes non essent. *Dion. lib. 59.* Ita cum Octavia Augusti soror fœderis sanciendi caussâ Antonio desponsa esset, & ea legibus prohiberetur nubere, quod nondum 10. menses à morte mariti M. Marcelli elapsi essent, per Senatum legibus solvi eam necesse fuit. *Plutarch. in Anton.* Postquam in hoc, inquit, consensum utrinq; est, Romam venerunt, & nuptias ibi fecerunt, & Senatusconsulto permissum Octaviæ, ut ante decimum mensem à morte mariti prioris rursus nuberet. Zonaras refert: Octaviæ mulctam, quam persolvere debuisset, quod intra legitimum tempus nupsisset, SCto remissam fuisse, ἐπειδὴ ὅπω παρῆκεν ὁ πένθιμος χρόνος ψήφῳ τῆς συγκλήτου ἐλύθη τὸ ὄφλημα. Etsi autem prægnantem fuisse Octaviam cum desponderetur *Dion. refert lib. 48.* tamen prægnantem nupsisse, nemo est qui scribat.

3 Sed & viri † ignominiosi, vel infamiâ notati uxor intra annum luctus nubere non prohibetur, & quidem statim à partu. Idque quod marito honorem & reverentiam nullam debeat, qui sibi ipsi labem aspersérit, ut nomine & memoria indignus sit. Deinde cum certum sit eam prægnantem non esse, seminis confusio metuenda non est. Infames appello qui publico aliquo judicio damnati sunt, ut suspendiosi, hoc est, qui suspensi sunt, rei perduellionis, & qui sibi ipsis mortem consciverunt non tædio vitæ, sed mala conscientia, *d. l. liberorum.* Item, hostes, adulteri, homicidæ, latrones, falsarii, & id genus facinorosi homines, quorum nomen & memoria perpetua oblivione delenda est, tantum abest ut honore affici debeant. Nam rectè Salomon: Memoria justi laudem habet, impiorum verò sordet. Nam nec propinquus ejusmodi hominum mortem lugere fas est. Imo Tyberius capite damnatos propinquos lugere vetuit. Et pater Syllani qui sibi mortem consciverat, ejus funeri non interfuit, ut refert Suetonius. Andronicus Imperator filiam Irenem summo odio prosecutus est, & in suum conspectum illam venire vetuit, quod Manuelem maritum lugeret & in pristini amoris signum luctum suum & lacrymis & pullo habitu testaretur, quem Andronicus pater in carcerem conjectum ob affectatum Imperium excœcari jusserat, quod diceret à filia non lugendum esse maritum, qui ipsius patri interitum parasset, sed si (ut piam filiam deceret) patris malis

movere-

moveretur, maritum non minore odio, quam prius amore perſequi deberet. *Nicetas Chroniades fol.* 155.

Luctus autem † tempus continuum eſt, & ideo etiam abſenti & ignoranti currit. *l. à genero, §. ſed cum de iis qui notantur infam.* Itaque 4
ſi vir peregre agens deceſſerit, idque uxor ignoraverit, & interim tempus legitimum effluxerit, & uxor noviſſimo die ſaltem reſciverit eum obiiſſe, poteſt eodem die luctum deponere & nubere. *Harmenopulus lib. 4. T. 7.*

§. 94. SUMMARIA.

1 *Mulier an intra annum luctus nubere prohibeatur ſi divortio ſolutum ſit matrimonium.*

2 *Luctus quid.*

SEd quid ſi divortio ſolutum ſit matrimonium an mulier intra annum luctus nubere † prohibeatur, Et cum eadem hic ratio ſubſit, idem quoque jus conſtituendum eſt. Idque Theodoſius & Valentinianus ſanxerunt, conſtitutione edita, quæ extat *l. conſenſu, C. de divortiis*, ne, ut ipſi loquuntur, de prole dubitandi occaſio detur. Unde colligitur, mulierem prægnantem poſt divortium, ſtatim à partu nubere poſſe, prægnantem non poſſe, idque quod mortuos lugere ſoleamus, vivi nullus ſit. Eſt enim † luctus, ut Cicero definit ægritudo ex ejus, qui charus fuerit acerbo interitu. Idque tum maximè verum exiſtimaverim, ſi culpa viri conjugium diſſolutum ſit, ut ſi ſpado ſit eunuchus, adulter vel ſimili de cauſſa. Nam & mulier viri culpa dimiſſa juſtam mariti ſuccenſendi cauſſam habet, ideoque ei quem merito odit, honorem nullum debet. Nam & mulierem poſt divortium inimicam viro fieri præſumendum eſt, idque veterum authorum teſtimoniis *cap. 13.* demonſtravimus: quæ hic non repetimus, ne actum agere videamur. Ex quibus colligitur multum intereſſe, quod ad hanc quæſtionem attinet, morte an divortio ſolutum ſit matrimonium. 1 2

Et hæc uſu recepta fuiſſe teſtantur veterum monumenta: Refert Suetonius, Iulium Cæſarem diremiſſe nuptias prætorii viri, qui uxorem digreſſam à viro poſt biduum ſtatim duxerat, quamvis ſine probri ſuſpicione, & hic ſeveriſſime Cæſarem jus dixiſſe notat Sue-

tonius, quod scilicet infamia notandus fuisset uterque conjunx, matrimonium autem dirimendum non fuisse. Idque juri civili est consentaneum. Infamia, *inquit Ulpianus*, notatur, qui intra tempus luctus nupserit, & is qui sciens duxit, *l. 1. de his qui notant. infam.* interim conjugium non dissolvitur. Recte Cæsar qui intra tempus luctus nubentes coercendos existimavit, sed severitas & rigor reprehendendus, quod pœnæ modum excesserit, nuptias contractas dirimendo. Ex his tamen colligitur, etiam divortio soluto matrimonio intra tempus luctus viduæ nubere impune non licuisse. Huc spectat quod Papinianus scribit *l. 8. Divus, de divortiis* D. Adrianum, qui alienam uxorem ex itinere domum duxisset, & inde ejus uxori repudium misisset, in triennium relegasse, idque duabus de causis, ut ego sentio, quod ante repudium legitime factum alterius uxorem domum duxisset, hoc est, adulterasset, & quod intra legitimum tempus eam duxisset, quod non licet, ne de prole dubitandi occasio detur, *d. l consensu*, interim tamen matrimonium diremptum fuisse qui dicat, reperi neminem.

§. 95. SUMMARIUM.

Pœna mulierum quæ intra tempus luctus nubunt.

NUnc de pœna mulierum quæ intra tempus luctus nubunt videndum. Et ut antiquissima consectemur, Numæ lege quæ intra legitimum tempus, hoc est, decem menses nupsisset, vaccam prægnantem immolare jubebatur, *ut Plutarchus in Numa refert.* Idque ab Hebræorum sacrificiis petitum esse dubium non est Posterioribus seculis mulctam pecuniariam persoluisse viduas, ex Zonara colligitur, id enim designat vox ἐπιτίμιον qua utitur, hoc est, pœna vel mulcta quæ Claudiæ Senatusconsulto remissa fuit. Jure civili vidua habens antequam duxerit maritum, ignominia notatur, hoc est, infamis fit, & is qui eam duxerit, nisi id ignarus fecerit, aut jussu patris cujus est in potestate Nam qui obtemperaverit, venia dignus est, & is qui passus est ducere, notatur infamia, *l. liberorum. de his qui not. infam.* quæ tamen rescripto Principis aboleri potest, *l. 1. C. de secund. nupt. l. si qua C. ad Tertull.*

Non tantum autem famæ, sed & facultatum jacturam facit mulier,

lier, quæ ejuſmodi immaturas nuptias contrahit. Nam ex mariti bonis nihil capit, nihil ex teſtamento, nihil ex donatione propter nuptias, *l.1. & 2. Cod. de ſecund. nupt.* Neque eſt teſtamento extraneorum quicquam, nam ea pro non ſcriptis habentur, & remanent apud hæredem. Relicta à marito tamquam indignæ eripiuntur, & fiſco vindicantur, quod contumelia maritum affeciſſe, & indignatione juſta mariti manes ſuſcitaſſe videatur, *ut Apulejus loquitur.* Neque in ſecundum maritum mulier transferre poteſt, præter tertiam bonorum partem, liberis non exiſtentibus, vel exiſtentibus non pluſquam virilem *l. hoc edict. C. de ſecund. nupt.* Neque cognatis ſuccedunt, niſi uſq; ad tertium gradum *l. 1. C. eodem.* ſed ut infamia, ita & hæ pœnæ, ſpeciali indulgentia Principis remitti poſſunt *Novel. 22.*

§. 96. SUMMARIUM.

An viri uxores lugere debeant.

VIri tamen nulla lege uxores lugere compelluntur. Itaque ſtatim viro licet matrimonium contrahere, quod nulla feminis confuſio metuenda ſit. *Harmenopulus lib. 4. t. 7. Idem notat Seneca lib 8. epiſt.* Viris nullum legitimum tempus eſt, quia nullum honeſtum *& l. conſenſu c. de repud.* Idq; apud veteres Germanos receptum fuiſſe notat Tacitus: Fœminis lugere honeſtum, viris meminiſſe. *Quintilianus declamat. 10.* Viri forſitan, quæ modo firmior ſexus ſit, & contra dolorem quam imbecillis animus magis pugnat. Itaque totum illud lugere fœmineum eſt, & ſimul orbitas imbelle pectus invadit, animus ille qui luctus ſuos ſequitur, incipit indulgentiam ſentire lachrimarum, &c. Interim tamen honeſtas jubet, lugendas eſſe uxores, quod nec lex vetat, ſed cujuſq; arbitrio permittit. Nam ſtatim uxoris honeſtæ memoriam una cum funere à domo efferre, inhumanum eſt, & viro probroſum. Et quamvis infamiæ pœnam non incurrit, qui id fecerit: tamen apud viros bonos & graves leuitatis & incontinentiæ inſimulatur, ut è contra laudatur, qui memoriam uxoris annum vel biennium continentia vitæ & habitu lugubri colit. Qua de cauſſa Imperatorem Manuelem laudibus extollit Nicætas Acominatus, qui uxorem certo ſpatio temporis luxerit, antequam

denuo maritus factus esset. Verba ita habent Manuel autem conjugis Alemannæ mortem non secus ac membrum à suo corpore avulsum, acerbissime deploravit, justisq; persolutis, in paterno monasterio Pantocratoris magnificentissime sepelivit, & luctus tempore, quod ipse sibi præfinierat, instar semianimis & dimidiati hominis exacto, secundas nuptias spectavit, masculæ prolis cupiditate, &c. Itaq; mihi valde probatur lex Genevensis *c. 167.* qua cavetur ut vir justum aliquod tempus exspectet, antequam denuo maritus fiat, tum ut scandalum evitet, tum vero ut ostendat, se divinam castigationem perpessum esse. Verba ita habent. *Quant a l'homme vefne, combien qu'il n'y ait tel esgard qu'ala femme, qu'il attende neantmoins quelque, temps raisarmable avant, que se remarier, tant pour obuier a scandale, que pour monstrer auſsi qu'il a senty la main de Dieu.* Consentanea his sunt quæ Seneca tradit *li. de consolatione ad Albinam.* Nunquam ego à te, ne ex toto mœreas exigam. Et scio inveniri quosdam duræ magis, quam fortis prudentiæ viros, qui negant dolituram esse sapientem. Illi vero nunquam videntur in ejusmodi casum incidisse, alioquin extrudisset illis fortuna superbam sapientiam & ad confessionem etiam veritatis compulisset. Satis præstiterit oratio si id quod supereſt & abundat exciderit. Nam ut quidem nullum omnino secum patiatur, nec sperandum attinet concupiscendum est. Hunc potius modum servet, qui nec impietatem imitetur, nec insaniam, & nos in eo teneat habitu, qui & pii mentis est nec motæ. *Hucusq; Seneca.* Quæ plus in se pietatis & humanitatis habent quam quod à nostris traditum reperio, virum vestibus uxorem lugere debere: *C. strenſ. & alii l. uxores ff. de bis qui notantur infamia.*

Interim tamen in Germania & Gallia uxores viros, & è contra mariti uxores elugere solent, & vestem lugubrem aliaq; insignia, hoc est, fasciam & pullas vestes annum vel supra gestant.

§. 27. SUMMARIA.

1 *An prægnantem quis ducere possit antequam pepererit?*
2 *Superfœtatio aliquando accidit.*

1 EX his etiam determinari potest quæstio, an † prægnantem quis ducere possit, antequam pepererit? Et non licuisse impune

pune apud veteres hiſtoriæ teſtes ſunt, idque propter eas, quas ſuprà attulimus cauſſas, ne ſcilicet ſanguinis confuſio fieret, & de prole dubitandi occaſio daretur, *ut Imperator loquitur lege 1. C. de ſecund. nupt.* Quibus & aliæ accedunt, quod ratio non patiatur, ut quis alterius fœtum ſibi ſubjiciat, *ut ait Leo conſtit. 93.* ὃ μὴν ἐδὲ λόγον ἐχϛ τὴν ἑτέρου ὡϛόμενον ἑαυτῷ ὑποβαλλεϛθ ἕτερον. Et quod cum periculo fœtus in utero exiſtentis ejuſmodi nuptiæ contrahantur. Nam teſtantur Medici ex ejuſmodi concubitu gravidas ſæpe abortiſſe. Ideoque quoad fieri poſſit, gravidas maritorum congreſſum refugere debere, & ne agitentur, ne matrix, *ut Priſcianus loquitur*, ipſius agitationis uſum non ſuſtinens, abortiat, *idque tradit elegantiſſime Moſchion. 2. de 9. menſe his verbis.* Πλὴν εἰ γένοϛθ δυνάϛαι μὴ ἀναγκαϛθῆ ἡ μήτρα ἐξελαϛικῶν χρῆσαν ὑποφέρειν, ἡ ὀφείλουσα εὐχημοσύνη καὶ ἡσυχοσύνη εἶναι, ὑπὸϛ τὸ ἔμβρυον ἀϛαϛαλέχθ δυνηθῆ ταύτη τῇ χρήσϛ. τῇ γὰρ αὐτοῦ κινήσϛ καὶ προπετείᾳ ῥυγνυμένου τὸ χορίον τὸν χυμὸν ἐκχεῖ, ὁϛπερ ἀϛὸ τὸ ὀλιϛηρὸν τοῦ ἐμβρύου πρὸϛ τῆϛ Φύσεως ἐξέρρεψε. *Id eſt*, Quin etſi fieri poteſt, matrix non cogatur congreſſum ſuſtinere, ut quam quietam & tranquillam eſſe convenit, ut fœtum retinere poſſit, Nam ipſa agitatione & petulantia chorium (ſecundina) ruptum humorem effundit, qui propter lubricitatem fœtus, à natura formatus eſt, &c. Loquitur autem de 9. menſe potiſſimum. Eleganter *Eraſmus*, gravidis motus vitandas eſt, vel immodicus vel incommodus. Neque verò pigebit mulierem in his obſervandis, circumſpectam eſſe, ſi cogitet duas animas in uno corpore periclitari. Execraris eas, quæ venenis procurant abortus, aut fœtus recens editos interimunt. Meritò quidam execraris. Sed interim cogita ab hoc crimine non ita procul abeſſe, quæ crapula, quæ repudiis, reliquaque vitæ intemperantia cauſſam dederunt abortus. Item ad gignendam prolem rarior congreſſus eſt utilior quam aſſiduus. Rectè *apud Ovidium* illa.

Et mihi vive ſoror, ſoror ô charißima dixit,
Vive, nec unius corpore perde duos.

Et quod prægnantes etiam facilius pariant, ſi à coitu abſtineant *ſcribit Hippocrates in libro de ſuperfœtatione*, quam etiam accidere Ariſtoteles tradidit, neque fabuloſum eſſe aut novum ſcribit *Ludovicus Bonaciolus lib. 1. muliebrium cap. 2.* quod inter omnia animalia mulier & equæ gravidæ mares admittant, reliqua maritum congreſ- 2

sum refugiant. Hinc fieri ut qui post primum fœtum longiusculo tempore conceptus sit, dolorem excitet, quo primus fœtus intereat. Idem refert, mulierem quandam 12. fœtus superfœtatos edidisse, & ad alterum duos edidisse, alterum marito similem, alterum adultero simillimum. Aliam quandam cum geminos ferret, tertium superfœtasse, & justo pariendi tempore geminos vitales edidisse, tertium verò mense quinto post peperisse mortuum. Item, quandam justo partu unum, alterum quinque mensium emisisse. Compluribus etiam evenisse, ut si octavo mense concubuerint, partus mucore oppletus exierit. Unde si nulla res alia, hæc saltem prægnantes deterreret à nuptiis, quoad peperissent. Et hanc etiam sententiam patribus placuisse video. *Hieronymus contra Jovianum.* Certè, inquit, qui dicunt se caussa Reipublicæ & generis humani uxoribus conjungi, filios procreare, imitentur saltem pecudes, & postquam venter intumuit, non perdant filios, nec amatores se uxoribus præbeant, sed maritos. Et *Isidorus cujus verba in Jus Canonicum relata sunt, 32. q. 7. 6. non solum.* Sunt quædam mulieres, quæ sicut animalia absque ulla discretione indesinenter libidini serviunt, quas ego nec mutis pecudibus comparaverim. Pecora enim cum conceperint, ultra non indulgent maribus copiam sui. Quò spectat dictum Populiæ Marcisileæ, quæ miranti cuidam quid esset, quapropter aliæ bestiæ nunquam marem desiderarent, nisi cum prægnantes vellent fieri, respondit, bestiæ enim sunt. *Macrob. lib. Saturnal. 2. c. 6.* Idque testantur illi qui historias animalium scripsere, ut Plinius, qui quadrupedes omnes prægnantes congressum maritum refugere refert, præterquam & suem. Aristoteles solam mulierem & equam mares post conceptionem admittere scribit. Caussam ejus rei reddit *Lactantius lib. 6. cap. 22.* Nec aliam ob caussam Deus cum cæteras animantes susceptο fœtu maribus repugnare voluisset, solam omnino fœminam viri patientem fecit, ne fœminis repugnantibus libido ageret viros aliud appetere, eoque facto castitas gloriam non inveniret. Quid quod & sanctos patres apud Hebræos à gravidis uxoribus abstinuisse primi nominis Theologi tradunt. *Procopius in 16 Genesis.* Video, inquit, ex hoc loco, sanctos ex matrimonii copula non voluptatem sed liberos esse venator. Siquidem antiquo gentis instituto abstinebant à gravidis, nec accedebant eos quæ lactarent & nutrirent

trirent infantes, ſed eo tantum tempore, quo conceptus non negabatur ſe dabant uxoribus. Idem refert *Clemens Alexandrinus libr. 3. ſtromatum.* Nullum ex veteribus ex ſcriptura oſtenderis, qui cum prægnante rem habuerit, ſed poſtquam geſtavit uterum, & poſtquam editum fœtum à lacte depulit, rurſus cognitas fuiſſe uxores. Jam hunc ſcopum invenies ſervantem Moſis patrem cum triennium poſt editum intermiſiſſet, genuiſſe Moſen. Et rurſus Levitica tribus, ſervans hanc naturæ legem à Deo traditam, aliis numero minor, ingreſſus eſt in terram promiſſionis. *Hucuſque Clemens.* Quod etiam in jus canonicum relatum eſt ab interprete *d. t. origo.* qui tradit, mulierem corporis ſui copiam marito facere non debere à tempore conceptionis uſque ad purificationem, idque auctoritate Auguſtini, *cujus verba exſtant in c ad ejus diſtinct. 5.* Ad ejus verò concubitum, inquit, vir ſuus accedere non debet, quouſque qui gignitur ablactetur. Ambroſius idem tradit *diſtinct. 4. 4. cap. ſi cauſſa.* Si cauſſa procreandorum liberorum ducitur uxor, non multum tempus conceſſum videtur ad ipſum uſum, quia & dies feſti, & dies proceſſionis, & ipſa ratio conceptionis, & partus juxta legem ceſſare uſum carnis his debere temporibus demonſtrant. Idem ſequitur *Eraſmus in libro de inſtitutione Chriſtiani matrimonii.* Poſtquam uxor erit gravida, quieſcitur à congreſſu, rurſus à partu diebus quibus purgatur. Jam in profluvio menſtrui liquoris, non religio, ſed neceſſitas præſcribit, ut temperetur à congreſſu. Vetuit id Deus *Levit. cap. 20.* Idque à veteribus obſervatum verba Menelai apud Achillem Statium oſtendunt. Puella in menſtruis heri eſſe cœpit, quamobrem à viro abſtinendum eſt. Dies igitur, inquit, Charmiles tres quatuorve exſpectavimus. Tantum enim temporis ei rei ſatis erit. Idem tradit *Vives libro de officio mariti.* Sancti patres inquit, à gravidis abſtinebant, in quo à beſtiis plane ſuperamur, quæ ſtatis ac certis anni temporibus Veneri generandis liberis dant operam. Idque Zenobiam Palmirenorum Reginam, fœminam animo virili feciſſe, teſtis eſt Trebellius Pollio his verbis. Hęc oratio indicat, quid judicii Aurelianus de Zenobia habuerit, cujus ea caſtitas fuiſſe dicitur, ut ne virum quidem ſuum ſciret, niſi tentatis conceptionibus. Nam cum ſemel concubuiſſet, exſpectatis menſtruis continebat ſe ſi prægnans eſſet, ſin minus, iterum poteſtatem.

statem quærendis liberis dabat: *notat Vives in libello de fœmina Christian. Et Fulgosius lib. 3. cap. 4.* Et de quodam Alloisio Veneto & ejus uxore idem narrat *Egnatius lib. 4. c. 3.*

Quid si uxor gravida mariti congressum refugere debet, quanto magis illam, quæ ex alio gravida est, sponsi complexum vitare convenit, quoad pepererit. Idque à veteribus sancte servatum esse, ex eo etiam colligere licet, quod eorum nomina, qui prægnantes duxissent diligenter annotarunt historici, quasi facinus nefarium in se admisissent, & reprehensione dignum. Argumento est, quod Plutarchus in Romulo tradit, quemadmodum apud Græcos ii, qui nimium sunt curiosi, cum qui primum omnium patrem matremve necaverit, nominare possunt: ita Romanis omnibus norum est à Sp. Carbilio primum uxori nuncium remissum, quod eam sterilem esse caussaretur, &c. Idem repetit in Numæ Pompilii vita in fine. Augustus ducturus Liviam, quæ ex marito Nerone sextum mensem gravida esset, Pontifices consuluit, fas ne esset prægnantem ducere, qui respondérunt, si quidem dubitaretur, ex quo prægnans esset nuptias differri oportere, quia verò constaret ex quo gravida esset, nihil impedire quo minus fierent. Id quidem, inquit Dion, fieri potuit, ut in jure à majoribus traditum invenerint, sed profectò sic responsuri fuissent, ut maximè non invenerint. *Idem scribit Tacitus lib. 1.* Abducta Neroni uxor, & consulti per ludibrium Pontifices, an concepto, nec dum edito partu rite nuberet. Et *Zonaras* his verbis. Haud scio, an ita in libris suis scriptum invenerint, an in gratiam Cæsaris sic pronunciarint. Ex quibus verbis colligitur, has nuptias neque solitas neque justas fuisse: & Pontifices magis adulandi studio, vel metu potius adductos, ita respondisse, quam quod id rectè fieri existimaverint. Harum etiam nuptiarum meminit *Suetonius in Augusto cap. 63.* qui hoc factum duplici nomine reprehendit, & quod Liviam abduxerit, & prægnantem duxerit his verbis. Liviam Drusillam, matrem Tyberii Neronis & quidem prægnantem abduxit, dilexitque ac probavit unice, & perseveranter, *& cap. 4. in Tyberio.* Uxorem inquit, Liviam Drusillam & tunc gravidam, & jam apud Tyberium enixam, petenti Augusto concessit. Loquitur de patre Tyberii Cæsaris, qui Tyberius Nero

Nero fuit. Sed & Antonius præter alia etiam has nuptias immaturas Cæsari probri loco objecit, *Suetonius in Augusto cap. 69.* Marcus Antonius superfestinatas Liviæ nuptias objecit, & fœminam consularem è triclinio viri coram in cubiculum abductam, &c. Populus etiam Romanus illas dicteriis & cavillis exagitarunt. Nam cum Livia Augusto nupta intra tertium mensem peperisset Claudium Drusum Neronem, ea res *ut referunt Suetonius & Xiphilinus*, ridendi & jocandi materiam præbuit, & vulgatus fuit versiculus, τοῖς ἐυτυχῶς, καὶ τρίμηνα παιδία hoc est, fortunatis hominibus tertio mense liberos nasci, idque in proverbii consuetudinem venisse refert Xiphilinus. Christiani etiam has nuptias improbarunt, ut Aurelius Prudentius, qui thalamum infamem nominat conjugium Augusti & Liviæ, cujus versus elegantissimos adscribimus *lib. 1. adversus Symmachum de simulachro Liviæ Augustæ.*

Adjicere sacrum, fieret quo Livia Juno,
Non minus insanus thalami sortita cubile,
Quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.
Nondum maternum partu vacuaverat aluum,
Conceptumq́, viri sobolem paritura gerebat
Pronuba, jam gravidæ fulcrum genitale paratur,
Jam sponsus saliente utero nubentis amicos
Advocat, haud sterilem certus fore jam sibi pactam.
Vitricus ante venit tardum præfervidus ortum
Privigni nondum geniti, mox editus inter
Fescennina novo pròles aliena marito.
Idque Deum sortes, & Apollinis antra dederunt
Consilium, nunquam melius nam cedere tædis
Responsum est, quam cum prægnans nova nupta jugatur,
Hanc tibi Roma Deam titulis & honore sacratam
Perpetuo Floras inter, Veneresq́, creasti.
Nec mirum, quis enim sapiens dubitaverat, illas
Mortali de stirpe satas vixisse, & easdem
Laude venustatis clara, in amoribus usque
Ad famæ excidium formæ nituisse decore?

Et hactenus de nuptiis Augusti & Liviæ. Pompejus etiam persuasus & jussus à Sylla uxore repudiata, Æmiliam ipsius privignæ ex

Scauro uxoris suæ Metellæ primo marito susceptam M. Glabrioni ademit & duxit, & quidem prægnantem. *Plutarchus.* Id conjugium, inquit Zonaras, Tyrannicum fuit. Nam Æmilia viro elocata prægnans erat, Græce *ἦν δὲ τὰ τοῦ γάμου τοιαῦτα. Ἀνδρὶ γὰρ ἡ αἰμιλία, ἐκδίδοτο, καὶ ἐκύει.* Infœlix etiam fuit conjugium. Nam Æmilia in partu apud Pompejum obiit. *Plutarch. in Sylla & in Pompeje.* Verba notatu dignissima adscribimus. Sylla assentiente uxore Metella Pompejo persuasit, ut dimissa Antistia privignam Syllæ, Scauri & Metellæ filiam Æmiliam, quæ tum alterius viri uxor erat, uterumque ferebat, in matrimonium acciperet. Tyrannicæ sane erant istæ nuptiæ, magisq; Syllæ rebus quam Pompeji vitæ conveniebant. Cum Æmilia gravida à viro suo abduceretur, Antistia ignominiose & miserabiliter expelleretur, nuper etiam propter maritum amisso patre (in curia enim Antistius jugulatus fuerat ob affinitatem Pompejanam Syllæ rebus studere creditus.) Atque Antistiæ mater hæc videns, ultro mortem sibi conscivit: neq; id modo tragœdiæ istarum nuptiarum accessit infortunium, sed & ipsa Æmilia in partu apud Pompejum perit. *Hucusque Plutarchus.* Cajus etiam Caligula Romanis exosus fuit, quod repudiata Paulina sub prætextu sterilitatis, Miloniam Cæsoniam duxit, & quidem gravidam, & vicinam partui, ut pater 30. dierum fieri posset. Itaque puer ei 30. die ex Cæsonia natus est, quam adulterio ante cognoverat. Atq; eam enixam uxoris nomine dignatus est, uno atque eodem die professus & maritum se ejus, & patrem infantis ex ea nati. *Suetonius in Caligula cap. 25. Dion. libr. 59. Zonar. Tom. 2.* Atque hæc res inquit Zonaras Romanos turbabat, quæ sævitiam ac libidinem ejus auctum iri metuebant si diutius imperasset.

His annumerandus est Heliogabalus, qui Pomponii Bassi uxorem (erat ea Claudii & Severi M. Antonini neptis) uxorem duxit, nec ei permisit, ut mariti mortem lugeret, quem & inter reos referri jusserat, eo nomine quod rebus quas ille faceret minime delectaretur, sed crimen hoc erat alterum, quod Bassus nobilissimam & pulcherrimam uxorem haberet. *Xphilinus.* Et Anastasius Imperator Constantinopolitanus Zenonis Isaurici uxorem Ariadnam viduam sibi desponsit, & die quadragesima à sepultura Zenonis jam elapso nuptias celebrat. *Zonaras.* Quæ omnia memoriæ prodita sunt à viris erudi-

eruditiſſimis, ut oſtenderent, ejuſmodi nuptias inuſitatas infames & inceſtus habitas fuiſſe.

§. 98. SUMMARIUM.

An hodie inter Chriſtianos prægnantem ducere liceat.

SEd an eo jure etiam hodie in eccleſia Dei & politiis bene conſtitutis utendum ſit quæritur? Et id obſervandum eſſe exiſtimaverim, tum propter ſemmis confuſionem vitandum, aliaq; quæ ſupra enumeravimus incommoda, tum etiam propter honeſtatem, cujus inprimis in nuptiis habenda eſt ratio. Itaque his aſſentire non poſſum, qui leges civiles de luctu viduarum jure canonico abrogatas eſſe, propterea inter Chriſtianos non obtinere cenſent. Ad cujus confirmationem allegant *c. Euphemius 2. q. 2.*, Ubi dicitur mulierem non reddi infamen, quæ intra tempus luctus nubit, cum matrimonia hodie regulentur jure poli, non jure fori. Et jure poli mortuo viro mulier ſoluta ſit à lege viri, & nubere poſſit cui velit, modo in domino, ut Paulus Apoſtolus loquitur, *1. Cor. 7.* Sed ut multa in jure canonico ita & hæc verba apoſtoli detorta ſunt ad eorum inſtitutum, qui feneſtram libidinibus aperire voluerunt. Nam recte ex theologis quidam ſcripſit, auctores juris canonici plerique, neque mariti fieri voluerunt, neque unquam fuerunt, alioqui multo rectius ſanxiſſent, ut recte de illis pronunciare liceat, quod de Sylla Saluſtius, *teſte Plutarcho*: Leges civibus de nuptiis & temperantia, amori ipſe & adulteriis deditus poſuit. Idq; vel hinc conſtat, quod Paulus non de tempore loquatur, quod vidua exſpectare debeat antequā rurſus nubat, ſed de perſona quam ſuo arbitrio maritum vidua eligere poteſt. Idq; ex verbis colligitur, quæ tam perſpicua & clara ſunt, ut nulla cavillatione eludi poſſint. Mulier matrimonii lege tenetur, quādiu ejus vir vivit, eo autem mortuo liberū eſt ei cui velit nubere, modo in domino. Non dixit Paulus viduæ liberum eſſe, quando velit nubere, & per cōſequēs, ſtatim ì morte mariti, ſed cui velit nubere, modo in domino. In Domino autē nubit, quæ ſecundū legum præcepta nubit. Leges autem vetant viduas rurſus nubere antequam maritum duxerint.

Deinde tritum eſt illud apud JCtos quoties aliquid nobis permittitur, id interpretationem à jure accipere, ut ſcilicet nihil poſſimus, niſi quod juſte & honeſte facere poſſimus. Poſtremo cum Paulus Apoſtolus præcipit, magiſtratui ex jure Romano jus reddentibus parendum eſſe *Rom. 13. Pet. 1. Epiſt. 2.* is pauciſſimis verbis, non videtur abrogaſſe jus Romanum, quod ſemel probavit, & quod cum verbo Dei non pugnat. Itaq; hæc verba, *nubat cui velit*, ſecundum leges ſcilicet accipienda eſſe, nemo non videt: Nam ſi ſimpliciter verbis inhæreremus *cui velit*, ſequeretur eam & fratri, fratriſue filio, avo, aliiſque perſonis prohibitis nubere poſſe, quod nemo ſanus dixerit, ſed potius hic διάνοιαν quam τὸ ῥητὸν ſpectandum eſſe. Quod ſi in perſona deligenda hæc interpretatio facienda eſt, cur non & eadem in tempore admittatur & ſpectetur, ut vidua demum poſt luctus tempus quod exiguum eſt, & juſtiſſimis de cauſſis præſtitutum, in Domino nubat. Nec enim ſcribit Paulus eam ſtatim nubere poſſe, ſimulatq; maritus animam exhalaverit. Imo etiamſi vox *ſtatim è veſtigio*, vel *confeſtim*, adjecta eſſet, tamen interpretationem reciperet ex legibus, quando commode & honeſte fieri poſſet, idq; notatur §. 1. *Inſtitutionum de verb. obligationib. Inſt. l. & poſt de tranſact.* Itaq; plus apud me valet veterum Jureconſultorum & Valentiniani, & Theodoſii Impp. qui Chriſtiani fuerunt, auctoritas, quam unicum illud Gregorii dictum obſcurum & ambiguum. Et hanc etiam ſententiam video noſtræ ætatis Jureconſultis & Theologis primi nominis probari, qui diſertis verbis tradunt, multa æquiora & ſanctiora de luctu ſanxiſſe juris civilis, quam juris canonici auctores; idq; res ipſa oſtendit, & ea quæ ſupra à nobis diſputata ſunt. Item, hanc legem eſſe honeſtiſſimam, in qua ea mulier infamis pronunciatur, quæ nuptiarum feſtinatione non præſtiterit priori marito luctus religionem, quæ totius anni tempore continetur. Honeſtis autem legibus non ſolum propter pœnam, verum etiam propter conſcientiam, ut Paulus ait, obediendum. *Brentius cap. 8. in Lucam. Vives lib. 3. de Chriſtiana fœmina.* Videant viduæ quæ nebunt, ne ilico à mariti funere aut poſt paulum: id ſignum eſt viventes non amaſſe, de quorum morte acceptum dolorem, luctum & deſiderium tam breviter deponant, &c.

CAPUT

CAPUT XIV.

§. 1. Sponſalia teſtibus probari ut minimum duobus omni exceptione majoribus.

§. 2. Quomodo in cauſſis nupriarum teſtimonium dicere vel deponere teſtes debeant.

§. 3. An rogati eſſe debeant.

§. 4. Quibus de cauſſis recuſentur teſtes.

§. 5. Propter cognationem & affinitatem non recuſari teſtes, idq; ſpeciale eſſe in cauſſis matrimonialibus, & quatenus id locumhabeat.

§. 6. Domeſticos teſtes recipi & teſtari poſſe, de iis quæ domi fiunt.

§. 7. An mulier poſſit eſſe teſtis in cauſſa nuptiarum.

§. 8. An mediator vel proxeneta teſtis eſſe poſſit?

§. 9. Specialia quædam in cauſſis nuptiarum circa teſtes.

§. 10. Cõfeſſione ſponſalia probari, & qualis eſſe debeat.

§. 11. Sponſalia probari ſcriptura tàm publica quàm privata.

§. 12. Annuli miſſionem ad probationem ſponſaliorum facere.

§. 13. Cohabitatione diuturna matrimonium probari.

§. 14. Appellationem ſponſi vel ſponſæ præſumptionem parere.

§. 15. Si quis puellæ effigiem geſtet eamque oſtentet ſemper indicium ſeu præſumptionem inducere.

§. 16. Famam etiam ad ſponſalia probanda facere.

§. 17. Item ſi quis puellæ colloquium expetiverit.

§. 18. De juramentis & an juramentum neceſſarium deferri poſſit actori.

§. 19. An mulieri ſemiplene probanti juramentum deferri poſſit?

§. 20. An patri vel κυρίῳ ſemiplene probanti juramentum deferri poſſit.

§. 21. Juramentum voluntarium in ſponſalibus deferri poſſe uno caſu.

§. 22. De juramento judiciali & quibus caſibus id deferendum ſit reo.

§. 23. Quid ſi reus ſtuprum fateatur, neget autem promiſſionem matrimonii an jurare teneatur.

§. 24. An reus jurare teneatur qui & ſtuprum & matrimonii promiſſionem negat.

§. 25. Juramenta verbis & factis vel ſignis præſtanda eſſe & quidem verbis conceptis.

§. 26. Verba apud veteres juraturo præiviſſe aliquem.

§. 27. Signa vel ſymbola adhibita fuiſſe juramentis & quænam illa fuerint apud pleraſque gentes.

§. 28. De actione ſponſalium nomine inſtituenda & formula libelli.

§. 29. Quis olim in cauſſis nuptiarum judex fuerit, & hodie ſit.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Sponſalia probantur teſtibus duobus.*
2 *Teſtes in cauſſa nuptiarum omni exceptione majores eſſe debent.*
3 *Teſtem repellit ſolæ infamiæ facti à teſtimonio dicendo.*

NUnc quibus modis ſponſalia probentur dicendum reſtat. Nam & hæc quæſtio tractatione digna eſt, quod de ea ſæpiſſimè in conſiſtoriis controverſiæ exiſtant.

Et

Et quidem ut reliqui contractus, ita & ſponſalia teſtibus, ſcripturis, confeſſione, & aliis id genus probationibus docentur, & demonſtrantur, de quibus ſigillatim dicendum eſt. Teſtes autem † ut minimùm duos requiri, ad fidem judici faciendam omnium recepta eſt ſententia. Nam & in reliquis contractibus totidem requiruntur, *l. ubi numerus, de teſtibus.* Et cauſſæ de nuptiis, criminalibus æquiparantur, & de ea cauſſa plenillimam probationem requirunt, *gloſſ. in l. 1. §. ſi ea de ventre poſſeſſ. mitten.* Unde ſequitur unius teſtimonium non ſufficere. Itaque rectè Orator quidam unico teſte in judicium allato, judicibus dixit: uni teſti ne ſi Cato quidem is eſſet, credendum eſſe. *Plutarchus in Catone majore.* Teſtes in hoc contractu imprimis requiri facilioris & certioris probationis cauſſa, ſuprà diximus, imò neceſſarios propemodum eſſe, ex eo colligitur, quod quarundam gentium legibus cautum ſit, rata non eſſe ſponſalia niſi adhibitis teſtibus, idque Hebræorum jurisprudentia expreſsè ſtatuit, *ut ſuprà cap. 9. oſtenſum eſt.* Et lex Genevenſium *cap 124.* his verbis, *qu'il y ait pour lemoins deux teſmoins, gens de bien & bonne reputation, & qui s'achent en quelle auctorite ſe font les promeſſes, autroment le tout ſera nul.* Idque ſequitur conſtitutio Palatina, qua de re ſuprà ordinatio Regis Friderici quinque teſtes requirit, & paſtoris præſentiam.

Nunc de qualitate teſtium dicendum. Teſtes † autem in cauſſis nuptiarum omni exceptione majores erunt, hoc eſt, quibus teſtimonii dictio eſt, & quorum fides auctoritas nulla exceptione elevari poteſt, *c. 1. ubi Anthonius de Butrio de conſan. & affin. Panormit. c. ſuper eo de teſtib. Imola conſil. 130. Pariſ. conſil. 55. num. 18. & Menochius lib. 1. de arbitra. judici quæſt. 102.* Unde † teſtes ſola facti infamia notatos repelli jidem tradiderunt, *& Bald. in l. 1. C. de ſumma trinitate* infamiam facti prorſus repellere teſtem, ut in cauſſis gravioribus teſtari non poſſit, *conſil. 49. num. 91.* & ſimul atque aliquis de crimine accuſatus eſt, dicitur notari infamia, *Alex. conſ. 157. 5. vol. 9.* & illa infamia durat donec ſe purgaverit, *conſ. matr. 70* ita nec teſtes ſuſpecti admittuntur *c. ſuper eo extra de teſt. Lanfr. c. quoniam de teſtib.*

§. 2. SUMMARIA.

1 *Teſtes quomodo deponere debeant in cauſſis nuptiarum.*

2 *Teſtes*

2 *Teſtes in verbis debent concordare.*
3 *Verba requiruntur clara ad conſtituenda ſponſalia.*
4 *Teſtes debent deponere de eodem actu & tempore quo ſponſalia inita ſunt.*

1 NUnc videndum † quomodo teſtes in contractu ſponſalium teſtimonium dicere debeant? An probanda ſponſalia requiruntur, ut teſtes affirment & deponant verba categorica interveniſſe, hoc eſt, matrimonii promiſſionem inducentia, & quod illa audierit, qualia ſunt verba de præſenti, aut æquivalentia inter eos, qui loqui poſſunt, idque probare oportet eum, qui ſponſalia facta dicit, & niſi de verbis illis prolatis conſtet, nulla erunt ſponſalia. Neque enim judex judicare poteſt, coram quo nihil probatum eſt, *c. 1. de ſponſa duorum.* Matrimonium probatur per verba de præſenti, licet manu tacta non fuerit, *c. tua, & c. apud de ſponſalibus, conſil. ma-*
2 *trimon. 68. num. 10. & 11. Alexand. conſi. 143. num. 23.* Unde ſequitur teſtes † de verbis formalibus interrogatos concordare debere, non tantum in effectu, ſed in forma verborum, hoc eſt, in ipſis verbis prolatis, & teſtimonia, quæ fiunt de verbis, quæ protuliſſe quis dicitur, verbis formalibus fieri debent, alioquin nihil probant. Nam
3 ad † conſtituenda ſponſalia requiruntur verba clara & reciproca per ipſos contrahentes intellecta. *Eber. conſil. matrimon. num. 1.* Imò
4 de eodem † actu & tempore quo ſponſalia inita ſunt, deponere teſtes debent. Nam in actu momentaneo, hoc eſt, qui brevi momento perficitur, tempus & locus ſunt de ſubſtantia *c. Abbate ſane, de ſenten. & re judicat. lib. 9. cap. quoniam contra de probationib.*, alioqui ſingulares haberentur, niſi de tempore & loco inter ſe concordarent, quamvis alioqui regulariter ſufficiat, ſi teſtes de ſubſtantialibus concordent, ad quæ probanda vocati ſunt, *cap. qualiter de accuſat.* Interim tamen duo teſtes, quorum unus de contractu vel verbis ſponſaliorum, alter de confeſſione contractus teſtimonium reddunt, ſingulares non ſunt, ſed alter alterius teſtimonium confirmat, ideoque plus quam ſemiplenam probationem faciunt, *Bald. rubrica de probationibus.*

§. 3. SUMMARIUM.

Teſtes an debeant eſſe rogati.

Sed

SEd an teſtes rogati eſſe debeant quæritur? Et ita ſentit *Cardinal. Florentinus Cod. ex parte de ſponſal. Speculator tit. de teſtib. §. 1. verſiculo, item quod non fuit, & conſuluit Barba. conſilio 40. Eberhard. conſilio quarto, numero ſeptimo. Et vide conſilia matrimonialia fol. 510. numero 35. & fol. 94.*

§. 4. SUMMARIA.

1 *Teſtes quibus de cauſſis recuſentur.*
2 *Teſtes qui vigeſimum annum non exceſſerunt, in cauſſis nuptiarum non admittuntur.*
3 *Teſtes viles & pauperes non admittuntur.*
4 *Milites ſtipendiarii non admittuntur.*

RE cuſari autem poſſunt in ſponſalibus † teſtes ut in reliquis contractibus, & iiſdem pene de cauſſis, quas hic enumerare noſtri non eſt inſtituti, qui illa ſolum hoc loco, quæ huic contractui peculiaria & propria ſunt, attingere decrevimus. Et primum teſtes qui † vigeſimum annum non exceſſerunt, in cauſſis nuptiarum non admittuntur, ut nec in criminalibus, *l. teſtimonium. l. præcedenti, de teſtib.* nec in arduis civilibus cauſſis *l. propter litem, de excuſa. tuto. conſil. matrim. 57.* Ita † nec teſtes viles & pauperes admittuntur, *l. 3. de teſtib. Alexand. conſ. 150. colum. 4. conſil. 75. matrim.* Nec † milites ſtipendiarios admittendos eſſe cenſent, quod infames infamia facti quodammodo cenſeantur & mentiri pro nihilo ducant. *Dd. l. admonendi. de jurejurand. conſil. matrim. 59.*

1
2
3
4

§. 5. SUMMARIA.

1 *Teſtes propter cognationis & affinitatis vinculum non recuſantur in ſponſalibus.*
2 *Limitatio regulæ.*
3 *Mater pro filia teſtis eſſe poteſt in nuptiarum cauſſa.*
4 *Forma divitiis æquiparatur.*
5 *Pares conjuges qui cenſeantur.*
6 *Nobilitas & divitiæ æquiparantur.*
7 *Facti ſpecies.*
8 *Divitiis non tantum tribuitur quantum honoribus & natalibus.*

1 ET si autem propter † cognationis & affinitatis vinculum in aliis contractibus testes repelluntur, tamen in quæstione de sponsalibus & matrimonio, parentum & cognatorum testimonium admittendum esse jure canonico expresse cautum est, *c. super eo. de testi.* Sed tamen † ea cautione adhibita, quando conjuges pares
2 sunt, neque alter alterum divitiis, honore, dignitate aut aliis dotibus excellit, *dicto c. super eo & c. 3. videntur qui matrim. accusar.* Modici autem excessus nulla habetur ratio, *Zasius consi. matrim. 10. num. 3. & consi. 11. nu. 6.* Itaque mater pro filia † in caussa nuptiarum testis esse potest, *gl. &*
3 *Dd. d. c. super eo. Decius consi. 16. Zasius consi. 10.* & soror pro sorore. Nam si matri licet, cujus maxima est affectio erga liberos propter στοργὴν innatam, multo magis sororibus licebit, *ut Decius argumentatur, & receptum dicit Anthon. de Butrio & Panormitan. d. c. super eo, & Zasius consil. 12. matrim. num. 11. & 13.*

An autem conjuges pares sint Judex ex æquo & bono statuet, æqualitas autem non ex opibus tantum, sed ex omni bonorum genere æstimanda est. Et in hac collatione primum ad calculum revocanda sunt bona animi, deinde bona corporis, postremo quæ vocantur externa, & quasi triutina ponderanda. Fieri enim potest, ut sponsus una aliqua re aut pluribus sponsæ præstet, vel è contra sponsa illi quibusdam in rebus anteponenda sit.

Quid enim si dives plebejam formosam & bonis prognatam & bene moratam sibi despondeat, vel senex locuples juvenem puellam venustam? Certe judicis erit arbitrium, testimonium parentum admittere vel recusare, *Idque tradunt Dd. d. c. super eo.* Nam & pudicitia & forma etiam dos mulierum censetur, etiam si alioquin indotatæ sint, quippe forma impulsi homines locupletissimi etiam pauperculas ducunt. Nam vulgo dici solet, eum quem Deus formosum fecit, pauperem factum non videri. Isocrates in encomio Helenæ. Apud Olympiadem Alexandri matrem delata fuit mulierecula quædam, quam amabat Philippus, quasi philtris & poculis amatoriis Regem in sui amorem pelliceret: itaque eam jussit accersi, ubi eam aspexit, forma visa est liberalis, mores compositi: tum Olympias, valeant, inquit, calumniæ de veneficiis, tu medicamentum in te ipsa habes præsentissimum.

Et sor-

Et forma † divitiis aquiparatur. *Panormitan. & alii dict. c. super eo, de testib.* & cum nobilitate compensatur, idque Terentius innuit his verbis.

Nunc enim tametsi aliqua paupercula est,
Dotem satis magnam lex confert,
Si mediocrem duntaxat à natura formam acceperit.

Et Nonius ex Afranio, formosa virgo est, dotis dimidium vocant, isti, qui dotes negligunt uxorias. Itaque *Alexand. consil. 209.* nobilem divitemque mulierem & deformem quæ pauperi nupsit, indigno non videri nupsisse, quod forma cum nobilitate compensetur. Qua de re plura congessit omni laude dignus. *Tiraquellus l. 2. connubiali*, quibus ego adjicio Anacreontis versus elegantissimos.

Cornu duplex juvencis
Natura, & ungulas das
Firmas equis, pedesq;
Lepusculis fugaces,
Leonibus dentes
Vasto truces hiatu.
Vim piscibus natandi,
Volucribus volandi,
Audaciam viris, nec
Jam fœminis valebat.
Quid his dat ergo? formam
Pro parmulis & illam
Dat omnibusq; telis.
Sic vincit ergo ferrum
Puella, vincit ignem, &c.

Ita & paritas esse videtur, si vidua annos triginta aut quadraginta nata locuples juveni nubat, neque corpore neque animo pœnitendo. Qua de re elegans apud Apulejum exstat exemplum, qui ipse viduam duxit, ut ex his verbis colligitur. Quanquam quis omnium vel exigue rerum peritus culpare auderet, si mulier vidua & mediocri forma, at non ætate mediocri, nubere volens longa dote & molli conditione invitasset juvenem neque corpore neque animo, neque fortuna pœnitendum? Virgo formosa,

etsi sit oppido pauper tamen abunde dotata est. Affert quippe ad maritum novum animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Ipsa virginitatis commendatio, jure meritoque omnibus maritis acceptissima est. Nam quodcunque aliud in dotem acceperis, potes cum libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne ut acceperas retribuere: Pecuniam renumerare, mancipia restituere, domo demigrare prædiis cedere: sola virginitas cum semel accepta est reddi nequit; sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet. Vidua autem qualis nuptiis venit, talis divortio regreditur; nihil affert irrepositibile, sed venit jam ab alio præstorata, certe tibi ad quæ velis minime docilis, non minus suspectans novam domum, quam ipsa jam ob unum divortium suspectanda, sive illa morte amisit maritum, ut scævi ominis mulier & infausti, conjugii minime appetendos, seu repudio digressa est utramvis habebit culpam mulier, quæ aut tam intolerabilis fuit, ut repudiaretur, aut tam insolens, ut repudiaret, ob hæc & alia vidua dote aucta maritos sollicitant.

6 Ita & nobilitas † & divitiæ conferuntur, ut si alter sit locupletior, alter vero nobilitate superior, vel etiam honore, ut si sit principis consiliarius. Recte Erasmus. In similitudine spectatur æqualitas. Quanquam potest incidere similitudo, inter quos non est æqualitas, rursus æqualitas inter quos non est similitudo. Quum paupercula nubit prædiviti, nec similitudo est nec æqualitas, & ideo dicitur in servitutem potius dari, quam in matrimonium.

Rursus quum summo loco nata nubit plebejo, nec firmæ sunt, nec expertes infamiæ nuptiæ. Quum opibus, ætate, genere, forma pares coeunt, pariter & similitudo adest & æqualitas. At quum prædiviti plebejo nubit claris majoribus prognata licet re prætenui similitudo quidem non est, sed tamen adest æqualitas. Item quum eruditione præcellens ducit nobilem, aut insignis medicus bene dotatam, inter dissimiles est æqualitas, dum inter se paria faciunt, dissimili bonorum genere, &c.

7 Qua de re facti † species *apud Zasium exstat consilio undecimo, matrimon. numero decimo.* Ubi confert bona & dotes sponsi & sponsæ natalium facta collatione, & divitiarum, ut ex his verbis colligitur: Patrem actricis non solum claritate natalium, sed & potentia & honore superiorem esse, ut qui sit Doctor insignis, Consiliarius Cæsa-

ris,

ris, vir doctrina, nomine, genere & fama illustris. Itaque etsi alter aliquando sit ditior, tamen plebejum esse, & ab actrice nobilitate, potentia & honore excedi. Unde efficitur in æstimandis & conferendis bonis non esse invertendum ordinem, quod vulgus hominum solet ut

Protinus ad censum de moribus ultima fiat
Quæstio.

Imo divitiarum levissimam habendam esse rationem Plinius *in epistola*, innuit, quam suprà recitavimus. Nam & experientia testatur, divitiis non tantum tribui, quantum honoribus & natalibus. *Cœpolla in repetitione de nobilitate.* Sæpe enim homines improbi divitias malis artibus congerunt, at virtutum splendorem nemo consequitur nisi vir bonus. Rectè Clitarchus, magnam dotem non efficere meliores liberos, ita puellam bonam efficiunt castitas, temperantia, modestia, taciturnitas, prudentia, quæ dos vera sunt.

Itaque rectè Alcumena *apud Plautum.*

Non ego mihi dotem illam duco esse, quæ dos dicitur,
Sed pudicitiam & pudorem, & sedatum cupidinem
Deum metum, parentum amorem & cognatum concordiam, &c.

Et Lycurgus cuidam interroganti, quare lege caviſſet, ut sine dote virgines elocarentur? Respondit, ne propter inopiam ullæ relinquantur innuptæ neve ob divitias expetantur, sed ut juvenum quisque ad puellæ mores respiciens virtute faciat electionem. Et eadem de causa fucos, calamistros, & alia ornamenta, quibus puellæ formam vel fingere vel formare solent, ex urbe ejecit.

Disparitas autem etiam aliis ex rebus colligitur, ut ratione ætatis, veluti si adolescens annos natus sit novendecim virgo verò viginti septem. Nam hoc casu matris testimonium suspectum est, facti species est *apud Zusium, consilio matrim. 12.* Item si adolescens sit bonis parentibus prognatus, dives puella itidem, sed diffamata & suspectæ pudicitiæ, pares esse non videntur. Nam ejusmodi puellam qui ducere velit reperitur nemo. Itaque parentes omnem movent lapidem, ut eam nuptum tradere possent, & maritum invenire, *consil. matrim. 35. num. 67.*

Idem dicendum si parentibus maximè nuptiæ sint cordi, ut eas summa animi contentione affectare & appetere videantur, tunc

eorum teſtimonium ſuſpectum eſſe. *Butriga c. videtur, qui matrimi. accuſa.*

Imo etſi æqualitas ſit inter utrumque, & mater honeſtæ & bonæ exiſtimationis ſit apud omnes, & nuptias apperere non videatur, tamen ejus teſtimonium ſuſpicione non vacat, *ut notat Speculator tit. de teſtib.*

§. 6. SUMMARIUM.

Teſtes domeſtici in cauſſis nuptiarum admittuntur.

DOmeſtici item teſtes in cauſſa nuptiarum idonei ſunt ſi de iis teſtentur, quæ domi fiunt, veluti ſi pater filiam minis vel verberibus coegerit conſentire ſponſalibus, *l. conſenſu §. plagis de repudiis. l. in adult. & ibi Bald. cap. de adulteriis con. 36.* qua de re etiam ſuprà *in tractatu de metu* egimus.

§. 7. SUMMARIA.

1 *Mulier an poſſit eſſe teſtis in cauſſa nuptiarum.*
2 *Mulieribus jure Moſaico teſtimonium ferre non licebat.*

1 ANverò in cauſſa ſponſalium † vel matrimonii mulier teſtis eſſe poſſit quæritur? Et quamvis multi eam admittendam non eſſe cenſent, his rationibus moti, quod in cauſſis matrimonialibus non ſecus ac in criminalibus probationes evidentiſſimæ requirantur: tamen cum expreſsè jure cautum ſit, mulierem teſtimonium perhibere poſſe, non eſt quod de ea re dubitemus, *textus eſt in c. 6. ſuper eo ſuprà aliquoties allegato, ubi id notarunt Hoſtienſis & Panormitanus, quam & communiter receptam Socinus dicit & uſu obſervari, conſil. 29. & Tiraquellus l. 9. connubiali latè.* Quamvis mulierum teſtimonium propter levitatem vacillet, atque ea de cauſſa minus ei tribuendum ſit quam virorum, *latè Tiraquell. num. 40. & 56.* qui ad ejus ſententiæ confirmationem infinitos allegat. Itaque ne jure quidem † Moſaico mulieribus teſtimonium ferre licebat, propter levitatem & temeritatem, *ut refert Joſephus lib. 4. antiquitatum, c. 5.* γυναικῶν δὲ μὴ τὴν μαρτυρίαν δίδωσι καθότι καὶ θρασὺς τὸ γυναικεῖον, &c.

2

Et in

Et in pandectis Hebræorum traditur, decem esse testes quorum testimonium non admittatur. 1. mulieris. 2. servi. 3. ethnici. 4. adolescentis impuberis, hoc est, nondum nati annos 14. 5. fatui. 6. cæci. 7. impudentis. 8. impii. 9. cognati. 10. agnati. *c. 214. præceptorum affirmativorum. Frixius fol. 154.*

Quod & Plato secutus est *lib. 11. de legibus*, quamvis si 40. annum excesserit, fœminam esse admittendam censet. Idque apud Romanos veteres receptum fuisse ex Plutarcho colligitur qui scribit, Tarquiniæ virgini Vestali tantum tributum, ut ejus solius testimonium ex omnibus fœminis reciperetur, *in vitæ Publicolæ*. Quod & de Caja Terentia virgine Vestali refert *Gellius lib. 6. cap. 7. Harmenopulus lib. 1.* tradit mulieres integritate morum conspicuas quod ad partum attinet testimonium dicere posse, in aliis autem negotiis illis testimonii dictionem non esse. Vetere autem jure in contractibus testimonium perhibere potuisse, sed non in testamento vel codicillis. Ita & muliebre juramentum pro nihilo habuerunt Romani, & vento rapi dixerunt.

Sed quicquid sit ego matronas honestas & vitæ integritate conspicuas testimonio minimè repellendas existimaverim. Itaque si duæ sint quæ sponsalia inita affirment, probationem sufficientem ac plenam esse statuo. Aliud dicendum si levitatis suspicione laborent. Nam duos testes in casibus gravioribus requiri jure cautum est, *& Deut. 22.* ad unius dictum vel testimonium neminem condemnandum esse scribitur. Unde efficitur si quis unum testem producat, qui sponsalia contracta affirmet, non plene probasse eum, imo sponsalia illa pro clandestinis habenda sunt, ideoque publicis cedent. Idque usque adeo verum est, ut etsi totius viciniæ fama concurrat, tamen audiendus non sit, qui hoc prætextu publica sponsalia infirmare conatur. *Notat Panormitanus cap. 2. de clandestin. desponsat.* Interim tamen unum testem sufficere ad impediendas nuptias, rectè sancitum est, ut si dicat, se cum muliere rem habuisse, *c. præterea de sponsalib.* quamvis ad dictum unius non separetur matrimonium.

§. 8. SUMMARIUM.

Proxeneta vel mediator an possit esse testis.

An

AN autem mediator vel proxeneta testis esse possit? Et plerique sentiunt eos testimonium perhibere non posse, nisi utraque parte consentiente. *Alexand. consil. 150. & Decius consil. 33.* Baldus tamen contra tradit, quod satis sit unam ex partibus consentire, ut testari posset mediator vel proxeneta. *l. in omnibus C. de testament. idque sequitur Zasius consil. matrimon. 10. num. 6. & consil. 19. matrimoniali Germanor.* Atque ea res apud Hebræos maximè controversa est & dubia, *ut videre licet. cap. 1. de sponsalibus.*

§. 9. SUMMARIA.

1 *Testium examen in causis nuptiarum à judice notario committi non potest.*
2 *Testi uni pro matrimonio deponenti plus creditur quam pluribus contra testificantibus.*
3 *Post publicationem & conclusionem etiam alii testes possunt produci.*
4 *Testes semel productos licet repetere.*
5 *Matrimonium probatur per testes qui post parietem audiverunt sponsalia inita esse.*
6 *Probationes quando sunt dubiæ pro matrimonio pronunciandum est.*
7 *Pluralitas actuum præsumitur in favorem matrimonii.*

1 SEd & † hoc speciale est in matrimonio, quod in causis nuptiarum examen testium à judice notario committi non possit. *Baldus & alii in authen. apud eloquentissimum. C. de fide instrum. & consil. matrim. 83.* 2 Item plus † creditur testi uni pro matrimonio deponenti, quam pluribus contra testificantibus, *Felinus rubrica de sponsalibus & Hostiensis.* 3 Item speciale † est in causis nuptiarum, ut post publicationem & conclusionem alios etiam testes producere liceat pro matrimonio, non contra matrimonium.

4 Item testes semel † productos repetere pro indaganda veritate, idque etiam ad instantiam partis *c. cum Joannes Heremita, circa finem & ibi glo. de fide instrumen. consil. matrim. 47.* Item matrimonium 5 † etiam probatur per testes, qui post parietem audiverunt sponsalia inita esse, licet non viderint contrahentes. *Crotus in tractatu de testibus.* & quando † probationes sunt dubiæ, pro matrimonio pronunciandum est.

Sed

Sed & pluralitas actuum † præsumitur in favorem matrimonii, quæ alioqui non solet præsumi. *c. in præsentia de probationibus.* 7

§. 10. SUMMARIA.

1 *Sponsalia probantur confessione.*
2 *Confessio qualis esse debeat.*
3 *Confessio ut efficax sit debet esse acceptata.*
4 *Confessio metu extorta nulla est.*
5 *Confessio qualificata in totum accipienda vel repudianda.*

CONfessione autem † sponsalia probari possunt, cum 1
nulla sit melior probatio, quam proprii oris confessio. *Menochius casu 103. de arbit. judic. quæst. Doctores c. tua, de sponsalib. Speculat. tit. de confess.* Itaque notat *Accurs.* si adolescens una cum puella ἐπ' αὐτοφόρῳ in ipso facto deprehendatur, & stuprum capitale sit, lege vel statuto posse eum hac ratione evadere, si puella & ille fateatur, se sibi mutuo conjugium promisisse. *Commune dicunt Hipp. in l. unic. C. de rapt. virgin. Joannes Corasius lib. 3. Miscellan. cap. 9. num. 8. Jacobus Menochius.* Etsi † 2
autem confessioni multum tribuendum est, tamen si illa fieret & spectaret ad dissolutionem, vel præjudicium sponsalium vel matrimonii publice promissi, ea fidem nullam faceret, neque quicquam probaret. *Verbi gratia*: si uterque fateretur, se antequam alteruter contraxisset sponsalia publica, sibi mutuo fidem de matrimonio dedisse, hoc est, clandestina sponsalia contraxisse, illa confessio sponsalibus publicis non præjudicaret neque noceret. Idque ea de caussa quod sponsus facile aliquem subornare posset, si eum promissionis cum sponsa publice facta pœniteret qui affirmaret, se cum illa antea sponsalia contraxisse, & hac techna sponsalia publica infirmare. *C. super eo de testib.*

Idem dicendum si confessio illa fieret in præjudicium tertii, eam pro nihilo habendam esse. *Albericus & alii capite 2. de clandestin. desponsat.* Unde concludunt Doctores confessionem pro matrimonio admittendam non contra matrimonium. Deinde † ut confessio effi- 3
cax sit, oportet eam acceptatam esse. Jason. *l. postquam lui, de pact.*

Confessio etiam † metu extorta, de jure nulla est, non secus ac 4
sponsalia metu inita. *Felynus, cap. si vero, de jurejurando.* Sed & hæc Do-

ctorum recepta ſententia eſt, confeſſionem † quando eſt qualificata in totam accipiendam vel repudiandam eſſe. *Bald. l. ſiunt, Cod. de repudiand. hæredit. Bald. l. unica de confeſſis.* Verbi gratia: Si quis fateatur ſe iniſſe ſponſalia, cum eſſet inhabilis ad matrimonium contrahendum, illa confeſſio cum implicite facta ſit tota acceptari vel repudiari debet, & dividi non poteſt *Baldus in leg. ſicut, Cod. de repudianda hæreditate,* vel qui eadem ſe feciſſe dicit & fatetur, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ; illa confeſſio in totum acceptari & dividi non debet. *l. ſi quidem de exceptionibus.*

§. 11. SUMMARIA.

1 *Sponſalia ſcriptura probantur.*
2 *Sponſalia per privatam ſcripturam probantur.*
3 *Species facti.*

1 SEd & ſcriptura † ſponſalia recte probantur. Nec refert an illa publica ſint vel privata, Publica vero inſtrumenta à notario vel tabellione confecta, & teſtium ſubſcriptione roborata, quæ ut plurimum in cauſſis nuptiarum adhiberi ſolent, & teſtationes apellantur *l. ſæpe de ſponſalibus.* Qua de re ſupra *cap. 9.* ubi de ſcriptura egimus, quæ pactis nuptialibus adhiberi ſolent. Et hæc plenam fidem faciunt, ut reliqua inſtrumenta.

2 Scriptura etiam † privata non minus efficax eſt ad probanda ſponſalia. Quid enim ſi quis literis vel ſcriptura ſua manu exaratâ alicui conjugium promittat? Certe illa contra eum qui ſcripſit pleniſſimam fidem faciet, idque apud veteres obſervatum eſſe hiſtoriæ teſtes ſunt. Caligula imperator Enniæ Noemiæ conjugi Macronis, qui Prætorianis cohortibus præerat matrimonium promiſit, ſi potitus imperio ſuiſſet, deque ea re & jurejurando & chyrographo cavit. *Suetonius in Caligula cap. 12.*

Ita probata fuerunt ſponſalia inita inter Maximilianum Imperatorem & Caroli Ducis Burgundiæ filiam, quæ de patris voluntate conjugium promiſit Imperatori Maximiliano, & in ejus rei fidem teſtationem vel ſcripturam ſua manu exaratam illi tradidit, *teſtatur, Cominæus.* Et apud Eberhardum extat conſilium de ſpecie facti, ubi puella literis ſua manu exaratis, conjugium promittit. Idem dicendum,

dum, si pater vel κύριος literis sua manu exaratis, alicui filiam vel pupillam in matrimonium promittat, ut ex ea scriptura teneatur & convinci possit, (modo dolus absit, & sciens subscripserit) se filiam vel pupillam despondisse. Qua de re exemplum memorabile extat de Imperatore quodam, qui literas etiam non lectas subscribebat, laborem fugiens, qui revera magnus est, & vix ferendus est, præsertim principibus illis, qui amplissimas ditiones tenent, qualis est Rex Hispaniæ, qui (quod agentes in Hispania anno 1583. vidimus & percunctationibus didicimus) tot & tantos labores legendo, scribendo & subscribendo exantlare dicitur, ut vix illos sustinere possit, ut etiam homines non inepti horum magnitudinem perpendentes, deliberandum existiment, an homini tot regnorum administratio, si offerretur expetenda & affectanda sit, quod & Plutarchus *in libro, num seni sit gerenda Respublica* notavit, his verbis: εἰ νοῖεν οἱ πολλοὶ τὸ γράφειν μόνον ἐπὶ τοσαύτας ἡμῖν ἀναγινώσκειν ὅσον ἐργώδες ἐστὶν ἐρρωμένον οὐκ ἔλεσθαι ἂν τὸ διάδημα, id est, si multi scirent quam laboriosum sit & difficile literas scribere & legere, non appeterent diadema, hoc est, regnum.

Sed ut ad rem redeamus, Imperator ut facilius se expediret, literas non lectas subscribebat. Id cum animadvertisset quidam ex aulicis literas conscripsit, quarum summa erat, Imperatorem ei sororem suam despondisse, Imperator literas lectas subscripsit, postea qui literas subscribendas curarat, apud Imperatorem instit, & ut ei sororem daret petiit, quam literis despondisset. Imperator scripturam agnoscere coactus fuit sed tamen se sororem promisisse negavit, & deinceps in subscribendo majorem diligentiam adhibuit, & de hac re extant consilia tria *Zasii 11. & 12 in tractatu consiliorum*, ubi adolescens per literas virginem sibi despondit, misso annulo his verbis. Ich schicke euch meinen Ring zu einem gewissen Zeichen / damit euch vnd kein andere zum Ehemeib zu haben. Concludit Zasius literis hisce amatoriis matrimonium promissum esse, cum puella statim lectis literis illam promissionem acceptarit, & in eam consenserit. Hactenus de scriptura.

§. 12. SUMMARIUM.

1 *Sponsalia quoque probat annuli datio.*

2 *Annuli datio desponsationis est argumentum.*

SEd & alia adminicula ad probationem matrimonii & sponsalium admittenda esse æquitas postulat, ut annuli † datio, 2
vel missio, annuli enim missio præcedente † tractatu amoris honesti, desponsationis argumentum est, & indicium *notat gloss. in c. tenor. de re judicat. gl. c. final. de desponsat. impuberum. Hostiensis & alii c. 1. in verbo secundum morem terræ de matrimo. contra interdict. Ecclesiæ contract. qui omnes*, volunt in dubio annuli missionem matrimonium præsumptum arguere & notare, quando alia adminicula concurrunt. Quo spectat *l. fœminæ in fine, & ibi gl. 30. q. 5.* Etsi quidam illam missionem signum æquivocum esse existimant. *Abbas d. c. tenor*, tamen cum alia adminicula concurrunt præsumptionem non levem inducit *Zasius consil. 10. matri.* & maxime si annulus sit alicujus pretii vel valoris *consil. 10. num. 63.* & adolescens dicat se ad honestos actus annulum misisse, qui enim signum acceptat, etiam signatum amplecti videtur argumento *l. stigmata, C. de fabricens. consil. Zasii 71 & 12.* Interim tamen plenam probationem non facit. *Socinus consil. 39. part. 1. & Turzanus in opinionib.* Neque enim porrectione sola annuli sponsalia contrahuntur, nisi vocibus lingua figuratis id exprimatur, vel aliter significetur, annulum ea de causa dare, & illum mulier nomine sponsaliorum recipiat. *Aretinus consil. 17. Imola c. tenor. de re judicata.* Ita *apud Terentium* Philomena deprehenditur, & probatur Pamphili esse conjunx annuli beneficio, quem virgini bene potus detraxit, inde cognitio facta est virginem esse compressam, & filium ex ea natum, ut *colligere licet ex iis quæ leguntur Hecyr. act. 2. sc. 3. & act. 4. scen. 1.*

§. 13. SUMMARIUM.

Matrimonium probatur cohabitatione diuturna.

SEd & convictus domesticus vel thori societas, cohabitatio diuturna, sponsalium & matrimonii argumentum est maximum, & præsumptionem non levem inducit, usque adeo, ut ex quadragenaria cohabitatione verum præsumatur conjugium. *Præpositus in c. consultationem, communem esse dicit.* imo si decem annos vir & mulier una vixerint, & habitaverint, præsumitur inter eos conjugium esse, præsertim si se conjuges nominaverint, & totius viciniæ fama accedat,

dat, ita vir vel mulier quæ id probaverit, maritus & uxor censenda & retinenda sit. *Panormitanus & Butrig. c. illud de præsumptionibus. Idque sequitur Innocentius & Joannes Andreæ.* Nam in causis nuptiarum nulla melior est probatio, quam fama vicinia, & mulier quæ in domo una cum viro vixit semper, & cum eo ut uxor consuevit, & pro uxore habita est, uxor esse præsumitur, præsertim si cum eo, ut diximus, 10. annos habitaverit. *Dd. c illud, de præsumptionib. consil. matrimon. 50. n. 1.* Itaque liberi ex duobus nati, qui decennium una vixerunt & habitarunt, & ut conjuges consueverunt, legitimi dicuntur. Et ne cui mirum videatur, possessione quodammodo uxorem acquiri, sciat etiam veteres Romanos, quando tutoribus authoribus mulier in matrimonium conveniret, & cum viro consuesceret ut cum justo marito, & usus ille seu possessio non interrumperetur, intra annum in mariti manum uxor veniret, & de potestate tutorum exiret. Quò spectant verba legis duodecim tabularum, ut quæ mulier cum sui juris esset, annum unum apud virum matrimonii causa fuisset, ea mulier in trinoctium usurpata esset, pro usurpata haberetur. Et his consimilia sanxit Waldemarus Rex Daniæ *lib. 1. cap. 27* monocanonis Danici, vulgò Jordebuch, ut qui mulierem domi retineat, quæ claves & rerum omnium quæ clavibus concluduntur, custodiam habeat, & cum viro patiatur, ut cum justo marito consuescat triennium totum, eam pro uxore legitima & matrefamilias habendam esse, quæ haud dubie ex jure canonico petita esse videntur. Nam quod vir cum muliere & uxore consuescit, maximè in lecto & mensa, & quod eam uxorem nominat, vicinis scientibus matrimonii argumentum est, & judicium maximum. *Panorm. in c. illud de præsumpt. & consil. matrim. 67. num 9. & 10.*

§. 14. SUMMARIUM.

Appellatio sponsi & sponsæ aliquam præsumptionem inducit.

SEd & appellatio sponsi vel sponsæ mariti & uxoris aliquam præsumptionem inducit quæ cum aliis adminiculis ad probationem formandam aliquid momenti habet, *quæ de re supra c. 9. gl. in c. illud in verbo filium, qui filii sint legitimi. Zasius consil. 10. Vide Bartol. l. filium, de his qui sui sunt vel alieni juris l. neque C. de testam.*

§. 15. SUMMARIUM.

Si quis puellæ effigiem geſtet ſemper præſumptionem inducit.

HUc refert quod ſi quis puellæ effigiem, geſtaverit, & omnibus oſtenderit, præſumitur id bono animo, & quod puellam honeſto amore complecteretur, feciſſe, nam alioqui injuriarum teneretur, quod virginis pudor ſuggillari videretur. *text in l. apud Labeonem, §. idem ait, §. generaliter & ſequenti de injuriis.* Eſt enim pudoris habenda ratio. *l. quintus ff. mandati & maxime in ſexu muliebri l. 1. C. de officio diverſo judi. l. ſexum de peſtu.* Itaque & Zaſius concludit, effigiei circumlationem honeſte & ea intentione potius factam eſſe, quod eam ducere veliet, quam quod ei vitium inferre decreverit, *per Jaſonem l. qui ſervum de verb. oblig. l. merito pro ſocio. conſil. 10. Germanorum matrimonial.*

§. 16. SUMMARIUM.

Fama ad probanda ſponſalia facit.

HUc ſpectat rumor ſeu fama quæ & ipſa non minimum momenti habet ad probanda ſponſalia vel matrimonium. Itaque Dd. ſcribunt, famam cum uno teſte plenam probationem facere, *gl. c. veniens de teſt. Cynus l. ult. C. de quæſtio.* Item fama de ſponſalibus vel matrimonio contracto non probat illud, ſed juncta cum confeſſione conjugium probat, utique *c. duo 33. q. 6 Joannes Andreæ c. ſuper eo & gl. c. de eo qui cognovit conſanguineam uxoris, Canoniſtæ in cap. illud, de præſumptionib.* Item fama dicitur probare, cum aliis adminiculis quando animum judicis vehementer inducit ad præſumendum quod aſſeritur. *Dd. in cap præterea extra de teſtib.*

§. 17. SUMMARIUM.

Si quis puellæ colloquium expetiverit præſumptionem inducit.

ITem his adjice & hanc præſumptionem, ſi quis colloquium cum puella, expetat, præſumitur eam de ſtupro non alloqui

qui aut sollicitare velle, sed de rebus honestis, & per consequens de nuptiis. Nulla enim alia causa colloquendi esse aut præsumi potest, argumento *l. si duob. §. penult. quemad testa. ape.* Unde & ea pro expressa habebantur, *per ea quæ tradit Jason l. 1. §. nunc videamus, & in l. prætor. de ope. no. nunci.* ubi expresse scribit, ea quæ ex necessaria consequentia veniunt pro expressis haberi. *Zasius d. consil. 10.*

§. 18. SUMMARIA.

1 *Juramentum necessarium an deferri possit actori.*
2 *Facti species.*

NUnc de juramentis dicendum, quod & illa inter probationes rectè referuntur. Nam ubi de sponsalibus lis est, & actor intentionem suam plene non probavit, quæritur an juramentum quod † necessarium vocant, deferri possit actori vel reo ad supplenda ea quæ probationi desunt: Eam nos quæstionem ita determinandam censemus, quod parti petenti sibi deferri juramentum illud minimè sit deferendum, idque ea de causa, quod quæstiones seu lites de matrimonio inter arduas referantur (cum de statu & libertate personæ controvertatur *gl. in cap mulieri de jurejur.*) & criminalibus æquiparentur, in quibus probationes requiruntur luce meridiana clariores *l. fin C. de proba.* Ideoque propter periculi magnitudinem juramento & conscientiæ unius eas committere non oportet. Estque ea omnium pene interpretum recepta sententia. *Bart. l. maritus. de quæstio & l admonendi de jurejur. Panorm. c. final. eod.* Idque tum inprimis locum habet, si pars ad impediendas sponsalia vel disturbandas nuptias juramentum sibi deferri cupiat & jurare parata sit, sponsalia vel matrimonium promissum vel contractum non esse. Nam hoc casu juramentum illi petenti deferendum non est, etiamsi testem haberet unum omni exceptione majorem. *c. lator, de rejudic. cum similib. Dd. l. 3. de jurejurand. & ibi Castrensis, Gail. in observat. Cameræ libr. 2. observat 94. cons. 56. num. 2. matrimon.* Sin autem actor semiplene sponsalia probaverit, & in ejus favorem, hoc est, consummationem in supplementum jurare paratus esset, arbitrio judicis relinquendum erit, an ei juramentum deferri debeat vel non debeat, qui diligenter circumstantiis & qualitatibus

1

exami-

Digitized by Google

examinat's, pro ſua religione ſtatuet, an is qui ſemiplene probavit, vir frugi ſit, & apud omnes integritatis opinionem ac laudem habeat. Item an æqualem vel ſe inferiorem & inæqualem in matrimonium petat, ut tunc eum jurare volentem admittat, & *ita ſentiunt Panor. d. c. fin. Alexan. d. l. 3. de jurejur. Zaſ. conſ.* 9. Ego tamen poſteriori caſu, ubi actor in favorem matrimonii juſiurandum dare & ſibi deferri poſtulat, tum demum illud deferendum exiſtimaverim, ſiquidem & vir bonus ſit omnium judicio & opinione, & ad ſemiplenam probationem accedant præſumptiones, conjecturæ, & judicia, quibus ſemiplena probatio illa roboretur & firmetur, ut jam ſemiplena dici non debeat, ſed plena quodammodo, hiſce adminiculis fulta, quæ non parum momenti ad fidem faciendam habent. *Verbi gratia:* Si actor duos teſtes produxiſſet, quibus ſponſalia contracta eſſe probare vellet, & alter eorum non eſſet omni exceptione major, ſed qui infamia facti aut levitatis laboraret, tunc parti petenti juramentum deferri exiſtimaverim. Nam præter ſemiplenam probationem adhuc habet præſumptionem & adminiculum non exigui momenti, nimirum teſtimonium teſtis non integri. Itaque rectè tradidit *Jaſon l. admonendi. de jurejurand. Panormitan cap. mulieri de jurejuran. ſequuntur recentiores, Zaſius conſil. 10. num. 37.* vel ſi actor homo locuples & nobilis in uxorem expetat puellam longe ſe inferiorem, & uno teſte omni exceptione majori ſponſalia probaret, tunc ei juramentum neceſſarium judex deferre poteſt. Nam præter ſemiplenam probationem habet actor præſumptionem fortiſſimam, quod veriſimile non ſit hominem locupletem puellæ pauperculæ nuptias expetere. Econtra ſi puella indotata & paupercula divitem maritum expeteret, & per unum teſtem matrimonium promiſſum probaret, certè ei juramentum deferendum non eſſet, idque quod præſumptio eſſet contra actricem. Et ita ſentit *Paulus de Caſtro l. 3. de jurejurand. & Panormitanus.* Hisque & ego † addo hanc facti ſpeciem, ſi quis filiam alteri deſpondiſſet duobus teſtibus præſentibus, quorum alter paulò poſt diem obiiſſet, & poſtea lite exorta, & ſponſo negante ſponſalia, pater teſtem ſuperſtitem produxiſſet, & defuncti teſtis filium vel alium hominem fide dignum qui juratus affirmaret, ſe ex patre defuncto audiviſſe, ſponſalia ſe præſente contracta eſſe. certè hoc caſu juramentum neceſſarium patri qui filium deſpondiſſet, de-

2

ferri

ferri posse putaverim, quod ultra testem omni exceptione majorem, testimonium habeat de auditu, & hanc opinionem communem dicit *Curtius Junior, l. admonendi de jurejurand. Corazius lib. miscellan. lib. 3. cap. 4. Didacus fol. 10 num. 1. Mauserus Tit. de nuptiis, Institut. conf. 29. num. 67. matrimoniali.* Ut autem parti illud juramentum deferatur, oportet illum, ut diximus, omni exceptione esse majorem & inculpatæ vitæ virum, hoc est, cui nullum crimen vel probrum objici possit, & qui apud omnes sit integritate famæ & vitæ conspicuus. *Azo in summa, de rebus cred. Dd. in l. admon. de jurejurand. Jason in §. sed iste de actio. insti. Socinus in tract. sallentiarum, consil. 82. matrim. fol. 5.*

§. 19. SUMMARIA.

1 *An mulieri semiplene probanti juramentum deferri possit.*
2 *An appellari possit à delatione juramenti necessarii.*

QVæ de viro diximus † eadem in muliere, id est matrona honesta locum habere & statuenda existimo, ut siquidem testem unum, hoc est, omni exceptione majorem & alia adminicula accedant, ad juramentum necessarium admitti possit, sin vero levitatis insimuletur & male audiat, minime: Itaque mulieri vitiatæ, quæ dicit, sibi promissum esse matrimonium ab eo, qui illam vitiavit & jurare parata est, juramentum necessarium deferendum non est, etiamsi per unum testem probet, sibi matrimonium promissum esse. Idque quod illa pudicitiæ jacturam fecerit, & infamis sit, & susque deque habeat, quid jurata dicat vel affirmet. Nam recte ille *apud Terentium* de mulieribus inhonestis: 1

Neq; pol istæ Deos metuunt,
Neq; hos Deum multum curare arbitror.

Deinde vitiata hoc unum studet, ut infamiam abolere, & maculam eluere & eum qui illi vitium intulit, maritum nanciscí possit. Et juramentum necessarium ei, de cujus honore & fama agitur, deferendum non esse tradunt Dd. quod verisimile sit eam facile pejeraturam, propter honorem, cum fama & honore homini nihil sit antiquius aut precio sius. *l. Julianus, si quis omiss. caussa*, qua de re etiam supra *cap. 9.* exempla attulimus de Eustachio Episcopo & aliis.

An autem † appellari possit à delatione juramenti necessarii
2 quæritur? Et appellari posse non dubitatur, quemadmodum ab alio quocunque gravamine. *Bartol. & Jason. l. in actione, in fine. de jurejurando in litem & leg. si quando C. unde vi, & Jason in repetitione legis admonendi de jurejurand.*

§. 20. SUMMARIUM.

An patri semiplene probanti juramentum deferri possit.

SEd & patri vel κυρίῳ qui filium vel filiam in matrimonium promisit, juramentum necessarium deferri posse existimo, siquidem ejus intentio plene probata non sit, & ea adminicula concurrant, de quibus dictum est, hoc est, siquidem is qui filiam stipulanti sponsponderit, ultra semiplenam probationem præsumptiones habeat, vel indicia quibus probatio sulciatur. & vir sit morum & vitæ integritate conspicuus. Nam olim actio adversus patrem vel κύριον, qui filiam dare promisisset, instituebatur, si illam dare recusaret, *ut ex Gellio & Seneca supra cap. 12. demonstravimus.*

§. 21. SUMMARIA.

1 *Juramentum voluntarium an & quando in sponsalibus deferri possit.*
2 *Forma sentia.*

1 IN juramento † voluntario, quod in judicio parti à parte deferri solet, eadem distinctio servanda est. Nam si quis sponsalia contracta affirmet, & alter neget, is qui negat juramentum affirmanti deferre potest. Et siquidem id ille acceperit, & juraverit, sponsalia vel matrimonium contractum esse censetur. Idq; quod qui juramentum detulit liberrima voluntate alterius conscientiæ totam rem commisisse, & in id consentire velle judicatur, quicquid ille juraſſet *l. juraſſe. §. finali, de jurejurand.* Et juramentum delatum sub conditione honesta & à jure probata delatum videtur, ut siquidem affirmans sponsalia juraſſet ea intervenisse totum negans ei rei acquiesceret, & sponsalia vel matrimonium ratum habere vellet. Itaque hæc conditio sponsalia non vitiat. *tot. tit. de conditionib. appositis.* Imo hoc juramentum transactionis quasi quandam speciem continet, ut

Ripa

Ripa recte disputat. Interim quam periculosum sit, alterius conscientiæ caussam de nuptiis committere, argumento est exemplum supra ex Demosthene adductum de muliere Attica Plangone, cui cum Mantias quidam jusiurandum deferret, & illa recepisset, se juraturum liberos quos suscepisset ex Mantia genitos non esse, illa contra quam promisisset, juravit liberos ex illo genitos esse & ita fucum illi fecit. Historia supra relata est *cap. 13.* Apud Plautum *in Amphitruone* juramentum offert Amphitruo his verbis:

Mane, arbitratu tuo jusiurandum dabo,
Me meam esse pudicam uxorem arbitrarier.
Id ego si fallo, tum te summe Jupiter quæso,
Amphitruoni semper uti ratus sis.

Hic tamen hanc cautionem adhibendam censet *Panorm. in c. mulieri, de jureiurando, & hunc secutus Didacus*, ut si ex hujus juramenti datione præjudicium alii quam deferenti posset inferri, id admittere non debeat judex, verbi gratia: Titius sponsalia contraxit cum Mævia palam adhibitis testibus, convenitur à Sempronia Titius, quod illi fidem olim dederit, neganti Titio Sempronia juramentum defert, id admittendum non est, cum in detrimentum Titii id redundaret, & ad dissolutionem matrimonii contracti spectaret. *Didac. c 4. par. 1. n. 5.* Idq; verissimum existimaverim, ut delatio juramenti etiam ubi nulla adest probatio in caussa conjugii sed reus omnino est absolvendus, minime sit admittenda, quando ex illa posset alicui nocumentum aliquod inferri, qui tamen eandem litem minime tractat, & ex ejus decisione sperat damnum aut lucrum quoad propriam caussam. Verba sunt Didaci: Aliud dicendum, si quidem is qui affirmat sponsalia inita esse, jusiurandum deferat neganti ut juret, sponsalia contracta non esse. Nam ejusmodi delationem juris ratio non admittit, quod ea ad dissolutionem sponsaliorum & per consequens matrimonii spectet, & tendat. Nam hac ratione parti neganti suo facto, hoc est, negatione & inficiatione facti jurata, liceret matrimonium dirimere, quod tamen sola morte dirimi debet. Quæ absurditas ut eviteur recte constituunt Doctores, juramentum voluntariũ parti neganti delatum non valere, neq; admittendum esse. Altera ratio hæc est quam Dd. afferunt, quod caussæ matrimoniales nunquam transeant in rem judicatam, imo liberum est, parti contra quam

ctorum recepta ſententia eſt, confeſſionem † quando eſt qualificata in totam accipiendam vel repudiandam eſſe. *Bald. l. ſicut, Cod. de repudiand. hæredit. Bald. l. unica de confeſſis.* Verbi gratia: Si quis fateatur ſe iniſſe ſponſalia, cum eſſet inhabilis ad matrimonium contrahendum, illa confeſſio cum implicite facta ſit tota acceptari vel repudiari debet, & dividi non poteſt *Baldus in leg. ſicut, Cod. de repudianda hæreditate,* vel qui eadem ſe feciſſe dicit & fatetur, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ, illa confeſſio in totum acceptari & dividi non debet. *l. ſi quidem de exceptionibus.*

§. 11. SUMMARIA.

1 *Sponſalia ſcriptura probantur.*
2 *Sponſalia per privatam ſcripturam probantur.*
3 *Species facti.*

1 SEd & ſcriptura † ſponſalia recte probantur. Nec refert an illa publica ſint vel privata, Publica vero inſtrumenta à notario vel tabellione confecta, & teſtium ſubſcriptione roborata, quæ ut plurimum in cauſſis nuptiarum adhiberi ſolent, & teſtationes apellantur *l. ſæpe de ſponſalibus.* Qua de re ſupra *cap. 5.* ubi de ſcripturæ egimus, quæ pactis nuptialibus adhiberi ſolent. Et hæc plenam fidem faciunt, ut reliqua inſtrumenta.

2 Scriptura etiam † privata non minus efficax eſt ad probanda ſponſalia. Quid enim ſi quis literis vel ſcriptura ſua manu exarata alicui conjugium promittat? Certe illa contra eum qui ſcripſit pleniſſimam fidem faciet, idque apud veteres obſervatum eſſe hiſtoriæ teſtes ſunt. Caligula imperator Enniæ Noemiæ conjugi Macronis, qui Prætorianis cohortibus præerat matrimonium promiſit, ſi potitus imperio ſuiſſet, deque ea re & jurejurando & chyrographo cavit. *Sueton. in Caligula cap. 12.*

Ita probata fuerunt ſponſalia inita inter Maximilianum Imperatorem & Caroli Ducis Burgundiæ filiam, quæ de patris voluntate conjugium promiſit Imperatori Maximiliano, & in ejus rei fidem teſtationem vel ſcripturam ſua manu exaratam illi tradidit, *teſtatur, Cominæus.* Et apud Eberhardum extat conſilium de ſpecie facti, ubi puella literis ſua manu exaratis, conjugium promittit. Idem dicendum,

dum, ſi pater vel κύριος literis ſua manu exaratis, alicui filiam vel pupillam in matrimonium promittat, ut ex ea ſcriptura teneatur & convinci poſſit, (modo dolus abſit, & ſciens ſubſcripſerit) ſe filiam vel pupillam deſpondiſſe. Qua de re exemplum memorabile extat de Imperatore quodam, qui literas etiam non lectas ſubſcribebat, laborem fugiens, qui revera magnus eſt, & vix ferendus eſt, præſertim principibus illis, qui ampliſſimas ditiones tenent, qualis eſt Rex Hiſpaniæ, qui (quod agentes in Hiſpania anno 1583. vidimus & percunctationibus didicimus) tot & tantos labores legendo, ſcribendo & ſubſcribendo exantlare dicitur, ut vix illos ſuſtinere poſſit, ut etiam homines non inepti horum magnitudinem perpendentes, deliberandum exiſtiment, an homini tot regnorum adminiſtratio, ſi offerretur expetenda & affectanda ſit, quod & Plutarchus *in libro num ſeni ſit gerenda Reſpublica* notavit, his verbis: εἰ νοῦν οἱ πολλοὶ τὸ γράφειν μόνον ὅσον πολλὰς τοσαύτας ἡμῖν ἀναγινώσκειν ὅσον ἐργώδες ὂν ἐρριμμένον οὐκ ἔλεσθαι ἂν διάδημα, id eſt, ſi multi ſcirent quam laboriosum ſit & difficile literas ſcribere & legere, non appeterent diadema, hoc eſt, regnum.

Sed ut ad rem redeamus, Imperator ut facilius ſe expediret, literas non lectas ſubſcribebat. Id cum animadvertiſſet quidam ex aulicis literas conſcripſit, quarum ſumma erat, Imperatorem ei ſororem ſuam deſpondiſſe, Imperator literas lectas ſubſcripſit, poſtea qui literas ſubſcribendas curarat, apud Imperatorem inſtitit, & ut ei ſororem daret petiit, quam literis deſpondiſſet. Imperator ſcripturam agnoſcere coactus fuit ſed tamen ſe ſororem promiſiſſe negavit, & deinceps in ſubſcribendo majorem diligentiam adhibuit, & de hac re extant conſilia tria *Zaſii 11. & 12 in tractatu conſiliorum*, ubi adoleſcens per literas virginem ſibi deſpondit, miſſo annulo his verbis. Ich ſchicke euch meinen Ring zu einem gewiſſen Zeichen damit euch vnd kein andere zum Eheweib zu haben. Concludit Zaſius literis hiſce amatoriis matrimonium promiſſum eſſe, cum puella ſtatim lectis literis illam promiſſionem acceptarit, & in eam conſenſerit. Hactenus de ſcriptura. 3

§. 12. SUMMARIUM.

1 *Sponſalia quoque probat annuli datio.*

2 *Annuli datio deſponſationis eſt argumentum.*

SEd & alia adminicula ad probationem matrimonii & sponsalium admittenda esse æquitas postulat, ut annuli † datio,
2 vel missio, annuli enim missio præcedente † tractatu amoris hone-
1 sti, desponsationis argumentum est, & indicium *notat gloss. in c. tenor. de rejudica gl. 6. final. de desponsat. impuberum, Hostiensis & alii c. 1. in verbo secundum morem terræ de matrimo. contra interdict. Ecclesiæ contract. qui omnes*, volunt in dubio annuli missionem matrimonium præsumptum arguere & notare, quando alia adminicula concurrunt. Quo spectat *l. fœminæ in fine, & ibi gl. 30. q. 5.* Etsi quidam illam missionem signum æquivocum esse existimant. *Abbas d. c. tenor*, tamen cum alia adminicula concurrunt præsumptionem non levem inducit *Zasius consil. 10. matri.* & maximè si annulus sit alicujus pretii vel valoris *consil. 10. num. 63.* & adolescens dicat se ad honestos actus annulum misisse, qui enim signum acceptat, etiam signatum amplecti videtur argumento *l. stigmata, C. de fabricens. consil. Zasii 72 & 12.* Interim tamen plenam probationem non facit. *Socinus consil. 39. part. 1. & Turzanus in opinionib.* Neque enim porrectione sola annuli sponsalia contrahuntur, nisi vocibus lingua figuratis id exprimatur, vel aliter significetur, annulum ea de causa dare, & illum mulier nomine sponsaliorum recipiat. *Aretinus consil. 17. Imola c. tenor, de rejudicata.* Ita *apud Terentium* Philomena deprehenditur, & probatur Pamphili esse conjunx annuli beneficio, quem virgini bene potus detraxit, inde cognitio facta est virginem esse compressam, & filium ex ea natum, ut *colligere licet ex iis quæ leguntur Hecyr. act. 2. sc. 3. & act. 4. scen. 1.*

§. 13. SUMMARIUM.

Matrimonium probatur cohabitatione diuturna.

SEd & convictus domesticus vel thori societas, cohabitatio diuturna, sponsalium & matrimonii argumentum est maximum, & præsumptionem non levem inducit, usque adeo, ut ex quadragenaria cohabitatione verum præsumatur conjugium. *Propositus in c. consultationc, communem esse dicit*, imo si decem annos vir & mulier una vixerint, & habitaverint, præsumitur inter eos conjugium esse, præsertim si se conjuges nominaverint, & totius viciniæ fama accedat,

dat, ita vir vel mulier quæ id probaverit, maritus & uxor censenda & retinenda sit. *Panormitanus & Butrig. c. illud de præsumptionibus. Idque sequitur Innocentius & Joannes Andreæ.* Nam in causis nuptiarum nulla melior est probatio, quam fama vicinia, & mulier quæ in domo una cum viro vixit semper, & cum eo ut uxor consuevit, & pro uxore habita est, uxor esse præsumitur, præsertim si cum eo, ut diximus, 10. annos habitaverit. *Dd. c illud, de præsumptionib. consil. matrimon. 50. n. 1.* Itaque liberi ex duobus nati, qui decennium una vixerunt & habitarunt, & ut conjuges consueverunt, legitimi dicuntur. Et ne cui mirum videatur, possessione quodammodo uxorem acquiri, sciat etiam veteres Romanos, quando tutoribus authoribus mulier in matrimonium conveniret, & cum viro consuesceret ut cum justo marito, & usus ille seu possessio non interrumperetur, intra annum in mariti manum uxor veniret, & de potestate tutorum exiret. Quò spectant verba legis duodecim tabularum, ut quæ mulier cum sui juris esset, annum unum apud virum matrimonii causa fuisset, ea mulier in trinoctium usurpata esset, pro usurpata haberetur. Et his consimilia sanxit Waldemarus Rex Daniæ *lib. 1. cap. 27* monocanonis Danici, vulgò Ecbuch, ut qui mulierem domi retineat, quæ claves & rerum omnium quæ clavibus concluduntur, custodiam habeat, & cum viro pariter, ut cum justo marito consuescat triennium totum, eam pro uxore legitima & matrefamilias habendam esse, quæ haud dubie ex jure canonico recta esse videntur. Nam quod vir cum muliere & uxore consuescat, maximè in lecto & mensa, & quod eam uxorem nominat, vicinis scientibus matrimonii argumentum est, & judicium maximum. *Panorm. in c. illud de præsumpt. & consil. matrim. 67. num 9. & 10.*

§. 14. SUMMARIUM.

Appellatio sponsi & sponsæ aliquam præsumptionem inducit.

SEd & appellatio sponsi vel sponsæ mariti & uxoris aliquam præsumptionem inducit quæ cum aliis adminiculis ad probationem formandam aliquid momenti habet, *quæ de re supra c. 9. gl. in c. illud in verbo filium, qui filii sint legitimi. Zasius consil. 10. Vide Bartol. l. filium, de his qui sui sunt vel alieni juris l. neque C. de testam.*

§. 15. SUMMARIUM.

Si quis puellæ effigiem gestet semper præsumptionem inducit.

HUc refert quod si quis puellæ effigiem, gestaverit, & omnibus ostenderit, præsumitur id bono animo, & quod puellam honesto amore complecteretur, fecisse, nam alioqui injuriarum teneretur, quod virginis pudor suggillari videretur. *text in l. apud Labeonem, §. idem ait, §. generaliter & sequenti de injuriis.* Est enim pudoris habenda ratio. *l. quintus ff. mandati & maxime in sexu muliebri l. 1. C. de officio diverso judi. l. sexum de postu.* Itaque & Zasius concludit, effigiei circumlationem honeste & ea intentione potius factam esse, quod eam ducere vellet, quam quod ei vitium inferre decreverit, *per Jasonem l. qui servum de verb. oblig. l. merito pro socio. consil. 10. Germanorum matrimonial.*

§. 16. SUMMARIUM.

Fama ad probanda sponsalia facit.

HUc spectat rumor seu fama quæ & ipsa non minimum momenti habet ad probanda sponsalia vel matrimonium. Itaque Dd. scribunt, famam cum uno teste plenam probationem facere, *gl. c. veniens de test. Cynus l. ult. C. de quæstio.* Item fama de sponsalibus vel matrimonio contracto non probat illud, sed juncta cum confessione conjugum probat, utique *c. duo 3. 5. q. 6 Joannes Andreæ c. super eo & gl. c. de eo qui cognovit consanguineam uxoris, Canonistæ in cap. illud, de præsumptionib.* Item fama dicitur probare, cum aliis adminiculis quando animum judicis vehementer inducit ad præsumendum quod asseritur. *Dd. in cap præterea extra de testib.*

§. 17. SUMMARIUM.

Si quis puellæ colloquium expetiverit præsumptionem inducit.

ITem his adjice & hanc præsumptionem, si quis colloquium cum puella, expetat, præsumitur eam de stupro non alloqui

qui aut sollicitare velle, sed de rebus honestis, & per consequens de nuptiis. Nulla enim alia causa colloquendi esse aut præsumi potest, argumento *l. si duob. §. penult. quemad testa. ape.* Unde & ea pro expressa habebitur, *per ea quæ tradit Jason l. 1. §. nunc videamus, & in l. prætor. de ope. no. nunci.* ubi expressè scribit, ea quæ ex necessaria consequentia veniunt pro expressis haberi. *Zasius d. consil. 10.*

§. 18. SUMMARIA.

1 *Juramentum necessarium an deferri possit actori.*
2 *Facti species.*

NUnc de juramentis dicendum, quod & illa inter probationes rectè referuntur. Nam ubi de sponsalibus lis est, & actor intentionem suam plene non probavit, quæritur an juramentum quod † necessarium vocant, deferri possit actori vel reo ad supplenda ea quæ probationi desunt: Eam nos quæstionem ita determinandam censemus, quod parti petenti sibi deferri juramentum illud minimè sit deferendum, idque ea de causa, quod quæstiones seu lites de matrimonio inter arduas referantur (cum de statu & libertate personæ controvertatur *gl. in cap mulieri de jurejur.*) & criminalibus æquiparentur, in quibus probationes requiruntur luce meridiana clariores *l. fin C. de proba.* Ideoque propter periculi magnitudinem juramento & conscientiæ unius eas committere non oportet. Estque ea omnium pene interpretum recepta sententia. *Bart. l. maritus. de quæstio. & l admonendi de jurejur. Panorm. c. final. eod.* Idque tum inprimis locum habet, si pars ad impedienda sponsalia vel disturbandas nuptias juramentum sibi deferri cupiat & jurare parata sit, sponsalia vel matrimonium promissum vel contractum non esse. Nam hoc casu juramentum illi petenti deferendum non est, etiamsi testem haberet unum omni exceptione majorem. *c. lator, de re judic. cum similib. Dd. l. 3. de jurejurand. & ibi Castrensis, Gail. in observat. Cameræ libr. 1. observat 94. cons. 56. num. 2. matrimon.* Sin autem actor semiplene sponsalia probaverit, & in ejus favorem, hoc est, consummationem in supplementum jurare paratus esset, arbitrio judicis relinquendum erit, an ei juramentum deferri debeat vel non debeat, qui diligenter circumstantiis & qualitatibus

1

exami-

examinat's, pro sua religione statuet, an is qui semiplenè probavit, vir frugi sit, & apud omnes integritatis opinionem ac laudem habeat. Item an æqualem vel se inferiorem & inæqualem in matrimonium petat, ut tunc eum jurare volentem admittat, & *ita sentiunt Panor. d. c. fin. Alexan. d l. 3. de jurejur. Zas. conf.* 9. Ego tamen posteriori casu, ubi actor in favorem matrimonii jusiurandum dare & sibi deferri postulat, tum demum illud deferendum existimaverim, siquidem & vir bonus sit omnium judicio & opinione, & ad semiplenam probationem accedant præsumptiones, conjecturæ, & judicia, quibus semiplena probatio illa roboretur & firmetur, ut jam semiplena dici non debeat, sed plena quodammodo, hisce adminiculis fulta, quæ non parum momenti ad fidem faciendam habent. *Verbi gratia:* Si actor duos testes produxisset, quibus sponsalia contracta esse probare vellet, & alter eorum non esset omni exceptione major, sed qui infamia facti aut levitatis laboraret, tunc parti petenti juramentum deferri existimaverim. Nam præter semiplenam probationem adhuc habet præsumptionem & adminiculum non exigui momenti, nimirum testimonium testis non integri. Itaque rectè tradidit *Jason l. admonendi. de jurejurand. Panormitan cap. mulieri de jurejuran. sequuntur recentiores, Zasius consil. 10. num. 37.* vel si actor homo locuples & nobilis in uxorem expetat puellam longe se inferiorem, & uno teste omni exceptione majori sponsalia probaret, tunc ei juramentum necessarium judex deferre potest. Nam præter semiplenam probationem habet actor præsumptionem fortissimam; quod verisimile non sit hominem locupletem puellæ pauperculæ nuptias expetere. Econtra si puella indotata & pauperula divitem maritum expeteret, & per unum testem matrimonium promissum probaret, certè ei juramentum deferendum non esset, idque quod præsumptio esset contra actricem. Et ita sentit *Paulus de Castro l. 3. de jurejurand. & Panormitanus.* Hisque & ego † addo hanc facti speciem, si
2 quis filiam alteri desponsisset duobus testibus præsentibus, quorum alter paulò post diem obiisset, & postea lite exorta, & sponso negante sponsalia, pater testem superstitem produxisset, & defuncti testis filium vel alium hominem fide dignum qui juratus affirmaret, se ex patre defuncto audivisse, sponsalia se præsente contracta esse, certè hoc casu juramentum necessarium patri qui filium desponsisset, de-

ferri

ferri posse putaverim, quod ultra testem omni exceptione majorem, testimonium habeat de auditu, & hanc opinionem communem dicit *Curtius Junior, l. admonendi de jurejurand. Corazius lib. miscellan. lib. 3. cap. 4. Didacus fol. 10 num. 1. Mauserus Tit. de nuptiis, Institut. cons. 29. num. 67. matrimoniali.* Ut autem parti illud juramentum deferatur, oportet illum, ut diximus, omni exceptione esse majorem & inculpatæ vitæ virum, hoc est, cui nullum crimen vel probrum objici possit, & qui apud omnes sit integritate famæ & vitæ conspicuus. *Azo in summa, de rebus cred. Dd. in l. admon. de jurejurand Jason in §. sed iste de actio. insti. Socinus in tract. sallentiarum, consil. 82. matrim. fol. 5,.*

§. 19. SUMMARIA.

1 *An mulieri semiplene probanti juramentum deferri possit.*
2 *An appellari possit à delatione juramenti necessarii.*

QVæ de viro diximus † eadem in muliere, id est matrona honesta locum habere & statuenda existimo, ut siquidem testem unum, hoc est, omni exceptione majorem & alia adminicula accedant, ad juramentum necessarium admitti possit, sin vero levitatis insimuletur & male audiat, minime: Itaque mulieri vitiatæ, quæ dicit, sibi promissum esse matrimonium ab eo, qui illam vitiavit & jurare parata est, juramentum necessarium deferendum non est, etiamsi per unum testem probet, sibi matrimonium promissum esse. Idque quod illa pudicitiæ jacturam fecerit, & infamis sit, & susque deque habeat, quid jurata dicat vel affirmet. Nam recte ille *apud Terentium* de mulieribus inhonestis: 1

Neq; pol istæ Deos metuunt,
Neq; hos Deum multum curare arbitror.

Deinde vitiata hoc unum studet, ut infamiam abolere, & maculam eluere & eum qui illi vitium intulit, maritum nancisci possit. Et juramentum necessarium ei, de cujus honore & fama agitur, deferendum non esse tradunt Dd. quod verisimile sit eam facile pejeraturam, propter honorem, cum fama & honore homini nihil sit antiquius aut preciosius. *l. Julianus, si quis omiss. caussa*, qua de re etiam supra *cap. 9.* exempla attulimus de Eustachio Episcopo & aliis.

An autem † appellari possit à delatione juramenti necessarii
2 quæritur? Et appellari posse non dubitatur, quemadmodum ab alio quocunque gravamine. *Bartol. & Jason. l. in actione, in fine. de jurejurando in litem & leg. si quando C. unde vi, & Jason in repetitione legis admonendi de jurejurand.*

§. 20. SUMMARIUM.

An patri semiplene probanti juramentum deferri possit.

SEd & patri vel κυρίῳ qui filium vel filiam in matrimonium promisit, juramentum necessarium deferri posse existimo, siquidem ejus intentio plene probata non sit, & ea admicula concurrant, de quibus dictum est, hoc est, siquidem is qui filiam stipulanti sponsonderit, ultra semiplenam probationem præsumptiones habeat, vel indicia quibus probatio fulciatur, & vir sit morum & vitæ integritate conspicuus. Nam olim actio adversus patrem vel κύριον, qui filiam dare promisisset, instituebatur, si illam dare recusaret, *ut ex Gellio & Seneca supra cap. 12. demonstravimus.*

§. 21. SUMMARIA.

1 *Juramentum voluntarium an & quando in sponsalibus deferri possit.*
2 *Forma sentiæ.*

1 IN juramento † voluntario, quod in judicio parti à parte deferri solet, eadem distinctio servanda est. Nam si quis sponsalia contracta affirmet, & alter neget, is qui negat juramentum affirmanti deferre potest. Et siquidem id ille acceptaverit, & juraverit, sponsalia vel matrimonium contractum esse censetur. Idq; quod qui juramentum detulit liberrima voluntate alterius conscientiæ totam rem commisisse, & in id consentire velle judicatur, quicquid ille juraſſet *l. juraſſe. §. finali, de jurejurand.* Et juramentum delatum sub conditione honesta & à jure probata delatum videtur, ut siquidem affirmans sponsalia juraſſet ea interveniſſe totum negans ei rei acquiesceret, & sponsalia vel matrimonium ratum habere vellet. Itaque hæc conditio sponsalia non vitiat. *tot. tit. de conditionib. appositis.* Imo hoc juramentum transactionis quasi quandam speciem continet, ut

Ripa

Ripa recte disputat. Interim quam periculosum sit, alterius conscientiæ caussam de nuptiis committere, argumento est exemplum supra ex Demosthene adductum de muliere Attica Plangone, cui cum Mantias quidam jusiurandum deferret, & illa recepisset, se juraturum liberos quos suscepisset ex Mantia genitos non esse, illa contra quam promisisset, juravit liberos ex illo genitos esse & ita fucum illi fecit. Historia supra relata est *cap. 13.* Apud Plautum *in Amphitruone* juramentum offert Amphitruo his verbis:

Mane, arbitratu tuo jusiurandum dabo,
Me meam esse pudicam uxorem arbitrarier.
Id ego si fallo, tum te summe Jupiter quæso,
Amphitruoni semper uti ratus sis.

Hic tamen hanc cautionem adhibendam censet *Panorm. in c. mulieri, de jureiurando, & hunc secutus Didacus*, ut si ex hujus juramenti datione præjudicium alii quam deferenti posset inferri, id admittere non debeat judex, verbi gratia: Titius sponsalia contraxit cum Mævia palam adhibitis testibus, convenitur à Sempronia Titius, quod illi fidem olim dederit, neganti Titio Sempronia juramentum defert, id admittendum non est, cum in detrimentum Titii id redundaret, & ad dissolutionem matrimonii contracti spectaret. *Didac. c 4. par. 1. n. 5.* Idq; verissimum existimaverim, ut delatio juramenti etiam ubi nulla adest probatio in caussa conjugii sed reus omnino est absolvendus, minime sit admittenda, quando ex illa possit alicui nocumentum aliquod inferri, qui tamen eandem litem minime tractat, & ex ejus decisione sperat damnum aut lucrum quoad propriam caussam. Verba sunt Didaci: Aliud dicendum, si quidem is qui affirmat sponsalia inita esse, jusiurandum deferat neganti, ut juret, sponsalia contracta non esse. Nam ejusmodi delationem juris ratio non admittit, quod ea ad dissolutionem sponsaliorum & per consequens matrimonii spectet, & tendat. Nam hac ratione parti neganti suo facto, hoc est, negatione & inficiatione facti jurata, liceret matrimonium dirimere, quod tamen sola morte dirimi debet. Quæ absurditas ut evitetur recte constituunt Doctores, juramentum voluntarii parti neganti delatum non valere, neq; admittendum esse. Altera ratio hæc est quam Dd. afferunt, quod caussæ matrimoniales nunquam transeant in rem judicatam, Imo liberum est, parti contra quam

sententia lata est, novis repertis probationibus contra matrimonium agere, & illud impugnare *c. labor, extra de sententia & re judicata.* Ea autem facultas auferretur parti, si quidem ad juramentum admitteretur. Nam ubi semel juratum est, amplius ea de re quæri non oportet. Ita concludunt *Albericus de Rosate Paulus de Castro & Jason l. 3. de jurejurando, Dd. in c. intellecto cap. final. de jurejuran.* Interim tamen si juramentum delatum sit & juratum, ei standum esse censent Dd. nihil enim est quærendum, quam an juratum sit. *l. non erit. §. dato, de jurejurand. consil. 68 matrim. n. 33. Italorum.*

2 Forma † sententiæ.

NAser freundlich Dienst zuvor/ Ehrwürdige/ Gestrenge/ Ehrnveheste/ Hochgelahrte/ gute Freunde/ als jhr vns Klage/ Antwort/ vnd ferner Einbringen in Ehesachen N. N. Klägerin an einem/ vnnd N. N. Beklagten anders Theils/ zugeschickt/ vnd euch des Rechtens darüber zu vnterrichten geberen habt/ Demnach vnterrichten wir verordente Commissarien des Consistorii zu N. darauff vor recht/ daß der geforderte Vorstand/ deßgleichen von der Klägerin geschehen Eydes delation/ nach Gelegenheit dißfals nicht statt/ sondern weil Beklagter die Klage verneint/ so ist Klägerin in Zeit Sächsischer Frist den grund derselben/ vnd vornemlichen Beklagter jhr eine Ehe zugesagt/ wie recht zu erweisen schüldig/ darauff ergehet alßdann auch der andern von Beklagten fürgewanderter Vrsachen halben ferner was recht ist, Von Rechts wegen.

§. 22. SUMMARIUM.

Iuramentum judiciale quib. casibus deferri possit in causis matrimonialibus.

NUnc de judiciali juramentō quod ἔπακτον ὄρκον Græci appellant, hoc est, juramentum non sponte susceptum, sed ab alio impactum vel delatum Isocrates ὅρκον ἔπακτον προσδέχε, id est, quod à judice parti neganti ad purgandam innocentiam ac conscientiam deferri solet, & purgationis vulgo jusiurandum nominatur. Et hic primum quæritur, si actor cujus intentio est, sponsalia esse contracta, probationibus destituatur, an judex possit ad litem terminan-

minandam reo juramentum purgationis deferre, ut juret, ſe conjugium nunquam promiſiſſe. Et hac in re video Juriſperitis noſtris & Theologis etiam, qui doctrinæ laude clarent hanc placuiſſe diſtinctionem, ut ſi quidem actor teſtem habeat neminem, neque ſcripturam aut alia documenta, quibus intentionem ſuam probet, neque præſumptio vel ſuſpicio aliqua ſit pro matrimonio qua reus gravetur, reum abſolvendum eſſe, etiam nullo juramento præſtito, juxta *l. qui accuſare, de edendo.* ubi traditur, reum actore non probante abſolvendum eſſe, etiam ſi nihil præſtiterit, hoc eſt, ut ſupplet interpres, etiamſi non juraverit, Nam de occultis non judicat eccleſia, & non eſſe, vel non apparere paria ſunt. Deinde cum clàm inter ſeſe contraxerint, & rei quodammodo illicitæ & vetitæ operam dederint, æquum non ſit, ut ejus rei veritas jurejurando extorqueatur, cum omnia clandeſtina odioſa ſint, ideoq; juris beneficiis fovenda non ſint: quæ Panormitani eſt ſententia, & conſuluit Henningus Goden *conſ. matrim. 3. n. 12.* qui etiam formulam recenſet, qua uti ſolent *fol. 10. n. 13.* Idque etiam locum habere exiſtimaverim, ſi ſponſalia ab illis, qui in parentum vel tutorum poteſtate ſunt, inita eſſe dicantur à filiisfamilias vel filiabus. Nam & ea irrita eſſe ſuprà docuimus. Formulam qua uti ſolent hac in re ſuprà *cap. 10.* adnotavimus. Aliud dicendum, ſiquidem teſtem habeat actor unum, vel præſumptiones vel indicia ſint pro matrimonio, quibus reus gravetur qui ſponſalia inita negat. Nam hoc caſu etiam ſi actor intentionem ſuam non probaverit, vel non plene probaverit, reus non abſolvitur, niſi jurejurando innocentiam & conſcientiam ſuam purgaverit & declaraverit. Idque expreſsè probatur *cap. final. §. ſane, de jurejurando cap. continebatur, juncta gloſſ. in verbo juramento, de deſponſat. impuberum. Panormitanus cap. quod nobis, de clandeſtin. deſponſat.* Idque ſtatuit lex Genevenſis *cap. 138 qu'en cas de negative le ſorment ſoit deſere à la partie defendante, & qu'en jurant elle ſoint abſoulte* Et ita conſuluit conſultus Jacobus Leoniſſa *conſ. matrim. 49 n. 103. 104.*

§. 23. SUMMARIUM.

Quid ſi reus ſtruprum fateatur neget autem promiſſionem matrimonii, an teneatur jurare.

SEd quid si vitium virgini aut fœminæ illatum sit, & fides de conjugio data, an juveni neganti se promisisse conjugium, stuprum autem fatenti jusjurandum purgationis imponendum sit. Et ego hoc casu indistinctè id deferendum existimaverim, hoc est, sive testem habeat unum sive nullum puella, sive indicia vel præsumptiones adsint, quibus reus gravetur, sive nulla sint. Nam si jurare is cogitur, qui puellæ matrimonium promisit & se integræ multò magis ei qui promisit & vitiavit virginem, deferendum esse juramentum æquitas postulat, propter ereptam pudicitiam. Et ita Jureconsulti, & Theologi sentiunt. Hemmingius etiam vult, eum qui promissionem negat, septima propinquorum manu sese purgare debere, quos sacramentalem appellant, qui tum saltem jurabunt, sese arbitrari vel certo credere cognatum puellæ nuptias non promisisse, neque aliter sibi conscios esse, ut Amphitruo *apud Plautum* jurat his verbis:

Me meam esse uxorem pudicam arbitrarier.

quod de credulitate vocant Dd. Reus autem qui convenitur se non promisisse jurabit, idque de veritate vocant. Imo Lutherus existimat, etiam adolescentem, qui insciis parentibus puellam vana spe conjugio promisso lactavit, & impedivit, quo minus alias conditiones quæ offerebantur acceptaret, cogendum esse jurare, se fidem nunquam ei dedisse, si jurare nolit, eam ducere cogendum esse, non obstante patria potestate. *Tomo Islebiensi fol. 407.* Quod tamen ego in medio relinquo, sed quia de juramento dicere cœpimus quædam ad usum forensem pertinentia subjicere visum est, cognita admodum necessaria, nec tamen cuivis obvia.

§. 24. SUMMARIA.

1 *An reus qui & stuprum & promissionem neget teneatur jurare?*
2 *Formulæ sententiæ.*
3 *Auctoris opinio.*
4 *Quid si uterq; jurare paratus sit.*
5 *Forma sententiæ.*

RUrsus quæritur, mulier † agit adversus virum, & intendit se ab eo vitiatam esse, fide de conjugio data: Reus utrumq;

trumq; inficiatur, hoc est, & stuprum & matrimonii promissionem: an reo neganti juramentum deferendum sit? Et hic idem dicendum videtur, ut siquidem actor testem habeat neminem, neque probationes aut præsumptiones, reus simpliciter absolvendus sit. *c. 2. ubi Dd. de clandest. desponſ.* juxta regulam, actore non probante, reus absolvitur, etiamsi nihil præstiterit. *l. qui accusare, Cod. de edendo.* Itaque maxime peccatum est ab episcopis Arrianis, qui puellæ affirmanti, se ab Eustatio episcopo Antiocheno vitiatam esse, jusjurandum detulerunt, cum simpliciter absolvendus fuisset Eustatius, actrice nihil probante, historia suprà recitata est. Sin verò præsumptiones, suspiciones vel indicia sint quibus reus gravetur, ei juramentum supponendum esse existimo, qua de re nota constitutione Regis Friderici cautum est, ut qui negat se virginem vitiasse, juramento sese purget. Idem de vidua statuit, ut vel juret vel mulctam solvat.

Formula autem, qua † uti solent, ubi reus stuprum & promis- 2
sionem matrimonii negat hæc est.

IN Ehesachen N. Kl. Klägerinnen an einem/ vnd N. Beklagten anders Theils/ sprechen wir Superintendens vnd verordente vor Recht: Nachdem Beklagter nicht gestendig/ daß er die Klägerinne sol zu Fall gebracht vnd geschwängert haben/ so wol auch daß er Klägerinne die Ehe sol zugesagt haben/ Klägerinne auch keine Zeugnüß oder etwas erhebliches gegen Beklagten eingebracht/ damit sie jhre intention außführlich gemacht hette/ sondern allein auff jhrem Fürbringen verharret/ als wird Beklagter von der Klägerinnen Zuspruch billich absolvirt vnd entbunden/ von Rechts wegen.

Et hæc quidem multorum est sententia, & in praxi recepta, 3
cui tamen † ego subscribere non possum, his de cautis, quod in omnibus criminibus is qui accusatur jurejurando sese purgare cogitur, ideoque & cum quis stupri insimulatur vel accusatur, idem jus servandum est, ut quod crimen sit gravissimum, ut suprà explicavimus.

Deinde quod apud Græcos & Romanos ubi de stupro quæstio fuit, parti neganti vel affirmanti jusjurandum judices detulerunt. Ita Agamemnon *apud Homerum* se jurare promittit, Briseida à se integram esse, & Jovem precatur, ut si à se Bryseis integra non sit, Dii illum malis afficiant, quæ per jurij promerentur. *Iliad lib. 9.* Siquidem, inquit,

mecum

mecum nunquam in eodem cubili jacuisse; aut in meum complexum venisse, jusjurandum dabo: Idque præstitit, *ut videre licet, Iliad. lib. 19.* Sciat, *inquit*, nunc maximus Jupiter, & terra, & sol, & pejerantium hominum sub terra ultrices furiæ, nunquam me Bryseidi vim attulisse, neque libidinis neque alicujus rei occasione usum, sed incorruptam in tabernaculis meis servatam, si quid pejeravi Deos testor his quæ pejeravi, me malis afficiant. Apud Achillem Statium jurat uxor Tersandri Melitæ, se adulterium non commisisse, & Leucippe se virginem & non vitiatam esse. *Verba Achillis Statii hæc sunt*: Tersander de Melita ac Leucippe conditiones has proponit, ut illa quandoquidem nullam sibi cum peregrino isto me absente stupri conditionem fuisse ait, id jurejurando affirmet, atque in sacræ Stygis fontem descendat, indeque si pejerasse non comperiatur, absoluta dimittatur, aliter enim si hæc mulier facta est hero suo servitutem serviat. Et *paulò post*. Hinc factum est, ut cum violatæ aliqua pudicitiæ arguitur, ea in fontem descendere cōpellatur, quæ delata falso se insimulari jurat, jusjurandumq; in tabella descriptum collo suo alligatum sustinens, in fontem descendit, ac si verum jusjurandum juraverit, aqua omnino immota manet, sin minus intumescit atque ad collum usque se attollens tabellam corregit, &c. *Hucusque Achill. Statius.* Quæ ad imitationem legis Mosaicæ ab ethnicis inventa, & in usum vitæ deducta fuisse, nemo non videt. Nam *Numer. c. 5.* præcepit Deus, ut mulier, quæ adulterii commissi arguitur, aquas amaras bibat & sacerdos diras seu imprecationes in scheda scribat, & mulierem jurejurando adigat, ut si stupro non deliquerit in maritum, illæsa sit, sin verò alius vir cum ea rem habuerit, Deus exemplum statuat perjurii, nimirum ut aqua ejus ventrem distendat, & femur decutiat. Ita *apud Plautum* Alcumena adulterii se purgat, & jurat, se in nullius quam viri complexum venisse, his verbis:

Per superum regem juro & familiæ matrem Junonem,
Quam vereri & metuere par est maximè,
Ut mihi extra te unum mortalis nemo corpus corpore contigit.

Et Hippolytus *apud Euripidem*:

Nam Deum sanctitorem juriiurandi & hoc solum terræ
Juro, me nunquam attigisse nam conjugem,
Sive civitate, sive ædibus exul errans in terra sim.

Et

Et neq; mare neq; terra recipiat meum corpus,
Ubi fuerò mortuus, si sim sceleratus, &c.

Eodem spectat quod Macrobius memoriæ prodidit *lib. 5. Saturnal. cap. 19.* Quæ in omnibus criminibus jusiurandum à suspecto petitum esse, quod purgationis dicitur. Quid quod non tantum is qui criminis insimularetur, cogeretur jurare, sed etiam cum duodecim assumptis seu sacramentalibus? Imo purgare sese cogebatur vel duello, vel alio purgationis genere. *Vide Cujacium de feudis, & Heliodorum. Sed & Dionys. Halicarnass. lib. 2. refert.* causas dubias plerunque jurejurando decisas & dijudicatas fuisse, idque Numæ institutum fuisse. Verba hæc sunt: Numa templum fidei publicæ sacravit ut reliquos Deos. Recepta enim in civitate semel fide firmata apud singulos etiam cives, erat valitura plurima. Quæ nos latius persecuti sumus, ut ostenderemus apud veteres semper reos quoties furti vel adulterii & aliorum criminum insimularentur, non simpliciter absolutos fuisse, sed vel jurejurando proprio, vel cum t[illegible]. vel etiam purgation.bus vulgarib. suspicionem qua laborarent à se amoviisse, manifestæ enim turpitudinis est, jusiurandum delatum referre, ita & in proposita quæstione & is qui vitium intuliisse arguitur, facere debere existimo, & ita sentire videtur Lutherus his verbis: Wenn das heimlich Verlöbnis mit dem Beyschlaff nicht bekandt noch bewiesen wird / sondern der Beyschläffer sol des läugnet / vnd darauff schweret so muß man die Sach auff sein Gewissen bleiben / vnnd das öffentliche Verlöbnis fürgehen lassen.

Sed quid † si alter eorem inter quos coiit verborum censensus & corporum copula inficietur utrumq;, quid fiet utroq; jurare parato. Respondet Erasmus, quidam existimant viro deferendum jusiurandum, si mulier ante congressum hunc non fuerit virgo, contra mulieri deferendum, si vir eo congressu ex virgine fecit mulierem. Lutherus in re dubia non vult suam interponere sententiam, sed suadet, ut si alteruter juret, alter nequaquam ad jusiurandum decurrat. Sed explicatu facillima est, nam actori incumbit probatio, eo autem non probante absolvitur reus nisi indicia adsint ut se purget. nam puellæ vitiatæ nemo sanus jusiurandum deferri debere statuit, propter periculum, ne pejeret, ut honorem recuperet. Nam de illis recte Terentius loquitur: Neque pol iste Deos metuunt, neque hos

Deos multum curare arbitror. Nota † de illo casu: Quidam affirmat
§ à virgine sibi fidem de conjugio datam, & concubitum subsecutum esse, virgo negat utrumque: quæritur an virgini juramentum purgationis imponendum sit? minime, sed ille ut delator à magistratu acriter puniendus est, ita pronunciant VVittebergenses:

VNser freundlich Dienst zuvor/Gestrenger/Ehrnvöester/ besonders günstiger Herr vnd Freund/ als ihr vns einen beschwerlichen Ehehandel zugeschickt/vnd berichtet, welcher gestalt ein junger Geselle N. N. sich mit Jungfrawen N. N. N. Tochter nach langwiriger Bulschafft vnd Liebe/ auch viel vnnd mannichfaltiger Beredung/in ein Verlöbnis/ vnwissend der Jungfrawen Eltern/ eingelassen/ doch so ferne solchs beyderseits Eltern vnd Freundschafft gesellig/ nachmals auch ermelte Jungfraw/seinem Bericht nach/ zu etlich mal darauff fleischlich erkandt haben sol dessen allen doch gedachter N. N. sich zuvor vnd ehe nicht vernehmen lassen/ noch bey der Jungfrawen Eltern oder Freundschafft der Ehe halben ichtwas öffentlicher vnd ehrlicher weise gesucht/ dann als er gehöret/ daß N. N. der Jungfrawen Vater gedacht seiner Tochter einem andern Gesellen N. N. öffentlich verlobt vnd zugesagt/welcher/nach dem er solch des N. Außbreitung erfahren/die Jungfraw zu ehelichen so lang in weigerung stehet/ biß der Vater solche schmähliche Nachrede/ mit kräfftiger Außführung genugsam ablehnet vnnd verantwortet/ dargegen aber die Jungfraw nicht in abreden ist/ daß sie bei N. N. an denen orten vnd stellen so er angiebet doch niemals alleine gewesen/ bekennt/ auch daß er sie zu vnehelichen Wercken hette bereden wollen/ aber sie habe darein keines weges wollen willigen/ vnd vermeint steiff vnd fest das Werck vnd That nie geschehen sey. Die eheliche Zusage aber belangend/ist aus ewrem Bericht nicht zu finden/ ob die Jungfraw derselbigen gestendig oder nicht/ darauff doch ihr euch des Rechtens zu berichten gebeten ob dem gemelten Gesellen in solchem seinem bösen Ruhm zu glauben sey/vnnd ob auch der Jungfrawen/die da vorhin vnberüchtiget gewesen/ etwa ein Eyd auffzulegen/ oder allein pure absolvirt werden solle/ oder was sonsten deßfals recht seyn möchte? Demnach vnterrichten wir die verordente Commissarien des geistlichen Consistorii zu Wittenberg darauff vor Recht/ wann gleich vielgedachte Jungfraw N. diffamanten N. das Ehegelöbnis gestendig/ daß doch wie ermelt aus ewrem Bericht nicht zufinden/ so were dennoch dasselbige/ weil es besage des diffamanten eigenen vorgeben con-

duita-

ditional/vnd dazu heimlich / vnd ohne vorwissen vnd bewilligung der Eltern geschehen/ zu recht vnbündig / vnd dem andern öffentlichen Eheverlöbnis/das mit Bewilligung des Vaters zwischen N. vnnd vielgedachter Jungfrawen N. erfolget / in keinem wege fürzuziehen / vnnd dißfals der Jungfrawen Gewissen mit Auffiegung eines Eydes nicht beladen noch beschweret werden/ sondern es wird die Jungfraw von offtgedachtem N. Zuspruch der Ehe halben billich entbunden vnd loßgezehlt / vnd N. vngeacht seines fürwendens / das erfolgete öffentliche Eheverlöbnis mit jhr Christlich zuvollaziehen gebührlichen billich angehalten / auch die diffamation anlangend / dieweil das Beyschlaffen vnerweißlich / so ist diffamant N. in præjudicium Vorfang vnnd hinderziehung des öffentlichen Eheverlöbnis/ damit in keinen wege zu hören oder zu zulassen/vnnd wird demselben wegen anziehung seiner eigenen Schande vnd Vnthat / nicht allein nicht gleubet/ vnnd ewiges Stillschweigen auffer legt/sondern auch als ein Jungfrawschänder in ernste Straffe/ als Landerverweisung auff etlich Jahr/oder dergleichen billich vortheilet/ vnnd mag die Jungfraw/ die ewren Bericht nach jhrer Ehren sonsten vnbescholden/vnd vnberüchtiget / wegen dieser blossen vnerwiesenen diffamation vber Ermahnung vnnd Christliche Erinnerung jhres Gewissens/ die Warheit vnnd jhren Vortrawten wissendlich nicht zubetriegen / nach Gelegenheit allerhand dißfals Vmbstände/ mit einem leiblichen Eyde jhre Vnschuld vnd Ehre zuvertreten nicht beleget vnd betranget werden/von Rechts wegen.

§. 25. SUMMARIA.

1 *Juramenta ad quem finem inventa.*
2 *Juramenti vox unde deducta,*
3 *Verbi conceptis jurandum.*
4 *Juramentorum verba solennia.*
6 *Juramentorum formulæ quibus in primitiva Ecclesia usi sunt.*

JUramenta ad fidem servandam & innocentiam demonstrandam inventa sunt, sed tum utrumque ad unum finem refertur, nimirum ut veritas eruatur & pateſiat, idque vi vocabuli intelligitur. Nam jurare nihil aliud est quam verum affirmare, seu asseverare. Et si conjecturis uti licet à vero deducta hæc vox est, quod is qui jurat verum se dicturum, neque fallere velle affirmet. Et Græca vox ὄμνυμι ejusdem est, ὀνεργείας, quippe ab Hebræo deducta

Lingua juravi mentem injuratam gero,

Et *apud Senecam* Hippolitus.

Lingua juravi mens injurata est.

Itaque eleganter Hebræi, Juramentum ut efficax sit, requiri ut cor & labia vel os consentiant [*uchol mini schbuaeth zorich schibiu piu ulibu schuin:*] Hæc etiam verba inserebantur, si sciens fallo, hoc est, si contra conscientiam juro, & rem aliter uti gesta est, vel ut se habet, narro & affirmo, quod imprudentia quis vel oblivione labi errare possit. Nam & rectè Cicero, multa insciati in vita humana est. Postremo execrationes & preces malæ adhibebantur, quibus se devovebat diris qui jurabat, si pejerasset, quales sunt hæc, si sciens fallo tum me Jupiter optimus maximus domum, facultatem, remque meam pessimo letho afficiat *Livius lib. 22.* Item si sciens fallo, tum me Diespiter, salva urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem, *Festus lib. 10.* quò spectant verba Marcellini, de militibus Imperatoris Constantini verba facientis, sub execrationibus, inquit, diris verbis juravere conceptis, omnes pro eo casus, quo ad vitam profuderit prolaturos, Et Hippolyti *apud Euripidem.* Sive civitate, sive ædibus exul errans in terra sim, &c. quæ paulò ante recensuimus. Et Agamemnonis, si qui pejeravi Deos testor, his quæ perjuri merentur, malis me afficiant. *19. Iliad.* Idque rectissimè à veteribus quoque ethnicis observatum est. Nam jurare nihil aliud est quam Deum testem vocare, & sese ad Dei ultionem devovere, si quis sciens & volens mentiatur, aut ei quod juravit contra veniat. Itaque rectè Christiani semper hodie per Dei nomen jurant, estque sancta jurisjurandi præstandi regula, neque enim alio fine Dei contumelia hic honor transferri potest, quod is omnia cognita habeat, & voluntates & cognitionis hominum inspiciat, & quod perjuros puniat. Ideoque *Exodi 23. & Josuæ 23.* expressè vetitum est, ne quis per Deos gentium juret. Et Hebræi tradunt, vetitum esse aliam rem adjungere nomini divino, & qui id faciat, de mundo vel medio tollendum esse. Ita & Abraham servum adjurat per Deum cœlestem creatorem, manu ad femur admota. Addunt Hebræi jurandum esse per nomen Dei vel proprium vel commune, in hunc modum [*hnini mischbe balhie israhel hmi schesehmu rachum uchanun schcani chyb losch.*] id est, Ecce juro per Deum Israel, per illum cujus nomen misericors est,

& miſerator, quod nihil huic debeo. Et judices illum adjurant his verbis: Nos te adjuramus per Deum Iſrael, aut eum qui miſericos aut miſerator vocatur, quod nihil habeas penes te, quod huic debeatur: & ipſe reſpondet *Amen*: Ethnici etiam verbi Dei deſtituti per ſuos Deos jurabant: Pythagorici per quaternarium numerum, quem inter arcana, venerabantur, jurabant, his verbis: Juro tibi per eum qui dat animæ noſtræ quaternarium numerum, hoc eſt Deum. *Macrob. lib. 1. cap. 6. in ſomnium Scipio.* Qua de re multa congeſſit *Alexander ab*
5 *Alexandro lib. 5. cap. 10.* Formulæ † autem quibus in eccleſia primitiva uſi ſint Chriſtiani hæ ſunt, vivat Dominus, addat mihi Dominus *1. Reg. 12.* Poſterior ætas hic uſa eſt, teſtis eſt mihi Deus, teſtis eſt mihi conſcientia, *22. q. 1. ſi peccatum.* Item, ſic me Deus adjuvet, *35. q. 5. de parentela.* Item, per evangelia Chriſti, per crucem *c. ſi aliqua 22. q. 1.*

§. 26. SUMMARIA.

1 *Juraturo verbis præivit aliquis.*
2 *Quæſtio.*
3 *Verba ad juramentum neceſſaria fuerunt.*

1 IN juramentis autem † dandis & præſtandis, hunc morem apud veteres ſervatum invenio, qui & hodie nondum in deſuetudinem abiit, ut aliquis ſive magiſtratus, ſive alius ejus mandato, ei qui juraturus eſſet, verba præiret, hoc eſt, præfaretur, & primo pronunciaret verba concepta, & in formulam redacta, quæ juraturus ſubſequeretur, & totidem iiſdemque verbis referret, idque ſtans non ſedens, ut ex Plinii Panegyrico colligere licet, de Trajano verba facientis, qui præeunte conſule juravit ſtans, & poſtea ſedens nullo præeunte juravit. Verba hæc ſunt: Imperator ergo & Cæſar & Auguſtus Pontifex Maximus ſtetit ante gremium conſulis, ſeditque conſul Principe anſe ſe ſtante, & ſedit inturbatus interritus, & tanquam ita fieri ſoleret. Quin etiam ſedens præbui jusjurandum & ille juravit expreſsè explanavitque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, Deorum iræ conſecraret. Et paulò poſt. Neſcio jam, neſcio pulchrius ſit iſtud, quod præeunte
2 nullo, an hoc quod alio præeunte juraſti. Sed an † verba ſingula, ut illa

illa prærierit magistratus, vel alius, subsequi & referre oportuit eum, qui juraret apud veteres, rectè quæritur? Et eum morem observatum esse existimo, ut singula verba referret, siquidem unus juraret. Nam quid aliud sibi volunt verba, conceptis verbis jurare, hoc est, præmeditatis verbis & in formam redactis. Idque ex Aristophane *in Lysistrate* colligere licet, qui recitat mulieres inter sese convenisse, ne viris parerent, & χάριν petentibus obtemperarent, quam conventionem jurejurando firmarunt, verba præeunte Lysistrata, & Calonice subsequente, eadem & referente.

Lysist. *Non est ullus adulter neque vir,*
Cal. *Non est ullus adulter neque vir,*
Lysist. *Qui ad me accedet in venerem incitatus,*
Cal. *Qui ad me accedet in venerem incitatus.*
Lys. *Domi autem inviolata degam vitam,*
Cal. *Domi autem inviolata degam vitam,*
Lys. *Croceam gestans vestem exornata,*
Cal. *Croceam gestans vestem exornata,*
Lys. *Utque vir incendatur maximè mei,*
Cal. *Utque vir incendatur maximè mei,*
Lys. *Et nunquam volens viro parebo meo.*
Cal. *Et nunquam volens viro parebo meo.*
Lys. *Si me invitam coegerit per vim,*
Cal. *Si me invitam coegerit per vim,*
Lys. *Ægre præbebo me, & non admovebor,*
Cal. *Ægre præbebo me, & non admovebor,*
Lys. *Non ad lectum attollam calceos,*
Cal. *Non ad lectum attollam calceos,*
Lys *Non stabo leæna in tyromeste,*
Cal. *Non stabo leæna in tyromeste.*
Lys. *Hæc confirmans quidem biberem hinc,*
Cal. *Hæc confirmans quidem biberem hinc,*
Lys. *Si verò transgrediar, aqua repleatur calix,*
Cal. *Si verò transgrediar, aqua repleatur calix.*
Simul jurate vos omnes: per Jovem, &c.

Ad hujus imitationē Frischlinus *in Comœdia Rebecca* Abrahamum introducit, servo verbis præeuntē, & servum sequentem & jurantem.

Abr.

Abr. *Deus cæli & terræ, te invoco testem mihi.*
Eleaſ. *Deus cæli & terræ, &c.*
Abr. *Quod Abrahami heri mei filium Iſacum*
Eleaſ. *Quod Abrahami, &c.*
Abr. *Ex hac terra in patriam nolim reducere.*
Eleaſ. *Ex hac terra, &c.*
Abr. *Neq; uxorem illi,*
Eleaſ. *Neq; uxorem illi.*
Abr. *Sed eam quam jubeor pro virili quærere*
Eleaſ. *Sed eam quam, &c.*
Abr. *Et ſine fraude & dolo.*
Eleaſ. *Et ſine fraude & dolo.*
Abr. *Sic me Deus adjuvet*
Eleaſ. *Sic me Deus adjuvet.*

Ex quibus etiam colligitur, ſi collegio vel civitati vel multis jurandum eſſet unum præiviſſe, hoc eſt, protuliſſe ſingula verba à magiſtratu præfata, & reliquos aſſenſiſſe paucis verbis, atque ita ego accipiendum exiſtimo, quod Feſtus ſcribit, præjurationes facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis jurant, poſt quos in eadem verba jurantes tantum dicunt, idem in me. *Idem ex Dione colligere licet duobus in locis: primus ex lib. 60. Verba Dionis hæc ſunt.* Claudius omnia ſolita juramenta præſtitit, reliquos viritim jurare prohibuit, atque ita ut olim fiebat, unus ex prætoribus, Tribunis plebis, ac reliquis collegis pro omnibus jusjurandum dixit, quod per multos annos ſervatum eſt, ſed id poſtea revocavit Tyberius. Cum enim, *ut verbis Dionis utar lib. 57.* jam per multos annos lege cautum fuiſſet viritim ſervatus Calend. Januariis in acta Imperatoris juraret, ſed uno juramentum præeunte reliqui aſſentirent, eo anno ſecus factum eſt, & ſua omnes ſponte, nemine cogente, ſeorſim & ſigillatim unuſquiſque fidem dederunt, quaſi eo modo melius præſtito juramento. Quæ omnia ea de cauſſa recenſuimus, ut oſtenderemus, quam in jurejurando dando veteres rationem ſequuti ſint, nimirum verbis conceptis quæ præeunte magiſtratu vel judice, is qui jurabat, ſubſequi, & pronunciare coactus fuit. Ex quibus etiam illud efficitur,
3 verba † ad juramentum præbendum neceſſaria fuiſſe, neque ſine iis jurare quemquam potuiſſe, quod etiam diſertis verbis Juriſprudentia

dentia Hebræorum tradit, [*haniſchbae aeinu chyb aed ſchſiuzia enin ſchbueh hſchpthiu:*] *id eſt*, aliquis juramento non tenetur vel obligatur, quoad id labiis ſuis protulerit vel expreſſerit. Ideoque fruſtra diſputat Didacus Covarruvias, an ad præſtandum juriſiurandum verba ſint neceſſaria, contra receptam pene Dd. ſententiam, *c. quamvis de pactis in ſexto, part. 1. §. 1. nu. 1. 14. & ſeq.* Quaſi vero unquam juſiurandum abſque verbis datum ſit, aut datum à quopiam intelligi poſſit, niſi verbis id exprimatur. Nam & ſacra ſcriptura diſerte vult lingua jurandum eſſe. *Eſai. 45.* Jurabit omnis lingua: & per Dei nomen jurandum eſſe, *Levit. 19.* Id ergo exprimi oportet, non in mente tantum hærere, ut in judicio vel foro efficax ſit, cum de occultis non judicet eccleſia. Et omnium gentium inſtituta, verbis conceptis juratum eſſe oſtendunt, ut nodum in ſcirpo quærere videantur, qui hiſce diſputationibus tempus terunt. *Et hactenus de verbis.*

§. 27. SUMMARIA.

1 *Juramentis ſigna & ſymbola adhibita ſunt.*
2 *Mos Hebræorum.*
3 *Juriſiurandi ritus ſolennis.*
4 *Ratio quare erectis digitis juretur.*
5 *Jurandi modus cum duodecim ſacramentalibus quomodo perágatur.*
6 *Juramentum tortura quædam ſpiritualis.*

SEd & majoris firmitatis cauſſa † ſigna vel ſymbola adhi- 1
bita fuiſſe teſtes ſunt, ut ii qui juramentum impoſuerunt judices, & qui juranti præſto fuerunt affirmare poſſent, ſe non tantum auribus, ſed etiam oculis percepiſſe, hoc eſt, audiviſſe & vidiſſe juramentum datum eſſe, & ut majori deliberatione jurant ii, quibus juſiurandum delatum eſt, ne ſibi verba excidiſſe cauſſentur. Nam ea quæ in oculos incurrunt, certiora ſunt, quam quæ aliis ſenſibus cognoſcuntur. Itaque recte Philo. Oculi ipſis rebus interſunt, & contrectant quodammodo negotia adjuvante aure, per quam illuſtrantur, deprehenduntur que omnia; aures autem, ſicut recte dixit quidam ex veteribus, minus fidei habent, quam oculi, ut quibus non cum rebus ipſis ſit commercium, ſed cum verbis rerum interpretibus, non ſemper veritatem ſectantibus. Qua de re ſupra. Apud Hebræos patres

jurabant manu subtus femur posita, *ut ex Genesis c. 24. colligitur.* isque solennis jurisiurandi ritus fuit: Quem ita explicat Hieronymus, adjurat servum in femore suo, hoc est, in Christo, qui de ejus semine erat nasciturus Hebræi hunc ritum idem valuisse tradunt, ac si servus per sanctitatem divini fœderis jurasset, quod in ea parte corporis esset circumcisio. Alii affirmant subjectionis symbolum fuisse, quod servi quando fidelitatem jurarent, hac ceremonia subjectionem testati sint. Posterioribus † seculis hic mos apud Hebræos invectus
2 est, ut jurantes teneant pentateuchum, vel librum legis, & super eo jurent quo spectant verba illa [*rhnschbe auchs sesr thurh bsrue vhua eumd vnschbe bschm vbchinyn*:] id est, juraturus librum legis brachiis suis tenens & stans jurat per Dei nomen proprium vel commune, & paulò post [*vain mschbiein hdyum ala blschun Ekudsch*:] id est, judices cum adjurant, hoc est, juramentum non deferunt, nisi lingua sancta; quod & Christiani sequuti videntur, ut jurent coram positis vel tactis sacrosanctis Evangeliis *c. 7. q. 7. cap quotiens & c. testimonium 11. q. 1.* Idque in Græcia servatum esse ex Nicæta colligitur, qui refert classis præfectum Boætiam invasisse, & sacris libris propositis (Græce τὰ ἱερὰ τῶν θείων γράμματα) singulos cinctis lumbis ingressos, inspectisq; libris cum jurejurando rem suam familiarem declarare, eaque abjurata discedere coegisse, *lib. 2 de vita Manuelis Comneni.* Et Imperator Alexius Angelus Ibancum ad se accersit & in signum jurisiuraudi præstiti mittit sacrosanctum Evangelium: quod adhuc plerisque locis
3 observari notum est. Sed tamen frequentior † & solennis jurisiurandi ritus hic est, ut digitis duobus in cœlum erectis juretur. Idq; apud plærasque gentes observatur, quod in ore duorum aut trium consistat omne testimonium. Quamvis alii tribus digitis nimirum pollice, indice & medio erectis & protentis, duobus autem annulari & minimo depressis, id fieri debere existimant, quod & mihi verisimile fit. Nam & pollicis erectio etiam apud veteres usitata fuit, quoties jurandum esset, *ut ex Marcellino lib. 21. & Vegetio lib. 2. colligitur.* Nam & juramentum militare fiebat pollicibus elevatis, gladiis strictis & jugulis admotis. Verba hæc sunt: Jussi universi in nomen ejus jurare, solenniter gladiis cervicibus suis admotis, sub execrationibus diris, verbis juravere conceptis, omnes pro eo casus, quo ad vitam prosuderint perlaturos. *Idque notavit Lazius lib. 4. c. 7. commentariorum Reipub.*

Reipub. Romanæ. Atque hujus ceremoniæ has reddunt rationes myſticas, quod † erectione trium digitorum, deſignetur pater, filius & Spiritus ſanctus, duobus autem depreſſis anima & corpus adumbretur. Manum autem protenſam Deum auctorem cœli & terræ adumbrare, atque ea χειροτονία eum qui jurat, ſeipſum devovere iræ divinæ, & hæc ſibi tacite imprecari, quaſi dicat ſi ſciens fallo & pejero, me pater, filius & Spiritus ſanctus à Dei gratia & miſericordia repellat, & meritorum Chriſti participem eſſe non ſinat, ſitque perjurium illud mihi exitium & maledictio animæ & corporis, omniſque vitæ & fortunarum, ita ut pater, filius & Spiritus ſanctis mihi nunquam ſit propitius, neque infinitæ & immenſæ miſericordiæ Dei, doloriſque & cruciatus Domini noſtri Jeſu Chriſti particeps ſim, ſed ut animæ, quæ digito annulari, & corpus quod minimo adumbratur, in judicio extremo damnetur, & conſortio omnium electorum & ſanctorum Dei, ego veluti homo perjurus, impurus, & execrabilis exterminet, conſpectu & intuitu jucundiſſimo Domini noſtri Jeſu Chriſti priver, &c. Et hunc juriſiurandi ſolennem ritum, qui digitorum porrectione fit, ſi quis recentem exiſtimat, is longe fallitur. Nam & Græcorum juramenta χειροτονία, id eſt, manus extenſione confirmabantur. Ita Jaſon profecturus in Cholchida, aureum vellus allaturus, ſocios omnes jurejurando adegit. 4

Deſerat ut nullus communes ante labores,
In patriam rediens donec ſit quiſque receptus.
Laſerit ac juriſiurandi fœdera quiſquis
Numina contemnens ſuperum, teſtentur in illum
Ultrix Juſtitia, & pœnas, quas præbet Erynnis.
Hæc ergo tunc omnes, perjuria namque timebant,
Adſpirant nutu, manibus quoque ſic fore ſignant.

Et Lucanus *lib. 1. Quocunq; ab bella vocaret,*
Promiſere manus. χειρῶν ἐπαὴ Græce.

Quid quod & ſuffragia apud Græcos manus porrectione ſive χειροτονία fiebant, qua de re eleganter *Sigonius lib. 2. fol. 169. & fol. 604. & fol. 6. de Repub. Athenienſium.* Quæ latius perſecuti ſumus, ut oſtenderemus, jurandi ritum, & ceremonias veterum Græcorum nihil

pene differre ab iis quæ hodie in judiciis frequentantur. Nam & præit judex, vel alius ejus nomine verba concepta quæ jurans sigillatim subsequitur & pronunciat, idque stans, deinde accedit manus dextra & digitorum porrectio, si quidem vir sit, qui jusiurandum dat, sin mulier usu receptum est, ut si ei jurandum sit, manum uberi seu mammæ sinistræ admoveat, & ita præeuntem verba sequatur. Mulieres autem pro se & non per procuratorem juralle ostendunt veterum exemplа. Itaq; ille *apud Plautum in Amphitruone.* Mulier es, audacter juras. Et exemplum supra ex Aristophane allatum. Et *apud Plautum* Alcumena jurat his verbis: Per superum Regem juro, ut mihi extra te unum mortalis nemo corpus corpore contigit, quo me impudicam faceret. Et apud Græcos viri per Deos, mulieres per Deas jurabant. *Alexander lib. 5 cap. 10.* Idque in Camera Imperiali usu receptum esse ex sententiis Cameralibus constant.

§ Sed & in Ducatu † Schlesuicensi quoties juramentum cum duodecim sacramentalibus dandum est, nam id non dum ibi in desuetudinem abiit) id fieri solet gladio stricto terræ infixo, & digitis tribus, pollice, indice & medio capulo vel manubrio impositis. Quod & ipsum ab institutis Græcorum alienum non est. Nam & apud Homerum Agamemnon gladio stricto, passis manibus, Jovem precatur, ut si à se Brisеis integra non sit dimissa illum afficiant, quæ perjuri promerentur & paulò post verri jugulum præcidit & cadaver in mare escam piscibus projecit. *Homerus Iliad. 19.* Et milites, ut supra ostendimus gladiis strictis humeris admotis jurabant. Ita & Romani in juramentis præstandis solennia quædam adhibebant, & signa præter verba, ut in juramento quod fiebat per Jovem lapidem. Nam jurans lapidem tenens manu hæc verba pronunciabat. Si sciens fallo, tum me Diespiter salva urbe arceque bonis ejiciat ut ego hunc lapidem, *Festus libro decimo,* & lapidem statim projiciebat in humum. *Polybius lib. 3. histor. Gell. lib. 1. cap. 21.* Jovem, inquit, lapidem, quod jusiurandum est sanctissimum habitum, paratus sum ego jurare. *Marcus Tullius epist. famil. lib 7. epist. 12. ad Trebatium, & lib. 7 epist. 1. ad Marcum. Plutarchus in Sylla* Lucius Cinna in capitolium ascendit, lapidemque manu tenens juravit, execratus deinde in caput suum, nisi benevolentiam erga Syllam conservaret, sic urbe excideret, quemadmodum manu ejus lapis, multis etiam testibus lapidem in terram proje-

projecit. Cujus etiam juramenti fit mentio *apud Livium libro 1. ab urbe condita, & libro 21. Augustinus in capitulo, ecce dico 22. quæst. 5.* Ecce dico, charitati vestræ, & qui super lapidem jurat perjurus est. Qua de re *Cælius Rhodiginus libro decimo capit. 5.* Apud Syracusanos tactis cereis ign tis jurabant. Apud Pœnos aram & sacra tangentes, agnum læva manu dextra silicem retinens, si falleret Jovem cæterosque precatur Deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnam mactasset, & secundum precationem caput pecudis saxo illisit. *Livius lib. 21* qui mos sacrificia Hebræorum redolet, quorum soboles Pœni fuerunt. Qua de re plura congessit *Alexand. lib. 5. cap. 10.* Athletæ apud Græcos super execti ssus testibus jurabant verbis conceptis, nihil se fraudis facturos, quò minus Olympici ludi rectè fiant *Pausanias lib.* . Item qui de viris, vel pullis equorum pronuntiaturi erant, jurabant, ob rem judicandam se nullam pecuniam accepturos. Eratque in curia Jov s signum specie maximè formidanda hominibus perfidiosis, Horcius ei nomen, id est, jurisjurandi vindex utraque manu fulmen tenens. Ante Jovis Horcii pedes ænea tabula fuit, in qua elegi inciss sunt, ad pejerantium terrorem compositi. Victimæ etiam vesci fas non erat, super qua jusjurandum conceptum fuisset Quæ huc congerere nostri non est instituti. Nobis sufficit demonstrasse, quod initio proposueramus, juramenta non tantum verbis, sed & factis vel signis incurrentibus in oculos, semper data & præstita fuisse, idque in Rebuspub. bene constitutis observatum esse, quo majori reverentia & metu ad illud homines accederent.

Interim tamen & hoc obiter notandum non temere neque facile juramentum deferendum esse. Nam etiam ethnici verbo Dei destituti, à juramentis præstandis abhorruerunt, *l. quæ sub conditio. in principio de conditio. institut.* Cum nonnulli hominum, inquit, faciles sint ad jurandum, contemptu religionis, alii perquam timidi, metum divini numinis usque ad superstitionem, quanto magis Christianos hac in re circumspectos esse oportet, ne leves sint in juramentis dandis vel imponendis, sed quando caussæ necessariæ juramentum exigunt. Est enim magna levitas vel facilè deferre jusjurandum vel facilè jurare, *cap. etsi Christus §. final. de jurejurand.* Itaque audiendus non est, neque ferendus, qui juramentum exigit, quod

juratum non relevat, hoc est, ad rem nihil facit, neque causſam de qua agitur definit, cum necessarium debeat esse juramentum, *dicto cap. etsi Christus, & ibi Dd.* Quando autem juramentum fit in causſa necessaria, revera cultus Dei est. Deinde † cum juramentum sit tortura quædam spiritualis (nam ut propter torturam adhibitam quis præsumitur dicere veritatem, ita & propter juramentum, *Socinus consi. 200. incipiente in causſa Domini Johannis in 2. colum.*) Ideoque neque illud temere imponendum esse videtur, præsertim ei, quem, comiter pejerare velle, ut homini improbo & profligatis moribus. Nam rectè Apollodorus: qui juramentum à viro malo postulat, insanus est. Et Sophocles *apud Stobæum.* Nullum juramentum grave est furi & impostori. Nam verisimile est eos pejeraturos, ut quibus religio lusus sit. Itaque rectè Augustinus: Ille qui hominem provocat ad jurationem, & scit eum falsum juraturum, vincit homicidam, *& c. 22. q. 5. c. ille.*

§. 28. SUMMARIA.

1 *Actio sponsalium nomine quæ detur.*
2 *Forma libelli.*
3 *Actio ex sponsu.*
4 *Formula libelli.*
5 *Forma libelli alia.*

ULtima supereſt quæstio de † actione sponsalium no-
1 mine instituenda, qua de re initio *cap.* 12. dictum est, Nam adversus *κύριον*, hoc est, patrem vel alium datur actio, ut eam det, quam despondit, & adversus sponsum qui ducere non vult. Idque etiam hodie servari oportere minimè obscurum est. Atque in ea re † libellus ita formari potest.

2 Sempronius adversus Titium queritur & dicit, Titium patrem Virginæ abhinc biennium filiam suam ei in matrimonium promisisse, verbis ad eam rem aptis, & matrimonii promissionem continentibus, veluti despondeo vel do tibi filiam meam in uxorem, & in eam rem consentiente & promissionem acceptante Sempronio, idque de filiæ consensu, quæ expressis verbis significavit, sè Sempronium maritum velle, & in ejus rei signum annulum à Sempronio sibi

sibi traditum accepit. Etsi autem sæpè patrem admonuit Sempronius de filia, quam despondit danda, tamen eo huc usque rem perducere non potuit patre diem ex die ducente & procrastinante, magno cum Sempronii incommodo & damno, qui nuptias illas hactenus differre coactus fuit, itaque petit Sempronius, Domine Judex, ut causam quare hactenus data non sit examinare velis, & re perpensa per sententiam definire, sponsalia vera seu matrimonium inter Sempronium & Virginiam promissum esse, & Titium ad ejus consummationem & filiam tradendam compellendum esse, omni meliori via & forma, qua id fieri possit. Idque cum refusione expensarum, litis, &c.

Itidem ex sponsu † agendum, si sponsus sponsam ducere nolit, 3
atque adversus eum actio à patre vel κυρίῳ instituenda, libellus † 4
ita formari potest.

Biennium est Domine Judex, ex quo ego filiam meam Sempronio eam petenti in matrimonium despondi, verbis consuetis & conjugii promissionem continentibus, nimirum, ego tibi filiam meam despondeo, & do in matrimonium, eam promissionem acceptante Titio & se eam ducere & accipere velle respondente, arrham insuper filiæ meæ in symbolum sponsalium, & matrimonii promissi dante. Etsi autem monitus, ut matrimonium verbis initum re ipsa & nuptiis consummare velit, id tamen hactenus facere recusavit, & ita vitam instituit odio adversus filiam meam concepto, ut certo non sciam, illam ducere velit an nolit, idque contra conscientiam, & salutis suæ dispendio. Qua de causa ego adductus, illum in jus vocare & convenire cogor, ut nuptias primo quoque tempore & matrimonium consummare velit. Itaque causa cognita à te, Domine Judex, sententia lata pronuntiari peto, sponsalia contracta, & matrimonium filiæ meæ promissum esse, Sempronimque filiæ meæ sponsum, eam in uxorem accipere, & matrimonium consummare debere, & ad eam rem compellendum esse remediis juris & omni meliori via, & in litium expensas condemnandum, &c.

Quod si vidua sit, hoc est, sui juris mulier, quæ per se & suis verbis matrimonium promisit, & nubere non vult, ita † libellus formandus erit.

Domine

Domine Judex annus elapſus eſt, ex quo Titia vidua, vel Virgina viginti quinque annos nata, fidem dedit, & matrimonium promiſit his verbis, ſe nulli niſi mihi nubere velle, & in ejus rei teſtimonium & ſymbolum annulum, cui adamas incluſus eſt à me ſibi traditum arrhæ nomine accepit. Quamvis autem hæc ita geſta ſint, tamen Titia vidua matrimonium promiſſum conſummare & mihi nubere recuſat, contra conſcientiam, & animæ ſuæ periculo. Itaque abs te peto, ut cauſſa examinata ſententiam ferre, & pronunciare velis, ſponſalia ſeu matrimonium inter me & Titiam initum & promiſſum eſſe, & Titiam ſponſam meam ut mihi nubat, matrimoniumque conſumet, adjudicare velis, remediis juris competentibus, &c.

Similis pene formula exſtat apud Panormitanum in proceſſu judiciario, atque hæc actiones omnes ex ſponſu dicuntur, *ut Gellius notavit.* Etſi autem ſponſus vel ſponſio appellatur (nam utrumque idem valet *l. 6. de verbo. ſignificat.*) non ſolum, quod per ſponſi interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio promiſſioque, tamen actionem ex ſponſu peculiarem & propriam fuiſſe, in cauſſis nuptiarum exiſtimo. Idque Gellius innuere videtur, & Varro his verbis: Ita quiſque dicit in Tragœdia, meminiſti me te deſpondere gnatam tuam, quod ſive ſponte ſua dixit agi non poteſt ex ſponſu. Item: Non enim ſi nolebat dabat, ſed dabat quod ſponſu erat alligatus. Idque colligitur *ex l. ſciendum 19. §. dictum.* Eum qui promiſit, vel ſpoſpondit ex ſtipulatu conveniri poſſe, vel redhibitoria. Ergo non ex ſponſu, etiamſi ſponſionem fecit vel promiſit. Deinde cum reliqui contractus peculiares actiones habeant; veriſimile eſt, & huic contractui latiſſime patenti, actionem peculiarem attributam fuiſſe. Atque illa actio retinenda eſt & in forum revocanda. Nam & hodie rectius inſtituitur à ſponſo vel ſponſa vel κυρίοις quam rei vindicatio. Nam & cauſſæ de nuptiis peculiare quid habent, & à reliquis diverſum, & latiſſimè patent. Ideoque & nomen peculiare, ut diximus, & actionem ab aliis diverſam rectè ei tribuemus. Quod veteres feciſſe videntur, quos nos tanquam bonos auctores rectè ſequimur, & cum illis errare malumus, quam cum interpretibus, qui multis poſt ſeculis, in ipſis ruinis & parietinis Latinæ linguæ & bonarum artium nati ſunt, ſentire. Nobiſcum ſentit Speculator

lator qui actiones illas vulgares non recte causſis nuptiarum convenire ſcribit, ideoque illis anxie inhærendum non eſſe. Jure civili medio agitur ſaltem ad arrham ſimplicem condictione ob cauſſam *l. 1. Cod. de condict. ob cauſſam*. Ad arrham duplicatam condictione *ex leg. finali Cod. de ſponſalibus*. Rectius ut dixi actione ex ſponſu hodie etiam agi exiſtimo, adverſus eum, qui ſponſalia contraxit, & matrimoniū promiſit, ut præſtitam fidem obſervet, & ſi nolit, ut remediis illis, quæ jure civili & canonico prodita ſunt, quæque nos capite 12. enumeravimus, compellatur. Quæ ſive quis actionem ex ſponſu, ſive condictionem ex decretalibus, quæ ea de re latæ ſunt nominare volet, per me licebit.

§. 29. SUMMARIA.

1 *Judex in cauſſis nuptiarum quis ſit competens & olim fuerit?*
2 *Qui fuerint judices apud Hebræos.*
3 *Duo judiciorum genera apud Hebræos.*
4 *Suffetes vox unde deducta.*
5 *Auctoris opinio qui olim fuerint judices in cauſſis nuptiarum.*
6 *Apud Lacedæmonios Ephori de nuptiis judicabant.*
7 *Apud Romanos Pontifex Maximus cauſſas nuptiarum tractabat.*
8 *Pontifices quid ſtatuerint hac in re.*
9 *Auctoris opinio.*
10 *Quis ſententiam exequi debeat?*

NUnc videndum † quis in cauſſis nuptiarum judex ſit competens & olim fuerit? Et apud Hebræos, ut antiquiſſima quæque conſectemur, judices † peculiares qui de nuptiis cognoſcerent, nulli fuerunt. Imo qui de cauſſis gravioribus pronunciabant, & capitalia judicia exercebant, etiam de nuptiis, & de controverſiis, quæ inde exiſtunt, jus dixiſſe veriſimile eſt. Quod ut recte intelligatur, ſciendum eſt, apud † Hebræos duo fuiſſe judiciorum genera, ut apud Romanos, civile ſcilicet & capitale: civile vocant [*dini mammuth*:] judicium mammonis, hoc eſt, de litibus quæ ad rem pecuniariam, bona, & poſſeſſiones pertinent, & quidem tres fuiſſe judices, qui de cauſſis pecuniariis jus dicerent. Conſtans eſt opinio judi-

1
2
3

& miſerator, quod nihil huic debeo. Et judices illum adjurant his verbis: Nos te adjuramus per Deum Iſrael, aut eum qui miſericos aut miſerator vocatur, quod nihil habeas penes te, quod huic debeatur: & ipſe reſpondet *Amen*: Ethnici etiam verbi Dei deſtituti per ſuos Deos jurabant: Pythagorici per quaternarium numerum, quem inter arcana, venerabantur, jurabant, his verbis: Juro tibi per eum qui dit animæ noſtræ quaternarium numerum, hoc eſt Deum. *Macrob. lib. 1. cap. 6. in ſomnium Scipio.* Qua de re multa congeſſit *Alexander ab*
§ *Alexandro lib. 5. cap. 10.* Formulæ † autem quibus in eccleſia primitiva uſi ſint Chriſtiani hæ ſunt, vivat Dominus, addat mihi Dominus *1. Reg. 12.* Poſterior ætas hic uſa eſt, teſtis eſt mihi Deus, teſtis eſt mihi conſcientia, *22. q. 1. ſi peccatum.* Item, ſic me Deus adjuvet, *35. q. 5. de parentela.* Item, per evangelia Chriſti, per crucem *c. ſi aliqua 22. q. 1.*

§. 26. SUMMARIA.

1 *Juraturo verbis præivit aliquis.*
2 *Quæſtio.*
3 *Verba ad juramentum neceſſaria fuerunt.*

1 IN juramentis autem † dandis & præſtandis, hunc morem apud veteres ſervatum invenio, qui & hodie nondum in deſuetudinem abiit, ut aliquis ſive magiſtratus, ſive alius ejus mandato, ei qui juraturus eſſet, verba præiret, hoc eſt, præfaretur, & primo pronunciaret verba concepta, & in formulam redacta, quæ juraturus ſubſequeretur, & totidem iiſdemque verbis referret, idque ſtans non ſedens, ut ex Plinii Panegyrico colligere licet, de Trajano verba facientis, qui præeunte conſule juravit ſtans, & poſtea ſedens nullo præeunte juravit. Verba hæc ſunt: Imperator ergo & Cæſar & Auguſtus Pontifex Maximus ſtetit ante gremium conſulis, ſeditque conſul Principe anſe ſe ſtante, & ſedit inturbatus interritus, & tanquam ita fieri ſoleret. Quin etiam ſedens præbui jusjurandum & ille juravit expreſsè explanavitque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, Deorum iræ conſecraret. Et paulò poſt. Neſcio jam, neſcio pulchrius ſit iſtud, quod præeunte
2 nullo, an hoc quod alio præeunte juraſti. Sed an † verba ſingula, ut

illa

illa præierit magiſtratus, vel alius, ſubſequi & referre oportuit eum, qui juraret apud veteres, rectè quæritur? Et eum morem obſervatum eſſe exiſtimo, ut ſingula verba referret, ſiquidem unus juraret. Nam quid aliud ſibi volunt verba, conceptis verbis jurare, hoc eſt, præmeditatis verbis & in formam redactis. Idque ex Ariſtophane *in Lyſiſtrate* colligere licet, qui recitat mulieres inter ſeſe convenisſe, ne viris parerent, & χάριν petentibus obtemperarent, quam conventionem jurejurando firmarunt, verba præeunte Lyſiſtrata, & Calonice ſubſequente, eadem & referente.

Lyſiſt. *Non eſt ullus adulter neque vir,*
Cal. *Non eſt ullus adulter neque vir,*
Lyſiſt. *Qui ad me accedet in venerem incitatus.*
Cal. *Qui ad me accedet in venerem incitatus.*
Lyſ. *Domi autem inviolata degam vitam,*
Cal. *Domi autem inviolata degam vitam.*
Lyſ. *Croceam geſtans veſtem exornata,*
Cal *Croceam geſtans veſtem exornata,*
Lyſ. *Utque vir incendator maximè mei,*
Cal *Utque vir incendatur maximè mei,*
Lyſ. *Et nunquam volens viro parebo meo.*
Cal. *Et nunquam volens viro parebo meo.*
Lyſ. *Si me invitam coegerit per vim,*
Cal. *Si me invitam coegerit per vim,*
Lyſ. *Ægre præbebo me, & non admovebor,*
Cal. *Ægre præbebo me, & non admovebor,*
Lyſ. *Non ad lectum attollam calceos,*
Cal. *Non ad lectum attollam calceos,*
Lyſ *Non ſtabo leæna in tyromeſte.*
Cal. *Non ſtabo leæna in tyromeſte.*
Lyſ. *Hæc confirmans quidem biberem hinc,*
Cal. *Hæc confirmans quidem biberem hinc,*
Lyſ. *Si verò tranſgrediar, aqua repleatur calix,*
Cal. *Si verò tranſgrediar, aqua repleatur calix.*
Simul jurate vos omnes: per Jovem, &c.

Ad hujus imitationē Friſchlinus *in Comœdia Rebecca* Abrahamum introducit, ſervo verbis præeuntē, & ſervum ſequentem & jurantem.

Abr.

Abr. *Deus cæli & terræ, te invoco testem mihi.*
Eleaſ. *Deus cœli & terræ, &c.*
Abr. *Quod Abrahami heri mei filium Iſacum*
Eleaſ. *Quod Abrahami, &c.*
Abr. *Ex hac terra in patriam nolim reducere.*
Eleaſ. *Ex hac terra, &c.*
Abr. *Neq; uxorem illi,*
Eleaſ. *Neq; uxorem illi.*
Abr. *Sed eam quam jubeor pro virili quærere*
Eleaſ. *Sed eam quam, &c.*
Abr. *Et ſine fraude & dolo.*
Eleaſ. *Et ſine fraude & dolo.*
Abr. *Sic me Deus adjuvet*
Eleaſ. *Sic me Deus adjuvet.*

Ex quibus etiam colligitur, ſi collegio vel civitati vel multis jurandum eſſet unum præiviſſe, hoc eſt, protuliſſe ſingula verba à magiſtratu præfata, & reliquos aſſenſiſſe paucis verbis, atque ita ego accipiendum exiſtimo, quod Feſtus ſcribit, præjurationes facere dicuntur ii, qui ante alios conceptis verbis jurant, poſt quos in eadem verba jurantes tantum dicunt, idem in me. *Idem ex Dione colligere licet duobus in locis: primus ex lib. 60. Verba Dionis hæc ſunt.* Claudius omnia ſolita juramenta præſtitit, reliquos viritim jurare prohibuit, atque ita ut olim fiebat, unus ex prætoribus, Tribunis plebis, ac reliquis collegis pro omnibus jurandum dixit, quod per multos annos ſervatum eſt, ſed id poſtea revocavit Tyberius. Cum enim, *ut verbis Dionis utar lib. 57.* jam per multos annos lege cautum fuiſſet viritim ſervatus Calend. Januariis in acta Imperatoris juraret, ſed uno juramentum præeunte reliqui aſſentirent, eo anno ſecus factum eſt, & ſua omnes ſponte, nemine cogente, ſeorſim & ſigillatim unuſquiſque fidem dederunt, quaſi eo modo melius præſtito juramento. Quæ omnia ea de cauſſa recenſuimus, ut oſtenderemus, quam in jurejurando dando veteres rationem ſequuti ſint, nimirum verbis conceptis quæ præeunte magiſtratu vel judice, is qui jurabat, ſubſequi, & pronunciare coactus fuit. Ex quibus etiam illud efficitur,
3 verba † ad juramentum præbendum neceſſaria fuiſſe, neque ſine iis jurare quemquam potuiſſe, quod etiam diſertis verbis Juriſpru-

dentia

dentia Hebræorum tradit, [*haniſchbae aeinu chyb aed ſchſiuzia enim ſchbueh bſchpthiu:*] *id eſt*, aliquis juramento non tenetur vel obligatur, quoad id labiis ſuis protulerit vel expreſſerit. Ideoque fruſtra diſputat Didacus Covarruvias, an ad præſtandum juriſiurandum verba ſint neceſſaria, contra receptam pene Dd. ſententiam, *c. quamvis de pactis in ſexto, part. 1. §. 1. num. 14. & ſeq.* Quaſi vero unquam juſiurandum abſque verbis datum ſit, aut datum à quopiam intelligi poſſit, niſi verbis id exprimatur. Nam & ſacra ſcriptura diſerte vult lingua jurandum eſſe. *Eſai. 45.* Jurabit omnis lingua: & per Dei nomen jurandum eſſe, *Levit. 19.* Id ergo exprimi oportet, non in mente tantum hærere, ut in judicio vel foro efficax ſit, cum de occultis non judicet eccleſia. Et omnium gentium inſtituta, verbis conceptis juratum eſſe oſtendunt, ut nodum in ſcirpo quærere videantur, qui hiſce diſputationibus tempus terunt. *Et hactenus de verbis.*

§. 27. SUMMARIA.

1 *Juramentis ſigna & ſymbola adhibita ſunt.*
2 *Mos Hebræorum.*
3 *Juriſiurandi ritus ſolennis.*
4 *Ratio quare erectis digitis juretur.*
5 *Jurandi modus cum duodecim ſacramentalibus quomodo peragatur.*
6 *Juramentum tortura quædam ſpiritualis.*

SEd & majoris firmitatis cauſſa † ſigna vel ſymbola adhibita fuiſſe teſtes ſunt, ut ii qui juramentum impoſuerunt judices, & qui juranti præſto fuerunt affirmare poſſent, ſe non tantum auribus, ſed etiam oculis percepiſſe, hoc eſt, audiviſſe & vidiſſe juramentum datum eſſe, & ut majori deliberatione jurant ii, quibus juſiurandum delatum eſt, ne ſibi verba excidiſſe cauſſentur. Nam ea quæ in oculos incurrunt, certiora ſunt, quam quæ aliis ſenſibus cognoſcuntur. Itaque recte Philo. Oculi ipſis rebus interſunt, & contrectant quodammodo negotia adjuvante aure, per quam illuſtrantur, deprehenduntur que omnia; aures autem, ſicut recte dixit quidam ex veteribus, minus fidei habent, quam oculi, ut quibus non cum rebus ipſis ſit commercium, ſed cum verbis rerum interpretibus, non ſemper veritatem ſectantibus. Qua de re ſupra. Apud Hebræos patres 1

Reipub. Romanæ. Atque hujus ceremoniæ has reddunt rationes myſticas, quod † erectione trium digitorum, deſignetur pater, filius & Spiritus ſanctus, duobus autem depreſſis anima & corpus adumbretur. Manum autem protenſam Deum auctorem cœli & terræ adumbrare, atque ea χειροτονία eum qui jurat, ſeipſum devovere iræ divinæ, & hæc ſibi tacite imprecari, quaſi dicat ſi ſciens fallo & pejero, me pater, filius & Spiritus ſanctus à Dei gratia & miſericordia repellat, & meritorum Chriſti participem eſſe non ſinat, ſitque perjurium illud mihi exitium & maledictio animæ & corporis, omniſque vitæ & fortunarum, ita ut pater, filius & Spiritus ſanctis mihi nunquam ſit propitius, neque infinitæ & immenſæ miſericordiæ Dei, doloriſque & cruciatus Domini noſtri Jeſu Chriſti particeps ſim, ſed ut animæ, quæ digito annulari, & corpus quod minimo adumbratur, in judicio extremo damnetur, & conſortio omnium electorum & ſanctorum Dei, ego veluti homo perjurus, impurus, & execrabilis exterminet, conſpectu & intuitu jucundiſſimo Domini noſtri Jeſu Chriſti priver, &c. Et hunc juriſiurandi ſolennem ritum, qui digitorum porrectione fit, ſi quis recentem exiſtimat, is longe fallitur. Nam & Græcorum juramenta χειροτονία, id eſt, manus extenſione confirmabantur. Ita Jaſon profecturus in Cholchida, aureum vellus allaturus, ſocios omnes jure jurando adegit.

Deſerat ut nullus communes ante labores,
In patriam rediens donec ſit quiſque receptus.
Læſerit ac juriſiurandi fœdera quiſquis
Numina contemnens ſuperum, teſtentur in illum
Ultrix Juſtitia, & pœnas, quæ præbet Erynnis.
Hæc ergo tunc omnes, perjuria namque timebant,
Adſpirant nutu, manibus quoque ſic fore ſignant.

Et Lucanus *lib. 1. Quocunq; ab bella vocaret.*
Promiſere manus. χειρῶν ἐπαγὴ Græce.

Quid quod & ſuffragia apud Græcos manus porrectione ſive χειροτονία fiebant, qua de re eleganter *Sigonius lib. 2. fol. 169. & fol. 604. & fol. 6. de Repub. Athenienſium.* Quæ latius perſecuti ſumus, ut oſtenderemus, jurandi ritum, & ceremonias veterum Græcorum nihil

pene differre ab iis quæ hodie in judiciis frequentantur. Nam & prætor judex, vel alius ejus nomine verba concepta quæ jurans figillatim subsequitur & pronunciat, idque stans, deinde accedit manus dextra & digitorum porrectio, si quidem vir sit, qui jusiurandum dat, sin mulier usu receptum est, ut si ei jurandum sit, manum uberi seu mammæ sinistræ admovet, & ita præeuntem verba sequatur. Mulieres autem pro se & non per procuratorem juralse ostendunt veterum exempla. Itaq; ille *apud Plautum in Amphitruone.* Mulier es, audacter juras. Et exemplum supra ex Aristophane allatum. Et *apud Plautum* Alcumena jurat his verbis: Per superum Regem juro, ut mihi extra te unum mortalis nemo corpus corpore contigerit, quo me impudicam faceret. Et apud Græcos viri per Deos, mulieres per Deas jurabant. *Alexander lib. 5 cap. 10.* Idque in Camera Imperiali usu receptum esse ex sententiis Camer alibus constant.

§ Sed & in Ducatu † Schlesuicensi quoties juramentum cum duodecim sacramentalibus dandum est, nam id non dum ibi in desuetudinem ab it) id fieri solet gladio stricto terræ infixo, & digitis tribus, pollice, indice & medio capulo vel manubrio impositis. Quod & ipsum ab institutis Græcorum alienum non est. Nam & apud Homerum Agamemnon gladio stricto, passis manibus, Jovem precatur, ut si à se Briseis integra non sit data, malis illum afficiant, quæ perjuri promerentur & paulò post verri jugulum præcidit & cadaver in mare escam piscibus projecit. *Homerus Iliad. 19.* Et milites, ut supra ostendimus gladiis strictis humeris admotis jurabant. Ita & Romani in juramentis præstandis solennia quædam adhibebant, & signa præter verba, ut in juramento quod fiebat per Jovem lapidem. Nam jurans lapidem tenens manu hæc verba pronunciabat. Si sciens fallo, tum me Diespiter salva urbe arceque bonis ejiciat ut ego hunc lapidem, *Festus libro decimo,* & lapidem statim projiciebat in humum. *Polybius lib. 3. histor. Gell. lib. 1. cap. 21.* Jovem, inquit, lapidem, quod jusiurandum est sanctissimum habitum, paratus sum ego jurare. *Marcus Tullius epist. famil. lib 7. epist. 12. ad Trebatium, & lib. 7 epist. 1. ad Marcum. Plutarchus in Sylla* Lucius Cinna in capitolium ascendit, lapidemque manu tenens juravit, execratus deinde in caput suum, nisi benevolentiam erga Syllam conservaret, sic urbe excideret, quemadmodum manu ejus lapis, multis etiam testibus lapidem in terram proje-

projecit. Cujus etiam juramenti fit mentio *apud Livium libro 1. ab urbe condita, & libro 21. Augustinus in capitulo, ecce dico 22. quæst. 5.* Ecce dico, charitati vestræ, & qui super lapidem jurat perjurus est. Qua de re *Cœlius Rhodiginus libro decimo capit. 5.* Apud Syracusanos tactis cereis ign tis jurabant. Apud Pœnos aram & sacra tangentes, agnum læva manu dextra silicem retinens, si falleret Jovem cæterosque precatur Deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnam mactasset, & secundum precationem caput pecudis saxo illisit. *Livius lib. 21* qui mos sacrificia Hebræorum redolet, quorum soboles Pœni fuerunt. Qua de re plura congessit *Alexand. lib. 5. cap. 10.* Athletæ apud Græcos super execti suis testibus jurabant verbis conceptis, nihil se fraudis facturos, quò minus Olympici ludi rectè fiant *Pausanias lib. 5.* Item qui de viris, vel pullis equorum pronunciaturi erant, jurabant, ob rem judicandam se nullam pecuniam accepturos. Eratque in curia Jovis signum specie maximè formidanda hominibus perfidiosis, Horcius cognomen, id est, jurisjurandi vindex utraque manu fulmen tenens. Ante Jovis Horcii pedes ænea tabula fuit, in qua elegi inciſi sunt, ad pejerantium terrorem compositi. Victima etiam vesci fas non erat, super qua jusjurandum conceptum fuisset Quæ huc congerere nostri non est instituti. Nobis sufficit demonstrasse, quod initio proposueramus, juramenta non tantum verbis, sed & factis vel signis incurrentibus in oculos, semper data & præstita fuisse, idque in Rebuspub. bene constitutis observatum esse, quo majori reverentia & metu ad illud homines accederent.

Interim tamen & hoc obiter notandum non temere neque facile juramentum deferendum esse. Nam etiam ethnici verbo Dei destituti, à juramentis præstandis abhorruerunt, *l. quæ sub conditio. in principio de condition. institut.* Cum nonnulli hominum, inquit, faciles sint ad jurandum, contemptu religionis, alii perquam timidi, metum divini numinis usque ad superstitionem, quanto magis Christianos hac in re circumspectos esse oportet, ne leves sint in juramentis dandis vel imponendis, sed quando caussæ necessariæ juramentum exigunt. Est enim magna levitas vel facilè deferre jusjurandum vel facilè jurare, *cap. etsi Christus §. final. de jurejurand.* Itaque audiendus non est, neque ferendus, qui juramentum exigit, quod

juratum non relevat, hoc est, ad rem nihil facit, neque causam de qua agitur definit, cum necessarium debeat esse juramentum, *dicto can. etsi Christus, & ibi Dd.* Quando autem juramentum sit in causa necessaria, revera cultus Dei est. Deinde † cum juramentum sit tortura quædam spiritualis (nam ut propter torturam adhibitam quis præsumitur dicere veritatem, ita & propter juramentum, *Socinus consil. 200. incipiente in causa Domini Johannis in 2. colum.*) Ideoque neque illud temere imponendum esse videtur, præsertim ei, quem comiter pejerare velle, ut homini improbo & profligatis moribus. Nam rectè Apollodorus: qui juramentum à viro malo postulat, insanus est. Et Sophocles *apud Stobæum.* Nullum juramentum grave est furi & impostori. Nam verisimile est eos pejeraturos, ut quibus religio lusus sit. Itaque rectè Augustinus: Ille qui hominem provocat ad jurationem, & scit eum falsum juraturum, vincit homicidam, *& c. 22. q. 5. c. ille.*

§. 28. SUMMARIA.

1 *Actio sponsalium nomine quæ detur.*
2 *Forma libelli.*
3 *Actio ex sponsu.*
4 *Formula libelli.*
5 *Forma libelli alia.*

ULtima supereſt quæstio de † actione sponsalium nomine instituenda, qua de re initio *cap.* 12. dictum est, Nam adversus κύριον, hoc est, patrem vel alium datur actio, ut eam det, quam despondit, & adversus sponsum qui ducere non vult. Idque etiam hodie servari oportere minimè obscurum est. Atque in ea re † libellus ita formari potest.

2 Sempronius adversus Titium queritur & dicit, Titium patrem Virginæ abhinc biennium filiam suam ei in matrimonium promisisse, verbis ad eam rem aptis, & matrimonii promissionem continentibus, veluti despondeo vel do tibi filiam meam in uxorem, & in eam rem consentiente & promissionem acceptante Sempronio, idque de filiæ consensu, quæ expressis verbis significavit, se Sempronium maritum velle, & in ejus rei signum annulum à Sempronio sibi

ſibi traditum accepit. Etſi autem ſæpè patrem admonuit Sempronius de filia, quam deſpondit danda, tamen eo huc uſque rem perducere non potuit patre diem ex die ducente & procraſtinante, magno cum Sempronii incommodo & damno, qui nuptias illas hactenus differre coactus fuit, itaque petit Sempronius, Domine Judex, ut cauſſam quare hactenus data non ſit examinare velis, & re perpenſa per ſententiam definire, ſponſalia vera ſeu matrimonium inter Sempronium & Virginiam promiſſum eſſe, & Titium ad ejus conſummationem & filiam tradendam compellendum eſſe, omni meliori via & forma, qua id fieri poſſit. Idque cum refuſione expenſarum, litis, &c.

Itidem ex ſponſu † agendum, ſi ſponſus ſponſam ducere nolit, 3
atque adverſus eum actio à patre vel κυρίῳ inſtituenda, libellus † 4
ita formari poteſt.

Biennium eſt Domine Judex, ex quo ego filiam meam Sempronio eam petenti in matrimonium deſpondi, verbis conſuetis & conjugii promiſſionem continentibus, nimirum, ego tibi filiam meam deſpondeo, & do in matrimonium, eam promiſſionem acceptante Titio & ſe eam ducere & accipere velle reſpondente, arrham inſuper filiæ meæ in ſymbolum ſponſalium, & matrimonii promiſſi dante. Etſi autem monitus, ut matrimonium verbis initum re ipſa & nuptiis conſummare velit, id tamen hactenus facere recuſavit, & ita vitam inſtituit odio adverſus filiam meam concepto, ut certo non ſciam, illam ducere velit an nolit, idque contra conſcientiam, & ſalutis ſuæ diſpendio. Qua de cauſſa ego adductus, illum in jus vocare & convenire cogor, ut nuptias primo quoque tempore & matrimonium conſummare velit. Itaque cauſſa cognita à te, Domine Judex, ſententia lata pronuntiari peto, ſponſalia contracta, & matrimonium filiæ meæ promiſſum eſſe, Sempronimque filiæ meæ ſponſum, eam in uxorem accipere, & matrimonium conſummare debere, & ad eam rem compellendum eſſe remediis juris & omni meliori via, & in litium expenſas condemnandum, &c.

Quod ſi vidua ſit, hoc eſt, ſui juris mulier, quæ per ſe & ſuis verbis matrimonium promiſit, & nubere non vult, ita † libellus formandus erit.

Domine

Domine Judex annus elapſus eſt, ex quo Titia vidua, vel Virgina viginti quinque annos nata, fidem dedit, & matrimonium promiſit his verbis, ſe nulli niſi mihi nubere velle, & in ejus rei teſtimonium & ſymbolum annulum, cui adamas incluſus eſt à me ſibi traditum arrhæ nomine accepit. Quamvis autem hæc ita geſta ſint, tamen Titia vidua matrimonium promiſſum conſummare & mihi nubere recuſat, contra conſcientiam, & animæ ſuæ periculo. Itaque abs te peto, ut cauſſa examinata ſententiam ferre, & pronunciare velis, ſponſalia ſeu matrimonium inter me & Titiam initum & promiſſum eſſe, & Titiam ſponſam meam ut mihi nubat, matrimoniumque conſumet, adjudicare velis, remediis juris competentibus, &c.

Similis pene formula exſtat apud Panormitanum in proceſſu judiciario, atque hæc actiones omnes ex ſponſu dicuntur, *ut Gellius notavit.* Etſi autem ſponſus vel ſponſio appellatur (nam utrumque idem valet *l. 6. de verbo. ſignificat.*) non ſolum, quod per ſponſi interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio promiſſioque, tamen actionem ex ſponſu peculiarem & propriam fuiſſe, in cauſſis nuptiarum exiſtimo. Idque Gellius innuere videtur, & Varro his verbis: Ita quiſque dicit in Tragœdia, meminiſti me te deſpondere gnatam tuam, quod ſive ſponte ſua dixit agi non poteſt ex ſponſu. Item: Non enim ſi nolebat dabat, ſed dabat quod ſponſu erat alligatus. Idque colligitur *ex l. ſciendum 19. §. dictum.* Eum qui promiſit, vel ſpoſpondit ex ſtipulatu conveniri poſſe, vel redhibitoria. Ergo non ex ſponſu, etiamſi ſponſionem fecit vel promiſit. Deinde cum reliqui contractus peculiares actiones habeant; veriſimile eſt, & huic contractui latiſſime patenti, actionem peculiarem attributam fuiſſe. Atque illa actio retinenda eſt & in forum revocanda. Nam & hodie rectius inſtituitur à ſponſo vel ſponſa vel *κυρίοις* quam rei vindicatio. Nam & cauſſæ de nuptiis peculiare quid habent, & à reliquis diverſum, & latiſſimè patent. Ideoque & nomen peculiare, ut diximus, & actionem ab aliis diverſam rectè ei tribuemus. Quod veteres feciſſe videntur, quos nos tanquam bonos auctores rectè ſequimur, & cum illis errare malumus, quam cum interpretibus, qui multis poſt ſeculis, in ipſis ruinis & parietinis Latinæ linguæ & bonarum artium nati ſunt, ſentire. Nobiſcum ſentit Speculator

lator qui actiones illas vulgares non recte cauſſis nuptiarum convenire ſcribit, ideoque illis anxie inhærendum non eſſe. Jure civili medio agitur ſaltem ad arrham ſimplicem condictione ob cauſſam *l. 1. Cod. de condict. ob cauſſam*. Ad arrham duplicatam condictione *ex leg. finali Cod. de ſponſalibus*. Rectius ut dixi actione ex ſponſu hodie etiam agi exiſtimo, adverſus eum, qui ſponſalia contraxit, & matrimoniũ promiſit, ut præſtitam fidem obſervet, & ſi nolit, ut remediis illis, quæ jure civili & canonico prodita ſunt, quæque nos capite 12. enumeravimus, compellatur. Quæ ſive quis actionem ex ſponſu, ſine condictionem ex decretalibus, quæ ea de re latæ ſunt nominare volet, per me licebit.

§. 29. SUMMARIA.

1 *Judex in cauſſis nuptiarum quis ſit competens & olim fuerit?*
2 *Qui fuerint judices apud Hebræos.*
3 *Duo judiciorum genera apud Hebræos.*
4 *Suffetes vox unde deducta.*
5 *Auctoris opinio qui olim fuerint judices in cauſſis nuptiarum.*
6 *Apud Lacedæmonios Ephori de nuptiis judicabant.*
7 *Apud Romanos Pontifex Maximus cauſſas nuptiarum tractabat.*
8 *Pontifices quid ſtatuerint hac in re.*
9 *Auctoris opinio.*
10 *Quis ſententiam exequi debeat?*

NUnc videndum † quis in cauſſis nuptiarum judex ſit competens & olim fuerit? Et apud Hebræos, ut antiquiſſima quæque conſectemur, judices † peculiares qui de nuptiis cognoſcerent, nulli fuerunt. Imo qui de cauſſis gravioribus pronunciabant, & capitalia judicia exercebant, etiam de nuptiis, & de controverſiis, quæ inde exiſtunt, jus dixiſſe veriſimile eſt. Quod ut recte intelligatur, ſciendum eſt, apud † Hebræos duo fuiſſe judiciorum genera, ut apud Romanos, civile ſcilicet & capitale: civile vocant [*dini mammuth*:] judicium mammonis, hoc eſt, de litibus quæ ad rem pecuniariam, bona, & poſſeſſiones pertinent, & quidem tres fuiſſe judices, qui de cauſſis pecuniariis jus dicerent. Conſtans eſt opinio judi-

1
2
3

cium capitale [*dini nfſchuth*:] id eſt, animarum, quod de homicidiis aliiſque criminibus & maleficiis inſtituebatur, cui præerant judices viginti tres, qui de perſonis, & cauſſis capitalibus majoribus cognoſcebant. Idque ſynedrion parvum appellant Hebræi [*ſuhdit kmh*:] in ſingulis autem civitatibus Iſrael judices tàm civiles quàm capitales conſtituti fuerunt, qui judicia exercerent, quæ κρίσεις dicebantur Hebraice [*mſchpt*] à voce Saphat, id eſt, judicavit. Unde & vox † 4 ſuffetes, hoc eſt, judices deducta eſt, qua voce Carthaginenſes uſi ſunt *teſte Livio*. Ita & Hieruſalem municipale ſuum judicium habuit quod tamen ſynedrio magno ſubmittebatur, ut & alia civitatum & regionum ſynedria, vel conventus. Sed & virginti tres viri capitales res omnes publicas adminiſtrabant in ſingulis tribubus. *Paralypom. 2. cap. 29.* Erant autem ſacerdotes, Levitæ & alii ſeniores, qui ex corpore ſenatorum eligebantur. Tertium erat ſynedrium magnum, vel domus judicii ſeptuaginta vel ſeptuaginta unius, ad quos cauſſæ & res difficiles & gravioris negocii vel etiam minorum judicum appellationes deferebantur. Et quidem primo, quæ ad ſtatuum incolumitatem & dignitatem Reipub pertinebant, ut ſi de tribu, vel de ſummo ſacerdote, vel de pſeudopropheta judicandum eſſet. Item an arma ſumenda, civitates ædificandæ. Deinde etiam aliæ cauſſæ difficiliores tam civiles quam capitales, quæ ab aliis judicibus definiri non poterant, vel quod ſententiis variarent vel quod cauſſæ perplexæ eſſent, & judicatu difficiles, vel propter rei magnitudinem. Nam & de cauſſis capitalibus ut plurimum cognoſcebant. Idque ex præſcripto Moſis, *Deuter. 17.* Si cauſſa aliqua inſolita & difficilior, quàm ut ea explicari poſſit in judicio ſuborta fuerit, inter ſanguinem & ſanguinem, inter litem & litem, inter plagam & plagam, in actionibus judicialibus in portis tuis, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad ſacerdotes Levitici generis, & ad judicem qui in diebus illis fuerit, & inquire, illique judicabunt tibi, quod æquum & juſtum eſt.

Quam legem ita explicat Joſephus. Si Judices neſciunt de rebus ad ſe delatis pronunciare, integram cauſſam in urbem ſanctam referant, & congregati pontifex, prophetæ & ſenatus, quod viſum fuerit pronuncient. Hebræi verò in tractatu [*mitzvoth eſch*:] hoc eſt, præ-

præceptorum affirmativorum, vocem *locum* interpretantur his verbis, id est, [*etsheer shom sanhedrin gedolh*] ubi est synedrium magnum. Verba item *inter sanguinem & sanguinem inter litem & litem* explicant [*bin bdini mmunuth vbin dini nfshuth*.] Id est, inter lites mammonis, vel lites pecuniarias, & causas capitales. Et de hoc judicio etiam accipienda sunt verba 2. *Paralypomen.* *Omnem causam quæ venerit ad vos fratrum vestrorum, qui habitant in urbibus suis, inter cognationem & cognationem, ubi quæstio est de lege, de cæremoniis, de justificationibus, ostendite eis, ut non peccent in Dominum, &c.* Judices autem hos 71 in Gazith, hoc est, in Consistorio vel camera dolata & polita sedisse, tradunt Hebræi, & ea de causa etiam consistorium Gazith nominant. De numero autem controvertunt, nam alii 70. alii 71. fuisse tradunt; sed res eodem recidit. Nam judices fuerunt 70. quibus si præsidem vel sacerdotem summum adjeceris, conveniet numerus. Synedrium autem illud ex capitibus patrum populi constabat, hoc est, ex Rege, summo Pontifice & principibus sacerdotum Levitis & scribis, legum Doctoribus, & aliis populi senioribus, hoc est, hominibus primariis, qui cæteris ætate & prudentia in toto Israele præstarent, qui à tempore matutino usque ad vesperam sederunt litibus dirimendis, & quæ ad statum Reipub. pertinerent constituendis occupati, tanta continentia, ut eo die quo capitis aliquem damnassent, cibum nullum attingerent, neq; gustarent. His ita præmissis, adinstitutum redeamus, & qui causarum nuptialium judices fuerint explicemus.

§ Et † ut breviter meam hac de re sententam aperiam, videntur mihi viginti tres viri capitales de nuptiis in singulis civitatibus jus dixisse. Idque *ex Deut. cap. 21.* colligitur, ubi Moses præcipit eum qui fratris defuncti uxorem ducere recusaret, apud Senatum urbis conveniendum: item si quis objiceret uxori, quod eam virginem non reperisset, eam rem à Senioribus civitatis examinandam esse, apud quos parentes signa virginitatis deponere debeant. Ita & Booz Seniores civitatis Bethlehemæ accedit, & coram illis sponsalia clam inita publicat, & possessiones accipit, nisi quis exemplum illud malit referre ad redemptionem bonorum factam à Boozo. Nam ut Hebræi tradunt, de rebus venalibus, & agrorum redimendorum precio decem judicare solebant. In quorum etiam numero

computatur sacerdos. Sed si causa aliqua vel controversia de nuptiis suboriretur difficilior, quam ut de ea judices in civitatibus judicare possent, eam etiam ad synedrium magnum delatam esse existimo; ut si vir uxorem adulterii insimularet, post nuptias, & contra eam agere vellet. Idque non obscure innuit Philo *libro περὶ τῶν ἐνειδεστέρων*. Die dicta, inquit, coram judicibus comparueris, suspicionem tuam detege. Nam & 71. judices de causis nuptiarum pronunciasse testis est *Josephus lib. 11. c. 7.* qui refert, Jerosolymorum Seniores, hoc est, synedrium magnum septuaginta unius, sententiam tulisse, & præcepisse Manassi fratri summi sacerdotis Jaddi, ut repudiaret, & à se segregaret conjugem alienigenam filiam Sanballathi Cutthæi vel Samaritani (erat autem Sanballathius Dario Satrapa vel præfectus gentis Samaritanæ institutus) vel ut ab altari arceretur. Idq; decretum seniorum Jaddi Pontifex adversus fratrem exequutus est, licet gravate. Deinde verba *omnem causam fratrum vestrorum* supra recitata, arguunt etiam controversias de nuptiis in concilio Gazith dijudicatas fuisse. Idem ostendunt verba *Ezech. c. 44.* sacerdotes populum meum docebunt, quid interest inter sanctum & profanum, & inter impurum & purum judicabunt eis. Et circa judicium sanguinis ipsi insistent, ut dijudicent, & justificationes meas justificabunt, & judicia mea judicabunt, &c. *Josephus 2. ad Appionem.* Sacerdotes inspectores omnium judices controversiarum, punitores damnatorum constituti sunt à Mose. Et hactenus de Judiciis Hebræorum, de quibus copiose in jurisprudentia Hebræorum disseritur.

6 Apud Lacedæmonios Ephori de nuptiis judicabant, ut *ex Ælliano, Plutarcho & Herodoto* colligitur, *itemque Pausania lib. 3.* qui refert Ephoros jussisse, ut Anaxandrides uxorem sterilem dimitteret, & aliam duceret, quibus tamen ille eatenus paruit, ut alia retenta, aliâ cooptaret. Ita & Ephori eos qui Lysandri mortui filias sibi desponsas ducere recusarent, mulcta adfecerunt. *Plutarchus, Ælianus, quæ de re supra c. 12. Plato etiam lib. 11 de legibus connubiorum* procuratores constituit qui de causis ad nuptias pertinentibus jus dicerent.

7 Apud Romanos † Pontifex maximus causas nuptiarum tractabat, & dijudicabat, utrum conjugia legitima essent an illegitima, item an uxorem repudiare liceret. Idque ex Taciti verbis colligitur de Augusto deliberante, an Liviam uxorem Neronis ducere posset gravi-

gravidam. Nec domesticis, inquit, absunebatur, abducta Neroni uxor, & consulti per ludibrium Pontifices, an concepto, nec dum edito partu, rite nuberet. Quamvis & censores etiam eos notarent & mulctarent, qui non recte matrimonium iniissent. Augustus Censor Equiti objecit, quod ad contrahendum matrimonium legibus non paruisset. Ille uxorem sibi & tres liberos esse dixit, & adjecit, post hac Cæsar, cum de honestis hominibus inquiris, honestis mandato. *Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 4.* Et Aulus Gellius narrat à censore mulctatum fuisse quendam, quod interrogatus, & tu habes uxorem ex animi tui sententia? responderit joco, equidem habeo, sed non ex animi tui sententia.

In Ecclesia Græca de jure connubiorum, & quæ inde existunt controversiis pronunciarunt Patriarcha, Pontifex, sacerdotes & Senatus vel patres conscripti. Idque haud obscurè innuit Nicætas Acominates, qui scribit Andronicum Imperatorem, cum filiam suam Irenem ex Theodora consobrina susceptam, Alexio Manueli filio ex eadem Theodora, hoc est, uterinum uterinæ despondere vellet, ad sacrum concilium rem detulisse. Ei autem præfuisse Patriarcham, Pontifices, sacerdotes & patres conscriptos, & ut Nicætas loquitur, ἐκ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν ἐν τεόφων τῷ σήμαλ Θ· καί τινες ⌀συνόπτοι τῶν τῆς γυγκλήτυ βυλῆς. Patriarcham etiam Theodosiam, quod nuptias illas improbarat, Patriarchatu cessisse, & in insulam Terebintum ubi & diversorium & sepulchrum sibi construxerat, sese contulisse. Pontifices † Romani posteriores harum causarum cognitionem solis Episcopis committendam statuerunt. Suntque ea de re Canones in Jure Canonico expressi, *in c. multorum 35. q. 6. & in 6. auditis, de præscriptionibus c. accedentibus, de excess. prælato. Didacus 2. part. c. 8. §. 11.* Ea fortassis ratione moti, quo monium sit sacramentum, ideoque ad sacerdotes ejus tantum cognitio pertineat. Deinde quod hic non de re pecuniaria & re levis momenti, sed de societate indissolubili & perpetua agatur, de qua innumerabiles existunt controversiæ, quæ sine divinarum & humanarum rerum cognitione atque peritia explicari non possunt. Cujus rei difficultas vel ex eo perspicitur quod Theologi & Jureconsulti in una & eadem quæstione explicanda sibi non constent, dum hic ait ille negat, tertius deliberandum censet. Ut autem prædicanda est potificum cura, qui viros eru- 8

ditos his de cauſſis pronunciare voluerunt, ita reprehendenda arrogantia, quod ſolos eccleſiaſticos aliis excluſis de nuptiis cognoſcere voluerunt. Nam & † Theologos & Jureconſultos ad harum cauſſarum dijudicationem adhibendos eſſe ſtatuo. Idque exemplo Hebræorum & Græcorum, quos & multæ eccleſiæ Chriſtianæ noſtra ætate ſequuntur. Et ita Lutherus ſentire videtur. Cujus hæc ſunt verba: Wenn wir beginnen Richter in Eheſachen zu werden/ ſo hat uns das Kampraht bey einem Erniel ergrieffen / vnd wird uns fortweiſen/ daß wir müſſen vber die Straffe richten: Sollen wir vber die Straffe richten/ ſo müſſen wir auch vber Leib vnd Gut richten/ da ſeyn wir denn vnter dem Radt/ vnd erſoffen im Waſſer des Weltlichen Handels.

9

Interim tamen fatentur Canoniſtæ, Laicos judicare poſſe, etiam in cauſſis nuptiarum, ſi controverſia in facto non in jure conſiſtat. *Didacus d. loco.* vel *ut Panormitanus*, quando non contenditur de ſubſtantia vinculi matrimonialis *c. non eſt, de ſponſalibus.*

10 Quæritur, quis † ſententiam à judice Eccleſiaſtico latam exequi debeat? Et quidem pater, qui filiam dare promiſit, per cenſuram eccleſiaſticam cogi poteſt, ut fidem ſervet. Ita & ſponſus & ſponſa cogi poſſunt ut nubant, *cap. ad illud, de ſponſalib.* Item poteſt executio peti à judice ſeculari ad compellendum ſponſum ſponſamve, qui matrimonium implere recuſat, niſi juſta cauſſa ſubeſſet, cur cogendi non ſint. Qua de re ſuprà *cap. 12.* ita & uxor peti poteſt exhiberi apud ſecularem judicem.

De contùmacia à Rege Friderico ita cautum eſt, ut ſi reus in jus vocatus non veniat, in ſumptus & expenſas factas actori damnetur, ſin actor contumax non compareat, reus ab inſtantia abſolvatur, quoad denuo vocetur. Interim tamen actor reo ſumptus factos ſolvere tenetur. Quod ſi quis alteri dicam ſcripſerit temerè, nullam habens vel probabilem litis cauſſam, à magiſtratu puniendus eſt, & parti in expenſas damnandus.

Finis partis prima.

TRA-

TRACTATVS DE JURE CONNUBIORUM.

Pars Secunda DE MATRIMONIIS.

Ad Lectorem.

MAtrimonium ipſum quod attinet, lector, cum circa id tot dubia quot circa ſponſalia incidere non ſoleant, ego in hac ſecunda parte prolixus eſſe nolui, ſed potius brevitati ſtudere, & ad ea, quæ ab aliis tractata noveram ſufficienter, potius remittere lectorem volui, quàm actum agere, & ex aliis huc transſcribere, præſertim cum in prima parte pleraque attigerim.

DE

DE MATRIMONIIS.

PRÆFATIO.

ADsponsalia quæ pertinerent, satis abundanter ut arbitror, suprà demonstratum est: nunc de nuptiis quæ sponsalia sequuntur dicendum videtur. Qua in quæstione methodi viam secuti, primum ostendemus, unde dictæ sint nuptiæ connubium, matrimonium, conjugium, secundo quid sint, tertio quod earum genera, quarto quæ caussa efficiens nuptiarum, quinto quibus in rebus differant nuptiæ à sponsalibus, in quibus conveniant, sexto inter quas personas nuptiæ contrahi possint, septimo quomodo contrahantur, octavo quis sit finis & effectus nuptiarum, nono de actionibus ratione matrimonii competentibus, & processu in caussis matrimonialibus observando, decimo de probationibus matrimonii, undecimo quomodo matrimonium dissolvatur & quibus modis.

CAPUT I.

§. 1. Unde dictæ sint nuptiæ connubium, matrimonium, conjugium.

§. 2. Nuptiarum vox quam variè accipiatur.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Nuptiarum Etymologia Varronis refertur & explicatur.*
2 *Nuptiarum Etymologia Varronis rejicitur.*
3 *Nuptiarum vera Etymologia ex Hebræo fonte petita.*

4 Cæsarii

4 *Cæsarii Etymologia vera.*
5 *Romæ Etymologia vera.*
6 *Variarum dictionum Etymologiæ ex Hebræo fonte petitæ.*
7 *Matrimonium unde.*
8 *Conjugium unde.*
9 *Consortium quare dicatur.*

COnnubium seu † nuptias ab obnubendo dictas Varro 1
existimat. Obnubere idem est quod tegere seu velare. Hinc illa verba solennia. Caput obnubito, infelici arbore suspendito, *quæ apud Ciceronem pro Rabirio exstant. Item apud Silium de Decio quem captum vinciri jussit Annibal.*

Nec plura effari concessum, obnubitur atra
Veste caput, trahiturq́; ferorq́; ante ora suorum.

Caussam hanc adfert Varro quod puellæ pudoris gratia sese obnuberent & velarent, *ut testatur Ambrosius in lib. de Patriarchis*, cujus verba in jus canonicum relata sunt *30. dist. 5. cap. nec illud*, exemplo Rebeccæ, cui venienti cum occurrisset Isaac descendit, & caput suum obnubere cœpit, dicens verecundiam in nuptiis præire debere, *c. fœminæ 30. q. 5.* vel ut alii existimant, quod mulier nupta velato capite incedere debeat, & virgo in capillos. *c. 33. q. 5. c. hæc imago & cap. mulier* Sed hæc etymologia † Varronis non minus inepta est, quam altera illa quam 2
de arrhabone idem tradidit. Arrhabo, inquit, sic dicta, ut reliquum reddatur. Ideoque mihi improbatur. Nec enim verisimile est ab hisce ceremoniis, videlicet sponsæ vestibus, rei tam late patenti nomen inditum esse. Rectius ergo ex Hebræo fonte † unde pleraque 3
etiam latina nomina defluxere, etymologiæ ratio petenda est, nimirum à voce [- — -] quod germinare, seminare, procreare & fructificare notat. Unde vox [- — -] quæ extat *Esai. 27.* Et implebunt superficiem orbis [- — -] id est, germine, hoc est, liberis seu semine, ut Hieronymus & Paraphrastes Chaldæus interpretantur. Quæ interpretatio cum præcipuum matrimonii finem spectet nempe liberorum procreationem concinnior & rei de qua agitur accommodatior. Nomina enim verbaque non posita fortuito sed quadam vi & ratione naturæ facta esse P. Nigidius *in suis commentariis* docuit, *teste Gellio lib. 10 c. 4.* Connubii ergo seu nuptiarum vox nihil aliud deno-

tat quam conjunctionem procreationis causſa initam. Neque hæc nobis tradita etymologia nova aut inſulſa videri debet, cum plurimæ extent voces maximarum rerum ſignificationes, quæ fato quodam ex Hebræo fonte deducta videntur. Quarum pauciſſimas enumerare hoc loco non erit abſurdum. Ita dictio Caſar Hebræa eſt & Imperatorem ſignificat non ab [—] ut quidam exiſtimant, deducta, ſed à [- - - -] & [- - - - - -] quod idem valet quod imperare, exercitum ducere. Eaque vox adhuc apud Ruthenos integra extat. Nam Cæzar apud eos idem valet quod Cæſar. Ex eodem fonte deſcendit vox Roma quæ idem valet quod domina excelſa, elevata ſuper omnes, quales fuit Roma, juxta verſum

Romanos rerum dominas gentemq; togatam.

Ita & vox Salus ſeu Salvator vere Hebræa eſt à voce [- — -] deducta. Unde & dictio Silo, de qua inter ſe digladiantur Theologi, deſcendit, idem valet quod Salus, Salvator, (nam Latini literas [-] & [-] ſolent in S. convertere ut Jeſua, Jeſus, Silote, Salus, vide *Eliam in Thisbite, ſeu Jeſus.* Atque hic maxime mirandum, hanc dictionem Salus & Salvatoris in omnium pene gentium linguis extare. Nam & Græci ejus loco ζωὴ vocem uſurpant, eliſa litera λ, & apud Gallos & Anglos Sanieur & Saniour, unde ſunt apud Germanos Salſch vnd Saltamacher Achares idem quod frater [*ab*]. in Brudermann juxta verſum *Aeneid.* 1.

— *Fulo comitatus Achate.*

Item ὄμνυμι apud Græcos ab [*an ou*] verum dixit, deducitur. Nam qui jurat dicit veritatem. Aliaq; id genus innumera recenſeri poſſent, quæ quia hujus loci non ſunt, aliis exquirenda committimus. Nobis ſatis ſit hic oſtendiſſe, non abſurde facere eos, qui in exquirendis etymologiis Hebræorum fontem reliquis anteponunt, eoſq; cæteris veriora tradere, Cæteras vocis nuptiarum etymologias partim fictas partim inſulſas & ridiculas admodum, hic recenſere ſupersedeo, cum & apud alios qui de nuptiis ſcripſerunt, plene ſatis videri poſſint, & paginas inutilibus magis quam neceſſariis denigrare, noſtri non ſit inſtituti.

Matrimonium à matris † nomine non adepto jam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi *inquit Gellius, lib. 18. c 6.* Alii quaſi matris onus dictum exiſtimant, quod mater plus oneris ſuſtineat in matrimonio

monio quam pater, ut quæ liberos parere & educare cogatur. Nam ut canonum verbis utar, mater ante partum est onerosa, in partu dolorosa & post partum laboriosa, *c. ex tuis, de conversio, infidel.* Unde illud *Vergilii.*

Matri longa decem tulerint fastidia menses.

Item.

Nascitur ad partum mulier prolemq; futuram.

Et *apud Euripidem* Medea se ter ad clypeum stare malle dicit, quam semel parere. Itaque matrimonium à matre dicitur potius certissima prolis auctore, ut patrimonium possessionem omnium bonorum appellamus, etiam quæ à matre proveniunt, quod viri est ea parare, quærere & quæsita conservare. Vacconius quasi matrem omnium dictum existimat. Galli autem contra à mariti nomine matrimoniũ appellant *Mariage*, unde *Marier* maritum fieri.

Conjugium † à conjungendo dicitur, quod conjungantur, & in unum corpus coalescant conjuges, & animis & corpore. 8

Consortium † quod vir & mulier ejusdem sint sortis seu conditionis. Quo spectat illud *Terentii.* Iborus, ubi ego te & tu me feres. 9

§. 2. SUMMARIUM.

Nuptiarum vox varie accipitur.

NUptiarum autem vox varie accipitur. Primum pro matrimonio, concubitu, consortio, & hac significatione matrimonium & nuptiæ nihil differunt, *ut ex Cicerone pro Cluentio colligitur.* Nuptiæ diutinæ non fuerunt, erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ. Idque cum etymologia quam supra tradidimus prorsus convenit. Secundo nuptiæ pro sponsalibus accipiuntur verbis in præsens tempus conceptis non secuto concubitu. Et id quidem canonistarum commentum est. Apud veteres sane nunquam ea significatione matrimonii aut nuptiarum vox legitur. Tertio accipitur pro convivio nuptiali seu solennitate, quæ celebratur primo matrimonii initi die. Quæ apud omnes gentes usitata fuit. Ita Tobias primo despondit filiam. 2. syngraphan scribit, 3. epulum parat nuptiale. 4. eos cubitum deducit. *cap. 7.* sed postea etiam nuptiæ dies septem celebratæ sunt. *cap. 8.* Ita *apud Statium* nuptiæ filiorum Adrasti dies quatuordecim extractæ fuerunt. *fol. 183.*

CAPUT. II.

§. 1. Definitio nuptiarum ſive matrimonii.

SUMMARIA.

1 *Nuptiæ quid ſint?*
2 *Conjunctio quid?*
3 *Matrimonium ad tempus non poteſt contrahi.*
4 *Matrimonium in quibus à reliquis contractibus differat.*
5 *Matrimonium Dei fœdus.*
6 *Matrimonium à concubinatu differt.*
7 *Uxor quare adjutorium dicatur.*

NUnc quid ſit matrimonium ſeu nuptiæ oſtendemus. Nam omnis quæ cum ratione ſuſcipitur tractatio, à definitione
1 proficiſci debet, *teſte Cicer. in offic.* Nuptias † definit Modeſtinus conjunctionem maris & fœminæ, omnis vitæ, divini & humani juris communicationem. Sed Juſtinianus paullo aliter, ut ſint viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens. Con-
2 junctionis † vox generaliter poſita eſt, & cauſſam efficientem matrimonii continet & intelligenda primum de animorum conjunctione: Nam ut ea nuptias conciliat & conſtituit, juxta regulam: Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, ita & inter conjuges perpetua eſſe debet, ut de iis dici poſſit quod ille *apud Ovidium.*

Qui duo corporibus mentibus unus erant.

Item.

Velle ac nolle ambobus idem, ſociataq́ ſcito
Mens ævo, ac parvis dives concordia rebus.

Eodem ſpectant digniſſimi verſus *Auſonii* ad uxorem, quod debeat vivere & oblectari:

Uxor vivamus quod viximus, & teneamus
Nomina quæ primo ſumpſimus in thalamo.
Nec ferat ulla dies, ut commutemur in ævo
Qui tibi ſim juvenis, tuq́ puella mihi.
Neſtore ſim quamvis provectior, æmulaq́ annis
Vinces Cumæam tu quoq́ Deiphoben.

Nec

Nec ignoremus, quid ſit matura ſenectus,
Scire ævi meritum, non numerare decet.

Martialis 5. Epigrammat.

Candida perpetuo reſide concordia lecto,
Tamq; pari ſemper ſit Venus æqua juge.
Diligit ipſa ſenem quondam, ſed & ipſa marito
Tunc quoq; cum fuerit non videatur anus.

Secundo conjunctionis vox corporum commixtionem includit, Nam vir uxori & econtra uxor viro debitam benevolentiam ſeu jus conjugale debet, juxta illud *1. Corinth. 7.* Uxor proprii corporis poteſtatem non habet ſed maritus, &c. quam χάριν appellant Græci, *ut tradit Plutarchus in libello de amore* χάρις ἡ τοῦ φίλου ἐπείξις τῷ ἄρρενι πρὸς τὴν παλαιὸν κέκλησθαι. Conjunctionem autem Juſtinianus appellat individuam, quod hujus ſocietatis proprium ſit, ut perpetua ſit. Nam ea mente initur, ut ſola morte dirimatur. Ideoque ad tempus non poteſt contrahi † matrimonium. *c. ult. de condit. appoſit.* 3 Et in eo à reliquis † ſocietatibus differt, quæ ad tempus tantum contrahuntur. *l. nulla ff. pro ſocio.* 4 5 Nam in æternum ſocietatis coitio nulla eſt. Salomon matrimonium rectè Dei fœdus nominat, ut quod Dei voluntate conſtitutum ſit, & ejus voluntate diſſolvi ſolum debeat. Itaque quos Deus conjunxit homo ne ſeparato. Idque ab orbe creato ſervatum eſſe hiſtoriæ teſtantur, etiam apud Romanos. Nam & Dionyſius ſcribit, mulieres ad viri arbitrium vivere cogebantur, ut à quo diſcedere, & quas à ſe dimittere nunquam poſſent. Qua de cauſſa per annos quingentos divortium Romæ nullum fuit, *ut Gellius & alii ſcribunt.* In eo † etiam matrimonium à 6 concubinatu differt, & aliis illicitis conjunctionibus, ut quæ ad tempus tantum durant, & utriuſque vel alterius voluntate diſſolvuntur. Deinde à brutorum ſocietate quæ ſtatis anni temporibus committitur.

Sequitur in definitione: [*conſortium omnis vitæ*] id eſt, quod Juſtinianus appellat conſuetudinem vitæ, hoc eſt, ſocietas domeſtica vitæ. *l. ſi rerum ff. de re judic l. 1. ff. rerum amotarum.* Quo ſpectat vetus illa formula qua uxor ingreſſa domum mariti utebatur: Ubi tu Cajus & ego Caja, quaſi, *ut ait Plutarchus*, cum viro fortunarum bonorumque communionem adipiſceretur. Nicocles apud Iſocra-

rem appellat κοινωνίαν πάντων τῶν ἐίων, cujus verba elegantissima adscribere operæ pretium est. Non potui, inquit, non summopere accusare illos, qui ductis uxoribus & inita totius vitæ societate, pactis & conventis non starent, sed dum suis voluptatibus indulgerent, eos offenderent, à quibus ipsi se nulla re offendi vellent, & cum aliis contractibus æquitatem colerent, solas conventiones cum uxoribus factas violarent, quæ tanto solennius custodiendæ erant, quanto sunt aliis contractibus interiores & majores. Quò spectat
7 quod † in sacris literis uxor appellatur adjutorium, quod sit coram viro, id est, omnium actionum & partium vitæ socia sit, & quod à viri latere nunquam discedere debeat.

Divini atque humani juris communicatio.] Id est, omnium quæ ad vitam instituendam pertinent, inter quæ etiam religio & sacra non postremum locum obtinent, cujus etiam socia fiebat uxor. Unde Halicarnassæus κοινῶνα ἁπάντων χρημάτων καὶ ἱερῶν, hoc est, sacrorum sociam appellat. Et Gordianus eam sociam & humanæ & divinæ domus vocat. Conanus id de sacris privatis accipiendum putat, quæ ipsi illis ceremoniis colebant, quas à gentilibus accepissent. Eaque fuisse duplicia, gentilitia & privata. Gentilitia quæ toti agnationi & genti essent communia & ad hæredes deducebantur, ideoque hæreditaria dici possunt. Alia domestica & familiaria seu privata, quæ sibi quisque constituisset. Itaque & sacraria, hoc est, loca, ubi res sacræ reponuntur, & servarentur domi suæ habuisse Romanos, ut sacrificia peragerent, *ex Cicerone liquet.* Erat apud Helium Sacrarium cum magna dignitate in ædibus. *in Verrem, & in Philippica.* Minus clarum fore putavit quod de armario quam quod de sacrario esset ablatum. Item C. Anianus qui in tuo sacrario habitat. Atque horum sacrorum participem fuisse uxorem dubium non est. Nostris juribus hæc verba referri possunt ad omnia illa jura divina quorum uxor in domum mariti deducta fit particeps, scilicet ut eidem parochiæ sit subdita cui maritus membrum, ut ibi audiendi verbi Dei, sacramentorum utendi, & orandi jus habeat, aliisque commodis fruatur, quas adfert ecclesia, ut item sepulchrorum jus habeat. Accursius interpretatur divini juris sociam, hoc est religionis. Et inde colligit ejusdem religionis uxorem ducendam. Sed ea de re suo loco infrà disputabitur.

Sequi-

Sequitur in definitione mulierem humani juris participem fieri, quod multis potißimum consistit rebus, de quibus prolixe infrà, ubi de effectu matrimonii agemus, quo avidum lectorem remittimus. Nunc ad divisiones matrimonii transeamus.

CAPUT III.

§. 1. Nuptiæ aliæ licitæ sive legitimæ, aliæ illicitæ sive illegitimæ.

§. 2 Matrimonium aliud publicum aliud clandestinũ.

§. 3. Matrimonium aliud verum aliud præsumptum.

§. 4. Matrimonium aliud initiatum aliud consummatũ.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Nuptiæ licitæ quæ?*
2 *Nuptiæ illicitæ quæ?*
3 *Nefariæ quæ?*
4 *Incestæ quæ?*
5 *Incestum unde dictum.*
6 *Inutiles nuptiæ quæ.*

MAtrimonium † aliud est licitum seu legitimum. Aliud verò illicitum seu illegitimum. Licitæ nuptiæ sunt quæ neque natura, neque lege aut canone prohibentur. 1
Illicitæ † nuptiæ contra sunt, quas natura, lex, vel canon vetuit. Et illud rursus subdividitur. Nam quoddam est nefarium, quoddam incestum, aliud verò inutile. Nefaria proprie † dicuntur inter ascendentes & descendentes contractæ, ita dicta, quod contra fas, hoc est contrarius divinum & humanum inita sunt. *Novell. de incest. nupt.* Incestes † nuptias vocant interpretes inter consanguineos vel affines in gradibus veritis contractas: ut si quis duceret fratris vel sororis filiam. Incestum â † Græco tractum scribit Sex. Pompo. Nam Græci facinus appellant ἀνήκεστον, quasi pollutum & non castum. Incestum usu dicitur flagitiũ inter affines admissum, *ut scribit Non. Marcellus & Sylvius pro Milone, Harmenop. item & Ausonius.* Alii à κεστὸς, h. e. cingulo pudoris quo cingebãtur sponsæ dictũ existimant, ut incestu sint nuptiæ quæ destituuntur pudore, 2 3 4 5

pudore,

pudore, forma & ſolennitate conjugali. Sed hæc diſtinctio perpetua non eſt. Nam interpretes nuptias juri contrarias ſine diſcrimine neſarias & inceſtas notant, ut ex illis JCti verbis colligere licet. Inceſtum jure gentium committit, qui ex gradu aſcendentium vel deſcendentium uxorem duxerit, jure civili qui ex latere eam duxerit, quam vetatur, vel affinem quam impeditur. *l. ult. de rit nupt.* Accurſio tamen, quem hæc non latuerunt, ita diſtinguere placuit,
6 quo unaquæque res ſuis nominibus deſignaretur. Inutiles † vocant, quæ neque inter aſcendentes & deſcendentes, neque inter eos qui ex latere veniunt, prohibentur, ſed quas lex ut inutiles aliis de cauſſis rejicit & improbat. Ut ſi error intervenerit, vel aliis de cauſſis quas ſuo loco enumeravimus.

§. 2. SUMMARIA.

1 *Matrimonium publicum quod dicatur,*
2 *Matrimonium clandeſtinum quod.*

1 MAtrimonium † aliud eſt publicum, aliud clandeſtinum. Publicum quod in eccleſia multis præſentibus benedi-
2 ctione ſacerdotis accedente, contrahitur. Clandeſtina † quæ domi clandeſtine contrahuntur, nullis adhibitis teſtibus, de quibus *Harmenop. lib. 4. tit. 4.* Nemo clàm nuptias contrahens coronetur, ſed pluribus aſtantibus, *vide c. 1. cum ſeq. 30. q. 5. & c. ult. §. ult. ext. de clandeſt. deſpon.* Unde etiam colligitur clandeſtina matrimonia dici, in quibus non intervenerunt ſolennitates quas eccleſia requirit; ut publicum proclama, ſacerdotis benedictio, in eccleſiam introductio. *c. cum inhibitio de clandeſt. deſponſ.* Etſi autem canones has nuptias improbant, tamen poſtquam contractæ ſunt amplius diſſolvi non poſſunt, & liberi inde nati pro juſtis habentur. Idque probatur *per tex. ad literam in c. nec illud. §. ſed obiicitur præmiſſis. 30. q 5. item in §. hic ita reſpondentibus, eadem cauſſa & quæſtione. arg. c. 1. de clandeſt. deſponſ. & ibi* Canoniſt. *c. 2. eod. & ibi* Panorm. *&* Canoniſt. *c. quod nobis qui filii ſint legit. & ibi gl. fin. vide latiſſime* Schurff. *in cent 1. conſ. 1. per tot. ubi vide.*

§. 3. SUMMARIA.

1 *Matrimonium verum.*
2 *Matrimonium præſumptum.*

Matri-

MAtrimonium aliud † dicitur verum, hoc est, manifeste & vere contractum & quod probari potest, aliud præsumptum, quod conjecturis † tantum nititur & præsumitur, *c. illud, de præsumpt. VVes. in parat. de rit. nupt. n. 2.* 1 2

§. 4. SUMMARIA.

1 *Matrimonium initiatum.*
2 *Matrimonium consummatum.*
3 *Distinctionis usus.*
4 *Sponsa an debeat lucrari bona quæ conjugi superstiti debentur vigore statuti.*

MAtrimonium † aliud dicitur initiatum, quod nudo tantum consensu contractum est per verba de præsenti, juxta *c. statutum 27. q. 2.* ubi referuntur verba divi Ambrosii, sciendum esse quod conjugium desponsatione ineatur, conjunctione perficiatur. Unde inter sponsum & sponsam conjugium est, sed initiatum, inter copulatos vero est conjugium ratum. *c. 2. de conversio. conjugat.* Aliud vero est † consummatum, scilicet concubitu, nam per eum demum consummatur matrimonium. Ita matrimonia fuerunt initiata inter filiam Raguelis & septem ejus maritos, quos cacadæmon antequam eis commisceretur interfecit, *ut Tobiæ c. 3. legere licet.* Sed rectius meo judicio, facerent interpretes, si sponsalia à matrimoniis distinguerunt, & unicuiq; rei suam appellationem tribuerent. Nam inter spōsum & sponsam conjugium esse dici non potest, *vide text. supra allegatum.* Notandum tamen est hujus distinctionis † usum in quibusdam statutis esse maximum, uti jure Saxonico, in quo constitutum est de certa bonorū parte, quam lucratur superstes ex bonis defuncti conjugis. Nam eo jure. Nach abſterben der Frawen erbet der Mann nach Sachsischem Rechten alle fahrende Haabe/Parschafft/ Silbergeschirr/ vnd andern Fahrnis / ausser den Stücken so zum Gerade gehören. *verba art. 3. lib. 1. sic habent:* Nimpt ein Mann ein Weib so nimpt er alle jhre Gueter in seiner Gewehr/ als ein Vormundt/ vnd stirbt das Weib/ so vererbt keine fahrende Haab ausserhalb die Gerade vnd eigen (id est, bona immobilia, *uti hoc explicant interpp. dd. loc. Mauser. in tit. Inst. de nupt. in proœm.* quia cætera mobilia manent marito jure Saxon.) h. e. secundū 1 2 3

juris Sax. depositionem succedit maritus defunctæ uxoris in omnibus bonis mobilibus, exceptis utensilib. *art. 76. lib. 3.* Pone jam quendam contraxisse sponsalia per verba de præsenti sive matrimonium, cum quadam puella, quæ moritur matrimonio nondum consummato. Quæritur, utrum † sponsus debeat lucrari mobilia vigore statuti? Et sane quoad jus Saxon. omnes uno ore affirmant, non lucrari spõsum prædicta mobilia nisi consummato matrimonio, quod his verbis exprimunt. Er habe denn das Braurbette beschritten, vnd den Ehestand mit ehelichen Beyschlaffen vollzogen *per text. expressum in 45. Landr. lib. 3. ubi dicitur.* Das Weib ist auch jhres Mannes Genossen aller der Ehren vnd wurdigkeit, die der Mann hat, als sie in sein Bette tritt. *Zobel. ibid. addit.* per hunc text. nostræ ætatis practicos concludere maritum bona uxoris mobilia non lucrari, ante ingressum thori seu lecti connubialis. Facit item textus *in art. 45. lib. 1. qui sic habet*: Der Mann ist auch seines Weibes Vormund/ ob er jhr gleich nicht eben bürtig ist/ vnd sie ist sein Genossen/vnd thut jhm sein Recht wenn sie in sein Bette tritt/ ut Saxonicum jus quod attinet, hac de re prolixa opus non sit disputatione, cum hoc jure expresse (ut ex superius adductis satis liquet) requiritur, daß das Braurberte sey beschritten. Quamvis de jure civili in hoc puncto magnus Dd. sit conflictus ut in utramq; partem latissime quæstionem hanc disputat *Salyc. in l. cum inter C. de donat. ant. nupt. quem refert Angel. in § fuerat in vers. quæro de quæstione quotidiana. Instit de action* Et quidem ab affirmantium patribus stat *Bart. in l. nihil. ff. rerum amot. & multi alii insignes Dd quos refert Felin. in cap. tertio loco de præsumpt. & Roland. 106. quæst. de lucro dotis.* Prolixe Dd. auctoritates pro hac affirmativa cum fundamentis ipsorum tredecim adfert *Afflict. decis. 61. & Aret. in §. fuerat, Instit. de action, ait ab hac opinione in practica non esse recedendum, & Marian. Socin Jun. in rubr. solut. matrim. in 1. part. pro confirmatione multa adducit. Idem tenet Gail. 2. observ. 80.* Negativam optimis rationibus propugnat *Salycet. d. loco. Felin. d. loco. & Schurff. cent. 3. cons. 5. & alii quos allegat & refert Beust. tract. de jur. connub. part. 2. c. 67. & hanc. Dd. plerunq; ut veriorem & communiorem sequuntur, Beust. d. loco. Mauser. in tit. Inst. de nupt in proœm.* Non tamen obstat *artic 45. lib. 3.* ubi hæc verba reperiuntur, quæ contrarium innuere videntur: Ein Mann wird seines Weibes Vormund zur hand/ wann sie jhme getrawet wird. Ergo non est opus consummatione matrimonii, quia respondeo *d. art. 45.*

eo spe-

eo ſpeciali caſu eſſe intelligendum, quando ab aliquo ſponſæ infertur injuria, tum enim jure Saxonico ſponſus ſtatim poſt contracta ſponſalia fit tutor & nomine injuriæ ſponſæ illatæ agere ei licitum eſt, alias autem regulariter non acquirit adminiſtrationem rerum mulieris nec jus in immobilibus ſuccedendi, Er habe dañ das Brautbette beſchritten. Et *hoc gloſſ. in d. artic. 45. lib 3. verſ.* Der Mann iſt/etc. monet. Quod & juri communi maximè conſentaneum eſt, quo ſponſus ad injuriam ſponſæ illatam proſequendam admittitur *l. 2. ff. de injur. & §. patitur circa fin. inſtit. eod. l. apud Labeonem, §. ſæpiſſime quoq; ff. eod.*

Sed ſummam alicui dubitationem movere poſſet, ſi ſponſa ea ipſa die qua marito debebat conjungi, moriatur, Wann die Braut am Hochzeit Tage ſtirbt/eben da man ſie beylegen ſol qui dicendum ſit? Et ſane dicit *Salycet. in d. l. cum inter Cod. de donat. ant. nupt. quem in hoc ſequitur Paul. de Caſtr. in conſil. 154. lib 1.* ſponſum vigore ſtatuti lucrari bona ſponſæ defunctæ, quia pro conjuncta & copulata habetur, quæ de proximo eſt copulanda, & cingendus proximo die habetur pro cincto, *arg. l. pen. ubi gl. fin. ff. de milit. teſtam.* De jure Saxonico quidam idem dicendum exiſtimant. Nam illa verba (Wann ſie in ſein Bette tritt) dicuntur de ipſo procinctu & actu nuptiarum ſeu de initio matrimonii conſummandi, nec præciſe exigitur hoc jure copula carnalis. Igitur tale ſtatutum debet recipere interpretationem de jure communi *Mauſer. ad tit. Inſtit. de nupt. in proœm, vide ſupra p 1.*

CAPUT. IV.

§. 1. Ubi & á quo matrimonium ſit inſtitutum.
§. 2. De conſenſu efficiente matrimonii cauſſa.

§. 1. SUMMARIUM.

Conjugium divinitus inſtitutum eſt.

NUnc de origine matrimonii dicendum eſt, ejuſq; cauſſa efficiente. Conjugium divinitus inſtitutum eſt in paradyſo *Geneſ. 2. his verbis.* Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, &c. Itaq; ejus auctorem recte Deum dicimus. Unde & Salomon Dei fœdus appellat, *Proverb. c. 2.*

§. 2. SUMMARIA.

1 *Matrimonii cauſſa efficiens conſenſus.*
2 *Matrimonium quadruplicis juris.*
3 *Conſenſus geminatus an requiratur, unus in ſponſalibus, alter in nuptiis.*

CAuſſa efficiens matrimonii, hoc eſt, hujus ſocietatis
1 perpetuæ in individuis eſt conſenſus † viri & mulieris, qui per ſponſalia exprimitur, juxta *l. nuptias. ff. de regul. jur.* Iſque ex jure gentium originem traxit. Nulla enim gens tam barbara eſt, quæ ſponſaliorum quibus conſenſus exprimitur, uſum ignoret. Itaque ut reliqui contractus ex jure gentium originem ducit. *l. 1. §. fin de pact.* At affectio & appetitus procreandi cauſſa eſt ex jure naturæ; quod nobis cum brutis eſt commune. Nam & eodem inſtinctu naturali animalia quæque ducuntur. Unde & *Cicero lib. 1 officior.* Communis eſt omnium animantium conjunctionis appetitus, procreandi cauſſa, & cura quædam eorum quæ procreata ſunt. Et illud *Ovidii.*

Cum pari quæq; ſuo coeunt volucreſq; feræq;,
Atq; aliquam de qua procreet anguis habet.

Item illud *Vergilii in 3. Georg.*

Omne adeo genus in terris, hominumq; ferarumq;,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres
In furias ignemq; ruunt, amor omnibus idem.

Item illud *M. Aurelii Olympii Nemeſiani.*

Corva marem ſequitur, taurum formoſa juvenca,
Et tenerem ſenſere lupæ, ſenſere leænæ,
Et genus aereum volucres, & ſquammea turba,
Et montes ſylvæq; ſuos tamen arbor amores.

2 Unde Interpretes † matrimonium quadruplicis eſſe juris dicunt Divini, ſi inſtitutionē & auctorem reſpicimus: ſi conjunctionem animorum & corporum, naturalis: ſi conſenſum maris & fœminæ, juris gentium: ſi ſolennitatem & formam, juris civilis & canonici.

Sed hic recte quæritur † an geminatus conſenſus requiratur,
3 unus in ſponſalibus, alter vero in nuptiis? Et id velle videtur *l. ſponſalia, ff. de ſponſal.* ubi expreſſe dicitur: Filium familias ſicut in nuptiis ita &

ita & ſponſalibus conſentire oportere. Idem, ſi ſponſalia in primordio ætatis fiant inter impuberes novo conſenſu opus eſt. *l. in ſponſalibus ff de ſponſal.* Huc facit quod antequam conſecrentur conjuges & domum deducantur, à ſacerdote publice in Eccleſia interrogetur ſponſus, num illam ſibi uxorem velit, & contra mulier, num illum ſibi maritum velit. Et uterque verbis expreſſis & annuli traditione voluntatem ſuam declarare cogitur. Unde apparet conſenſum ſponſalibus expreſſum ſolum non ſufficere. Ego tamen ita ſtatuo ad nuptias unicum conſenſum tantum requiri, qui in ſponſalibus exprimitur verbis parentum vel conjugum, ita tamen ut in eo conſenſu perſeverent conjuges tantiſper, dum matrimonium concubitu conſummatum fuerit, atque in ea perſeverare præſumuntur, niſi expreſſe reclamare aut ſponſalia impugnare cæperint. Quod autem in eccleſia de conſecratione refertur, cum conjungi matrimonio velint, id majoris firmitatis & quo evidentius hominum teſtimonium contracti matrimonii haberi poſſit in morem perductum eſſe exiſtimo, ut & arrhæ traditio & id genus ceremoniæ, quæ non tàm ad ſubſtantiam matrimonii quam ad ritus ſpectare videntur, & ſuperflua non nocent.

CAPUT V.

HOc caput cum ſuprà *part. 1.* ſatis abunde explicatum ſit, eadem hic repetere duco ſupervacaneum, ideoque lectorem eo remitto.

CAPUT VI.

CONſequens eſt videre quæ perſonæ nuptias ſive matrimonium contrahere poſſint.

§. 1. Nuptiæ prohibentur ratione cognationis.
§. 2. Nuptiæ prohibentur ratione affinitatis.
§. 3. De computatione graduum.
§. 4. De ſpirituali cognatione.

§. 5. Nuptiæ ob varias cauſſas & impedimenta tàm animi quàm corporis varia prohibentur.

§. 6. De diſpenſatione.

§. 1. SUMMARIA.

1 *Nuptiæ non conſiſtunt inter eas perſonas quæ parentum liberorumq; locum obtinent, hoc eſt, inter aſcendentes & deſcendentes.*
2 *Probatur ex lege divina & omnium gentium.*
3 *Bruta conjugii lege vivunt.*
4 *Cameli nunquam inter ſe palàm miſcentur.*
5 *Elephantes nulla noverunt adulteria.*
6 *Ratio docet cognitionem gradus eſſe oportere.*
7 *Alia ratio.*
8 *Perſonæ quæ ſibi invicem parentum & liberorum loco ſunt recenſentur.*
9 *Exempla eorum qui nuptias parentum & liberorum probarunt.*
10 *Inceſtum an punire debeat magiſtratus, & qua pœna.*
11 *Nuptiæ inter eos qui à latere cognati ſunt prohibentur.*
12 *Rationes cur nuptiæ inter collaterales prohibitæ.*
13 *Nuptiæ inter fratrem & ſororem non conſiſtunt, & quare.*
14 *Exempla eorum qui ſe cum ſororibus miſcuerunt.*
15 *Conjunctio fratrem & ſororem inceſta.*
16 *Conjunctio fratrum & ſororum pœna capitali punitur.*
17 *Tertius gradus etiam prohibitus, uti filia fratris duci non poteſt, nec patruo nubere licet.*
18 *An pœna inceſti extendenda ad eum qui ducit filiam fratris.*
19 *Quartus cognationis gradus quatenus prohibitus, ubi an duorum fratrum liberi poſſint conjungi explicatur.*
20 *Si quis conſobrinam duxerit an inceſti pœna puniendus.*
21 *Quintus gradus cognationis examinatur.*
22 *Sextus gradus.*
23 *Septimus gradus.*

DE perſonis quæ natura nuptias contrahere non poſſint *ſuprà part. 1. cap. 9* ſufficienter dictum putamus. Nunc videndum quibus lege, hoc eſt, ratione ſanguinis nuptiæ interdictæ ſunt.

sunt. Ex quibus etiam planum fiet qui nuptias legitime contrahere possint. Nam edictum de nuptiis est probitorium. Et primum † inter 1
eas personas quæ parentum liberorumve locum obtinent, hoc est, inter ascendentes & descendentes nuptiæ consistere non possunt. Veluti inter patrem & filium, inter avum & neptem, inter matrem & filium, inter aviam & nepotem, & sic usque in infinitum. Nam † 2
hæ omnes personæ parentum liberorumq; loco sunt. *l. 17. C. eod.* Idque non tantum lege divina sed omnium gentium consensu obtinet. Atq; hanc legem à natura fluxisse ostendit Xenophon *lib. 3. commentarior.* Divinitus, inquiens, latam esse legem, ne parentes liberis vel liberi parentibus misceantur, *& Plato lib. 8. de legibus verbis.* A filio & filia lex etiam non scripta jubet abstinere, & neque palàm neq; clàm cum iis commisceri. Nam & vulgus hominum ab ejusmodi libidinib. abhorret. Unum enim verbum ejusmodi voluptates extinguit, cum id nefarium esse dicitur, Deo invisum, omnium flagitiorum flagitiosissimum: quasi dicat ipsius naturæ vox & sensus detestatur ejusmodi conjunctionem. Caussa autem anne hæc est, quod nemo aliter de iis loquitur, sed statim à puero unusquisq; nostrum audit hoc, & ubique & assidue dicit, tum in locis tum in seriis, ut sæpe in Tragœdiis, cum Thyestas aut Oedipos quosdã inducunt, aut Macareos qui postquam cum sororib. rem habuissent sibimpsis mortem conscivernnt, scelerum pœnas à seipsis repetentes. *Et lib. de legib. 8.* Cum viri adoleverint, tum iis dicemus, licere quam volent uxorem ducere, præterquam filiam aut matrẽ, natasve ex filia, easve ex quibus, mater progenita est. Mulieribus autem jus esse cuilibet nubere præterquam filio, aut patri eorumve liberis aut parentibus. Unde rectè Justinianus *novel. 12* scribit. Eum qui se ejusmodi libidinib. contaminaverit, ea facere quæ bruta detestantur. Nam & inter bruta reperire licet † 3
quę non minus quam homines conjugii lege vivunt. Et rectè Seneca *in Hippol.*

Fera quoq; ipsa Veneris evitant nefas
Generisq; leges insitus servat pudor.

Exempla sunt obvia. Cameli † quæ palàm inser se nunquam misceantur, quod factum verecundia an admirabili naturæ munere fiat, philosophis disputandum relinquimus. Item, nec matri nec sorori camelus miscetur. Idq; inter ea quæ in naturæ admiratione digna sunt refert *Aristot. lib. 9. Plin. 8. lib. cap. 42. Nicol. Lyra in Matt. c. 29. Ælianus lib. 9. cap. 47.* 4

cap. 47. qui refert, pastorem camelum fœminam velasse, & obtexisse, ne agnosci posset, & filium matri ita admisisse. Quod cum filius comperisset, camelarium sceleratí coitus admissarium mordicus apprehendit & in terram projectum genibus contundens interfecit, & seipsum præcipitem agens exanimavit: Idem de equo scribit *Varro*: Incredibile, inquit, quod evenit memoriæ mandandum: Cum equus ut matrem saliret adduci non posset, & eum obvoluto capite auriga adduxisset, & coegisset matrem inire, cum descendenti velum dempsisset ab oculis ille impetum fecit in eum, & mordicus interemit. Addunt alii, *ut Plinius, Oppianus & Ælianus*, eum cum à concubitu faciem matris detectam agnovisset, in fugam sese conjecisse, semetipsum præcipitem egisse, & ita capite petris illiso exanimasse. Sed & elephantes † *ut Plinii verbis utar*, nulla novere adulteria, nec ulla propter fœminas inter se prælia miscent, cæteris animantibus pernicialia, neque ut lascivi Veneris societatem cum fœmina faciunt, sed tanquam successione carentes liberis procreandis dant operam. Neque id sane plus quam semel in vita, & eo duntaxat tempore cum fœminæ se iniri patiuntur. Mas quoque fœminam quam semel impleverit, eam rursus non attingit.

Ex quibus perspicuum est quod suprà attigimus, hoc jus etiam ex natura originem duxisse, & brutis etiam commune esse. Unde & Paulus *l. ult. C. de rit. nupt.* ejusmodi nuptias jure gentium & naturæ quæ ejusmodi fœditatem abhorret, incestas esse scribit. Neque distinguendum esse, an legitimæ nuptiæ sint, an non *l. nihil, de rit. nupt. l. 14. §. serviles de rit. nuptiar.* Nam & ex ancilla susceptam ducere pater prohibetur, & serviles cognationes nuptiis sunt impedimento. Cum contra naturalem pudorem sit filiam quomodocunq; quæsitam patri nubere, & si id fecerit incestum committit, cujus veniam mulieres sexus infirmitate, aut ignorantia (quæ hoc casu non præsumitur) deprecari non possunt. *l. si adulte, cum l. incest. ad leg. Jul. de adult.* cum juris naturalis, ut quod etiam brutis ineft, ut suprà ostendimus, ignorantia defendi nequeat. Neque enim sexus aut rusticitas excusat in his, à quibus naturalis ratio animis nostris impressa nos avocat & deterret. Itaque longe fallitur Aristoteles *lib. 2. Politic.* qui scribit Platonem nullam aliam ob causam nuptias inter liberos & parentes interdixisse, nisi quia nimia voluptas inde oriatur.

Nam

Nam præterquam quod pudor & natura ab eo nos conatu removet, ut jam ostensum est, ratio docet, cognationum gradus & discrimina esse oportere, quæ nulla esse possunt, si liberi cum parentibus commiscerentur. Imo conjunctionem inter matrem & filium monstrum sphynge magis perplexum esse recte scribit Seneca *de Oedipo*. 6

Sed rex cruentus præmia qui sevæ necis
Sceptra & nefandos occupat thalamos patris,
Invisa proles, sed tamen pejor parens quam natus.
Utero rursus infausto gravis.
Egitq; in ortus semet, & matri impios
Fœtus regessit qui neque mos est feris,
Fratres sibi ipsi genuit, implicitum malum
Magis monstrum Sphynge perplexum sua.
Quid simile posuit, quod tam inextricabile
Avi gener, patrisque rivalis sui.
Frater suorum liberorum, & fratrum parens.
Uno avia partu liberos peperit viro,
Ac sibi nepotes. Monstra quis tanta explicet?

Quod & Statius *lib. Thebaidos 1.* expressit.

Scandere quin etiam thalamos hic impius hæres
Patris, & immeritæ gremium incestare parentis
Appetit, propriosq; monstro revolutus in ortus.

Quod & Strozza pater de ea quæ errore patri suo nupsit, expressit.

Vir conjunx, genetrix, natus, fraterq;, sororq;,
Hic duo sunt quamvis nomina plura jacent.
Error enim sceleri caussam dedit, insciа nupsit
Illi quem peperit filia mista patri.

Omnium autem elegantissime hanc conjunctionis perplexitatem expressit *Philo Judæus his verbis*: Lex Moisis, inquit, Persicum morem execratur, ut incestum. Honoratiores enim Persæ cum matribus contrahunt matrimonia, & natos inde arbitrantur nobilissimos, regióque ut ferunt dignantur solio. quo nihil magis excogitari potest impium, conspurcare defuncti patris thalamum cui maxima debebatur religio, matri exhiberi nullam reverentiam, filium eundè

& maritum fieri, matrem vicissim uxoris nomen assumere. Communes liberos patris quidem fratres, matris vero nepotes censeri. Hanc prolis suæ matrem simul esse aviam. Accidit tam scelestum facinus apud Græcos Thebis Oedipodi Laii filio, non sponte tamen sed per ignorantiam, nihilominus tantam vim calamitatum secum attulerunt hæ nuptiæ, ut nihil reliquum factum sit ad summum miseriarum cumulum. Secuta enim sunt continua bella, tum externa tum civilia veluti hæreditario jure filiis nepotibusque à majoribus tradita, quæ vastitates induxerunt maximis Græciæ civitatibus, strages exercituum, eorumq; auxiliis ducibus partium continua funera, & in his fratribus de regno implacabiliter dimicantibus cædes mutuas. Unde nata est non solum familiarum patriarumq;, sed ex majori parte Græcanicæ gentis pernicies. Et ne Persæ quidem, apud quos hoc receptum est, expertes sunt cladium similium. Et *paulò post*. Quæ omnia contingere arbitror propter inconvenientissima connubia filiorum cum matribus, justitia rerum humanarum spectatrice ulciscente impietatem nefariam, &c.

Idem de Persis *apud Lucanum lib.* 8. Refert enim dissuadens Pompejo profugo, ne ad Persas confugiat, eoque uxorem adducat, his verbis:

---- Num barbara nobis
Est ignota Venus? quæ ritu cæca ferarum
Polluit innumeris leges & fœdera tædæ
Conjugibus, thalamiq; patent secreta nefandi.
Inter mille nurus epulis vesana meroq;
Regia, nonnullis exceptos legibus audet
Concubitus, tot fœmineis complexibus unum
Non laxat vox tota virum, jacuere sorores
In fratrum thalamis, sacrataq; pignora matrum.
Damnat apud gentes sceleris non sponte peracti
Oedipodonias infelix fabula Thebas.
Parthorum dominus quoties sic sanguine mixto
Nascitur Arsacides? cui fas implere parentem,
Quid reor esse nefas? proles tam clara Metelli
Stabit Barbarico conjunx millesima lecto?

7 Sed † & à quibusdam hæc ratio affertur nuptiarum inter parentes & liberos

liberos prohibitarum, ut quam latissime cognationes & affinitates spargatur & disseminentur. Idque non solum Reipub. interest, sed & toti societati humanæ expedit, quæ alioqui in nihilum interitura erat, nisi familiæ quæ ab uno stipite latissime diffunduntur rursus inter se quasi in unum corpus coalescerent. Itaq; *Levit. 20. c.* consanguinei reliquiæ carnis dicuntur, ut quæ ad vicinitatem totam contrahuntur. Quidam existimant has nuptias propter inæqualitatem personarum & ætatis prohibitas esse, qualis est inter parentes & liberos, & ne ex eo concubitu filii imbecilliores procreentur. Etsi autem & hæc incommoditas non minima est, tamen veriores sunt illæ quas super attulimus rationes, ne sc. pudor & reverentia parentib. debita violetur, neve cognationum nomina & gradus, quos Deus discerni cupit, confundantur. Nam & ipse Deus, quo certiorem auctorem requirere non debemus, *Levit 18.* discrimen graduum & personarum tradit. Idque observari vult, inter quos primum locum obtinent pater & mater, quorum nuptiis abstinendum esse jubet. Etsi autem matris & patris tantum meminit Moises, tamen certum est appellatione horum omnes comprehendi ascendentes & descendentes in infinitum, cum omnes parentum & liberorum loco sibi sint. Itaque recte dixerunt veteres juris interpretes, Adamum primum parentem si superstes esset, vel resurgeret, uxorem nullam ducere posse, propterea quod omnes homines in linea recta ab illo descendant & propagati sint. Et ut totam rem quasi tabella depictam ob oculos ponamus, personas ordine enumerabimus, quæ sibi parentum vel liberorum loco sunt, & jure civili vel Mosaico conjungi non possunt. Et primo mulieres in linea ascendente prohibitas recensebimus. 8

Prohibetur ergo vir ducere.
- I. Matrem
- II. Aviam paternam vel maternam
- III. Proaviam paternam vel maternam
- IV. Abaviam
- V. Ataviam
- VI. Tritaviam, &c.

Nam hæ omnes personæ fœminini sexus in linea recta ascendente consistunt & parentum seu matris loco sunt: Idem & de masculini sexus personis statuendum, qui parentum loco sunt. Itaque

Mulier nubere non potest-
- I. Patri
- II. Avo paterno vel materno
- III Proavo paterno vel materno
- IV. Abavo
- V. Atavo
- VI. Tritavo, & sic ulterius in infinitum ascendendo.

Nam hæ personæ omnes patrum loco sunt, ut priores illæ matrum.

Ita & in linea descendente prohibitæ sunt fœminæ quæ liberorum, hoc est, filiarum loco sunt. Ergo

Jure prohibetur ducere.
- I. Filiam
- II. Neptem ex filio vel filia
- III. Pronepotem ex filio vel filia
- IV. Abneptem
- V. Atneptem
- VI. Trineptem, &c.

Et vice versa: Mulieres non possunt nubere viris qui filiorum loco sunt.

Mulier non potest nubere-
- I. Filio
- II Nepoti ex filio vel filia
- III. Pronepoti ex filio seu filia
- IV. Abnepoti
- V. Atnepoti
- VI. Trinepoti, & sic ulterius descendendo in infinitum. Nam etsi Moses has personas non recenseat, tamen certum est appellatione patris & matris, filii & filiæ, item neptis ex filio vel filia eas comprehendi. Idque ex eo evincitur quod expresse prohibeat neptem ex filio vel filia ducere, *Levit. 18.* in verbis verenda neptis ex filio tuo aut neptis ex filia tua ne retegas turpitudinem earum, quia turpitudo tua est. Ergo multo magis filiam ducere prohibet, ut quæ gradu propior est. Deinde certum est personas illas in Levitico expressas exempla graduum esse, ut saniores Theologi sentiunt, eam prohibitionem intelligendam de gradibus non de personis, item personis remotiore gradu prohibitis, eas etiam tacite prohibitas censeri, quæ propiore sunt gradu. Interim statuendum, leges

ges quæ in Levitico recitantur de prohibitione nuptiarum, leges esse naturæ, & ad obedientiam obligare omnes gentes, etiam extra politiam Mosis, & ideo excusari non posse, qui contra earum præscripta nuptias contrahunt. Notandum tamen olim extitisse quæ has nuptias probarint gentes, veterum scripta testantur. Unde *apud Ovid. 10. Metamorph.* Myrrha ita loquitur:

—Gentes tamen esse feruntur,
In quibus & nato genetrix & nata parenti
Jungitur, ut pietas geminato crescat amore,

Ex quibus ante omnes Persæ male audiunt, ut suprà annotatum est. Nam & Rex Persarum Artaxerxes duxit in uxores filias Athesin & Mistrin, & Reginam Semiramidem publico edicto ejusmodi nuptias probasse *scribit Tertullian. & Curtius lib. 7.* Et de Bertaa idem refert *Cæsar lib. 5.* eos denos duodenosque uxores inter se communes habuisse, & fratres cum sororibus & parentibus misceri solitos, & qui ex his nati essent eorum habitos esse liberos à quibus primum virgines ductæ essent. Sed & vicinos Persis populos, ut Magusæos, Medos & Nomiades, Mauros, Æthiopes & Arabes matrum & filiorum connubia probasse Strabo refert. Ita & concubitus Loth cum filiab. Persicum morem redolere videtur, quem ea ratione quidam excusare conantur, quod filiæ non libidinis sed liberorum quærendorum gratia patri miscerentur. Sed & Ciceroni incestum cum filia objecit Qu. Fusius Calinus, *ut Dion. lib. 46. testatur*, quod & Salustius quodam loco innuere videtur his verbis. Verum, ut opinor, splendor domesticus tibi animos atterit. Uxor sacrilega ac perjuriis delibuta, filia matris pellex tibi obsequentius quam parenti par est. Et de Alexandro VI. qui nostra ætate vixit referunt, eum cum filia consuevisse. Quò spectant versus vulgo decantati.

Hìc jacet in tumulo Lucretia nomine, sed re
Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus.

Quò spectant & Sanazarii versus:

Humana jura, non minus cœlestia
Ipsosq; sustulit Deos,
Ut scilicet liceret (heu scelus) patri
Natæ sinum perstringere,

Nec execrandis abſtinere nuptiis
Timere ſublato ſemel.
Et tamen in urbe Romuli hic vel undecim
Præſidet annis Pontifex.

Item:

Ergo te ſemper cupiat Lucretia Sextus?
O fatum diri nominis hic pater eſt?

Et in hiſtoriis ubiq; occurrunt exempla innumera inceſtuum, quos Deus ſemper atrocibus pœnis eſt perſecutus. Ita de Perſis ſcribit Philo, eos ſemper cum magnis impedimentis conflictari, propter libidines illas deteſtandas & concubitus cum parentibus. Oedipus quod imprudens etiam matrem Jocaſtem duxit, graviſſime punitus fuit. Nam furiis agitatus ſibi oculos eruit, & poſtea in exilium ſpontaneum profectus, in Abila terræ hiatu abſorbetur. Filii ejus Eteocles & Polynices dum de regno certant, mutuis vulneribus concidunt. Mater Jocaſti ſibi ipſi mortem conſcivit. Filia Authona quod fratrem contra Regis mandatum humaſſet, viva ſepelitur, *ut Sophocles, Euripides, Ariſtophanes, Seneca & alii teſtantur*, &c. Et his conſentanea ſacræ literæ tradunt. Nam & Chananæi in Levitico propter libidines inceſtas è terra evocantur atque delentur, Ruben ob inceſtum jus primogenituræ amittit. *Gen. 49.* Non excelles, inquit, prærogativa, quia aſcendiſti lectum patris tui, tum ſtratum meum prophanaſti aſcendendo. Abſolon ob violatum thorum paternum capite annexo à quercu à Joab prætereunte confoditur. *lib. 2. Reg. cap. 16. 28.* Et Pyndarus inter alia flagitia quorum apud inferos pœnam ſuſtinet Ixion, hoc maximum eſſe memorat, quod dolo miſcuerit cognatum ſanguinem. Quamvis de homicidio intelligat interpres. Qua de cauſſa, & ut omnis peccandi præcidatur occaſio, jure canonico cautum eſt, ne ſacerdos ullam mulierem ſecum domi habeat, neque matrem, amitam aut ſororem, ne quod inſtigante Diabolo in illis ſcelus perpetratum reperiatur *cap. 1. de cohab. clericor.*

10 Sed an † magiſtratus etiam ejuſmodi inceſtum punire debeat, quæritur? & certum eſt punire debere, & à magiſtratu in eos qui hujuſmodi libidinibus ſe contaminaſſent, animadverſum eſſe, hiſtoriæ omnium temporum teſtantur. Idque & lege Moſaica ſeu divina magiſtratui præcipitur, *Levit. 18.* nimirum eum qui ejuſmodi quid in ſe

amiſerit,

amiserit, ut ejus anima è medio populi excindatur. Ita & *Gen. 38.* Judas petit, ut ipsius nurus Thamar propterea quod sese polluisset, comburatur. Hinc & fluxisse existimo, quod multis in locis incestu polluti comburantur.

Sed & Romanos capitis pœnam irrogasse illis, ostendunt verba Ciceronis *lib. 2. de legib.* Perjurii, *inquit*, pœna divina exitium humanum dedecus. Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto. In quæ exempla tanquam in speculum magistratus inspicere debet, & in pœnis irrogandis imitari. Sed nescio quo pacto paulatim senescente mundo & in pejus vergente, hæc paulatim in desuetudinem abierunt. Nam pœna corporalis seu amissionis vitæ in mulctam pecuniariam seu amissionis bonorum conversa est. *authent. incestas nuptias, Cod. de incest. nupt.* Incestas nuptias contrahentes pœna est confiscatio bonorum tàm maternorum, quàm dotis, exilium etiam & cinguli spoliatio, fustigatio quoque, si vilis sit persona. Idem traditur *nov. 12. Harmenopulus lib. 4. tit. 6. f 173.* Quæ etiam pœna in liberos extenditur, ii enim à parentum hæreditate arcentur, & ne quidem alendi sunt. *auth. ex complexu, C. de incest. nupt. l. si adulterium cum incestu, de adulter. l. cum 18. C. eod. tit.* Sed quinto satius fuerat juris divini & veteris Romani æquitatem & severitatem in ejusmodi flagitiis puniendis retineri, ut quorum cadavera post mortem ne terra quidem recipere dignatur, ut suprà ex Agathia retulimus. Itaque maximopere prædicandus Dux Saxoniæ Elector Augustus qui jus divinum & Romanum antiquissimum in usum & forum revocavit, edita constitutione, ut si inter parentes & liberos, & inter eas personas quæ in linea ascendentium & descendentium ratione sanguinis conjunguntur nuptiæ contrahantur, tàm vir quàm mulier capite puniatur, sin verò vel ratione minoris ætatis vel aliarum circumstantiarum pœna mitiganda sit, tum vir & mulier virgis cæsi in exilium relegentur. Nam ratione minoris ætatis pœnam mitigari & remitti æquum est *l. si adulterium, §. 1. de adulter. tradunt Jul. Clarus, Tiraquell. & alii.* Item *sequenti constitutione 23.* Augustus ordinavit, ut si adulterium cum incestu quis committat, cum ea persona quę parentum vel liberorum locum obtineret, capite plectatur. Et ita judicasse senatũ Burdegalensem scribit Papa *arresto 3. li. 22. t 7. de ea quæ cum filia consuerisset.* Et hæc de iis intelligenda sunt qui scientes volentes incestas nuptias contra-

contrahunt. Nam aliud dicendum, si quis imprudentia & facti ignorantia cum eo qui sibi gradu prohibitio conjunctus sit contraxisset, ut de Oedypo supra retulimus qui inscius matrem duxit. Hic enim excusandus esset, *ut d. l. qui contra C. de incest. nupt. in verbis, exceptis tàm fœminis, quàm viris, qui aut errore & non affectata simulatione ex caussa decepti sunt aut ætatis lubrico lapsi.* Quos ita demum legis nostræ laqueis eximi placet, si cum errore comperto aut ubi ad legitimos annos pervenerint, conjunctionem illam sine ulla procrastinatione diremerint. Quam etiam limitationem Augusti *constitutio 22. & 23.* disertis verbis exprimit. Et hactenus de ascendentibus satis.

11 Inter eas quoque † personas quæ ex obliquo seu transverso cognationis gradu junguntur nuptiæ prohibentur, sed non in infinitum, ut in ordine ascendentium. Alioqui enim nullæ personæ matrimonio jungi possent. Imo prohibitio illa de jure divino & veteri civili Romanorum secundum gradum non excedit. Ratio-

12 nes autem † cur hæ inter has personas nuptiæ sint veritæ. Plutarchus has adfert in problematibus, his verbis: Διὰ τί γὸ ἐγγὺς γένους σῦ γαμῆσιν: πότερον ἄυξῃ τοῖς γάμοις βυλόμθροι τὰς οἰκειότητας καὶ συγγενεῖς πόλλας ὀπικτᾶσθ. δίδοντες ἑτέροις καὶ λαμβάνοντες παρ' ἑτέρων γυναῖκας. ἢ φοβέμθροι τὰς ἐν τοῖς γάμοις τῶν συγγένων διαφορὰς, ὡς τὰ φύσῃ δικαία πρὸς ὀπολλύσας. ἢ πόλλων βοηθῶν τὰς γυναῖκας ὁρῶντες δι' ἀσθενείαν δεομθρίας ἔκ ἐβυλοντότας ἐγγὺς γένους συνικίσῃν, ὕπως ἄν οἱ ἄνδρες ἀδικῶσιν ἀὐτὰς ὀι συγγενεῖς βοηθῶσιν. Sed verius est eas ipsas ob caussas quas suprà retulimus etiam inter eos qui à latere veniunt nuptias prohiberi, nimirum ob pudorem & verecundiam, quæ à propinquorum nuptiis etiam nos deterret. Qua de caussa & Deus per Mosen quid in hac re fieri velit, de sua voluntate nos certiores reddere voluit. *Levit 18.* Atque in hoc ordine pri-

13 mum occurrit frater & soror, inter quos nuptiæ consistere non possunt. Neque interest an germani sint fratres & sorores an verò consanguinei vel uterini, legitimi vel vulgò quæsiti §. 4. *Instit. de nupt. l. nemini, C. de nupt.* Quibus plane consentit Moisis lex *Levit. 18.* quæ vetat turpitudinem sororis, sive ex patre, sive ex matre tantum genitæ non esse revelandam. Et hanc legem quæ natura nota est confirmat supplicii severitate *capite vigesimo.* Ut qui duxerit sororem filiam patris sui vel filiam matris suæ coram populo occidatur. Cujus

legis

legis rationes elegantissime persequitur *Philo libro de legibus Moisis specialibus* Cujus verba si adscripsero studiosis, ut spero, gratum fecero. Præcipit, inquit, Moises sororem non esse ducendam. Honestum sane præceptum & aptum continentiæ, etsi Athenienſium legislator hoc in uterinis observat tantum fratribus, at in germanis eodem patre genitis reliquit liberum. Contra Locedæmoniorum legislator uterinis non interdicit connubio sed eodem patre genitis. At Ægyptius ridens utriusque simplicitatem & semiperfecta placita laxavit libidinem & auxit in corporibus animisq; insatiabile malum intemperantiæ, permissa licentia ducendi uxores, sive per alterutrum parentem, sive per utrumque, cognatos majores pariter & minores, æqualesue, ne gemellis quidem exceptis, quos natura ipso natali die sejunxit, intemperantia vero societate copulavit insatiabili & male copulata junctura. Quas leges abominatus vir sanctissimus, ut alienissimas à bene constituta Republica & incitantes ad omnem turpitudinem, modis omnibus prohibuit congressum cum sororibus sive utrumq; sive alterutrum parentem habentibus, &c. Subdit rationes Philo. Quod cum turpe est pudoris deturpare pulchritudinem & virgines ne erubescant adsuefacere, quasi dicat: pudor ab ejusmodi conjunctionibus nos revocat & natura abhorret à congressu sororum & fratrum. Itaque pudori vim inferunt qui ejusmodi nuptias concedunt. Et paulò post subdit aliam rationem, nimirum ut quam late spargantur conjunctiones. Quorsum enim attinet impedire & obstare, quo minus affinitates junganrur cum aliis, & intra domesticorum parietum angustias rem honestissimam includere, cum extendi & diffundi possit per continentes, terras & insulas, deniq; totius orbis habitati provincias. Nam connubia cum exteris novas conjunctiones faciunt, nihilo deteriores quam consanguinitas, &c. Quam rationem postremam *Prudentius* his verbis expressit.

Distantes regione plaga, divisaq; ponto
Littora conveniunt nunc vadimonia ad unum
Et commune forum, nunc per commercia & artes
Ad cœtum celebrem, nunc per genialia fulcra
Externi ad jus connubii, nam sanguine mixto
Texitur alternis ex gentibus una propago,

Ex quibus patet conjunctionem inter fratres & sorores populo Dei fuisse detestabilem. Sed & Romanis ea semper displicuit, qui in eam severe animadverterunt. *Scribit Plutarchus in Parallelis*, Papyrium quendam Romanum sororem suam Camiliam compressisse & gravidam reddidisse. Id cum pater Papyrius resciviset ensem filiæ misit quo sese ilia confoderet. Papyrius deinde sibi ipsi manus intulit. Idem ex Ælio Probo in proœmio de vita excellentium Imperatorum constat: Ejus verba ita habent. Neque enim Cimoni turpe fuit Athenienſium summo viro sororem germanam in matrimonio habere, quod moribus nostris nefas habetur. Interim tamen † gentes
14 fuisse, quæ hisce libidinibus sese contaminarint, ut Lacedæmonas, Parthos & Ægyptios ex Philone & Dione constat, qui id apud Ægyptios patrio more receptum fuisse scribit: Qua in re Ægyptii Deos suos imitati videntur. Nam & Jupiter Junonem sororem, & Satyrus Apim, & Saturnus Isin duxisse fertur. Itaque Philinus apud Lucanum *lib. 10. de Ptolomæo* loquens.

---- *Nupsit soror impia fratri.*

& Cleopatra conqueritur Cæsari cum in Ægyptum venisset de patre, his verbis:

---- *Lege summa perempti*
Verba patris qui jura mihi communia regni
Et thalami cum fratre dedit, puer ipse sororem
Si modo libet amat, sed amat sub jure Photini
Affectus, ensesq; suos, &c.

Herodotus commemorat Cambysen cum sororem ducere statuisset, in consilium adhibuisse consiliarios, num id liceret. Eosque respondisse se nullam legem reperire quæ permittat conjugia inter fratrem & sororem, sed se aliam reperisse legem, quæ Regi Persarum concedat licentiam faciendi quicquid libuerit. Prior pars responsionis honestissima fuit, posterior turpissima, sed tutissima. Nam consiliarii Cambysis non quod eam legem probarent, sed quod sibi consulerent ita responderunt, memores ejus quod apud Plutarchum scribit Solon, δεῖν ὁμιλεῖν τοῖς βασιλεῦσι ἢ ὡς ἥδιστα, ἢ ὡς ἥκιστα. Itaque Cambyses duas duxit sorores. De Dario item legitur, quod sororem suam Satyram nomine duxerit, ut & Ptolomæus Arsinoen & Pyrrhus Epyrotarum Olympionicam sororem. Et de Caligula narrat Suetonius

cum

eum cum omnibus sororibus stupri consuetudinem habuisse, usque adeo ut Drusillam Germanicam Cassio Longino consulari nuptam abduxerit, & pro legitima uxore palam habuerit. Quod & Dion *lib. 59.* refert, & Ovidius de Bibly puella scribit eam cum patre consuevisse.

Biblys in exemplo est ut ament concessa puella,
Biblys Apollinei correpta cupidine fratris.

Et nostra ætas ejusmodi portenta vidit. Pontanus narrat Joannem Arimminiacensem sororem suam ex iisdem parentibus ortam in uxorem duxisse. Et de Martino V. Pontifice scribitur eum accepta mercede matrimonium cuidam cum sorore ex iisdem parentibus orta concessisse. Iterim tamen saniores Græci & Romani semper ejusmodi conjunctiones detestati sunt, Itaque *Plato lib. 8. de legib.* nuptias inter fratres & sorores ut incestas damnat, quamvis idem quasi sui oblitus & contrarius easdem *lib. 5. de republ.* lege permittendas scribit, adeo cæcutit ratio humana verbo Dei destituta, non secus ac nocturæ luce meridiana. Rectius Poetæ Græci, ut Phocylides & alii, judicarunt, ut hic indicat

Neq; in fororum aversandum cubile venias.

Cimon quod cum sorore Epinice concubuisset apud populum in crimen adductus, relegatus est Suidas.

Sed objiciat aliquis † conjunctionem fratrum & sororum incestam non videri, cum initio conditi orbis, ut sacræ literæ ostendunt, id factitarint. Sed respondendum est, conjunctiones illas necessitate excusari. Nam cum propagandum esset genus humanum, & aliæ personæ non extarent, quibus Adami filiæ vel filii jungerentur eos inter se copulari necesse fuit. Idq; Dei voluntate factum esse dubium non est, ut Petrus Lombardus & alii tradiderunt. Interim tamē Augustini regula hic tenenda est *lib. 15. de civit. Dei.* Id factum quanto est antiquius compellente necessitate, tanto factum est damnabilius religione prohibente. Et hac ratione excusat Augustinus Abrahamum quod sororem suam consanguineam duxerit uxorem, nimirum ex patre Thare & ejus uxore secunda progenitam *Genes. 20. v. 12.* Idque colligi posse videtur ex verbis, *revera soror mea est, nam filia est patris mei.* Alii existimant Saram fuisse filiam Thare ex quadam fœmina quæ vidua nupserit Thare, hoc est, Thare privignam fuisse, 15

quod si ita est etiam jure civili Abrahami nuptiæ legitimæ sunt. Nam mariti filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito conjungi possunt. §. *mariti, inst. de nupt.*

Judæi existimant Saram fuisse filiam Arani, hoc est, Abrahami patris filiam, sororem Loth. Nam Thare pater fuit Abrahami & Aranis, Aran autem genuit Saram. Quod si ita est Abrahamus fratris duxit filiam, eamque sororem nominavit quod utraque persona à Thare descendit, eaque verior & receptior est sententia. Nam & fratris filius in sacris literis frater appellatur. Ita Abraham Loth fratrem appellat, cum tamen fratris esset filius, ut pote ex Arane procreatus. *Genes. 13.* Itaque nemini mirum videri debet, si fratris filia soror appelletur, cum vox fratrix apud Hebræos pro consanguineis accipiatur. Itaque hæc verba Abrahami, vere soror mea est, ita accipienda sunt, id est, consanguinea mea est, nimirum patre Thare, qui & ipsi parens seu avus est prognata; sed non è matre mea. Nam diversas matres habuerunt Abrahamus & Saræ pater Haran.

16 Ex quibus omnibus constat jure divino & Romano veteri nuptias inter fratres & sorores prohibitas fuisse. Imo pœnam † capitalem in eos constitutam fuisse, qui eo scelere se obstrinxissent. Ita *Exod. 20.* Moises capite plecti jubet eam qui cum fratre vel sorore consuevisset Amnon patris Absolonis mandato interficitur, eo quod sororem compressisset. *Samuel libro 2. capite 13.* Et in ecclesiis Saxonicarum ecclesiarum pronunciari solet, feriendos esse gladio qui tam nefandas libidines exercuissent, ut ex hac formula colligitur. Hat einer seine Schwester fleischlich erkandt / vnd also Blutschande mit jhr begangen, vnd wird solches für peinlichem Halßgerichte bekandt / so müget jhr jhme mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode richten vnd straffen.

Sed hanc pœnam Augustus Elector *constitutione 12.* ita mitigavit, us virgis cæsi & excoriari in perpetuum relegentur, si extra matrimonium incestus committatur. Nam ita habent verba. Die Personen so einander seitwerts im ersten oder andern Glied in gleicher Linien verwandt / oder die im Mose *Levit. 18.* genennet werden / wann dieselben nicht aller Ding in der Ehe sind vnd Blutschande miteinander begehen / sollen beyde mit Staupenschlagen vnser Lande ewig verwiesen werden. Quæ constitutio æquitatem habet. Nec enim negari potest, majus crimen esse si liberi cum parentibus misceantur, quam si ii qui à la-

tere

tere veniunt inter se copulentur, itaque & hos mitius illos durius puniendos esse. Jure civili recentiori quod à Justiniano collectum est, pœna incestus non est capitalis, sed tantum bonorum publicatio, cinguli detractio, exilium, & si vilis sit persona, corporis castigatio seu sustuarium *tot. tit. C. de incest. & nefar. nupt. & novell. 12. Harmenop. lib. 4. tit. 6.* cum qua magna ex parte constitutio Augustini congruit. Et huc videntur spectare quæ Carolus V. *constitutione criminali c.117.* tradit, qui vult in puniendis incestibus judices ea sequantur, quæ ab ipsius prædecessoribus tradita sunt. Et hactenus de fratribus & sororibus, hoc est, illis personis quæ sibi secundo gradu conjunguntur satis.

Nunc ordo postulat † ut sigillatim alios gradus examinemus. 17
Et quidem descendendo post fratres & sorores occurrunt filii vel filiæ fratris & sororis ascendendo patruus, avunculus, amita, matertera. Qui de jure canonico sibi secundo gradu, de jure autem civili tertio conjunguntur. Itaque vir prohibetur fratris vel sororis filiam ducere. Mulier fratris vel sororis filio nubere prohibetur. Rationem hujus juris adfert Paulus *in l. sororis 39. de rit. nupt.* ne sororis quidem proneptum uxorem duci posse, ac ne ullam quidem ex ejus posteris, quoniam nobis liberorum loco sint, ac nos econtra eis parentis loco. Quam rationem & ipsa cognatorum correlativa nomina indicare videntur. Nam patruus dictus quasi alter pater, avunculus quasi alter avus, vel alter pater, à voce *Ab* quod Hebræis patrem sonat. Matertera quasi alter mater, amita item quasi altera mater, à voce, *em*, quæ Hebræis idem quod mater, ut rectè scripserit D. Ambrosius ipsum nominum sonum nos revocare ab ejusmodi conjunctionibus. Græce etiam patrui & avunculi θεῖοι nominantur, quæ & ipsa vox in jure extat. *l. cum quis decedens §. Codicillis, de legat. 3.* ut tradit Simplicius Epicteti interpres, hanc etymologiæ rationem adferens, quod cum patres liberis sint quasi Dei, ea de causa qui ad patres proxime accedunt, ut patrui & avunculi, θεῖοι quasi divini appellati sint. Et quamvis, inquit, metu divini numinis parentes Deos nominare desierimus, veteris tamen ejus notæ vestigia in patruorum appellatione remanserunt. Itaq; Stobæus *cap. 42.* parentes post Deum plurimi fieri, & quasi secundos & terrestres Deos esse, & easdem Deorum quasi imagines scribit. *cap. 77.*

Qua de causa patruis & amitis in genere proximis potestatem fratrum & sororum liberos corrigendi leges tribuunt, quasi parentum locum obtinentibus, ut ostendit constitutio Valentis & Valentiani *lib. 9. Cod.* Et eos quidem severiores censores fratrum liberos castigare solere, ipsa testatur experientia. Quo spectat illud Horatii,

Mihi ne sis patruus oro, &c.

Ex quibus omnibus planum est, patruos & avunculos parentum locum obtinere & reventiam hisce personis quasi lege naturæ debitam obstare, quo minus nuptiis copulari debeant.

Altera ratio adferri potest quam nos suprà ex Philone attulimus, ne cognationum gradus confundantur, quæ natura & ratio & Deus ipse discernenda & distinguenda esse docet, quod sane hic fieret. Nam si quis fratris filiam uxorem duceret, liberi inter sese fratres & patrueles essent. Mulier liberis suis mater, & soror patruelis esset, ut iis quis rectæ exprobrare posset, mulier quæ nos peperit, mater vestra est & patrui vestri filia, hoc est, soror patruelis. Et rursus, vir qui vos genuit pater vester est, & matris vestræ patruus, hoc est, patruelis vester. Sed & hoc casu affinitatis nomina confunderentur. Nam patruus fratri suo qui ei filiam collocavit frater simul & gener esset. Quo nihil dici potest absurdius cū gener socero suo reverentiam debeat, ut cui filii loco sit, frater autem fratri æqualis sit, ac pari dignitate Mulier verò patri suo filia esset & simul fratris uxor quam fratriam nominant, &c. Et hæc lex ut naturæ ita & juri divino maxime est consentanea, ut ex iis quæ Levit. 18. traduntur colligi potest. Verenda amitæ tuæ ne retegas. Verenda materteræ tuæ ne retegas. Et quamvis Moses disertis verbis non vetat filiam fratris non esse ducendam, tamen eo ipso quod ab amitæ & materteræ nuptiis abstinendum præcipit, sororis & fratris filiis nubendum non esse ostendit. Nam si amitam vel materteram quis ducere prohibetur, sequitur propter naturam correlativorum amitam & materteram fratris & sororis filiis nubere non posse.

Itaque ridendi Judæi qui statuunt fratris filiam duci posse, quod disertis verbis eas personas inter se conjungi lex Mosis non prohibeat, cum ea prohibitio ex natura correlativorum resultet, ut demonstratum est. Et lex de gradibus, non autem de personis intelligenda est.

Ex

Ex quibus efficitur, non ſolum jure Romano, ſed & Moſaico fratrum ſororumve liberos uxores duci non potuiſſe. Idque multis annis à Romanis obſervatum fuiſſe hiſtoriæ teſtes ſunt. Interim tamen Claudius Imperator primus harum nuptiarum uſum invehere conatus fuit. Nam cum Agrippinæ fratris ſuæ filiæ amore incenſus eſſet, eamque lege in uxorem ducere non poſſet, à Senatu extorſit Senatusconſultum ut juris colore hujus conjunctionis turpitudo velaretur, *ut ſcribit Tacitus libro duodecimo.* Interim tamen has nuptias, etſi Senatusconſulto firmatas omnium ſanorum judicio etiam eo ipſo tempore improbatas & inceſtas habitas fuiſſe oſtendunt auctorum ſcripta. Sed & Domitianus Imperator Titii fratris filiam in uxorem duxit, eamque amavit ardentiſſime, *ut Plinius teſtatur libro quarto epiſtolarum, folio mihi 106.*

Nerva poſtea Domitianum ſecutus hoc Senatusconſultum abrogari juſſit, & vetuit, ne filiæ fratrum ducerentur, edita conſtitutione, *ut Xiphilinus & Zonaras teſtantur.* Sed hanc legem rurſus infringere conatus fuit, libid. ne perdita incitatus Heraclius Imperator qui Martinam fratris ſui filiam in uxorem duxit, ſed is inceſtus pœnas dedit graviſſimas juſto Dei judicio, nimirum genitalibus ita diſtortis, ut quoties meieret vultum lotio aſpergeret. Sed & Claudius Cæſar ob inceſtum cum Agrippina commiſſum, divinitus punitus fuit, ut qui ab uxore veneno ſublatus ſit, *teſte Seneca.*

Sed objiciat aliquis, Abrahamum fratris ſui filiam Saram in uxorem duxiſſe, *ut ſuprà tradidimus*, ideoque has conjunctiones inceſtas non videri. Sed reſpondendum, non quælibet exempla patrum veterum imitanda eſſe, ſed ea tantum quæ legi divinæ ſunt conſentanea. Nec enim tàm ſpectandum quid Romæ factum ſit, quàm quid fieri oporteat *l. 12 de offic. proconſ.* Et tritum eſt illud, non exemplis ſed legib. judicandũ Nam etſi Deus certo conſilio in Heroibus illis quædã vitia toleravit vel probavit, tamen noſtrum non eſt, ea condemnare vel imitari, ſed potius intra metas legis naturalis & divinæ conſiſtere, & non tàm nævos parentum quàm heroum facta illuſtria nobis ad imitandũ proponere. Itaq; factũ Marquardi Schuldorpii paſtoris Sleſuicenſis, qui anno 1520. fratris filiã à ſe compreſſam duxit exemplo Abrahami excuſari non poteſt, etſi Theologi magni

magni nominis qui ei patrocinati sunt hoc colere id extenuare conati sunt. Sed malam causſam bene tueri difficile est. Itaque videant Principes qui fratrum vel sororum filias sibi matrimonio copulant, quo pacto Deo & ecclesiæ id probare possint.

18 Sed an pœna incesti † quam suprà attigimus, ad has quoque personas quæ secundo gradu conjunguntur pertineat? Et dubium non est, cum omnes hæ personæ sibi invicem eodem gradu conjunctæ inter se nuptias contrahere prohibeantur, juxta *l. sororis, de rit. nupt. & l. 17. C. de nupt.* quæ expressè cavet, nemini licere contrahere matrimonium cum filia nepte, aut pronepte, itemque cum matre, avia vel proavia, & ex latere amita, & matertera, sorore, sororis filia, & ex ea nepte. Et eadem prohibitio extat *Levit. cap. 18.* Ergo qui ex hisce personis, hoc est, amitam, materteram, fratris sororisve filiam, in uxorem duxerit, dignitatis & bonorum amissione puniatur si honestæ sit conditionis, sin vilis sit conditionis, fustibus cædatur, de jure civili, vel juxta Augusti constitutionem sine discrimine virgis cædendus & in exilium mittendus erit. Hactenus de personis quæ de jure civili tertio cognationis gradu, de jure verò canonico secundo conjungunt satis.

19 Nunc ad reliquos gradus veniendum. Et quidem † quarto gradu de jure civili sunt à latere ascendendo, patruus magnus, amita magna, id est, avi frater & soror. Item avunculus magnus, matertera magna, id est, avi frater & soror. Item fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus generantur, consobrini, qui ex duabus sororibus sunt procreati, quasi consororini, amitini qui ex fratre & sorore procreantur Descendendo fratris sororisve nepos & neptis, inter quas personæ illæ quæ sibi parentum & liberorum loco sunt nuptiis conjugi non possunt. Itaque vir, hoc est, nepos ex fratre amitam magnam, id est, avi sororem ducere prohibetur, & nepos ex sorore materteram magnam ducere non potest. Mulier è contra, verbi gratia, neptis ex fratre patruo magno, hoc est, avi fratri nubere non potest. Ratio est quod quemadmodum, patruus, avunculus, amita, matertera parentum loco sunt, ut suprà copiosè explicavimus ita & multo magis ii qui gradu his sunt superiores parentum loco sunt observandi & venerandi §. *item amitam, de nupt. instit. l per adoptionem de rit. nupt.* Nam ut in ordine ascendentium, cu-

jus

jus hic quædam imago est, is meliori jure est & potiori qui supremum locum obtinet, & ordine prior est, ita & in ordine collateralium ascendentibus qui priores ordine & loco sunt jus potius & majorem reverentiam deberi ratio docet. Itaque valet argumentum, patruo debetur reverentia, ergo multo magis patruo magno. Nam etsi gradu hic remotior est, tamen loco & dignitate est superior, ad instar avi quem pater gradu anteit, non tamen potestate, imperio ac reverentia, juxta versum *Ovidii*.

Plus quoque qui prior est ordine poscit avus.

Huc facit quod Justinianus scribit, cujus filiam in uxorem ducere non licet, neque ejus neptem permittitur, nimirum quod ei sim parentis loco. Nec obstat quod neptis sit quarto gradu de jure civili, quo gradu nuptiæ recte contrahuntur. Nam in iis qui à latere veniunt, non tantum gradus sed & ordo spectatur, num scilicet uterq; sit collateralis æqualis, non vero ex earum personarum numero quę invicem parentum & liberorum sibi sunt loco; quales sunt patruus, patruus magnus, avunculus, avunculus magnus, amita, amita magna, matertera, matertera magna, quæ nepotibus neptibusve suis non solum sunt collaterales sed & quodammodo parentes, vel saltem parentum locum obtinent. Ideoque cum illis conjungi non possunt, non quidem propter gradus propinquitatem, sed propter honestatem & reverentiam quæ his ce personis debetur. Et quemadmodum in infinitum inter ascendentes & descendentes nuptiæ prohibitæ sunt, ita & inter transversales eos in quibus quædam imago est liberorum & parentum, *l. sororis, de rit. nupt.* Unde sequitur, recte etiã in linea collaterali constitui ascendentes veluti patruum, amitam magnam, majores, maximos superioresque omnes qui nobis parentum loco sunt: E contra quibus respondent descendentes fratris, sororisve filios filiasve, nepotes, neptes, pronepotes & proneptes, & sic in infinitum. Tertio collaterales in specie qui sibi neque parentum neque liberorum loco sunt invicem, ut fratres sorores, patrueles, consobrini & amitini, in quibus non ordo sed sanguinis propinquitas spectatur. Et hi invicem jure civili conjungi possunt. Itaque duorum fratrum liberi, item fratris & sororis recte junguntur, § *duorum, Instit. de nupt. l. Lucius Titius.* § *filium. ad SC. Trebell.* Ratio est quod hæ personæ eodem & pari gradu & à stipite æqualiter distent, & per

consequens nec parentum aut liberorum loco sibi sint invicem. Ideoq; ejusmodi reverentiam qualis parentibus tribuitur sibi invicem non debeant, cum in æquales reverentiæ ratio non cadat, Et tritum est illud Jureconsultorum, par in parem non habet imperium. Et quod nuptiæ inter æquales convenientissimæ sint. Qua de caussa etiam jure Mosaico hæ nuptiæ legitimæ sunt. Nam ex præcepto Mosis quinque filiæ Zalphrad nupserint filiis patruorum suorum qui erant de tribu Manasse, ut videre licet *Numer. cap. ultim. & Josuæ 17.* & alia habentur exempla *Genes. 28. Genes. 29. Paralipom. cap. 2 . & 24.* Sed & Græcis ejusmodi nuptias habitas fuisse legitimas ostendit tota antiquitatis historia. Apud Romanos vero ejus rei exempla exstant innumera. Et ut antiquissima consectemur, Servii Tullii filiæ, Tulliæ consobrinis suis Tarquiniis Prisci Tarquinii nepotibus nupserunt, *ut Halicarnassæus lib. 4. refert*, quamvis Livius existimat non consobrinos sed avunculos fuisse *lib 1. ab urbe condit.* Brutus Porriam consobrinam Catonis Uticensis filiam in uxorem duxit. Nam Servilia mater Bruti soror fuit Catonis, *teste Plutarcho*, &c. Interim tamen fuit tempus cum ejusmodi conjugia Romæ non probarentur, *ut ex Tacit. lib. 12. colligitur & Augustino lib. 15. cap. 16. de civitat. Dei & Plutarcho.* Imo Theodosius Imperator edita constitutione has nuptias prorsus prohibuit, *ut patet ex l. 1. si nupt. ex rescr. pet. C. Theodos. de duorum fratrum liberis, & idem testatur Aurelius Victor in vita Theodosii, & Paulus Diaconus lib. 12.* Sed hanc constitutionem postea Arcadius & Honorius Theodosii filii abrogarunt, lege contraria lata, hoc colore, quod veteris juris auctoritatem in usum revocare vellent. Sed ea Gothis, qui gens Græciæ fuerunt, displicuit, ut qui lege lata nuptias inter fratrum sororumque liberos prohibuerunt, *ut ex Cod. Theodos. colligere licet l. un. C. si nupt ex rescr. pet. l. 2 C. de incest. nupt.* quas mutatas & interpolatas esse quilibet deprehendere potest, qui eas cum constitutionibus quæ in Cod. Justinianeo exstant contulerit. Nam illæ prohibent quidem nuptias inter patruum & fratris sororisve filiam, consobrinorum autem nullam mentionem faciunt Retinuit & Cajus *lib. instit.* lectionem negativam. Sed is à Gothis depravatus esse videtur, ut & Theophilus, qui jus Romanum ad sua tempora detorsit, & contra Justiniani sententiam duorum fratrum filios non posse matrimonio jungi scribit.

Quod

Quod & Alemanni & Gothi probarunt & in ſuas leges referri juſſerunt. Qua de re exſtat *lex Clotarii tit. 40.* Ex quibus conſtat hoc jus varie jactatum & ſingulis pene ſeculis immutatum fuiſſe. Quæ † 20
cum ita ſint recte hoc loco quæritur, an ſi quis hodie conſobrinam patruelem vel amitinam duxerit inceſti pœnam ſuſtinere debeat, hoc eſt, vel virgis cædatur vel bonis exiliove mulctetur? . Et quidem Arcadii & Honorii conſtitutio quæ in Cod. Theodoſiano exſtat pœnam ignis & proſcriptionis irrogat iis, qui ejuſmodi nuptias contrahunt. Conſimilis pœna in legibus Alemannorum quas Lotharius edidit, conſtituta eſt, ut matrimonio diſſoluto bona ejus in fiſcum redigantur, qui ejuſmodi quid admiſerit, humiliores vero in ſervitutem redigantur. His tamen non obſtantibus putarim hoc caſu inceſti pœnam capitalem fuſtuarii vel publicationis bonorum locum non habere. Et cur ſic ſentiam ratio eſt, quod ea qua expreſſe jure divino conceduntur inceſta videri non debeant, juxta regulam: quod lege permittente fit pœnam non meretur. Deinde quod leges civiles quæ à Chriſtianis Imperatoribus, qui legis condendæ poteſtatem habuerunt, latæ ſunt, has nuptias permittunt. Tertio quod exemplis tam ſacris quam prophanis omnium ſeculorum hæ nuptiæ confirmentur, ut ſupra oſtenſum eſt. Sed quid ſi edicto vel lege ſpeciali magiſtratus hæ nuptiæ interdicantur, quemadmodum pleriſque in locis expreſſe prohibentur ſecundo gradu? Crediderim eum qui magiſtratus edictum inſuper habuerit, pœna arbitraria, non tamen capitali coercendum, non tam propter inceſtum, qui vix eſt ut commiſſus dici poſſit, quam propter magiſtratus auctoritatem quæ ſacroſancta nobis videri debet, contemptam. Idque ea de cauſſa maximè, quod magiſtratus qui ſuperioribus ſeculis & noſtra ætate nuptias inter conſobrinos prohibuerunt, argumentis non levibus ducantur. Et quidem his, quod in his perſonis quædam ſit imago fratrum & ſororum. Avum enim, ſeu parentem communem habent, à quo veluti à ſtipite deſcendunt, cujus etiam reſpectu liberorum quodammodo locum obtinent. Quod & ipſa cognationum nomina teſtantur, fratres enim & ſorores patrueles nominantur. Item, conſobrini quaſi conſororini. Ita & jure divino fratres appellantur *lib. 1. Paralipom. cap. 23. 24.* Et

hanc rationem etiam attigit *Ambrosius libro octavo epistolæ 66.* In verbis: Et tamen illi invicem sibi æquales sunt, tantummodo quia propinquitatis necessitudine & fraternæ societatis ligantur vinculo, &c.

Quam etiam ob caussam ab ejusmodi nuptiis abstinuisse superius seculum testatur *Augustin. libro decimo quinto, de civitat. Dei capite decimo sexto.* Experti autem sumus de consobrinorum nuptiis etiam nostris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, quam raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana. Veruntamen factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illiciti, & quod fiebat cum consobrina, pene cum sorore fieri videbatur, & quia ipsi inter se propter tam propinquam consanguinitatem fratres vocabantur, & pene germani sunt. Unde altera hujus prohibitionis ratio colligitur, nimirum, etsi jure divino & civili hæ nuptiæ prohibitæ non sint, tamen cum hi gradu, proximi sint illis qui jure divino interdicti sunt, voluerunt legislatores, & alii hos secuti homines etiam ab his abstinere. Quo majore reverentia divina observare & revereri viderentur. Quæ ratio sapientissime ab Augustino excogitata est.

Tertiam adfert idem Augustinus, quam & nos supra attigimus, ex Philone, ne una eademque persona variis cognationum nominibus implicetur & ut necessitudinis quam latissime disseminentur & diffundatur: *Verba Augustini lib. 15. c. 16. ita habent:* Habita est ratio rectissime charitaris, ut homines quibus esset utilis atque honesta concordia diversorum necessitudinum vinculis necterentur, nec unus in una multes haberet, sed singulæ spargerentur in singulas. *Augusti initio c. 16. lib. 15.* His subjicit & quartam idem Augustin. quod & ab ejusmodi nuptiis pudor naturalis avocet. Quæ etiam sola fecit, quod parcius istis nuptiis veteres usi sunt, juxta illud *Senecæ.*

Quod lex non vetat, hoc fieri vetat pudor.

Gregorius *in c. ad sedem 25. q.* aliam adfert rationem hujus prohibitionis, sed quæ neq; cœlum neq; terram attingat, nimirum quod experientia constet ex ejusmodi conjunctionibus sobolem non senescere, ita enim habent verba. Quæ ratio præterquam quod falsissima

sima experientiæ contrarium testatur. Et hactenus de personis quæ de jure canonico secundo, de jure civili quarto gradu sibi conjunguntur satis.

Quinto † gradu jure civili à latere sunt ascendendo propatruus, proamita, id est, proavi frater & soror. Item proavunculus & promatertera, hoc est, proaviæ frater & soror: descendendo fratris sororisve pronepos, proneptis. Collaterales in specie patruelis, consobrini, amitini, avunculi, materteræ filius filia, propior sobrino, id est, patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filii, filiæ. Jure civili matrimonium quinto gradu concessum est, ut & jure divino. Id autem accipiendum de personis mere collateralibus, hoc est, quæ sibi parentum liberorumve loco non sunt. Itaque propatruo proavunculo nubere non licet, ut nec contra proamitam, promaterteram ducere licet, & ita descendendo à fratris sororisve pronepote & pronepte abstinendum est, quod liberorum locum obtineant. Cum aliis personis quæ à latere veniunt recte matrimonium ineuntur, ut cum patruelium, consobrinorum & amitinorum liberis. Ita & patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni filiam ducere licet. Et hos Canonistæ in secundo & tertio gradu collocant in linea inæquali. Inter quos matrimonium consistere posse negant. Prohibitionis autem rationem nullam adferunt, nisi illud Pythagoricum ἀπὸς ἴφα. Sane jus divinum & civile ejusmodi matrimonia probant, & concilia patrum antiqua, imprimit autem Epaumense, ubi hæc verba referuntur, ultra consobrinos non prohiberi conjugia. *Tom. 2. concil. Epaunensi c. 30.* quod celebratum fuit anno 494. Itaque recte Lutherus scripsit, conscientiæ scrupulum non esse injiciendum iis qui secundo & tertio gradu contraxerunt, idque quod nulla probabilis adferri possit ratio, cur ab ejusmodi nuptiis abstinendum sit, nisi quis illam, quam Pontifex adfert, veram esse existimaveris, ea de caussa quarto gradu prohiberi matrimonia, quia quatuor sunt humores in corpore. Rectius dixisset, quinto gradu concedi matrimonia, quia quinque sunt libri Moisis. Quanto satis erat jus divinum & civile sequi, quam ejusmodi traditiones, & statuta quæ hac de re in qualibet provincia exstant peculiaria, ut in Misnia matrimonium tertio gradu lineæ æqualis ab Electore Mauritio permittitur, lineæ verò inæqualis non

21

concedítur: In Ducatu autem Sleſuicenſi quartus ſolum gradus lineæ inæqualis conceditur. Cur hæc tam varie? Quia prohibitionis fundamentum aut nullum aut certum non habent, cui innitantur.

22 Sexto † gradu in ordine collateralium aſcendentes ſunt abpatruus, abamita, id eſt, abavi frater & ſoror. Abavunculus, abmatertera, id eſt, abaviæ frater & ſoror. Deſcendentes fratris ſororiſve abnepos, abneptis. In ſpecie vero collaterales, fratris patruelis, ſororis patruelis, conſobrini conſobrinæ, amitini amitinæ, nepos neptis, item propatrui, proamitæ, proavunculi, promateterteræ filiæ filia: item ſobrini, ſobrinæ, id eſt, qui quæve ex duobus fratribus vel ſororibus patruelibus vel conſobrinis generantur. Et hic eadem, quæ ſuprà tradita eſt, regula locum habet, nimirum eas quæ aſcendentium & deſcendentium locum obtinent, duci non poſſe. Inter collaterales autem recte conſiſtere matrimonium ſaltem de jure divino & civili.

Septimo † gradu à latere ſunt aſcendendo, atavi frater ſoror,
23 ataviæ frater & ſoror, quas & ipſas ducere prohibemur, quod parentum loco ſunt. Itaque hic fallit regula juris canonici, quarto gradu rectè contrahi matrimonia. Nam atavi frater de jure canonico ſexto gradu, & tamen ei mulier nuberé non poteſt, nec vir atavi vel ataviæ ſororem ducere poteſt, quamvis quinto ſint gradu. Nam & parentum locum hæ perſonæ obtinent. Deſcendendo à latere ſunt fratris abnepos, abneptis, ſororis abnepos abneptis, à quarum perſonarum etiam nuptiis abſtinendum eſt, quamvis de jure canonico ſexto ſint gradu, idq; quod liberorum loco ſint juxta regulam: Cujus filiam ducere non poſſum, nec ejus neptem ducere permiſſum eſt. In ſpecie autem mere collaterales ſunt patrui maximi, amitæ maximæ filius, filia, avunculi maximi, materteræ maximæ filius, filia: à quibus & ipſis de jure canonico abſtinendum eſt, quod ſaltem quarto ſint gradu, etſi de jure civili ſeptimo ſint gradu. Ultra hos quæ ſunt perſonæ recte conjunguntur, cum jure divino nuptiæ ſint conceſſæ & permiſſæ, quod quidem humanis traditionibus longe anteponendum. Iis qui contra ſentiunt recte objicitur illud, θνητὸς πέφυκας καὶ φρονεῖς ὑπὲρ θεόν, id eſt, mortalis cum ſis, ne ſapias quæ ſuprà Dei voluntatem ſunt. Et hactenus

de

de perſonis quæ ratione cognationis nuptias inter ſe contrahere prohibentur.

§. 2. SUMMARIA.

1 *Regula prima de affinitate.*
2 *Regula de affinitate.*
3 *Regulæ quædam de affinitate.*
4 *Formulæ variarum ſententiarum pertinentes ad affinitatis gradus.*
5 *Sororem defunctæ ſponſa an quis ducere poſſit?*

HActenus de conſanguinitate propter quam prohibetur matrimonium nunc de affinitate, quæ matrimonium quoque impedit dicendum eſt, §. *affinitatis. Inſtit. de nupt.* Et quidem prohibetur matrimonium inter eos etiam jure civili, qui parentum liberorumque loco habentur, cujuſmodi ſunt ſocer, ſocrus, gener, murus, noverca, vitricus, privigna, privignus, *l. non facile* §. *nomina, de gradib.* Quod ad reliquos attinet qui non ſunt in numero parentum & liberorum affinitate tamen inter ſe conjuncti ſunt, illi invicem coire noſtro civili non prohibentur. Excipitur duntaxat fratris conjux & ſoror uxoris, *l. fratris l. f. C. de inceſt. nupt.*

Ut autem melius ſciri poſſit & cuivis obvium eſſet, quouſque ſe prohibitio in affinitatis gradibus extendat, nos lingua noſtra vernacula ſchema ſubjiciemus, in quo gradus prohibiti cuivis ante oculos ponuntur.

Prima regula †

1 Alle Vermiſchung zwiſchen Stieffvater vnnd Stieffmutter vnd Stieff. ochter / zwiſchen Stiefſmutter vnd Stiefſſohn uſque in infinitum, ſo weit man rechnen kan in der auffſteigenden vnd abſteigenden Linien / ſind im göttlichen Rechten verboten. *Levit.* 13. Exempli gratia.

Perſonen ſo wegen der Schwiegerſchafft in der rechten Linien hinauffwerts zu rechnen / zu ehelichen verbotten ſind.

Der

I.

1 seine Stieffmutter/ es sey die erste/ andere oder die dritte/ welche sein Vater zur Ehe gehabt.
2 seines Weibes Stieffmutter/ welche jhr Vater nach jhm verlassen.
3 seines Vatern Braut oder Vertrawte/ welche seine Stieffmutter solte geworden seyn.
4 seiner Braut Mutter/ das ist/ die mit welcher Tochter er sich zuvor verlobet/ vnd doch nicht Hochzeit gehalten/ noch sie fleischlich erkandt hat.

II.

Der Sohn sol nit nehmen/ hinauffwerts zurechnen/

1 seiner Stieffmutter Mutter.
2 seines Stieffvaters Mutter.
3 seines Weibes Großmutter/ sie sey des Vaters oder der Mutter Mutter.
4 des Großvaters Weib/ das ist/ seines Vaters oder seiner Mutter Stieffmutter.

III.

1 seiner Stieffmutter Großmutter.
2 seines Stieffvaters Großmutter.
3 seines Weibes Großmutter Mutter.
4 seines Weibes Großvaters Mutter.
5 der Großmutter Vaters Weib/ das ist/ der Großmutter Stieffmutter.
6 des Großvatern Vaters Weib/ das ist/ des Großvaters Stieffmutter.

Personen so wegen der Schwägerschafft in der rechten Linien hinauffwerts zu rechnen/ zu ehelichen sind verbotten.

Die

I.

1 Jhren Stieffvater / er ſey der erſte / der ander / oder der dritte/ welchen jhre Mutter zur Ehe gehabt
2 jhres Mannes Stieffvater / welchen ſeine Mutter nach jhr gelaſſen
3 jhren Schweher / das iſt / jhres Mannes Vater
4 jhrer Mutter Breutigam / oder Vertraweten / welcher jhr ſtieffvater ſolte geworden ſeyn
5 jhres Breutigams Vater / das iſt / der mit welches Sohn ſie ſich zuvor verlobt / vnnd doch nicht Hochzeit mit jhm gehalten.

II.

Die Tochter ſol nicht nehmen hinauffwerts.

1 Jhrer ſtieffmutter Vater
2 jhres ſtieffvaters Vater
3 jhres Mannes Großvater / es ſey des Vaters oder der Mutter Vater
4 jhrer Großmutter Mann / das iſt / jhres Vaters oder Mutter ſtieffvater.

III.

1 Jhrer ſtieffmutter Großvater
2 jhres ſtieffvaters Großvater
3 jhres Mannes Großmutter Vater
4 jhres Mannes Großvater Vater
5 jhrer Großmutter Mutter Mann / das iſt / der Großmutter ſtieffvater
6 jhres Groß Vaters Mutter Mann / das iſt / jhres Groß Vaters ſtieffvater.

Perſonen ſo von wegen der Schwägerſchafft in der rechten Linien hinabwerts zurechnen / zu ehelichen verbotten : Dann ſolche Perſonen für vnſere Töchter gehalten werden.

Der Vater oder Stieffvater sol nicht nehmen.

I.

1 Die Stieffochter/ die seinem vorigen Weibe geboren
2 seines vorigen Weibes Stieffochter
3 des Stieffsohns Weib
4 die Schnur/das ist/ seines Sohns Weib
5 des Sohns verlobte Braut.

II.

1 Der Stieffochter Tochter
2 des Stieffsohns Tochter
3 des Sohns sohn Weib
4 seiner Tochter Sohn Weib.

III.

1 Der Stieffochter Tochter Tochter.
2 Des Stieffsohns Tochter Tochter.
3 Des sohns sohns Sohn Weib.
4 seiner Tochter sohns Sohn Weib.

Personen so von wegen der Schwägerschafft in der rechten Linien hinunterwerts zurechnen/zu ehelichen verbotten: Dann solche Personen für vnsere Söhne gehalten.

Die Mutter oder Stieffmutter sol nicht nehmen.

I

1 Den Stieffsohn / der von jhrem vorigen Mann geboren
2 jhres vorigen Manns stieffsohn
3 der stieffochter Mann
4 der Tochter Mann
5 der Tochter verlobten Breutigam.

II.

1 Des Stieffsohns sohn
2 der stieffochter sohn
3 des sohns Tochter Mann
4 der Tochter Tochter Mann.

III.

1 Des Stieffsohns sohn sohn
2 der Stieffochter Tochter Sohn
3 des Sohns sohn Tochter Mann
4 jhrer Tochter Tochter Tochter Mann.

Et hæ personæ ideo cõjungi nequeunt, quia sunt sibi invicem parentum liberorumq; loco. Der

Der Bruder sol nicht hinauffwerts nehmen.

I.

1 Seines schwehers schwester/ das ist/ seines Weibes Vaters schwester.
2 seiner schwieger schwester/ das ist/ seines Weibs Mutter schwester.

II.

1 Seines Vettern Weib/ das ist / seines Vaters Bruder Weib
2 seines sohns Weib / das ist / seiner Mutter Bruders Weib.

III.

1 Des Groß Vaters Bruders Weib.
2 der Großmutter Bruders Weib.

Personen/ so von wegen der Schwägerschafft in der seitwerts Linien zu ehelichen verbotten.

Die schwester sol nicht hinauffwerts nehmen.

I.

1 Ihrer schwieger/ das ist/ Mannes Mutter Bruder
2 ihrer schwähers / das ist / ihres Mannes Vaters Bruder.

II.

1 Ihrer Mumen/ das ist/ ihrer Mutter schwester Mann
2 Ihrer Wase/ das ist/ ihres Vaters schwester Mann

III.

1 Der Großmutter schwester Mann
2 des Großvaters schwester Mann.

Personen / so von wegen der Schwiegerschafft in der seitwerts Linien zu ehelichen verbotten.

Der Bruder sol nicht hinunterwerts nehmen.

I.

1 Seines Bruders Weib
2 seines Weibes schwester.

II.

1 Seines Brudern Sohns Weib
2 seiner schwester Sohns Weib
3 seines Weibes Bruder Tochter
4 seines Weibes Schwester Tochter.

III.

1 Seines Bruders sohns sohns Weib
2 seines Bruders Tochter sohns Weib
3 seiner Schwester sohns sohns Weib
4 seiner schwester Tochter sohns Weib
5 seines Weibes Bruder Tochter Tochter
6 seines Weibes schwester Tochter Tochter.

Personen / so von wegen der Schwiegerschafft in der seitwerts Linien zu ehelichen verbotten.

Die Schwester sol nicht hinabwerts nehmen.

I.

1 Ihrer verstorbenen Schwester Mann
2 ihres verstorbenen Mannes Bruder.

II.

1 Ihres Bruders Tochter Mann
2 ihrer Schwester Tochter Mann
3 ihres mannes Bruders Sohn
4 ihres Mannes Schwester Sohn.

III.

1 Ihres Bruders Sohns Tochter mann
2 ihres Bruders Tochter Tochter mann
3 ihrer Schwester Sohns Tochter mann
4 ihrer Schwester Tochter Tochter mann
5 ihres mannes Bruders Sohns Sohn
6 ihres mannes Schwester Sohns Sohn.

Die

II.

Die ander Regel von Schwiegerschafften.

Alle Blutfreunde des Mannes sind seinem Weibe geschwägert/ dergestalt/ in welchem Grad der Blutfreundschafft sie dem Mann zugethan sind/ im selbigen Grad sind sie dem Weibe mit Schwiegerschafft verwand/ vnd hiergegen/alle Blutfreund des Weibes/sind jrem Mann geschwägert/der gestalt/in welchem Glied der Blutfreundschafft sie dem Weibe verwand sind/ im selbigen Glied sind sie jhrem Mann Schwägerschafft halben zugethan/ vnd demnach wie weit sich die Prohibition in der Blutfreundschafft erstreckt / also weit erstreckt sie sich auch in der Schwiegerschafft: Dann gleich wie sich einer von seinen Blutsfreunden enthalten sol/ also ist er auch schuldig sich von seines Weibes Freunden zuenthalten/vnd in solcher massen das Weib von jhres Mannes Freunden. Als dann der dritte Grad in der Blutfreundschafft vngleicher Linien ist verboten/alſo ist auch derselbige dritte Grad vngleicher Linien in der Schwägerschafft verboten.

Exempli gratia.

1. Der Mann sol nicht nehmen seines vorigen Weibes Vaters Bruder oder Schwester Sohns Tochter.

2. Das Weib sol nicht nehmen jhres vorigen Mannes Vaters Bruder oder Schwester Sohns Sohn.

Notandæ sunt sequentes regulæ. †

I.

1. Es ist nicht daran gelegen/ ob die ersten Eheleut mit einander Kinder gezeuget haben oder nicht / die Prohibition hat nichts desto weniger jhre Krafft.

II.

Es gilt gleich viel in Rechnung der Glieder vnd der Verwandnüß in der Blutfreundschafft vnd Schwiegerschafft / die Brüder vnd Schwestern sind von gantzer oder halber Geburt / die Prohibition ist gleich kreffrig.

III.

Es ist auch nicht daran gelegen / ob vnter den Verwandten Per-

sonen eine oder mehr ausser der Ehe/ die andern in der Ehe gezeuget werden/ die Verwandnüß in Blutfreundschafft vnd Schwiegerschafft wird gleichwol gerechnet.

IV.

Daran ist auch nicht gelegen/ ob das vorige Weib viel oder wenig Jahr sey todt gewesen/ dann die Zeit mehret oder verringert die Verwandnüß nicht.

V.

Also ist auch nicht daran gelegen/ ob der Mann nach dem ersten Weibe aus anderer Freundschafft hette gefreyet/ vnd nach dem Todt des andern Weibes in seines ersten Weibes Freundschafft wieder wolte freyen? Nichts desto weniger sol jhme der dritte Grad vngleicher Linien verboten seyn.

VI.

Wann die Ehe durch ein öffentlich Christlich Verlöbnüß ist vollnzogen vnd bestetiget worden/ so gilt die Verwandnüß ob gleich die Hochzeit vnd öffentlicher Kirchgang oder das Beyschlaffen nicht darauff erfolgt ist/ sondern ein theil vor der Hochzeit mit dem Tode vbereylet wordē.

Der Vater sol nicht nehmen seines Sohns verlobte Braut.

Die Mutter sol nicht nehmen jrer Tochter verlobten Breutigam.

Der Sohn sol nicht nehmen seiner verstorbenen Braut Mutter.

Der Sohn sol nicht nehmen seines Vatern Braut oder Vertrawete/ welche seine Stieffmutter solte geworden seyn.

Die Tochter sol nicht nehmen jhrer Mutter Breutigam/ welcher jhr Stieffvater solte geworden seyn.

Die Tochter sol nicht nehmen jhres verstorbenen Breutigams Vater/ das ist/ dene mit welches Sohne sie sich zuvor verlobet/ vnd nicht Hochzeit gehaltēn hat.

Der Bruder sol nit nehmen seines Brudern verstorbenen Braut/ die seinem Bruder war ehelichen zugesagt.

Die Schwester sol nicht zur Ehe nehmen jhrer verstorbenen Schwester verlobten Breutigam/ der jhrer Schwester war ehelichen versprochen.

Notandum. Die Schwiegerschafft gehet nicht weit/ dann auff einer Seiten trifft sie nur die Person/ die sich mit einander befreunden/ des Mannes Freunde sind seinem Weibe alleine verschwägert/ vnd des

Weibes Freunde sind jhrem Manne alleine verschwägert. Aber des Mannes Freunde sind des Weibes Freunden nicht verschwägert. Also auch des Weibes Freunde sind jhres Mannes Freunden nicht verschwägert / vnd so weit streckt sich die Prohibition nicht / wie auch die Schwegerschafft nicht.

Darumb kan es wol seyn / daß zween oder drey Brüder zwo oder drey Schwestern freyen. Es kan wol seyn / daß Vater vnd Sohn / Mutter vnd Tochter zur Ehe nehmen.

Item: Es kan wol seyn / daß Vater vnd Sohn zwo Schwestern zur Ehe nehmen.

Item / daß Vater vnd Tochter Schwester vnd Bruder zur Ehe nehmen.

Item / daß Mutter vnd Sohn Bruder vnd Schwester zur Ehe nehmen.

Aus diesem Grunde / dann des Mannes Blutfreunde sind allein seinem Weibe verschwiegert / & è contra.

De secundo & tertio genere affinitatis.

Als dann auch diese Frage fürfellet / ob jemands seines verstorbenen Weibes Bruders nachgelassene Wittwe zur Ehe nehmen möge / so muß man wissen / daß die sey secundum genus affinitatis. Hierauff ist zuwissen / das gegenwertiger Fall in Gottes Wort nicht ist außgedruckt / noch verboten / wie auch die Keyserlichen Rechte davon still schweigen / so sagen die Consistoria der reformirten Kirchen in Teutschlandt / quod hodie nulla sit prohibitio in secundo & tertio genere affinitatis.

Formulæ † sententiarum diversorum consistoriorum, quæ pertinent ad gradus affinitatis. 4

HAt N. N. Sohn N. genandt / aus der ersten Ehe erzeuget / seines Vatern Weibes schwester der andern Ehe / vnd also seiner stiefmutter schwester Fleischlich erkandt / vnd sie geschwängert / so mag er sie auch nunmehr / vnd weil sie sonderlich einander in keinem verbotenen Grad verwand / nach Christlicher Ordnung wol ehelichen / von Rechts wegen.

Alia.

VNser freundlich Dienst zuvor / Ehrsamer guter Freund / als ihr vns in Ehesachen eine Rechtsfrage zugeschickt / vnd euch des Rechtens darüber

darüber zu vnterrichten gebeten habt. Demnach vnterrichten wir verordnete Commiſſarien des Conſiſtorii zu N. vor Recht: Hat Hans N. mit ſeiner erſten Ehefrawen ein Töchter mit Namen Margreth gezehlet/ vnd als jhm ſein Ehe weib verſtorben / hat er ein ander Eheweib genommen/ welche jhr folgends nach der N. abſterben geehelichet/ vnd dieſelb iſt auch mit todt abgangen. So ſeyd jhr die N. als ewres Weibes Stieffrochter / weil die euch mit keiner naherer Blutfreundſchafft oder auch ſolcher Schwiegerſchafft / welche der Ehe hinderlich ſeyn möchte/ verwand/ nunmehr zu ehelichen befügt/ von Rechts wegen.

Alia.

VNſer freundlich Dienſt zuvor/ Würdiger vnd Wolgelehrter guter Freund / Als jhr vns berichtet / daß Balthaſar N. des Carln N. Tochter zur Ehe gehabt / vnd nach deme die verſtorben / er ſich mit des Carlen N. Schweſter Tochter aus Rath ſeiner Freunde anderweit ehelich verſprochen/davon er auff ewer vermahnen abzuſtehen nicht bedacht/ vnd euch des Rechtens hierüber zu vnterrichten gebeten habt. Demnach vnterrichten wir verordnete Commiſſarien des Conſiſtorii zu N. für Recht / daß ob wol die Ehe im andern Grad der Schwiegerſchafft / in dißfals vblichen Rechten/ deßgleichen in vnſers gnedigſten Herrn Landesordnung / aus beweglichen Vrſachen verboten/ demnach aber wann die weltliche Obrigkeit der Oerter ſolche Ehe vnd derer vollnziehung geſtatten wolte/ ſo möchte ſie auch/ ſintemal es den Göttlichen vnd Keyſerlichen Rechten nicht widerig / geduldet vnd zugelaſſen werden / von Rechts wegen.

Alia.

P. P. Ehrſamer N. guter Freund / Als jhr vns berichtet/ daß jhr euch mit ewers Vatern halben Bruders Sohns verlaſſene Witwen ehelichen verlobt / vnd wie jhr ehelich mit jhr beyliegen wollen / daß ewer Pfarherr euch ſolches nicht verſtatten wollen / aus vrſachen/ daß ſolche ewer beyderſeits Verwandnüß zu nahe/ derwegen jhr gebeten habt/ euch des Rechtens darüber zuberichten. Demnach vnterrichten wir verordnete Commiſſarien des Conſiſtorii zu N. darauff für Recht: Ob wol ermeltes ewres Vaters halben Bruders Sohns Wittib euch allein der Schwiegerſchafft wegen/doch im andern Grad gleicher Linien/verwand/ vnd wol ſolche Ehe in der heiligen göttlichen Schrifft vnd Keyſerlichen

Rechten

Rechten nicht verbotten / weil es aber denen dißfals vblichen vnd bißher gehaltenen Rechten zuwider vnnd entgegen / ſo iſt auch ewer Pfarrherr euch ſolcher Ehe/zu ärgerlicher einführung vnd newrung/ſonderlich ohne Vorwiſſen des Landsfürſten / zuerſtatten oder zubeſtätigen nicht befügt/ Es were dann ſach / daß jhr der angezogenen halben Verbrüderung vnd Verwandnis wegen / ſo viel darthun vnnd beweiſen möchtet / daß ewres Vaters halber Bruder von gar einem andern Vater/oder aber einer andern Mutter aus vnd in einer andern Ehe geboren vnnd gezeuget were/ dann auff denſelben Fall/daß es der Verwandnis halben von euch anders ausführlichen vnnd vnzweifflichen erwieſen würde / möchte euch die verſprochene Ehe zuvollnziehen nicht geweigert werden/ von Rechts wegen.

Alia.

VNſer freundlich Dienſt zuvor/Ehrſamer guter Freund/Als jhr vns einen Ehehandel zugeſchicket / mit Bericht / daß eine Witwe jhres verſtorbenen Mannes Mutter halben Bruder zur Ehe nehmen wolle/ vnd euch des Rechtens hierüber zu vnterrichten gehabt. Demnach vnterrichten wir verordnete Commiſſarien des Conſiſtorii zu W. darauff für Recht: Demnach ſolche Witbe im andern Glied vngleicher Linien jhres verſtorbenen Mannes Mutter Bruder / mit Schwagerſchafften verwand vnd zugethan/ſo iſt disfals vermöge Göttlicher Schrifft/vnd vblichen Rechten / die Ehe vnter jhnen nicht zuläßlichen: Derowegen ſeynd ſolche Perſonen ſich derſelben bey Vermeidung gebührlicher Straffe zuenthalten ſchuldig / von Rechts wegen.

Alia.

VNſer freundlich Dienſt zuvor. Würdiger / Wolgelehrter guter Freund/Als jhr vns einen Ehehandel zugeſchickt/ vnd euch darüber zu vnterrichten gebeten habt. Demnach vnterrichten wir verordnete Commiſſarien des Conſiſtorii zu W. darauff für Recht: Wann gleich Simon N. von N. ſeines Stieffvaters hinderlaſſene Witwe/welche jhm in ſecundo genere affinitatis verwand/vermöge dißfals vblichen Rechten/ehelichen köndte / Demnach vnnd dieweil der gemeine vnverſtändige Mann hieran ſich ärgert/vnd oñ Vnterſcheid auch in verbottenen Fäl-

len sich zu verehelichen darvon Vrsach erzwnget / so werden zu Verhütung solches Ergernis die Personen durch euch billich vermahnet / sich solche Ehe zu begeben vnd zu enthalten. Wann aber die Sachen nicht rein / sondern das Beyschlaffen vnter jhnen erfolget were / des jhr euch dann mit fleiß zu erkündigen / auff den Fall möchte solche Ehe / weil sie wider Recht nicht ist / geduldet / vnd die Personen ohne öffentlichen Kirchgang im Hause ehelichen zusammen geben vnd vertrawen. Jedoch zu abwendung aller Ergernis / zuvor sich mit der Kirchen durch offentliche Busse zu versöhnen angehalten werden / solches wir euch auff ewer Anhalten berichten wollen.

Alia.

P. P Erbar guter Freund Als ihr vns einen Ehehandel vbergeben / vnd euch des Rechtens darüber zu vnterrichten geberen habt / Demnach vnterrichten wir verordnete Commissarien des Consistorii W. vor Recht: Hat sich ewer Sohn mit ewres Weibes Bruder Tochter ehelichen verlobt / vnnd sie darüber beschlaffen / so wird jhme sein Ehegelöbnis mit Christlichem Kirchgange vnnd ehelicher Beywohnung zu vollnziehen / der fürgewandten Vrsachen / darvon ewer Frage meldet / vngeacht / billich gestattet vnd zugelassen / von Rechts wegen.

Alia.

P. P. Guter Freund / jhr werdet inligende befunden / was der Pfarrherr zu N. wegen Andres N. daselbst / der seines Weibes vorigen Mannes Schwester zur Ehe haben wil, an vns hat gelangen lassen / vnnd geberen / jhme zu vnterrichten / ob diese Ehe zulässlich oder nicht. Ob dann wol solche Schwägerschafft secundi generis affinitatis, vnnd den Personen / nach dißfalls vblichen Rechten sich zu verehelichen vnverbotten. Demnach aber dieweil noch zur zeit weiters nicht erfolget / vnd diese Ehe wider gemeine Erbarkeit / auch den gemeinen Mann zu anderer schädlicher Einführung sich in verbottenen Sipschafften zu verehelichen Vrsach möchte geben / ist vor etlichen Jahren von den Herr Doctore Benedicto, Paulo, Philip. Melanchthone vnd anderen Consistorialibus für gut angesehen / daß wann in gleichem Fall nichts anders erfolgt solte solche Ehe nicht leichtlich zugelassen / sondern die Personen von diesem Vorhaben

haben abzuſtehen/erinnert vnd angehalten werden. Begehren derowegen Amptshalben / vor vnſer Perſon freundlich bittend / jhr wollet beneben dem Pfarrherr zu Arteitz obgedachte Perſonen vor euch erforderen / vnd jhnen dieſes vnſer Bedencken vermelden / auch ſie von jhrem Vorhaben ſo viel möglich abhalten. Geſchicht an deme des Conſiſtorii Meynung/ ſo ſind wir es vor vnſere Perſon freundlich hinwider zu verdienen willig. Geben/ etc.

An quis ſororem † defunctæ ſponſæ ducere poſſit? Negat Pfeil. *cent. 1. conſil. 5. quem omnino vide. ibi & conſil. ſeqq.* ubi varios tractat caſus affinitatis, quos hic referre nimis foret longum. 3

§. 3. SUMMARIA.

1 *Duplex computatio graduum.*
2 *Quæ graduum computatio in matrimonialibus attendatur.*

NOtum eſt † duplicem eſſe computationem graduum, alia computatio eſt juris canonici, alia juris civilis. Computatio autem juris canonici quantum abſurditatis contineat, cujus obuium eſt, & ad oculum demonſtrat præſtantiſſimus *Beza in ſuo libello de repud. pag. 13. cum multis ſeqq.* Unde † non immerito quæri poteſt, quænam computatio attendenda. Sane in Conſiſtoriis plæriſq; omnibus, non obſtante conſideratione Bezæ, computatio juris canonici obſervatur, & ſecundum eam etiam pronuntiatur. Vide *Beuſt. de matrim. part. 2. fol. mihi 203.* 1 2

§. 4. SUMMARIUM.

Spiritualis cognatio quæ.

SPiritualis cognatio, quæ eſt comparternitas, ut quæ per Baptiſmum vel confirmationem conſtituitur, inter teſtem Baptiſmi & perſonam baptizatam ejuſque parentes, *cap. contracto, ext. de cognat. ſpirit. & tit. eod. in 6. cap. ante baptiſmum de conſecrat. diſtinct. 4. l. qui alumnam 26. C. de nupt.* etſi apud pontificios nuptiis impedimentum creet, *tot. tit. ext. de cognat. ſpirit. & tit. eod. in 6. d l. qui alumnã 26. C. de nupt. Covar. in epit. in 4. lib. Decretal. part. 2. c. 6. §. 4* In Eccleſiis tamen Auguſtanæ confeſſionis nihil quicquam conjugio obſtare dicitur. *Philip. Melanch. in ſuis loc. comm. ſub. loco de conjug. & in Ethic. c. de arbore conſanguinit.* vide omnino conſilia Pfeils *cent. 1. conſ. 1. adde VVeſ. de rit. nupt. n. 4.*

§. 6. SUMMARIUM.

Dispensatio quando locum habeat.

DIspensatio an & quando habeat locum, nec ne, optime *Dn. Beust. part. 2. de matrim. c. 56.* tractatur. Ideoque lectorem eo remitto, ne prolixiores simus in iis quæ ab aliis optime tractantur.

CAPUT VII.

NUptiæ quomodo contrahantur, qui ritus olim adhibiti, & hodie qui adhibeantur, cum suprà parte prima plene tractaverim, eadem hæc repetere duco supervacaneum, ne actum agere videar.

CAPUT VIII.

SUMMARIA.

1 *Conjugii fines varii.*
2 *Matrimonii effectus.*
3 *Matrimonium cur divini atq; humani juris communicatio dicatur.*
4 *Sacra duplicia.*
5 *Mulier quatenus humani juris sit particeps.*
6 *Mulier domina dicitur.*
7 *Quatenus communio bonorum inter virum & uxorem jure Danico procedat, & alia huc spectantia.*
8 *Bona constante matrimonio acquisita æqualiter dividenda.*
9 *Uxor mariti domicilium sequitur.*
10 *Uxor honorum & dignitatum mariti fit particeps.*
11 *Uxor in mariti transit familiam.*
12 *Uxor suæ familiæ nomen mutat & mariti assumit.*
13 *Liberi legitimi patris nomen retinent.*
14 *In Daniæ regno Hebræorum mos in nominibus frequentatur.*
15 *Hebræi cognominis loco prænomen patris sibi assumunt.*
16 *Romani nomen familiæ loco cognominis assumunt.*
17 *Mulier in omnes casus mariti socia.*

18 *Secundum quorundam locorum statuta maritus uxori legitimus tutor vel curator est.*

19 *Maritus uxori cohabitare debet.*

20 *Alii itaque varii matrimonii effectus.*

1 FInes conjugii † varii: nimirum, ut propagetur ad posteritatem Deo Ecclesia, *Ezech. c. 16. 20. & 23. Plato lib. 6. de Legib.* ut suscipiantur liberi reip. & generis humani propagandi caussa *l. liberorum 220. de verb. signif. l. 1. l. 4. cum dotem 22. §. si maritus verb. procreandæ sobolis sol. matrim. l. f. C. de indict. vid. toll.* sicuti in prima conjugii institutione ordinatum est: Crescite & multiplicamini *Gen. 2. Tob 2.* ut vitentur stupra & adulteria *1. Cor. 7.* propter fornicationem, &c. ut gignendis alendisve liberis vicem mutuam reddamus, *1. Timoth. 5.* Ut homo omnium laborum sociam habeat, & alii de quibus consulendi Theologi.

2 Effectus † matrimonii præcipuus hic est, qui in definitione ma-
3 trimonii suprà *cap. 1.* exprimebatur, quod si divini atque † humani juris communicatio, id est, omnium quæ ad vitam instituendam pertinent: inter quæ etiam religio & sacra non postremum locum obtinent, cujus etiam socia fiebat uxor. Unde Halicarnasseus *κοινωνα ἁπάντων χρημάτων τὰ θεῖα καὶ ἱερῶν*, hoc est, sacrorum sociam appellat. Et Gordianus eam sociam rei humanæ & divinæ domus vocat. Connanus id de sacris privatis accipiendum putat, quæ ipsi illis ceremoniis colebant, quas à gentilibus accepissent, eaque fuisse du-
4 plicia, † gentilitia & privata. Gentilitia quæ toti agnationi & genti essent communia & ad hæredes devolvebantur, ideoque hæreditaria dici possunt. Alia domestica & familiaria quæ sibi quisque constituisset, itaque & sacraria, hoc est, loca ubi res sacræ reponerentur & servarentur domi suæ habuisse Romanos *ex Cic. passim liquet.* Atq; horum sacrorum participem fuisse uxorem dubium non est. Nostris moribus hæc verba referri possunt ad omnia illa jura divina, quorum uxor in domum mariti deducta fit particeps, scilicet, ut eidem parochiæ sit subdita cui maritus, ut ibi audiendi verbum Dei & sacramentorum utendorum jus habeat, aliisque commodis fruatur, quæ adfert Ecclesia. Ut item sepulchrorum jus habeat. Accursius interpretatur divini juris sociam, hoc est, religionis. Et inde colligit

ejusdem

ejuſdem religionis uxorem ducendam, ſed ea de re ſuprà *part. 1. c. 13. §. 77.* diſputatum à nobis eſt. Sequitur mulierem humani juris participem fieri. Quod † in his potiſſimum conſiſtit rebus. Primo ut 5
uxor bonorum & facultatum mariti particeps fieret. Idque jure antiquo Romanorum obtinuiſſe *ex Dionyſio* conſtat. Nam illo teſte Romulus primum conſtituit, ut omnia inter conjuges eſſent communia, utque uxor marito mortuo eodem jure ſuccederet quo filia patri † Verba Dionyſii *lib. 2.* hæc ſunt. γυναῖκα γαμεῖλω κῦ νόμως ἱερὰς συνελθοῦσαν ἀνδρὶ κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων τε καὶ ἱερῶν ἁπάντων καὶ κληρονόμον τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ καὶ πατρὶ θυγάτηρ, hoc eſt, mulierem nuptam quæ ex ſacris legibus cum viro convenisſet, ſociam omnium ejus bonorum & ſacrorum eſſe, &c. Et Gordianus Imperator *l. adverſus C. de crimin. expil. hared.* uxorem appellat ſociam rei humanæ atque divinæ domus. Unde ſcribit *Paulus JC. l. 1. ff. de act. rer. amotar.* Nervam & Caſſium exiſtimaſſe propter hanc vitæ ſocietatem uxorem fieri quaſi dominam bonorum mariti, ſed † Sa- 6
binum & Proculum id non probaſſe. Certe in jure civili hæc appellatio à maritis ſæpe uxoribus tribuitur, quod Gulielmus Fornerius *notavit lib. 1. cap. 11. ſelectionum l. uxori 41. ff. de legat. 3. Peto abs te domina uxor. & l. Titia §. qui Mutio, de ann. legat. viri ad uxorem verba: Domina ſanctiſſima ſcio, &c. Id eſt, uxor, Item l. vult. ff. de aur. & argen. leg. ibi: Sempronia domina mea, &c.* Idque apud Romanos uſitatiſſimum fuiſſe oſtendunt veterum Poetarum ſcripta, ut illud *Catulli,*

Nec domina ulla meo ponet veſtigia lecto,
Solus ero, quoniam non licet tuum.

Item *Ovidii*, de uxore cujus colloquium deſiderat:

Nuntiet hic aliquis dominam veniſſe, reſurgam.

In Jure † Danico ejus juri & ſucceſſionis & dominii veſtigia 7
ſuperſunt maxime illuſtria. Receptum namque eſt eo jure, ut ſi mulacq; lectum conſcenderint conjuges, omnia inter eos ſint communia. Quo ſpectat tritum illud noſtratum. Wann die Deckel vber den Kopff ſind, iſt alles gemein / vnd beyde gleich reich. Congruit jus Sleſvicenſe à Suenone Rege conditum *cap. 10.* his verbis: Eine Frue ſol in Erffelinge de Helfte deß gantzen Gudes hebben / darbeven auch drey Marck vor de Moraengave / vnd ein gantz Bet de / ꝛc.

Eoque jure & magna pars Galliæ utitur, præſertim ejus quæ conſue-

consuetudinibus regitur, & rectè. Nam uxoris fidelitas, & erga maritum, cum quo malo bonaque tolerare cogitur, bene merita, ejusmodi prærogativam merentur. Communitas autem de qua hoc loco agitur accipienda est totius vitæ, & omnium quæ ad vitam pertinent, religionis, familiæ, domicilii rerum & societatis domesticæ, *l. 1. & 2. de rit. nupt. l. adversus 4. C. de crim. expil. hæred. l. si cum dotem 23. §. si maritus solut. matrim.*

Ex quibus infertur primo utriusque bona confundi, & quasi in unum cumulum conjici & commisceri, & dominium & possessionem uxori statim acquiri, matrimonio contracto, pro parte dimidia, omnium rerum quas maritus tempore contractus jure dominii possidebat. Sed an si maritus plane egens uxorem locupletem duxerit, eodem ne jure utendum erit? Et aliud dicendum videtur, *arg. cap. 20. lib. 1. Lombard.* ubi expressè cavetur, maritum qui nihil in bonis habet si uxorem duxerit, & ex ea nullos liberos susceperit, nihil auferre ex bonis uxoris, præterquam portionem masculinam. Sed responderi potest ex eodem capite, ibi agi de marito qui ne obulum quidem in bonis habeat, & de conjugibus quorum bona in communionem non sunt conjecta. Nam id expressè textus indicat. Et dici non potest bona in communionem contulisse is, qui bona nulla habet. Nam non entium nullæ sunt qualitates. Ergo ut maritus communitatis beneficio fruatur necesse est eum aliquid uxori attulisse. Quæ de marito hoc loco dicuntur, etiam in uxore egena locum habent. Sed bona alia mobilia sunt, alia immobilia. Immobilium rursus duplex est ratio. Nam aut industria & labore nostro parta sunt, vel gratis donata, quæ acquisita vulgò dicuntur, vel jure hæreditario nobis delata, quæ vulgò hæreditaria appellantur. Quæri hoc loco non incommode potest, utrum communitas hæc de omnibus bonis sine discrimine intelligenda sit. Et videtur dicendum, nullam constituendam differentiam, præsertim eo casu quo liberis nullis superstitibus conjuges moriuntur. Nam cum lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Idque textus *cap. 6. lib. 1. Lombardus* innuere videtur, qui ait, domum una cum utensilibus & immobilibus æqualibus dividendam esse inter conjugem superstitem, & mortui conjugis hæredes. Ergo sive marito sive uxori ampla hæreditas obvenerit, ea utrinque communis erit, & ad utriusque hæredes

des redibit. De acquisitis vero & cōstante matrimonio partis, minor est dubitatio, quod hic æquitas communionem suadet. De ejusmodi consuetudine vide *Chassanæum in consuetud. Burgund. tit. de Droit appartenens §. 4. inf.* Sic quorundam † locorum statuta disponunt, 8
quod bona constante matrimonio acquisita sint æqualiter dividenda inter maritum & uxorem, vel eorum hæredes, quod in statutis Dithmarsicis cavetur *art. 34. his verbis*, Was Mann vnd Frow in flitender Ehe miteinander erwerben, vnd jhre Eltern vel beſſern das ſollen beyde Theil vnd jhre Erben billich zugleich genieſſen. De quo statuto qui aliquid vult legere, & cognoscere, an nimirum hoc statutum locum habeat in sponsa, & an si mulier nullam habeat dotem? item quid veniat appellatione acquæstus vel acquisitorum, & alias quæstiones ad hanc materiam pertinentes, is adeat *Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 4. §. 2. per tot.* quæ hic transscribere duco supervacaneum, satis est locum hic indicasse, unde illa peti possint.

Alius effectus † est quod uxor mariti domicilium sequatur *l.* 9
cum quædam de jurisdict. om. jud. & forum cum eo commune habeat, *l. exigere de judiciis.* Itaq; Impp. Verus & Antoninus rescripserunt mulierem quamdiu nupta est, incolam ejus civitatis videri, cujus est maritus, non autem unde originem trahit, *l. ubi ad municip.*

Alius iterum † effectus est; quod uxor honorum & dignita- 10
tum mariti particeps sit, unde tritum illud JCtorum, mulieres corruscant radiis maritorum, & Justin. *l. ult. C. de nupt.* Uxor, inquit, viro concrescat, ejus fulgorem sentiat, & JCtus *in l. fœminæ. Cod. de Senatorib.* Fœminæ, inquit, nuptæ clarissimis personis clarissimarum personarum appellatione continentur.

Alius † effectus matrimonii, quod in mariti familiam tran- 11
seat uxor. Nam tritum est illud JC. uxor suæ familiæ finis est *l. pronuntiatio, de verb. sing.* Ideoque *apud Gellium lib. 3. c 10* soror, *inquit Labeo*, appellata est quod quasi seorsim nascatur separeturq;, & in alienam familiam transgrediatur, mariti scilicet.

Idem tradit Nonius. Itaque & ſuæ familiæ nomen immutat &
12 mariti aſſumit cujus rei Deum auctorem ſtatuere oportet, ut qui à viro nomen mulieri impoſuit, ut ab [*iſch*] adjectione unius literæ [*iſchæ*] diceretur, quaſi dicat à viro vira, *ut Geneſ. cap. 2. legitur.* Et id apud Hebræos ita ſervatum eſſe ex hiſtoria Tobiæ colligitur, *cap.* 2. ubi ancillæ objiciunt Saræ filiæ Raguelis, eam ſeptem maritis nuptum locatam fuiſſe, nec unius cognominatam uxorem.

Ita apud Lucanum I Catone petit Martia, quæ ab eo diverterat, & Hortenſio nupſerat, ut eam reducere velit, quo ſaltem uxor Catonis nominari poſſit. Verba ita habent.

------ Da tantum nomen inane
Connubii, liceat tumulo ſcripſiſſe Catonũ
Martia, ------

Ita Terentia Ciceronis nominatur.

13 Quid quod & liberi † ex juſtis nuptiis procreati patris nomen retineant. Sed aliter apud Hebræos & Græcos aliter apud Romanos & qui eos imitantur Chriſtianos omnes, etſi in quibuſdam adhuc lò-
14 cis Hebræorum morem retineant, ut in † regno Daniæ. Nam apud
15 Hebræos & Græcos filii patris † prænomen ſibi aſſumunt loco cognominis, non autem familiæ, cujus rei exempla in Bybliis & Hebræorum libris utique occurrunt, & apud Græcos id moris fuiſſe ex Demoſthene colligitur, Hippocrates Hippocratis filius, Demoſthenes Demoſthenis filius, Diophanes Diophanis filius Alopecenſis, Diomenes Archelai filius, Dimias Phormidæ filius, Lyſimachus Lyſippi filius. Romani vero aliud hac in re ſecuti ſunt, ut qui nomen
16 familiæ paternæ ſibi ſumpſerint, prænomen † autem patris inſuper habuerint. Exempli gratia. Marcus Tullius Cicero pater eſt, ejus filius, Quintus Tullius Cicero more Romano nominatus, more autem Hebræo idem Tullius Marci filius diceretur. Sed differentiæ ejus rei & diverſitatis hæc ratio eſſe videtur, quod Judæis extra tribus non liceret matrimonium inire *Num ult.* Ea re fiebat ut ex qua quiſque tribu oriundus eſſet conſtaret. Itaque ſupervacaneum exiſtimaverunt, tribus ſeu familiæ appellationem ſuis nominibus adjicere.

cere. At aliæ gentes cum ad tribus certas nulla lege adſtrictæ eſſent, & pro arbitrio ſibi uxores & ſine diſcrimine eligerent, familiæ nomen, ex qua oriundi eſſent, retinuerunt, ut hac ratione, quæ alioquin in nihilum interitura erat, memoria & appellatio conſervaretur.

Alius effectus matrimonii, quod ærumnarum & afflictionum 17
mariti ſocia ſit mulier. Unde & † conſortium dicitur matrimonium. Nam, ut JCtus ait, nihil tam humanum eſt, quam in fortuitis caſibus mulieris maritum vel uxorem viri participem fieri, *l. ſi cum dotem ff. ſolu. matrim.* Qua de cauſſa Chriſtierni Regis Daniæ uxor Iſabella maximopere laudatur, quod maritum profugum comitata ſit, neque ab eo unquam divelli potuerit. Atque his conſentanea ſunt *jura*, quæ ratione matrimonii uxori à marito debentur & ab interpretibus Hebræorum ſeptem enumerantur, vide præceptum negativum *cap.* 81. quorum tria ex lege Moſis inducta ſunt, quæ uxori debent, nimirum victum amictum, & jus conjugale ſeu debitam benevolentiam. Quod & Pontifices in jus canonicum retulerunt *diſtinct.* 31. *cap. omnino ex cap.* 21. *Exod.* ut videtur deſumpta. Ex decretis autem ſcribarum ſeptem conſtituunt. 1. Ut maritus uxorem ægrotam curet. 2. Ut captam redimat ac liberet. 3. Ut mortuam ſepeliendam curet. 4. Ut viduæ ex bonis mariti tantum erogetur unde ſe ſuſtentare poſſit. 5. Ut in ejus domo maneat tantiſper, dum alteri non nupſerit. 6. Ut filiæ de facultatibus mariti exhibeantur quoad viris nupſerint. 7. Ut filii ſint hæredes.

Sic ſecundum † quorundam locorum ſtatuta maritus eſt legi- 18
timus tutor vel curator uxoris. Quod de jure civili, ſecus eſt, quo maritus legitimus tutor vel curator uxoris ſuæ eſſe nequit. Favorabilem hanc conſuetudinem vocat *Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 1. verb. ne peut faire*, & introductam ait favore mulierum propter earum imbecillitatem. Quis autem ſit effectus hujus curæ maritalis, & quibus caſibus ceſſet, late explicat *Chaſſaneus d. loco, quo lectorem remitto, quemadmodum & ad Boer. in conſuetud. Bituricenſ. tit. de conſuetud. juris ſtat. perſonarum §. 4. in gl.*

19 Sic maritus cogitur † uxori cohabitare, & econtra uxor marito, ita quod à judice eccleſiaſtico ad hoc cogi poſſint *cap. literas de reſtit ſpol. Beuſt. de matrimonio cap. 65.* Unde quæritur, an maritus uxorem ob non ſolutam dotem expellere poſſit? Quod etſi quidam affirment, tamen negativa verior & receptior, eſt *de qua plene Beuſt. de matrim. c. 66.*

20 Sic † uxor tenetur ſequi maritum, ſi domicilium mutare vel alio migrare voluerit. *Beuſt. de matrim. c. 66. ubi plures allegat.*

Sic maritus poteſt uxorem ſuam, quæ ſit alibi quam in domo ſua, vendicare, & ad hoc officium judicis implorare poteſt, *Beuſt. de matrimon cap. 66. ubi vide.*

Sic per matrimonium liberi legitimantur, *Beuſt. de matrim. cap. 66.*

Sic maritus & uxor ſibi invicem ſuccedunt *Beuſt. de matrim. c. 66.* quod ſucceſſio quatenus procedat late explicat *Beuſt. de loco.* quo lectorum remitto.

Hinc quæſtio à Doctoribus ſolet agitari, an uxor maritum vagabundum, aut ex cauſſa neceſſaria vel probabili abſentem, exulare ve juſſum, invita ſequi cogi poſſit? Quam quæſtionem cum noviſſime à *Domino Petro Heigio part. poſt. quæſtion. quæſt. 14.* video tractatam eſſe ita, ut nihil illis addi poſſe videatur, malo lectorem eo remittere, quam ea tranſcribere & hic cumulare.

Vide etiam *Beuſt. de matrim. part. 2. cap. 32.*

CAPUT IX.

SUMMARIA.

1 *Proceſſus in matrimonialibus eſt ſummarius.*
2 *Juramentum calumniæ an locum habeat in matrimonialibus.*
3 *Proceſſus in variis caſibus relati indicantur.*

CIari † & aperti juris eſt in matrimonialibus ſimpliciter & de plano & ſine ſtrepitu ac figura judicii procedi, *ut dicitur in clem. ent. diſpendioſam de judic.* Quibus verbis omnia quæ juris ſunt poſitivi tolluntur. Ideoque quamvis oretenus ſaltem à partibus actum ſit abſque libelli oblatione, habita tantum cauſſæ cognitione, etiamſi in ſcriptis nihil producatur, definitive pronunciamus. Et cum ſummarie procedatur, non admittuntur exceptiones cautionis. Item. Quod mulieres & virgines abſque curatore ad litem non habeant legitimam fœminis perſonam ſtandi in judicio. Cum & jus commune permittat in propriis cauſſis poſtulare *l. 1. 2. 3. ff. de poſtuland. Petr. à Duen. diffuſe in limitat. 3. 11. regul.* 1

Hinc quæritur † an juramentum calumniæ & veritatis dicendæ locum habeat in matrimonialibus? Quod negat Beuſt. *quem omnino vide in tractat. de ſponſal cap. 25. quemadmodum idem tract de matrimoniis cap. 39.* late & optime explicat an & quando ſententia in cauſſa matrimonii tranſeat in rem judicatam necne, quo lectorem remitto. 2

Quomodo autem † procedatur circa ſponſalia contracta vel promiſſa. *Beuſt. de matrimon. part 1. cap. 22.* quomodo circa ſponſalia clandeſtina. *Beuſt. part 1. cap. 26* quomodo circa ſponſalia publica. *Beuſt. part. 1. cap. 59.* quomodo contra illum qui adulterium commiſit, *Beuſt. part. 2. cap. 20.* quomodo in caſu deſertionis, *Beuſt part. 2. cap. 2^m.* explicat, quod lectorem remitto, quemadmodum & ad formulas varias cognoſcendas, citationum variarum & ſententiarum in diverſis caſibus latarum, ut & ad practicam celebris *l. diffamari C. de ingen. manumiſſ.* ad diſcendam. Quæ omnia hic latius non proſequor, cum à Domino Beuſt. prædictis locis optime & ſufficienter ſatis tractata videam. 3

CAPUT X.

MAtrimonium quomodo probetur longius hic perſequi nolo, cum pleraque huc pertinentia ſuprà *part. 1. cap. 14. per totum* attigerim & quæ hiſce deſunt facilime deſumi poſſint *ex Maſcardo de probationibus & VVeſenbecio de rit. nupt. num. 5.*

CAPUT XI.

SUMMARIA.

1 *Adulterium cauſſa divortii.*
2 *An propter veneficium diſſolvatur matrimonium.*
3 *An propter ſævitiam.*
4 *An propter morbum incurabilem.*
5 *Propter impotentiam coeundi.*
6 *Ob malitioſam deſertionem.*
7 *Propter errorem.*
8 *An propter infidelitatem.*
9 *An propter metum & dolum.*

SPonſalia quibus modis diſſolvantur ſuprà *part. 1.* dictum eſt. Hic quomodo matrimonium diſſolvatur videndum.

Divortium quid ſit & quomodo à repudio differat, quomodo olim divortia fierent ea omnia tibi, præter ea quæ ſuprà *parte 1. paſſim & præcipue cap. 12. & 13. diximus, à Domino Beuſt. in tract. de matrim. cap. 8. explicabuntur.*

1 Divortii † præcipua cauſſa eſt adulterium, propter quod tàm de jure divino quam canonico & civilii matrimonium diſſolvitur, *per allegata à Beuſt. de matrim. cap. 16. & aliis paſſim.* Et quidem in tantum diſſolvitur hoc cauſa matrimonium ut parti innocenti permittatur cum alia contrahere matrimonium, vivente ſcilicet adultera fruſtra diſſentientibus canoniſtis, ut videre eſt *apud Beuſt. de matrim. cap. 24.* ubi formam pronuntiandi in caſu adulterii & multa alia ad hanc materiam ſpectantia adjicit, *cap. 27.* & quomodo adulterio commiſſo procedatur, *ibidem cap. 26. & ſeqq.* videre licet.

Sed

Sed hic magna quæstio incidit. An etiam parti nocenti adulteræ scilicet concedi possit, ut alteri nubat? Quam quæstionem optime tractatam invenies *apud Beust. de matrim. c. 25.*

An propter †veneficium, machinationem vitæ possit fieri divortium? Et dicunt Dd. probato veneficio divortium quoad thorum & mensam concedi posse. *Beust. de matrim. cap. 9.* Ideoque parti innocenti concedi non potest ut alteri nubat, cum in hoc casu jura civilia non solùm jure canonico (quod in causis matrimonialibus, quatenus juri divino non est contrarium, sequi solemus) sed potius auctoritate novi testamenti sublata sunt. Vide *Hemmingium de conjugio & alios quos allegat Beust.* 2

Propter † sævitiam nimiam an matrimonium quoque quoad mensam & thorum dissolvi possit, & quomodo, si mulieri per remedium cautionis vel carceris provideri possit, ad separationem non sit properandum, *Beust. lib. de matrim. c. 9.* te edocebit, ubi simul cap. 10. addit formam cautionis in casu sævitiæ. 3

Propter morbum† incurabilem & contagiosum, ut est lepra & paralysis, divortium fieri non debere, cum aliis multis quos ad hoc allegat, statuit *Beust de matrim. c. 11.* 4

Sed quæritur quid illis respondendum sit qui se continere non possunt, & quærunt consilium à Consistoriis ut ipsarum conscientiis consulatur? Vide *Beust. de loco.*

Sic propter furorem supervenientem non potest fieri divortium. *Beust. de matr. c. 12.* quemadmodum nec propter delictum mariti *Beust. de matr. c. 13.*

Propter † impotentiam coeundi an & quando possit fieri divortium satis luculenter explicat *Beust. de matr. c. 14.* quo me brevitatis causa remitto, ubi *& cap 15.* videre licet formam sententiæ in casu impotentiæ. 5

Desertio malitiosa † causa etiam est divortii, ut late explicat *Beust. de matr. c. 26. qui & 27. c. & seqq.* addit processum in causa desertionis. 6

Error an † & quando præbeat causam divortii, vide *suprà part. 1. c. 13. §. 41. & Beust. de matrim. c. 33. & seq.* 7

An

8 An † & quando propter infidelitatem poſſit fieri divortium, vide *ſuprà part. 1. c. 13. §. 77. & Beuſt. de matrim. c. 37.*

9 An † & quando propter metum & dolum adhibitum poſſit fieri divortium, vide *ſuprà part. 1. cap. 13 §. 26. 27. 28. & §. 47. & Beuſt. de matrim. cap. 44.*

Et hæc de nuptiis dicta ſufficiant.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM, QVÆ IN HOC TRACtatu, de jure connubiorum, continentur, locupletiſſimus.

In quo primus numerus caput, ſecundus paragraphum, tertius numerum marginalem, litera a. primum. b. autem librum ſecundum denotat.

A.

ABdicationis formula. 7. 15. 3. a.
Abdicationis mos apud Græcos. ibid. n. 2.
Abſentes quomodo contrahant ſponſalia. 9. 14. 1. a.
Abſentes recte ſponſalia contrahere poſſunt. ibid. n. 4.
Abſentes ſponſalia inter ſe contrahentes debent ſibi eſſe noti. 9 18. 2. a.
Accepiſſe uxorem quis dicatur. 4. 6. 5. a.
Accepit verbum arguit traditionem. ibid. n. 8.
Accipere Latinis quid. ibid. n. 2.
Accipere uxorem quid. ibid. n. 3.
Accipiam vocabulo in contrahendis ſponſalibus rectius utimur. 4. 7. 1. a.
Accipio verbum non convenit ſponſalibus. 4. 6. 1. a.
Accipio & accipiam verborum vi. 12. 12. 3. a.
Actio ex ſponſu. 14. 28. 1. a.
Actio κακώσεως apud Athenienſes dabatur liberis adverſus parentes. 7. 6. 2. a.
Actio ſponſalium nomine qua detur. 14. 28. 1. a.
Actus ad matrimonium conſumandum requiruntur duo. 1. 11. a.
Actus legitimi cum effectu accipiendi. 5. 31. 3. a.
Actus legitimi non recipiunt diē. ibid. n. 4.
per Actus magis declaratur veritas quam verba. 1. 1. 15. a.
Adoleſcens deprehenſus cum puella, ſi metu coactus fidem dederit, num matrimonium conſumare tenetur. 13. 25. 1. a.

Adulteri apud Ægyptios damno virilitatis mulctati ſunt. 9. 13. 3 a.
Adulteram reſipiſcentem an ducere liceat. 10. 25. 13. a
de Affinitate regula. 6. 2. 1. cum ſeqq. &
Ægyptii capitali ſupplicio afficiunt jurantem per caput Regis ſi pejerat. 12. 8. 4. a
Æs in terra nunquam conſumitur. 4. 5. 8. a
Ambiguæ promiſſionis de conjugio exempla. 4. 13. 6. cum ſeqq. a
Amore qui furit, num rectè ſponſalia contrahat. 13. 63. 1. a
Amoris vehementia unde conſtat. 13. 64. 1. a
Annuli datio probat ſponſalia. 14. 12. 1. a
Annuli datio deſponſationis eſt argumentum. ibid. n. 2
Annuli geſtatio præſumtionem aliquam per ſponſalibus parit. 11. 4. 3. a
Annuli traditio hæredis inſtitutionem quodammodo arguit 11. 5. 6. a
Annuli traditio ſola efficax non eſt ad plenam probationem ibid. n. 7
Annuli traditio ſola quodammodo ſponſalia conſtituere poſſet. ibid. n. 3
Annulum ſe accepiſſe in cauſam matrimonii negantì, iuramentum purgationis imponitur ibid. n. 8
Annulus à ſacerdote datus præſumptionem pro matrimonio parit 11. 4. 4. a
Annulus cur quarti digito inſeratur. ibid n. 6
Annulus geſtare Romanis mulieribus non licuit præterquam ſponſis 11. 3. 3. a
Antipathia 7. 7. 3. a
Antiquitas quomodo parentes veneratа ſit 6. 1. 4. a
Androgni 9. 13. 45. a
Ἀπαυλία quid 1. 2. 4. a
Apoſtoli etiam quædam de nuptiis tradiderunt, in præfat. 2. 2. a
Appellatio ſponſi & ſponſæ præſumtionem pro matrimonio inducit. 14. 14. 1. a
Apulejus *matrimonium pedicas nuptiales appellat. in præfat 1. 8. a*
Aquam & ignem accipiebant nuptæ 5. 3. 12. a
Ariſtoles *triplicem hominis ſtatum conſtituit. 9. 3 4. a*
Arrha quid 11. 3. 2. a
Arrhabonis *etymologia vera 5. 33. 6. a*
Arrhæ cujus ſint materiæ nihil intereſt 11. 4. 4. a
Arrhæ loco cur annuli dentur 11. 4. 1. a
Arrhæ magni pretii apud veteres nunquam fuerunt datæ 11. 6. 3. a
Arrharum nomine plerumq; annuli dati ſunt 11. 2. 1. a
Arrharum quantitas vel pretium, quod eſſe debent 11. 6. 1. a
Arrharum datio ut efficax ſit, traditæ eſſe debent ibid. n. 4
Arrharum uſus antiquiſſimus 11. 1. 3. a
Arrhæ pertinent ad ritum ſponſaliorum ibid. n. 4

Arrhæ nihil commune habent cum dote seu donatione propter nuptias ibid. n. 2

Arrhis ultro citroq; datis sine ulla stipulatione & promissione, sponsalia de præsenti contracta censentur 11. 5. 2. a

Arrha *vox unde deducta* 11. 3. 1. a

Arrha Symbolum est matrimonii promissi vel complendi 11. 5. 1. a

Athenienses Deos secuti Reges Davia rectius de sponsalibus mulierum statuerunt, quam juris Canonici interpretes 3. 4. 7. a

Athenienses vetuerunt, ne quis adulteram in matrimonio retineat 10. 25. 3. a

Athenienses in despondenda puella patrem avo protulerunt 3. 4. 15. a

Athenienſium legibus licuit filias, quæ in rebus honestis non paruissent, abdicare 7. 5. 2. a

Avus in despondenda nepte patri præfertur 3. 4. 10. a

Benedictione facta verum & consummatum matrimonium existimatur 11. 20. 2. a

Benedictione probata matrimonium probatum censetur 11. 15. 2. a

Benedictio res antiquissima 11. 14. 2. a

Benedictionis usus, quibus decausis inventus 11. 15. 1. a

Benedictionis effectus 11. 20. 1. a

Benedictione omissa, an matrimonium nullum sit 11. 14. 6. a. & 11. 21. 1. a

Bona constante matrimonio acquisita æqualiter in maritum & uxorem sunt dividenda 8. 8. b.

Bona sponsæ non sunt bona sponsi, & sponsus non possidet ea, quæ sunt sponsa 5. 12. 3. a

Braut/Breutigam *vocabula unde deducta* 5. 33. 8. a

Bruta conjugii lege vivunt 6. 1. 3. b

Burgundiones & Saxones emebant sponsas à parentibus 6. 9. 2. a

B.

Bannire 11. 12. 4. a

Bannum ibid. n. 2

Bannum in contractu nuptiarum quid ibid. n. 7

Benedictio an sit pro traditione habenda 11. 19. 1. a

Benedictio à quo facta 11. 14. 7. a

Benedictio in locum domum deductionis successit 11. 20. 3. a

Benedictio in nuptiis omitti non potest 11. 14. 1. a

C.

Cælibes à veteribus mulctabantur 13. 74. 1. a

Cælibatus quando in Germaniam introductus 13. 75. 7. a

Cælibatus lege vel mandati expresso, non est introductus 13. 75. 2. a

Cameli nunquam inter se palàm miscentur 6. 1. 4. b.

Camillus olim quis dictus 5. 5. 9. a

Canonici confundunt res nomine & re discrepantes 5. 33. 2. a

Canonicorum diligentia in referendis conciliorum verbis in jus Canonicum. 10. 25. 2. a.

Capillamentum libertatis indicium. 5. 30. 6. a.

Capillorum sectione cur animadvertatur in mulieris impudicas. ibid. n. 8.

Castrandi mos in Turcia & Persia adhuc usitatus. 9. 13. 38. a.

Castrati matrimonium inire non possunt. ibid. n. 14.

Castrati sumebant muliebrem vestem. ibid. n. 27.

Christianis an hodie prægnantem ducere liceat. 13 98. 1. a

Chuppa quid. 6. 4. 6. a.

Clandestinæ desponsationes à Carolo V. prohibitæ. 6. 6. 10. a.

Clavium traditio argumentum est dominii & possessionis acquisitæ. 5. 14. 2 a.

Coactum omne habet tragicum exitum. 7 7. 4. a.

Cocandi ratio apud veteres usitata. 5. 5. 13. a.

Cœna nuptialis magna convivarum frequentia celebrata fuit. 5. 4. 5. a.

Cogitatio in mente retenta, nihil operatur. 9. 21 3. a.

Cognatio spiritualis. 6. 4. 1. 6:

Cognationum gradus esse necesse est.

Colus & fusus fœminarum instrumenta. 5. 5. 6. a.

Comam alere honestum. 5. 30. 6. a.

Comœdias quare autor sæpè citet? 3. 5. 2. a.

Conciliatio legis Romanæ & Atheniensis de despondenda nepte. 3. 4. 16. a.

Concubitus ex indiciis probatur. 13. 51. 2. a.

Conditio contingens. 8. 2. 4. a.

Conditio de re præterita vel præsenti concepta. ibid. n. 2.

Conditionis distinctiones. ibid. n. 1.

Conditiones futurum respicientes. ibid. n. 3.

Conditiones impossibiles an vitient sponsalia. 8. 6. 1. a.

Conditio impossibilis potius tendit in dissensum quam consensum. ibid. n. 3

Conditione existente sponsalia statim rata sunt, nullo alio actu interveniente, 8. 12. 1. a.

Conditione pendente an matrimonium dici possit. ibid. §. 11.

Conditiones quæ tantè insunt. ibid. §. 10.

Conditiones turpes, quem effectum habeant. ibid. §. 8

Conditionis, si te virginem invenero, effectus. 8. 9 1. a

Conditionum distinctio in pertinentes ad conjugium & non pertinentes reprobatur. 8. 5. 1. a.

Conditio pro nuptiis accipitur. 12. 3. 2. a

Conditio quid. §. 1. 5. a

Conditio si jure sit impossibilis, quid statuendum. 8. 6. 5. a

Conditio nubendi quando sit impleta. 5. 2. 5. a

Confessio metu extorta nulla est. 14. 10. 4. a

Con-

Confessio qualificata in totum accipienda vel repudianda. ibid. n. 5.
Confessio qualis esse debeat. ibid. n. 2.
Confessio ut efficax sit debet esse acceptata. ibid. n. 3.
Conjuges noctu congrediebantur. 5. 5. 12. a.
Conjugia inter impares personas contracta infelicia 13. 36. 3. a.
Conjugia inter nobiles & ignobiles expresse in Dania prohibita. ibid. n. 5.
Conjugii laus. in præfat. 1. 2.
Conjugii fines varii. 5. 10. 1. a. & 12. 8. 1. b.
Conjugia absq; parentum consensu inita damnantur à Synodo. 6. 6. 5. a.
Conjugia absq; parentum consensu inita raro sunt fortunata ibid. §. 2.
Conjux dicitur compar. 5. 32. 5. a.
Conjugium à Deo institutum 13. 75. 1. a.
Conjugium secundum naturam est. ibid. n. 4.
Conjunctio quid 2. 2. 6.
Connubiorum jus difficile in præfat 1.
Connubiorum jus ad omnes ferè homines pertinet. ibid n. 6.
Consensus ad sponsalia constituenda requiritur expressus 3. 1. 2. a.
Consensum exprimentia verba debent esse clara & perspicua ibid. n. 3.
Consensus in nuptiis geminatur 5. 2. 3. a.
Consensus in omnibus contractibus, qui consensu perficiuntur, non debet esse interruptus 3. 9. 4. a.
Consensus liberum duplex 7. 1. 1. a.
Consensus liberorum expressus quis ibid. 1. 2.
Consensus matrimonii liber, nullo statuto aut lege imminui potest 8. 25. 1. a.
Consensus matrimonii causa efficiens 3. 2. 1. b.
Consensus nuptias facit non concubitus 5. 1. 4. a.
Consensus paternus, præfertur materno 6. 8. 1. a.
Consensus solus sponsalia constituit 3. 1. 1. a.
Consensus sponsalitius & nuptialis quomodo differant 5. 1. 5. a.
Consensus sponsalitius & nuptialis an sit diversus ibid. §. 2. n. 1.
Consensus tacitus an sponsalia de præsenti constituat 7. 3. 1. a.
Consensus tacitus puellæ, an sufficiat, si eam curatores vel tutores despondeant ibid. § 2. n. 1.
Consentire videtur, qui evidenter non dissentit ibid. §. 1. n. 4. a.
Consistoria in præfat. 1. 13.
Consobrinam, si quis duxerit, an incesti pœna puniendus 6. 1. 20. b.
Contrahentium matrimonium alteruter factus pubes, an expectare debeat, donec alter pubescat 9. 6. a.
ad contrahendum matrimonium an requiratur annus decimus quartus in masculo & duodecimus in fœmina completus? 9. 7. 1. & n. seq. a.
Copula causat possessionem matrimonialem 5. 13. 2. a.

Curator ſi conſentire nolit ſponſalibus à pupillo contractis 6. 11. 1. a.

Curatorum conſenſum requirere debent puellæ adultæ 6. 10. 3. a.

Curatorum conſenſu omiſſo ſponſalia ſunt irrita ibid. n. 8.

Curatorum conſenſus an in ſponſalibus contrahendis requiratur ibid. n. 1.

Curatorum conſenſus in adoleſcentium ſponſalibus, minus obſervatur quàm puellarum ibid. n. 10.

D.

Deductio domum, quanta cum feſtivitate ab Ethnicis peracta ſit 5. 5. 3. a.

Deductio domum ſola, non conſtituit nuptias 1. 3. 2. a.

Deductio domum olim apud Romanos & Græcos fuit uſitata 5. 5. 1. a.

Deformitas in muliere magnum dedecus 7. 12. 2. a.

à Delatione juramenti neceſſarii an appellari poſſit 14. 9. 2. a.

Deſpondentes viris mulieres Græcis κυρίοι, latinis auctores, tutores &c. dicebantur 3. 2. 16. a.

Deſpondere dicebatur olim qui filiam ſtipulanti promittebat ibid. n. 12.

Deſpondere *verbum quid ibid.* n. 13.

Deſpondere quid proprie dicatur ib. n. 15.

in Deſpondendo quibus verbis olim uſi ſint veteres 4. 9. 2. a.

Deſponſare & ducere vel accipere diverſa ſunt. 4. 6. 4. a.

Dextra dari ſolet in rebus maximi momenti 4. 23. 4. a.

Dextra fidei teſſera ibid. n. 3.

Dicere aliud, aliud ſentire eſt mentiri 4. 15. 3. a.

Differentia inter ſponſum & uxorem ex juriſprudentia Hebræorum 5. 15. a.

Difficultas excuſat. à pœna 8. 18. 3. a.

l. Diffamari beneficium & ejus practica 13. 87. 2. a.

Digiti erectis quare juretur 14. 27. 4. a.

Diſtinctio ſponſalium in ſponſalia de præſenti & de futuro requiritur 4. 3. 3. a.

Diſtinctio ſponſalium in ſponſalia de præſenti & de futuro apud Germanos nullius eſt uſus ibid. §. 10. 4.

Dives ſi pauperculam vitiarit quid juris 10. 12. a.

Divitiæ & nobilitas aquiparantur 14. 5. 6. a.

Divitiis non tantum tribuitur quantum honoribus & natalibus 14. 5. 8. a.

Divortio apud Romanos ſeptingentis annis nulla olim facta 13. 7. 3. a.

Divortia propter adulteria ut plurimum facta 15. 7. 3. a.

Dixiſſe id quod mente non cogitavit nemo exiſtimandus 4. 15. 2. a.

Domiducus Deus quis 5. 5. 10. a.

Ducens puellam parente invito committit plagium 6. 1. 5. a.

Ducere uxorem quid 5. 5. 2. a.

Duodecimus annus cur à veteribus nuptiis præfinitus ſit 9. 2. 6. a.

E.

Ebrii Sponſalia quatenus ſubſiſtant 13. 61. a.

Ebrium quem fuisse quomodo probetur 13. 62. 1. *a*
Elephantes nulla noverunt adulteria 4. 6. 5. *b*
Ephori apud Lacedæmonios de nuptiis judicabant 14. 29. 6. *a*
Ἐπίγαμοι qui 9. 13. 5. *a*
Epistola absentibus idem præstat, quod sermo præsentibus 9. 10. 2. *a*
Epistola à conjugibus emissa vicem instrumenti obtinet 9. 24. 2. *a*
Epistola fidem facit contra eum, qui eam scripsit 9. 23. 2. *a*
Epistola si non habeat sigillum quid probet ibid. n. 3.
Epitaphium quod Clusii reperitur 5. 3. 3. *a*.
Epitaphium Romæ ibid. n. 5.
Epitaphium Mediolani ibid. n. 8.
Epitaphia alia ibid. n. 6. 7.
Error conditionis seu status 13. 38. *a*
Error fortunæ 13. 35. 1. *a*
Error nominis stipulationem non vitiat 4. 13. 5. *a*
Error personæ 13. 32. *a*.
Error qualitatis 13. 39. 1. *a*
Error sponsalia impedit 13. 31. 1. *a*
Errorum quatuor genera ibid. n. 2
Ethnici diis consecrarunt sua matrimonia variis ritibus & solennitatibus 11. 16. *a*
Ethnici jusjurandum sanctè servandum existimarunt 12. 8. 3. *a*
Ethnici noluerunt conjugium concubitu consummatum rescindere 10. 25. 8. *a*
Ethnici parentum consensum in nuptiis maxime fecerunt 6. 6. 2. *a*
Ethnici singulis ferè actibus Deum alium quem præfecerunt 11. 16. *a*
Ethnici turpe judicarunt si sponsa cum sponso consuesceret ante nuptias publicas 5. 10. 6 *a*
Eva *nominis derivatio* 5. 30. 4. *a*
Evirati qui 9. 13. 4. *a*
Eunuchi ab Ecclesiasticis muneribus arcentur ibid. n. 20.
Eunuchi cum mulieribus versabantur, & muliebria tractabant ibid. n. 22.
Eunuchi detestabiles ibid. n. 30
Eunuchi fœminis similes ibid. n. 23.
Eunuchi immisericordes præsumuntur ibid. n. 19
Eunuchi libidiosissimi ibid. n. 15.
Eunuchi majori pretio quam reliqui servi olim vendebantur ibid. n. 33
Eunuchi nupserunt viris ibid. n. 28.
Eunuchi podagra non laborant ibid. n. 24.
Eunuchi olim in delitiis habiti ibid. n. 16.
Eunuchis barba non crescit ibid. n. 25.
Eunuchorum olim magna copia ibid. n. 32.
Eunuchorum vox muliebris ibid. n. 26.
Eunuchos antiquitas in fœminarum numero habuit ibid. n. 21.
Eunuchos fieri vetitum ibid. n. 37.

Eunucho si mulier nubere velit, an concedendum ibid. n. 41.
Eunuchus vir non est. ibid. n. 19.

F.

Fama ad probandum sponsalia facit 14. b. 4.
Farracia vox explicatur 5. 33. 7. 4.
Fascino læsi an matrimonium contrahere possint 9. 13. 40. 4.
Filiæ arctiore jure tenentur quam filii 6. 10. 11. 4.
Filia emancipata absque parentis consensu nuptias contrahere non potest 7. 13. 2. 4.
Filiæ in rebus turpibus etiam parentibus sunt obsequutæ 7. 4. 4. 4.
Filiæ quæ annum vigesimum quintum excesserunt, sine patris consensu nubere possunt 6. 4. 7. 4.
Filia causam habens contradicendi justam, non tenetur patri obedire 7. 5. 4. 4.
Filia quando justam contradicendi causam habeat. ibid. n. 7.
Filia si sanctè affirmet, se toto pectore à proco abhorrere, nullam præterea causam contradicendi habens, an nudienda ibid. §. 7. n. 1.
Fidejussores dantur in contractu sponsalium 8. 21. 4.
Filiifamilias tacitus consensus ad contrahenda sponsalia an sufficiat 7. 9. 2. 4.
Filii apud Romanos vivis patribus nihil possident 6. 1. 8. 4.
Filii quando dissentire in negotio matrimonii à parentibus possint 7. 11. 1. & seqq. 4.
Filii majores viginti quinq; annis an suo arbitrio sponsalia contrahere possint ibid. §. 14.
Filiorum consensus liberior 7. 9. 1. 4.
Filiorum corpora quoque in parentum potestate sunt 6. 1 10. 4.
Filiusfamilias patri imperanti ut uxorem ducat, an obsequi debeat 7. 10. 1. 4.
Filiusfamilias sine patris consensu uxorem ducere non potest 7. 9. 3. 4.
Florentini definitio an de sponsalibus de præsenti accipienda sit 3. 3. 1. 4.
Fœminæ Africanæ gestant femoralia 5. 3. 11. 4.
Fœminæ anno duodecimo votum solvere possunt 9. 2. 3. 4.
Fœminæ citius quam masculi nuptum collocandæ ibid. n. 14.
Fœminæ cur duobus annis citius nubant quam mares. ibid. n. 7.
Fœminæ pubescere incipiunt anno duodecimo ibid. n. 2.
Fœminis apud Romanos ne privatam quidem rem absque tutorum autoritate agere licuit 3. 2. 8. 2.
Forma ante omnia spectatur in conjugio 7. 12. 3. 4.
Forma divitiis æquiparatur 14. 5. 4. 4.
Formulæ despondendi mulieres ex sacris literis 3. 5. 5. 4.
Formulæ ex Judæorum commentariis desumptæ ibid. n. 6.

Formulæ, quibus ſponſalia conſtituebantur ibid.n.1. cum ſeqq.
Formulæ verborum quibus vir & mulier ſibi repromittentes utebantur 4.12.1.a
Formula tu N. fateris quod acceperis & jam nunc accipias in uxorem N. &c. rejicitur 4.6.13 a
Fratrum & ſororum conjunctio inceſta 4. 6. 15. b. pœna capitali punienda ibid. n.16.
Fuchſius refutatur 9.13.9. a
Furor impedit ſponſalia 13.59.1.a
Furor quomodo probetur & præſumatur ibid. §.60.

G.

Galli & Itali utuntur verbis, accipiam & accipio in contradenbis ſponſalibus 4.8.1. a
Galli ſacerdotes qui olim dicebantur 9. (13.34. a
Galli paucißimos habent voces, quibus exprimant matrimonia 5.33.1.
Galli unde dicti 9.13.35. a
Gallo vetus verbum. ibid. n.36.
Gemahl *inter viros principes uſitatum 5.32.3. a*
Gemahl *vocabulum unde deductum ibid.n.4*
Geminatio arguit plenam deliberationem 1.1 18. a
Germanicæ linguæ uſus non fert hanc phraſin, Ich werde dich nehmen/ *4.8.4. a*
Græcorum mos deſponendi mulieres 3.13.13.a
apud Græcos quanta inter nuptias & ſponſalia intervallum fuerit conſtitutum 1.2 2.a

H.

Habitus lugubris 13.89. a
Hanſæ Civitates quare ita dictæ 6. 9. 10. a
Hebræi quodnam tempus præſcribant maribus ducendis uxoribus 9.1.12.a
Hebræi ſponſalia impuberum prorſus damnant.ibid.§.4.3
Hebræi ut adulterium puniunt, ſi ſponſus ſponſam adigerit, antequam ſub chuppa convenerint 5.10.5.a
Heribannum 11.12.6.a
Hermaphroditi an matrimonium contrahere queant 9.13.45.a.
Herma phrediti olim in delitiis habiti ibid. n.46
Homicidas deteſtabiles & hominum conſortio indignos exiſtimavit antiquitas 13.79.2. a
Homicidii pœnam an princeps remittere poßit 13. 80.2. a
Homicidium ſi ſit remiſſum an ſponſus nihilominus à ſponſa propter id repudiari poßit ibid. n.1
Hominis ſtatus triplex ab Ariſtotele conſtituitur 9.3.4.a
Hominum ordines quatuor apud Saxonem gentem 10.13.2.a
Hymen quid. 13. 41 2. a

I.

Iduare. 4.20.2.a
Ignominiosi non sunt lugendi 13. 93. 3. a
Impotentes & frigidi an nuptias contrahere possint 9.13.39.a
Impuberes non possiunt jungi matrimonio 9.21.a
Impuberes possunt contrahere sponsalia ibid.§.3.n 1
Incestum an punire magistratus debeat 4.6.10.b
Incestum unde dictum 3.1 5. a
Infantes quare νήπιοι appellantur 9. 3. 5. a
Initium conjugii quo tempore veteres constituerint 5.3 1 a
Inimistiæ nullæ graviores quam inter conjuges 13.11 5.a
In nuptiis geminus requiritur consensus 5.37.8. a
Integra à viro, debet lugere virum 5.3. 22. a
Investis quis 9.2.5. a
Joco promittens conjugium an obligetur 8.6.2.a
Joco se contraxisse matrimonium non serio si quis dicat 4 16.1.a
Issa vox Hebræa quid denotet 5.9.4.a
Juglandes ibid. §. 3 16
Juno domiduca ibid.§.5 11.
Juramenta ad quem finem inventa 14. 25.1.a
Juramentis signa & symbola adhibita sunt 14.27. 1. a
Juramentorum formulæ quibus in primitiva Ecclesia usi sunt ibid.§ 25.5.
Juramentorum verba solennia ibid.n. 4
Juramentum calumniæ an locum habeat in matrimonialibus 9.2.b
Juramentum est tortura spiritualis 14. 27. 6. a
Juramentum impleri debet in forma specifica 12.8.7 a
Juramentum judiciale quibus casibus deferri possit in causis matrimonialibus 14 22. a
Juramentum necessarium an deferri possit actori 14.18.1.a
Juramentum sanctè observandum 12. 8. 3. a
Juramentum voluntarium an & quando in sponsalibus deferri possit 14 21.1.a
*Jurato qui promisit matrimonium omnino illud consummare tenetur ibid.n.*7.a
Jurandi modus cum duodecim sacramentalibus 14.27 5.a
Juris Canonici interpretes notantur 4.2.5.a
Juris jurandi maxima vis 11.8.1 a
Juris jurandi ritus solennis 14. 27.3.a
Jus civile non habet distinctionem sponsalium in sponsalia de præsenti & de futuro 4.9.1. a
Jusjurandum qui violat gravius punitur, quam qui conventioni non jurato non stetit 11. 8.2. a
Judex competens in causis nuptiarum quis 14.29.1 a

Judices

Judices in causis nuptiarum apud Hebræos qui fuerint ibid. n. 2
Judiciorum genera apud Hebræos duo ibid. n. 3

K.

Klingius refutatur 4.8.6.a.
Κύριος quis dicatur 3.3.a.

L.

Leprosorum matrimonia an concedenda 13.65.2.a
Lex Papia poppæa 9.8.2.a
Legis Papiæ ferendæ caussa ibid. n. 3
Legis Papiæ abrogatio ibid. n. 9.
Libelli repudii formula apud Hebræos 13.5.3.a
Libellus repudii apud Romanos traditus fuit & oblatus ibid. n 1
Liberi inconsultis parentibus sponsalia contrahentes qua pœna afficiendi 7.15.1.a
Liberi legitimi retinent nomen patris 7.8.13.b
Liberi nati ex matrimonio benedictione omissa contracto, legitimi non sunt 11.21.2.a. & ibid. §. 16
Liberi non cogendi a parentibus ad consummanda matrimonia quæ parentes in septem annis minoribus pepigerunt 9.3.3.a
Liberi quibus casibus absque parentum consensu sponsalia contrahere possint 7.13.1.a
Ligari maritos novos fascino non est novum 9.13 13.a
Loquutiones hæ accipio te, vel recipio te in meum vel meam latina non sunt 5.4 a
Lucri spe aliquam ad nuptias invitare licere 8.23. a
Luctus in continentia consistens non remittitur 13.90.a
Luctus in habitu consistens remitti potest ibid
Luctus quare viduis præfinitus ibid. §. 88
Luctus quid ibid §. 94. n. 2
Luctus tempus ibid. §. 92
Luctus tempus continuum est ibid. § 93. n. 4
Luctus tempus inter Christianos retinendum ibid. §. 92
Luctu suspenduntur sponsalia 13. 88. 1.a
Lugubris habitus ibid. §. 89.

M.

Magistratus senum nuptias refrenare debet 9. 8. 12. a
Maleficiati qui 9.13.12.a
Manus dictio apud Hebræos quid significet 3.6.3.a
Maria appellatur μνηστὴ 2.1.5. a
Maribus annus ducendis uxoribus præscribitur vicesimus 9.2.10.a
Maribus Aristoteles præscribit annum trigesimum septimum ducendis uxoribus ibid. n. 11

Mariti quidam suas uxores nunquam attigerunt 5.7.2.a
Mariti qui lugendi [illegible] 9.1.a
Maritus indignus qui censendus 6.1.3.a
Maritus veteri jure Romanorum possessione & usu unius anni usu capiebat mulierem 4 6.6.a
Maritus uxori cohabitare debet 7.8.19.a
Mas non luget fœminam de jure civili 5.20.3.a
Massilienses inter pocula generum eligebant 4.23.10.a
Mater familias quæ 5.30.5.a
Mater in elocanda filia præfertur tutori 6.7.4.a
Mater pro filia in nuptiarum caussa testis esse potest 14.5.8.a
Mater si stulta sit & rerum imperita, an nuptias sine justa caussa impedire queat 6.7.6.a
Matres apud Athenienses in filiorum puberum erant potestate 3.4 4.a
Matres in rebus maximi momenti in consilium adhibitæ 6.7.5.a
Matres viduæ apud Athenienses desponsebantur à filiis puberibus 3.4.5.a
Matrimonia bene concordantia non sunt dirimenda, licet absq; parentum consensu coierint 10.4.4.a
Matrimonia inter personas ignotas contracta amore non conciliantur 9.18.2.a
Matrimonii appellationes variæ. in præfat §.1.n.3. *cum seqq.*
Matrimonii effectus 8.n.2.& n.20.b.
Matrimonii à concubinatu differt 2.6.b
Matrimonium ad tempus contrahi non potest ibid. n.3
Matrimonium an sine sponsalibus contrahi possit 1.3.1.a
Matrimonium an constet si quis uxorem alterius alii vivente marito nubere cogat 13.24.a
Matrimonium apud Hebræos quando perfectum 11.14.5.a
Matrimonium cur divini & humani Juris communicatio dicatur 8.3.b.
Matrimonium consummatum 3 4.2.b
Matrimonium concubitu consummatum absq; scandalo rescindi non potest 10.25.8.a
Matrimonium clandestinum 3.2.b
Matrimonium convictu & cohabitatione non constituitur 1.1.8.a
Matrimonium contractum esse, quibus modis probetur 5.3.21.a
Matrimonium Dei fœdus 1.25.b
Matrimonium duabus rebus constat 4.22.4.a
Matrimonium duobus gradibus perficitur 5.7.3.a
Matrimonium duplex nomen habet ibid. n.2
Matrimonium est conjunctio ibid. §.22
Matrimonium ea lege, ne conjuges corpore conjungantur, initum, an valeat §.14.1.a
Matrimonium initiatum 3.4.1.b
Matrimonium juris est quadruplicis 3.21.b
Matrimonium in alterius arbitrium conferri non potest 3.24.a

Matrimonium in quibus à reliquis contractibus differat 5. 37. 1. *a*

Matrimonium instar servitutis in præfat. §. 1. n. 7.

Matrimonium non constituitur solis verbis in sponsalibus expressis 5. 2. 4. *a.*

Matrimonium non recipit conditionem 5. 3. 2. *a*

Matrimonium palam fieri debet ibid. §. 3. n. 5. *a.*

Matrimonium per epistolam quomodo contrahi possit 9. 21. 1. *a*

Matrimonium præsumtum 3. 3. 2. *b*

Matrimonium promissum præcisè servandum 1. 5. 2. *a*

Matrimonium promissum qui consummare noluerunt, à magistratu mulctati fuerunt 12. 2. *a*

Matrimonium probatur cohabitatione diuturna 14. 13. 1

Matrimonium probatur per testes qui post partem audiverunt sponsalia inita esse ibid. §. 9. n. 5

Matrimonium publicum 3. 2. 1. *b*

Matrimonium qui promisit illud consummare tenetur 12. 4. 1. *a*

Matrimonium qui sub pœna promisit an consummare cogatur 8. 19 *a*

Matrimonium quomodo sit sacramentum. in præfat. §. 1. n. 3

Matrimonium si duabus sit promissum sub eadem conditione, utri fides sit servanda 8. 7. *a*

Matrimonium verum 3. 3. 1. *b*

Matrimonium ut sit perfectum, an necessariò requiratur concubitus 5. 7. 1. *a*

ad Matrimonium constituendum non sufficit solus consensus 5. 4. 8. *a.*

ad Matrimonium constituendum præter verba requiritur copulatio 5. 6. 1. *a*

in Matrimonio requiritur benedictio 5. 37. 6. *a*

Matris consensus in matrimonio constituendo, an æquè ut patris requiratur 6. 7. 1. *a*

Matrona quæ 5. 3. 14. *b*

Matronarum honestarum sepulchris veteres fusum ex ære factum injecerunt 5. 5. 7. *a*

Meretrices etiam filias suas despondêrunt 3. 4. 19. *a*

Metu promisisse affirmanti an juramentum deferri possit 13. 27. *a*

Metus alius justus, alius vanus 13 15. 1. *a*

Metus an probetur per domesticos testes 13. 2. 2. *a*

Metus an probetur per unum testem ibid. n. 3

Metus à quo inferatur perinde est. ibid. §. 17.

Metus effectus ibid. §. 29

Metus illatus quamdiu duret ibid. §. 26.

Metus illatus quomodo purgetur ibid. §. 23. 1.

Metus justus quis ibid. §. 15. 2

Metus justus terror armorum ibid § 10. 2

Metus justus vanusve ratione sexus æstimatur ibid. § 15. 4

Metus omnium supplicium gravissimum 13. 8. 2. *a*

Metus post benedictionem allegari potest ibid. §. 28

Metus purgatur facto ibid. §. 23. n. 2
Metus quid ibid. §. 14. n. 3
Metus quomodo probetur ibid. §. 21. n. 1
Metus sive parentibus sive liberis infera-tur, perinde est ibid §. 15. n. 3
Militum stipendiariorum testimonium in causis nuptialibus non admittitur 14. 4. 4. a
Minæ parentum an justum metum infe-rant 13. 15. 1. a
Minæ parentum idem operantur quod metus verus ibid. n. 1
Minæ solis verbis expressæ an justum me-tum inferant 13. 15. 1. a
μνηστεία 2. 1. 2. a
μνηστὸς ibid n. 1
Modus non suspendit sponsalia 8. 13. 3. a
Modus quid ibid. n. 2
Mornetius *ab* 1. 41 4. a
Moses primus de jure connubiorum tra-didit 1. *in præfat.* §. 2. 1. a
Mulier alteri nupta alteri sponsa infa-mia notatur 5. 21. a
Mulier cum veste exuit pudorem 9. 7. 6. a
Mulier domina dicitur 8. 6. b
Mulier de jure divino quomodo sit in po-testate mariti 4. 6. 7. a
Mulier in omnes casus mariti socia 7. 8. 17. b
Mulier porrigens dextram viro, qui eam his verbis alloquitur: si me mari-tum vis cedo dextram: *contrahit sponsalia* 4. 3 2. a
Mulieres dominatæ tradebantur cogna-tis, qui privatim in eas animadver-terent 3. 2. 11. a
Mulieres in tutorum authoritate fue-runt semper ibid §. 9
Mulier quatenus humani juris sit parti-ceps 8. 5. b
Mulieri semiplenè probanti an juramen-tum deferri possit 14. 15. 1. a
Mutus & surdus sine verbis matrimoni-um inire possunt 4. 22. 1. a
Mutus an possit matrimonium contra-here 6. 5. 1. b

N.

Naturarum occulta consensio & dissen-sio 7. 7. 2. a
Neptis despondendæ an patrui etiam con-sensum habere debeat 3. 4. 13. a
Nobilis si ignobilem vitiarit fide de con-jugio data quid juris 10. 23 1. a
Nobilitas & divitiæ æquiparantur 14. 5. 6. a
Nominatio uxoris vel mariti quid opere-tur 9. 24. 4. a
Nuces quare olim in nuptiis sparsæ 5. 6. 2. a
Nuptæ novæ domi latere debent 1. 1. 5. a
Nuptiæ absque tabulis contrahi possunt 11. 11. a
Nuptiæ absque sponsalibus ratæ non sunt 1. 1. 9. a
Nuptiæ apud gentes omnes palàm fie-bant 10. 3. 1. a
Nuptiæ apud omnes gentes variis cere-moniis

moniis & ritibus celebratæ fuerunt 5. 4. 3. a
Nuptiæ clandestinæ quæ 10. 1. 4. a
Nuptiæ illicitæ quæ 3. 1. 2. b
Nuptiæ imaginariæ absque sponsalibus fieri non potuerunt 1. 1. 11. a
Nuptiæ imaginariæ inter absentes fieri possunt 9. 15. 1. a
Nuptiæ imaginariæ quo ritu peragentur ibid. n. 2.
Nuptiæ imaginariæ quare introductæ ibid. n. 3.
Nuptiæ incestæ 2. 3. 4. b
Nuptiæ licitæ ibid. n. 1
Nuptiæ nefariæ ibid. n. 3
Nuptiæ initiales ibid. n. 6
Nuptiæ non consistunt inter eas personas, quæ parentum liberorumq; inter se locum obtinent 6. 1. 1. b
Nuptiæ inter collaterales prohibitæ & quare ibid. n. 11.
Nuptiæ inter patrem & sororem prohibitæ ibid. n. 13
Nuptiæ quando secundum veteres Philosophos, Oratores & Jureconsultos contractæ esse dictæ sint 5. 4. 1. a
Nuptiæ speratæ olim quæ dictæ 5. 9. 7. a
Nuptiæ triennium aut biennium differri non debent 1. 2. 7. a
Nuptiæ vocabulũ unde deriveturs. 33. 4. a
Nuptiarum solennitas tollit suspicionem & arguit prolis certitudinem 5. 4. 4. a
Nuptiarum vox variè accipitur 1. 2. b
in Nuptiarum negocio constituunt Hebræi duplicia instrumenta 4. 6. 12. a. & 12. 11. 3. a
Nuptiæ an quis absq; causa recusare possit, idque impune 11. 6. 1. a
Nuptias incestas palam faciens errore ductus feciſſe præsumitur 10. 2. 4. a
Nuptias & sponsalia, quantum temporis spacium intercedere debeat secundum constitutionem Cæsaris Augusti 1. 2. 1. a. statutum Genevensium ibid. n. 11. itemq; Regis Daniæ n. 12.
Nuptias promissas qui consummare recusat, à magistratu cogendus est. 11. 6. 2. a
Nuptiis semper post sponsalia fuit dictus dies 5. 4. 2. a
Nutu possunt magni momenti negocia expediri 4 23. 15. a
Nutus interpretatio fit ex verbis & signis præcedentibus 4. 24. 2. a
Nutus pro voluntatis demonstratione est 4. 23. 14. a
Νυμφένω. μνηστεύω & γαμεῖν quomodo differant 2. 1. 10. a
Νυμφῆ ibid. n. 6
Νυμφίδως, θάλαμος quid ibid. n. 7.
Νύμφιος ibid. n. 6

O.

Oratione osculemur nos invicem in symbolum matrimonii, contrahitur matrimonium 4. 23. 6. a
Oscula in sponsalibus contrahendis apud veteres intervenerunt ibid. n. 5

P.

Pacta conventa de donatione propter nuptias 11. 10. 2. a

Παραλαμβάνω vox Hebræa 4. 6. 11. a

Parentes cauſam adferre debeant cur in ſponſalia conſentire nolint 6. 4. 1. a.

Parentes debent filias ſuas verbis deſpondere 4. 2. 2. a. & 6. 2. 5. a

Parentes filas vendendi jus habent ibid. §. 1. n. 9

Parentes interdum liberis indulgerunt, ut pro ſuo arbitrio uxores ducerent ibid. §. 2. n. 4.

Parentes liberis de matrimonio proſpicere debent ibid. n. 1.

Parentes liberos invitos in nuptias conjicere non debent ibid. n. 11.

Parentes qui liberos invitos cogunt, peccant contra Deum & legem naturæ 7. 7. 5. a

Parentes ſponſam corruptam pro virgine collocantes an puniendi 13. 46. a

Parentis perſonæ filio videri debet ſancta 6. 1. 3. a

Parentum autoritas ante nuptias inprimis ſpectanda 10. 11. 7. a

Parentum autoritas matrimonium conſummatum diſſolvere nequit ibid.

Parentum conſenſus expreſſus eſſe debeat, an verò tacitus ſufficiat 6. 6. 12. a.

Parentum conſenſus in ſponſalibus non de honeſtate tantum, ſed de neceſſitate quoq; requiritur ibid. n. 6

Parentum conſenſus in ſponſalibus quare adhibendus 6. 1. 2. a

Parentum eſt ex multis competitoribus unum eligere 6. 2. 3. & 7. 5. 3. a & 7. 8. 1. a

Parentum eſt ſponſalia abſque ſua autoritate inita vel infirmare vel rata habere 6. 2. 10. a

Pares conjuges qui cenſeantur 14. 5. 5. a

παίζων & quis 5. 5. 4. a

Pars utraq; litigantium ſi parata ſit jurare 14. 24. 4. a

Pater an cogi poſſit, ut adoleſcenti filiam, quam vitiarit, matrimonio jungat 10 14. 1. a

Pater ex filiabus unam in genere dare permittens, unam dare tenetur 4. 25. 2. a

Pater quando ſua autoritate abutatur 6. 2. 12. a

Pater ſi cogere omninò velit filiam ut indigno marito nubat 7. 6. 1 a

Pater ſi conſentire nolit filio uxorem ducere volenti quid faciendum 6. 3. a.

Pater ſi filium alii deſpondeat, alii nuptum collocet 12. 3. 2. a

Pater ſponſalia filiæ nomine contracta diſſolvere poteſt 5. 19. a

Patri ſemiplenè probanti, an juramentum deferri poſſit 14. 20. a

Patris eſt filiæ dotem dare 6. 2. 7. a

Patris improbi, panperis, prodigi &c. conſenſus in contrahendis filii ſponſalibus an requiratur 6. 5. 1. a

Patrũ potestas major est in collocanda filia quam in filio 7.4. 2. *a*

Pellex *vox unde deducta* 1 1. *c.a*

Pellices apud Romanos ad aram Junonis accedere vetebantur 10.25. 4. *a*

Perjuria impunita non finit Deus 12. 8.5. *a*

Persæ uxores emunt à parentibus 6.9. 2. *a*

Persuasio nimia metui comparatur 13.20.1. *a*

Personæ quæ sibi parentum liberorumq; loco sunt 6 9. *a*

Pignus pro matrimonio an intervenire possit 8.20. *a*

Pluralitas actuum facit præsumtionem pro matrimonio 14 9.7. *a*

Pœna extraordinaria puniendus, qui nuptias omissa promulgatione fecerit 11.13. 2. *a*

Pœna illorum, qui nuptias promissas consummare nolunt n 6 2. *a*

Pœna in sponsalibus promissa inhonesta 8 18.2. *a*

Pœna mulierum quæ intra tempus luctus nubunt 13.95. *a*

Pœni usum Hebreæ linguæ habuerunt 11.17.2. *a*

Pontifex Max. apud Romanos de nuptiis judicabat 14.29 7. *a*

Potestas patria apud Romanos summa 1.7 *a*

Prægnantem antequam pepererit, an quis ducere possit 13.27. 1. *a*

Præmii spe aliquam ad nuptias invitare licere 8.22. *a*

Præstatione ejus quod interest, potuerunt contrahentes à contractu recedere 12 1.4. *a*

Principes Christiani omnes more recepto sese consanguineos nominant 5.9.3. *a*

Προξένοι *quid* 1.2.3. *a*

Probationes quando sunt dubiæ pro matrimonio pronunciandum est 14. 9.6. *a*

Procedendi modus contra sponsum absentem 13.72.1 *a*

Processus in matrimonialibus est summarius 9.1. *b*

Proclama n.12.1. *a*

Procurator quæ formula verborum in alterius nomine petenda sponsa uti debeat 9 17. *a*

Prodigus non amittit jus patriæ potestatis 6.5.4. *a*

Proditor patriæ esse vulgò jactatur, qui sciens volens vitiatam ducit 13.41.5. *a*

Promissio an valeat si ribus facta sit 4. 16.1. *a*

Promissionem factam verbis ambiguis si sequatur concubitus pro matrimonio præsumendum ibid. §. 15 n. 6

Promissio incerta & generalis sponsalia non constituit ibid. §. 17

Promissioni juratæ multum tribuerunt veteres 12.8.6. *a*

Promiſſioni verbis præſentibus facta, major vis ineſt, quam quæ futuris 12.1.1.a

Promiſſio ultrò facta ut valeat, ab altera parte acceptari debet 3.8.1.a

de Promiſſione jurata conjugiorum 8.17.a

Promittat ſi quis alii matrimonium, aliam autem domum ducat 12.3.3.a

Promittens filiam an deſpondere cogatur 12.13.1.a

Promittens matrimonium an præcisè illud conſummare cogatur, ſi etiam planè alieno ab eo ſit animo, cui promiſit 11.5.1.a

Promittere aliud, aliud facere 4.1.3.a

Promulgatio 11.12.1.a

Promulgatione non præeunte, ſi quis nuptiis fecerit ibid. §.13.1

Promulgatio publica non eſt de ſubſtantia matrimonii ibid.n.3

Promulgatio quare requiratur ibid. n.4.

Pronubæ 5.5.5.a

Propinare in ſignum matrimonii apud multas gentes uſitatum eſt 4.23.9.a.

Proſcribere 11.12.3.a

Proſcriptus quis ibid.

Proteſtatio actui contraria nulla eſt 4.18.2.a

Proteſtatio an clàm fieri poſſit 13.22.2.a

Proteſtatio multum facit ad probandum metum ibid.n.1

Proverbium ante pilos ſapientia 9.7.7.a

Proverbium, Ein alter Mann/ vnd eine junge Fraw / gewiſſe Kinder 5.8.8.a

Proverbium, Es iſt nichts liebers/ denn Kindes Kind 5.4.12.a

Proverbium, Es ward nie kein trewer Vormundt gefunden 6.9.13.a

Proverbium, Frühe auffſtehen/ vnd frühe frewen/ Sol niemand gereuen/ 9.2.13.a

Proverbium, Wer eine Jungfraw ſchendet / Stirbet keines guten Todes/ 10.10.4.a

Proxeneta 9.14.2.a

Proxeneta mercedis loco aliquid acceperunt ibid.n.3

Proxeneta vel mediator an poſſit eſſe teſtis 14.8.a

Pubertatem ex quibus Hebræi æſtiment 5.7.5.a

Puella alia ſi pro ſponſa ſupponeretur 13.33.1.a

Puellæ anno decimo octavo ritè habere poſſunt 6.6.4.a

Puella duodecim annis minor non poteſt concubinæ loco haberi 9.7.4.a

Puellæ colloquium expetere præſumptionem

ptionem pro ſponſalibus inducit 14 17. a

Puellæ de quarum nuptiis agitur erubeſcere ſolent 4.2.3.a

Puellæ deſpondebantur à tutoribus, qui ipſis ſanguine erant proximi 3.4.1. a

Puellæ effigiem geſtare præſumptionem parit pro matrimonio 13. 15.a

Puellæ exiſtentes in parentum poteſtate nunquam ſuis verbis ſe deſpondiſſe leguntur 3.2.3.a. & 4. 2. 4.a

Puella partim vi partim dolo circumventa & compreſſa an repudiari poſſit 13.49.a

Puella ſi juramento aſſeverare velit, ſe ex ſponſo gravidam eſſe, an fides habenda ſit ibid. §. 53

Puella ſi non ſponſo ſed alii errore ducta nupſerit, quid juris ibid. §. 33. n. 2

Puniendi an ſint qui alicui puellam alienum ſupponunt ibid. §. 34

Pupillaris ætas quando finiatur 6. 10. 13.a

Pupillas quis deſponderit 3. 4. 6.a

Purum quid 8.1. 7.a

Q.

Quæſere 11.10.1.a

Quæſtiones de nuptiis ſunt frequentes in præſat. §. 1. n. 1

R.

Remedia quibus puellis metum patientibus & paſſis ſuccurritur 13. 19.1 a Lutherus quatuor recenſet ibid. n. 2

Reo quando juramentum deferri poſſit actore non probante 4.16.4.a

Repotia quid 1.2.5. a

Repudia adhibitis teſtibus fiebant 13. 4. a

Repudia an ſine cauſſa fieri poſſint ibid. § 7. n. 1

Repudia fiebant certo judicio ibid. §. 2. n. 2

Repudia olim qui miſerint ibid. n. 2

Repudia quibus verbis fiebant ibid. §. 3. n. 1

Repudii cauſſæ ibid. §. 8. n. 2

Repudii cauſſæ tres à Romulo latæ ibid. §. 7. n. 2

Repudii effectus ibid §. 9

Repudii libelli apud Hebræos etiam in dirimendis ſponſalibus uſitati fuere ibid. §. 6

in Repudiis requiruntur verba 4. 22. 2.a

Repudium mittebatur tàm abſenti, quàm præſenti 13.2.3

Repudium unde dictum ibid. §. 1. n. 2

Reus qui & ſtruprum & promiſſionem de conjugio neget, an jurare teneatur 14.24 1. *a*

Reus ſi fatetur ſtuprum, neget autem promiſſionem matrimonii, an teneatur jurare ibid. §.23

Romæ etymologia 1.1.5. *b*

Romani accurratè notarunt annos, dies & menſes matrimonii, & ſepulchris inſcripſerunt 5.3.2 *a*

S.

Sacra duplicia 8. 4. *b*

Sarcerius *notatur* 4 8 7. *a*

Saxones veteres an permittebant matrimonia contrahi inter nobiles & ignobiles 13.36. 2. *a*

Schelm *verbi etymologia* 13.79.4. *a*

Scortum publicum an duci poſſit 13. 37.2. *a*

Scriptura ſponſalibus intervenire ſolet 11. 7 *a*

Secundarum nuptiarum pœna 7.5. 10. *a*

Senes in ſumma ætate liberos generarunt 9.8.15. *a*

*Senes propter ætatem nuptias contrahere non poſſunt ibid. n.*1

*Senum nuptiæ ludibrio omnium ſunt expoſitæ ibid. n.*7

*Senum nuptiæ multas incommoditates afferunt ibid. n.*11

*de Senum nuptiis Lex Genevenſis ibid. n.*13

Sententiam exequi quis debeat in cauſſu nuptiarum 14. 29.10. *a*

Sexagenarii liberos generare poſſunt 9.8.10. *a*

Sexaginta annos nati in Inſula Cao aconito vitam finire coacti ſunt ibid. n. 4

Sororem ſponſæ belluens neutram habere poteſt 5.24. *a*

Sorores fratrum conſenſu deſponendæ 6.9.6. *a*

Spadones & eunuchi quid differant 9.13.10. *a*

*Spadones nuptias contrahere non poſſunt ibid. n.*1

Spadones quibus teſtes tantum execti ſunt poſſunt abuti mulieribus ibid. n 17

Spadones variis modis fiunt ibid. n. 2

Spado vir non eſt ibid. n. 18

*Spadoni ſi mulier nupſerit & matrimonium conſummatum ſit, quid faciendum ibid. n.*42

*Spado unde dicatur ibid. n.*8

Spartani punichant eos, qui in affinitate ineunda bonis divites prætuliſſent 6.2.9. *a*

Sponſata, dicta, pacta, ſponſa quomodo differant 5 23.2 & 3.6.2 *a*

Sponſa ad interrogationem ſacerdotis tantum annuens conſenſiſſe cenſetur 4.23 16. *a*

Sponſa an repudiari poſſit ob medicamenta ſterilitatis ſumta 13. 69. 1. *a*

Sponſa an repudiari poſſit ſponſum, qui poſt ſponſalia ſcortatus fuerit 13. 56. 1. *a*

Sponſa ante nuptias contractas non habet adminiſtrationem rei familiaris 5. 14. 1. *a*

Sponſæ à nuptiis quomodo diſtinguantur 5. 8. *a*

Sponſæ apud veteres impunè repudiabantur 13. 8. 1. *a*

Sponſa die nuptiarum nova nupta dici cæpta eſt 5. 3. 13. *a*

Sponſa defuncta an ſororem ducere licea: 6. 2. 5. *b*

Sponſa eſt uxor futura 5. 9. 8. *a*

Sponſa in convivio nuptiali neq; edit neque bibit 1. 2. 14. *a*

Sponſam ab alio compreſſam an quis ducere cogatur 13. 40. *a*

Sponſam ignobilem ſi quis ſibi deſpondeat, quam nobilem eſſe exiſtimabat ibid. §. 36. n. 1

Sponſam ſi quis ſciat vitiatam & tamen ab ea non abſtineat 13. 44. *a.*

Sponſa non debet χαίειν ſponſo 5. 10. 3. *a.*

Sponſa non mutat domicilium ut uxor 5, 5. 1. *a*

Sponſa non rectè dicitur uxor ibid. §. 9. n. 5

Sponſa nulla vel minima de cauſſa repudiari potuit apud veteres latinos 13. 7. 4. *a*

Sponſa peregrinantem ſponſum ſequi non cogitur 5. 17. 1. *a*

Sponſa præſens abſentem ſponſum expectare tenetur 12. 17. 2. *a*

Sponſa quæ ſe pro nobili venditarit & domum deducta eſt, an repudiari poſſit 13. 37. 1. *a.*

Sponſa quandiu ſponſum abſentem expectare debat ibid. §. 70

Sponſa quando uxor dicitur quomodo intelligendum 5. 9. 2. *a*

Sponſa ſi de conſilio & mandato ſponſi vitiata ſit 13. 43. *a*

Sponſam ſi quis objiſſe putet & aliam ducat ibid. §. 71.

Sponſa ſponſum non luget 5. 20. 2. *a.*

Sponſa vitiata quæ ſe pro virgine gerit, an à magiſtratu puniri debeat 13. 45. *a*

Sponſa vi rapta an repudiari poſſit ibid. §. 47

Sponſa voto continentiæ non liberatur à promiſſione facta ibid. §. 75. n. 3.

Sponſa uxoris loco habetur 12. 17. 1. *a.*

Sponſalia abſque tabulis contrahi poſſunt 11. 11. *a*

Sponſalia an dirimi poſſint, ſi quis claudus, ſurdus vel mutus fiat 13. 68. *a*

Sponſalia an per epiſtolam probentur 9. 23. 1. *a*

Sponſalia an rectè contrahat, qui amore furit 13. 63. *a*

Sponſalia an diſſolvantur ob morbos contagioſos ibid. §. 66.

Sponſalia an diſſolvantur voto continentiæ ſubſecuto ibid. §. 37. *n.* 1.

Sponſalia appellantur conjugium pactum 5. 9. 9. *a. item q; matrimonium promiſſum ibid n* 10

Sponſalia apud Germanos inter pocula fiebant 10. 3. 2. *a*

Sponſalia apud omnes gentes palàm fiebant ibid n. 1

Sponſalia apud veteres nulla fuerunt de futuro 12. 12. 2. *a*

Sponſalia bina an quis impunè contrahere poſſit 10. 16 1. *a*

Sponſalia bina contrahens de jure civili infamis eſt ibid. n. 2

Sponſalia bina contrahens ſolet parti innocenti in expenſas condemnari ibid. n. 3

Sponſalia conditionalia, ſi concubitus acceſſerit, in pura reſolvuntur 8. 2. 5. *a*

Sponſalia clandeſtina clàm tutoribus contracta, quem habeat effectum 10. 9. *a*

Sponſalia clandeſtina contrahens, qua pœna afficiendus ibid. §. 5. *n.* 1

Sponſalia clandeſtina cur prohibita ibid. §. 5

Sponſalia clandeſtina duobus modis accipiuntur ibid. §. 1. *n.* 5

Sponſalia cladeſtina jure Canonico non probantur ibid. §. 4. *n.* 1

Sponſalia clandeſtina neganti, an deferri poſſit juramentum ibid. §. 6. *n.* 2

Sponſalia clandeſtina quæ ibid. §. 1. *n.* 3

Sponſalia clandeſtina qui contrahunt, peccant ibid. §. 6. *n.* 1

Sponſalia contrahere quæ perſonæ poſſint 9. 1. *a*

Sponſalia cum duabus inita, an poſteriora prioribus præferenda 10. 2. 1. *a*

Sponſalia cum ſecunda inita an rata ſint, ſi prima moriatur ibid. §. 13

Sponſalia de futuro mutuo diſſenſu diſſolvi poſſunt 13. 11. 1. *a*

Sponſalia de futuro quæ 4. 3. 1. *a*

Sponſalia de præſenti ibid. n. 2

Sponſalia differuntur diffamativè 13. 87. 1. *a*

Sponſalia differuntur per interdicta Eccleſiæ ibid. §. 85.

Sponſalia differuntur ſi præjudicialis quæſtio incidat ibid §. 86

Sponſalia diſſolvuntur lapſu temporis præfiniti ibid. §. 84. *n.* 1

Sponſalia diſſolvuntur nuptiis cum alia ſubſecutis ibid. §. 83

Sponſalia diſſolvuntur ob inimicitias capitales ibid. §. 82

Sponſalia diſſolvuntur propter commiſſum homicidium ibid. §. 79. *n.* 1

Sponſalia diſſolvuntur propter ſtatus mutationem ibid. §. 78

Sponſalia diſſolvuntur ratione affinitatis ibid. §. 81. n. 1

Sponſalia dolo malo inita an ſint firma ibid. §. 58. n. 1.

Sponſalia apud Barbaros etiam publicè contrahuntur 10. 3. 3. a

Sponſalia etiam in diem contrahuntur 8. 15. 1. a

Sponſalia & matrimonium differunt ratione temporis 4. 1. 1. a

Sponſalia & nuptiæ apud omnes gentes nominibus & appellationibus peculiaribus diſtincta ſunt 5. 32. 1. a

Sponſalia & nuptiæ diverſis temporibus intervallo quodam ſeſe ſubſequentibus celebrari debent 1 2. 1. a

Sponſalia & nuptiæ differunt ratione ætatis 5. 28. a

Sponſalia & nuptiæ differunt ſignificatione 5. 33. 3. a

Sponſalia & nuptiæ uno die peragi non debent 1. 1. 1. a

Sponſalia incerta quæ 4. 25. 1. a

Sponſalia initium conjugii 5. 9. 12. a

Sponſalia inter abſentes contrahi poſſint 5. 27. a

Sponſalia inter impuberes apud veteres frequentata 9. 4. 2. a

Sponſalia inter minores ſeptem annis inita, prorſus inutilia ſunt ibid. n. 1. & ibid. §. 1. n. 2.

Sponſalia ludibrio habentes puniuntur 10. 25. 10. a

Sponſalia non temerè diſſolvebant Romani 12. 1. 3. a.

Sponſalia nudo conſenſu, nulla interveniente ſtipulatione conſtitui ſolent 3. 6. 1. a

Sponſalio nuptias antecedunt 1. 1. 12. a.

Sponſalia nuptiis infirmiora ſunt 5. 23. 1. a

Sponſalia ab arrhas amiſſas non infirmantur 11. 4. 5. a

Sponſalia ferè omnia verbis præſentis temporis concipiuntur 4. 10. 3. a

Sponſalia per epiſtolam concipiuntur 9. 20. 1. a

Sponſalia per procuratores quomodo conſtituantur 9. 16. 1. a

Sponſalia probantur confeſſione 14. 10. 1. a

Sponſalia probantur per privatam ſcripturam ibid. §. 11. n. 2

Sponſalia probantur teſtibus ibid. §. 1. n. 1.

Sponſalia publica præferuntur clandeſtinis 10. 15. 2. a

Sponſalia publica quæ ibid. §. 1. 2

Sponſalia publicè debent contrahi ibid. n. 1.

Sponſalia pura 8. 1. 2. a

Sponſalia quibus acceſſit concubitus pro matrimonio conſummato habentur 12. 15. a

Sponſalia quibuscunq, verbis concepta in futurum reſpiciunt 3. 3. 2. a

Sponſalia quomodo ab Hebræis appellentur 2. 1. 1. a

Sponſalia repudio diſſolvebantur 12. 1. 1. *a*

Sponſalia ſine verbis an conſtitui poſſint 4. 24. 3. *a*

Sponſalia ſub conditione contrahi poſſunt 5. 31. 1. *a*

Sponſalia ſub pœna contrahi ſolent 8. 18. 1. *a*

Sponſalia ſunt fundamenta matrimonii 5. 8. *a*

Sponſalia vera an utriuſq; partis diſſenſu ſolvi poſſint 13. 1. 1. *a*

Sponſalia vi vel metu contracta an dirimi poſſint 13. 14. 1. *a*.

Sponſalia *vox unde deducatur* 2. 1. 12. *a*

Sponſalia ut conſtituantur, an neceſſaria verba requirantur, an verò ſufficiunt ſigna conſenſum exprimentia 4. 22 1. *a*

Sponſalibus cauſſa adjicitur 8. 15. 2. *a*.

Sponſalibus clandeſtinis ſi acceſſerit concubitus quid dicendum 10. 10. 1. *a*

Sponſalibus contrahitur affinitas & cur 12. 10. 1. *a*

Sponſalibus juratis apud veteres renunciare non licuit ibid. §. 9

Sponſalibus ſub conditione contractis an alteruter contrahentium conditione pendente ſponſalibus renunciare poſſit 8. 4. *a*

in Sponſalibus conſtituendis primæ partes προξενίοις *delatæ ſunt apud veteres* 2. 1. *a*

in Sponſalibus conſtituendis Romani uſi ſunt unico vocabulo ſpondeo 4. 10. 2. *a*.

in Sponſalibus conſtituendis teſtes adhiberi ſoliti 10. 1. 3. *a*

in Sponſalibus verba quibus contrahentes uſi ſunt imprimis ponderanda 4. 12. 1. *a*

Sponſalium appellationes variæ 2. 1. 3. *a*

Sponſalium clandeſtinorum effectus 12. 20. *a*

Sponſalium conditionalium effectus ibid. § 18.

Sponſalium definitio 2. 2. 1. *a*

Sponſalium de futuro effectus 12. 11. *a*.

Sponſalium diſtinctio quæ verbis accipio & accipiam *mittur frivola eſt ibid.* § 12. n. 4

Sponſalium & nuptiarum apud omnes gentes diſtincta vocabula 1. 1. 19. *a*

Sponſalium genus unum tantum fuit apud veteres 1. 1. 1. *a*

Sponſalium impuberum eorum qui ſeptimum annum egreſſi ſunt effectus 9. 5. *a*

Sponſalium juratorum effectus 8. 16. *a* & 12. 19. 1. *a*

Sponſalium ſignificationes variæ 2. 1. 16. *a*

sponsalium quæ sub modo contrahuntur effectus 8.13.1.a
Sponsalium sub pœna contractorum effectus ibid. §. 15. n.1
Sponsi vocabuli notatio 2.1.13.a
Sponsus ære alieno adstrictus an repudiari possit 13.31.2.a
Sponsus & sponsa apud Hebræos sub chuppa conveniebant 5.3.19.a
Sponsus & sponsa bis interrogantur apud Christianos 1.1.16.a
Sponsus & sponsa statim post peracta sponsalia in venereos amplexus ruentes, quæ pœna plectendi 5.10.2. & 13.54.1.& 13.55.a
Sponsus an impune rapiat sponsam 5.10.4.a
Sponsus jure veteri ex sponsu agebat adversus patrem si promissam dare recusabat 12.11.a
Sponsus si ante sponsalia scortatus fuerit, an ob id sponsalia dissolvi possint 13.57.1.a
Sponsalia vestita quæ 8.1.1.a
Spuriæ & ex concubina natæ à patribus despondentur 3.4.18.a
Statutum de lucranda dote an ad sponsum porrigendum 5.35.1.a
Statutum ne filia nubat absq; matris consensu 6.7.9.a
Statutum Valdemari, Regis Daniæ 3.4.3.a
Steriles mulieres malè audiunt 13.69.2.a
Sterilitas Dei beneficio & medicorum industria tolli potest 9.13.31.a
Stipulationes præposteræ 8.5.2.a
Stupri pœna 10.11.4.a
Stuprum inter atrocia delicta relatum apud Romanos ibid. n. 3
Suffetes *vox unde deducta* 14.29.4.a
Superfœtatio aliquando accidit 13.97.2.a
Surdus an possit matrimonium contrahere 6.5.b

T.

Tabulas nuptiales quibus usibus scripserint & obsignarint veteres 11.9.a
Tabulis nuptialibus asscripta formula, liberorum quærendorum gratia uxorem duci ibid. §.10. n.1
Tegillum quid 5.30.3.a
Testem sola infamiæ facti à testimonio dicendo repellit 14.1.3.a
Testes alii possunt produci post publicationem & conclusionem ibid. §.9.3
Testes an debeant esse rogati 14.3.a
Testes debent deponere de eodem actu & tempore quo sponsalia inita sunt 14.2.4.a
Testes domestici admittuntur in causis nuptiarum 14.6.a
Testes in causis nuptiarum omni exceptio-

ceptione majores esse debent ibid. §.1.n.2
Testes in verbis debent concordare ibid.§.2.n.2
Testes propter cognationis & affinitatis vinculum non recusantur à sponsalibus ibid §.5.n.1
Testes quibus de causis recusentur ibid. §.4 n.1
Testes qui vigesimum annum non excesserunt in causis nuptiarum non admittuntur ibid.n.2
Testes quando deponere debeant in causis nuptiarum ibid §.2.n.1
Testes semel productos licet repetere ibid §.9.n.4
Testes viles & pauperes ad testimonium ferendum non admittuntur ibid.§.4.n.3
Testiculum unum qui habet an nuptias contrahere possit 9.13.3.a
Testiculis integris qui est, virga tamen caret, an ad matrimonium admittendus sit ibid. n.44
Testium examen in causis nuptiarum à judice notario committi non potest 14.9..a
Testi unis pro matrimonio deponenti plus creditur, quam pluribus contra testificantibus ibid.n.2
Thalalli vocis explicatio 11.17.1.a
Thalassi vocis etymologia secundum Plinium rejicitur ibid n.4.
Theologi veteres distinguunt sponsalia a nuptiis 3.8.a
Thibiæ qui 9.13.7.a
Θλάσσας qui ibid.n.6
Titulotenus nulla dicuntur, quæ aliter se habent 9.24 3.a
Transactionum de sponsalibus initarum exempla 14.13. 2.a
Transigere de sponsalibus an partes possint ibid.n.2
Turcarum mos emendi uxores à parentibus 3.5.7.a
Tutores an cogere pupillos possint ut hunc vel illi nubant 6.9.15.a
Tutores cur dentur ibid.n. 3
Tutores parentum munus & locum sustinent ibid. n.4
in Tutoribus & Curatoribus rarior fides ibid. n.12
Tutor si consentire nolit in sponsalibus à pupillo contractis ibid.§.11 n 1
Tutorum consensus in sponsalibus contrahendis est necessarius ibid. §.9 n.1
Tutorum consensus omissus facit sponsalia irrita ibid.n.20.

V.

Veniam ætatis quando impetrent viri & fœmina 6 10. 12.a
Verba ad juramentum necessaria 14. 26.3.a
Verba ad constituenda sponsalia requiruntur, quæ sunt clara & aperta 1 3.2.3. a
Verba ambigua & flexiloqua, quæ tamen

men matrimonii promissionem continent 4.13.1.a
Verba ambigua si sunt, pro matrimonio interpretatio facienda ibid. §. 14.n.3
Verba in contractibus rectius adhibentur quam signa 4.24.1.a
Verba in sponsalibus diligenter ponderanda ibid.§.14. n.1
Verba necessaria sunt ad contrahenda sponsalia ibid.§.23.n.1
Verba potius in matrimonii favorem quam odium accipienda ibid.§.14. n. 2
Verba secundum juris dispositionem accipienda ibid.§ 8. n.5
Verbis conceptis jurandum esse 14. 25. 1.a
Verbis se conjugium promisisse non mente, si quis dicat an audiendus sit 4.15.1.a
Vesticeps puer quis 9.2.4.a
Veteres filias suas viris ultro detulerunt 3.7.1.a
Veteres unum duntaxat diem cœnæ nuptiali destinarunt 1.2.13.a
Veterum despondendi ratio quando in desuetudinem abierit 4.2.6.a
Veterum legislatorum diligentia inconstituendo jure connubiorum. in præfat 1.12.
Vetularum quæ quinquagesimum annum egressæ sunt, nuptiæ an concedendæ 9.8.1.a
Vetustas semper adoranda 3.4.8.a
Viduæ consilia propinquorum non prorsus aspernata sunt 4.20.4.a
Viduæ non gestarunt aureos annulos 4. 21.4.a
Viduæ nubentes inconsultis κυρίοις reprehensione sunt dignæ 4. 20. 10 a
Viduæ nupturæ reliquerunt demum mariti prioris ibid.n.7
Viduæ rectius faciunt si de consilio κυρίων nuptias contraxerint ibid. n.5
Viduæ suis verbis contraxerunt sponsalia ibid. n.1
Viduarum nuptiæ feriis seu diebus festis fiebant ibid.n.2
Vidua unde dicta ibid.§.20.n.3
Violans sponsam alterius de jure divino adulter censetur 10.25.5.a
Virgines antequam nupserint caput non velant 5.30.5.a
Viduarum nuptiæ apud Romanos sine pompa fiebant 4.21.1.a
Virgines apud Romanos velabantur vitta 5.30.2.a
Virgines in contrahendis matrimoniis nutu consensum exprimunt 4. 23. 13 a
Virgines Vestales Romanorum virginitatem servare non potuerunt 13.73.5.a
Virginitatis explorandæ modus 13.41. 1.a
Virginitatis explorandæ modus apud Afros usitatus ibid.n.3

Virginitatis explorandæ modus apud Ephesos usitatus ibid. § 51.n.3
Virginitatis perpetuæ professio impossibilis 13.75.6.a
Virginitatis probatio difficilis 3.9.2.a
Virgo compressa & à viro qui se juramento purgavit, quod fidem non dederit, an in nupta sedere debeat 10.21.a
Viri an uxores lugere debeant 13.96.a
Viri dicuntur nubere 5.33.5.a
Viri & mulieres quæ ætate debeant conjungi 9.2.9.a
Virum & mulierem suis verbis inter sese stipulatos esse nunquam ferè legitur 3.2.2.a
Vir uxorem, non uxor virum accepit in sacris literis 4.7.2.a
Vir quid 13.13.2.a
Vitians puellam furtum committere dicitur 10 10.3.a
Vitians sponsam alterius de jure divino adulter censetur 10.25.5.a
Vitiatam ab alio sciens ducens an repudiare possit 13.42.a
Vitiatam esse puellam quomodo probari possit ibid. §.51.n.1
Vitiatam pro integra ducere ad quem errorem referendum ibid. §. 3. n.2
Vitiata num sit ducenda 10.11.1.a
Vitiata si se pro virgine venditet an repudiari possit 13.48.a
Vitiata ut repudiari possit requiruntur evidentissimæ probationes 13.50.a
Vitium si quis intulit, neget autem fidem de conjugio datam 9.18.a
Vitrici apud veteres malè audiunt 7.5.9
Vitrici non admodum oderunt privignos ibid.n. 8
Voluntas in dubio præsumitur immutata 3.9 7.a
Voluntas magis facti quam verbis declaretur 5 4.6.a
Votum continentiæ damnatur à Theologis 13 73.2.a
Votum quid 5.4.7.a
Uxor apud Græcos duci non poterat nisi peractis sacrificiis 11.18.1.a
Uxor est in dominio & potestate mariti 5 12 1.a
Uxorem olim ducturus à quo eam petierit 3.2.1.a
Uxor familiæ suæ nomen mutat & mariti assumit 8.12.b
*Uxor honorum & dignitatum mariti sit particeps ibid.n.*10.
Uxor in mariti transit familiam ibid. n. 11
Uxoris nihil est, viri omnia 5.12. 2.a
Uxor liberorum quærendorum gratia ducitur 11.10.1.a
Uxor maritum lugere debet 5.20.1.a
Uxor mariti domicilium sequitur 8.9.b

INDEX.

Uxor mutat domicilium 5. 15. 2. a
Uxor nihil potest vovere absque mariti consensu 5. 12. 4. a
Uxor possidetur à marito, sponsa minimè 5. 13. 1. a
Uxor rerum omnium socia 5. 14. 3. a
Uxor tenetur sequi virum peregrinantem 5. 17. 2. a
Uxor vox unde deducta 2. 1. IX. a
Uxor usuraria 5. 13. 4. a

Z.

Zenothemides male sponsalia & nuptias uno die ad exitum perduxit 1. 2. 6. a

FINIS.

LIPSIÆ

Impressum per ANDREAM OSVVALDUM,

Sumptibus HENNINGI GROSI *Junioris,*

Typis verò BAVARICIS

Anno

M. DC. XXII.

ANT 131 E721

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

XX
C16